8 betur nisi purificata conditione, Rui.consil.35.numero 13.uol.5.Pract.Papi.in for. libel.pro lega.rei singula.numero 73.uersic.ad tertium autem, Crot.consi.364. nu. 1.&24.consi.309.uol.3.& ideo non potest peti nisi sequutis nuptijs, & non ante: & si moritur innupta, non transmittit ad eius hæredes, per supradicta, & per Pau.de Castro consilio 322.uol.1.consi.16.uiso, col.1. uol.2.consi.25.numero 27.uol.3. Durant. de arte testan.tit.de leg.caute.51.si puella. num.1.car.142.Gherar.Mazo.consilio 19. numero 39.& seq. latè Andr.de Iser.in cōsti.Regni Siciliæ, nu.50.& seq.col.2.libr.3. car.239.tit.26.Franc.Porcelli.in tracta.de duob.fratrib.q.4.prin.numero 4.& sequē. car. 182. & in proposito loquitur Capici. decis.204.numer.1.2. Cephal.consilio 56. num.7.uers.circa.uol.1.Alex.cons.145. uolu.5.consi.42.nume.2.uol.7.Corne.consi. 292.lit.P.& seq.uol.1.Petr.de Rauen.sing. 454.Prob.in addi.ad Ioan.Monach.in cap. Romana, §.contrahentes, num 22.de foro compe.car.188.Imò si esset soluta dos ante nuptias, & nuptiæ postea non sequeren
9 tur, posset repeti, ut dicit Iacob.Nouel.in tract.de dote, in 6.par. priuileg.76. & 77. & ideo multum est animaduertendum ad legata, & testamenta, ac promissiones factas & fiendas, si dicunt quòd pro dote, & nomine dotis, uel pro se maritanda, aut simpliciter legat, uel promittit centū puellæ, quos habere uult, & intendit cum nupserit, aut maritabitur: nam primo casu nō debetur dos ullo modo, nisi sequutis prius nuptijs, licèt non sit ducta ad domum uiri,
10 nec benedicta, & ita procedunt supradicta, Aret.in §.fuerat, sub numero 23.Insti. de actio.Alex.consi.77.numero 1.uolu.5. dummodò sint per uerba de præsenti, & mulier sit nubilis ætatis, aliàs secus.Ruin. cons.68.numero 7.& seq.uol.4. Bart.in d. l.Titio centum, §.ante nuptias, col.fi.Petr. de Rauen.sing.436.& 454.Rom.sing.237. dico tibi, numero 2.Bar.in sing.170. cū de tempore, & Fran. Mantica de coniectu.ultima.uolun.libro 11.numero 78.car.307. etiam quòd esset pater, uel frater obligatus ad illam dotandam, & excederet legitimam, quia ultra legitimam diceretur conditionale legatum, & obligatio conditionalis, secus usque ad legitimā, Durant.de arte testan.tit.de leg.caute.51.Bal.in l.generaliter, numero 10.C.de episco.& cleri. Pau.de Cast.in d.cons.322. uol.1. cons.16. col.1.uol.2.Mazol.cons.19.numero 39.& seq. & esse magis communem dicit Alexā. cons.42.consideratis, numero 1.uol.7.Secundo casu legatū, & promissio statim po-
11 test peti antequam nuptiæ sequantur, p̄stita tamen satisdatione de se maritando, uel dotem receptam restituendo casu, quo nuptiæ non sequantur, l. sancimus, C. de nup.pro singulari refert Guid. Papæ sing. 706.si fiat legatum, Alex.consi.77.num.1. uol.5. Nā est regulare, quòd quando quis est obligatus restituere, uel potest esse spes restituendi, si uult illud ante recipere, te-
12 netur cauere de restituendo in casu restitutionis, ut per Cæsar Contard.in l.unica, in notabi.numero 12.& seq.de momenta. poss.car.45.Alex.consi.67.consideratis.numero 16.uersi.& ideo uidemus, uol.1.Ancha.Regien.q.3.in 1.par. & faciunt quæ dixi in decisio.3.numero 38.car.50. Tertio casu, quando quis simpliciter aliquid le-
13 gat, uel promittit, ut habeat, cum nupserit si decedit puella innupta, & sine marito, transmittit legatum ad eius hæredem, quia legatum est purum, & solutio ac executio conditionalis, Ang.in cons.71.per totum, & num.8.car.260. facit Rui.cons.65. num.11.& 12.uolu.2.Rimi.iun.consi.244. nume.169.cons.170.nume.42.& seq.uol.3. car.86.& Purpura. consi.541. num.7.& 8. uol.

uolum.2.car.222.Dec. consilio 324. At in casu nostro solutio dotis est conditionalis & non debetur, nisi sequutis nuptiis, ut supra latè demonstraui, ergo ista mulier effecta grauida non poterit petere dotē, aut debebit expectare euentum conditionis,& sic tempus matrimonii, & si aliter iudicaret iudex ecclesiasticus malè iudicaret,& contra casum legis, & communem opinionem Doctorū,& esset nulla ipso iu
14 re sententia per ea,quæ dixi in deci.28.n. 49.& decisi.30.numero 7.& ueniret reuocanda,prout ego REVOCAVI * & iudicaui,secundum supra deducta ad fauorē strenui equitis Alfonsi Cattanei Mediolanensis cōdēnati ad dotandum quandā mulierem(ut asserebatur defloratam)cū non esset nupta,& ita etiam fuit pluries ĩ foro nostro Fiuizanense IVDICATVM * & præcipuè de anno 1575. Ianuarii cōtra hæredes Persiliæ de Cecirano defloratæ mortuæ innuptę, q̄ ēt procederent si fuisset legatum,promissio, uel condemnatio pro dote facta infra annū,uel ad omnē uoluntatem ipsius mulieris defloratę,qa in-
15 telligeretur post sequutū matrimoniū,& nō ante,ut illa uerba(ꝓ dote)uerificenť, ita pulchrè decisiuè cōcludit Ale. in d.cōs. 145.col.2.uol.5.quæ sunt notāda,& menti tenenda,quia iudices, & querelati ad hoc parum animaduertunt.

Matrimonium ultra filios fratrum in affinitate ex fornicatione contracta nō est ꝓhibitū hodie,ut dixi supra in uerbo,fratres. Nec etiam, quando alter coniugum esset maleficiatus,& impotens, & dolosè,& sic scienter contraxisset matrimonium, quia non lucraretur dotem,nec uxor donamēta,iocalia,& propter nuptias donationes, adnotata per Pau.Grillan.in tract.de pęn. omnifa.coit.quæstio.14.in fin.Petr.Duen. Reg.150.in uerbo,contrahentes.Phanuci. de luc.dot.glo.3.sub numero 19.car.172. Roland.de lucr. dot.quæst.97.& quæst 94. Ias.consi.58.Ad idem & consi.59.uolum. 1.Roderic.Soarez.tit.de las ganancias.'nu mero 17.uersic.cogitabam,car.359.Dida. in Epitome.2.par.cap.7.§.1.nume. 8. Cephal.consil.390.num.73. & seq. uolum.3. & Ioan.Saison.in consuetud.de Turon.tit. de Douair.de femine.artic.8.colu.3.cart. 144.qui dolus, & quę scientia non pręsumitur,nisi probetur,ut per patrē meum, Respon.318.lib.1.facit Cephal.consi.444. uolu.3.& intelligitur de impotenti, & maleficiato a natura,uel ante contractum matrimonium,& non post contractum, quāuis in dubio præsumatur maleficium p̄cessisse matrimonium,ut per Capel.Tolos.decisio.380.item fuit quæsitum,car.142.uersicu.utrum in dubio, & ibi addentes, qui dicunt communem, & Ias. in consil. 58. & consi.59.uolum. 1. & ista impotentia procedit aut a frigiditate,& natura uel à maleficio,ideo si quis non potest erigere uirgam,nec emittere semen, aut excessiuum, uel paruum mēbrum habeat, tunc dicitur frigidus,& impotens à natura:si uerò pōt emittere semen,& uirgam erigere, &cum aliis mulieribus sit solitus coire, sed cum uxore non,tunc dicitur maleficiatus,& est expectandus non annus, sed triennium cōtinuum cum orationibus, & ieiuniis implorando,ut Deus eum,uel eos liberet a tali maleficio,& frigiditate,& si post triennium non erit liberatus,tunc præsumetur frigidus a natura,uel maleficiatus in perpetuum,& poterit separari matrimoniū, & quilibet tuta conscientia aliud cōtrahere matrimonium,ut latè declarat Capel. Tolosa.d. decisio. 380. ubi dicit ita fuisse * IVDICATVM * tradit Spe. tit.de frigi.& malefi.Pract.Pap.in for.lib.quo uxor agit ad dot.in gl.matrimonium,n. 26.car. 233.Roland.de luc.dot.quæstio.94.& Phanuci.de lucro dot.d. glo.tertia, carte 165. Franci.Marci.decisio.673.super,& decisi. 677.qualiter, in 2.par.quæ sunt notanda, quia sępissime contingunt, ut euenit in ciuitate Florentina de anno 1567. & etiam audio in principatu Papiæ casum maleficij reperiri,ubi quædam mulier fuit maleficiata adeo, quòd non potest pati maritum sibi appropinquari ad debitum reddendum,quia illius natura statim tumefacit,& inflat ualde cum magno dolore, adeo quòd nunquam potuerunt cōsumare matrimonium iam per sex annos & ultra contractum;nec reperiri adhuc potuit remedium soluendi tale maleficiū uti maleficiū factū a persona postea mortua, quo fit ꝙ seruatis seruandis,& sic porrectis prec ib. altissimo,& ieiuniis factis, ac cōfessionib.&cōionib.reiteratis,si ꝑ trieniū nō cessauerit

Roma.

Roma.consi.271.& Ioan. Armod.in cons. 80.nu.55.uol.1.ultima. uolunta. diuersorum,car.165.& supra in uerbo,dictio,cui, uel quibus,& in dec.36.nu.12.car.141.

Melioramenta expensas utiles & necessarias potest repetere etiam malæfidei possessor,& compensat cū fructib. perceptis, dec.44.nu.60.fol.185.secus si esset bonæfidei possessor,& nomine proprio iure dominii & nō alieno possideret, & uti dominus, quia tunc essent integra sua hæc melioramenta ,& non deberent compensari cum fructib. nisi a die litis motæ citra, a
1 quibus nullus excusatur,ut dicit glo.magistralis in l.& ex diuerso,in uerbo, non habendam.ff.de rei uendica.&dixi in dec.45. nu.67.& infra dicam, num. 3. & solui deberent secundum,æstimationem, & ualorem temporis restitutionis bonorū , licèt
2 plus vel minus ualerent& non factorū melioramentorū,quod secus esset,si nō fecisset ut dominus,& noīe proprio non possedisset,quia tunc attenderetur expensa , & ualuta,q̄ esset minor ad utilitatē soluētis melioramenta, Fabia.de Monte, de empt. & uendit.& ibi Franc. Zanet.nume. 123. & seq.uersic.quæro,iam emptor, car.451. sub pacto retrouenditionis, & dixi in decisio.44.num.57.62.& 63.& in decisio.28.in additio.numero 4.Vincenti.Franc.decisi. 109.numero 2. & per Nattam consilio 256.numero 3.uolum.2.car.47.unde patet,non nullos Doctores iudices appellationū contra Caballum Sallarum nō guastasse has distinctiones,& ideo confuse,ut intelligerent necesse fuit, ut dixi in decisio.15. numero 2. Nam communitas Salarum accepit in insolutum a iudice quandam domum cuiusdam sui debitoris, qui accepit eam postea in conductionem a dicta communitate,& soluit pensionem,postea communitas uendidit dictam domum alteri, qui illam uendidit Caballo, qui tenuit eam per multos annos, & fecit quamplura melioramenta ; postea filius illius debitoris dictæ communitatis dixit contra Caballum de nullitate insoluti uirtute subhastationis nulliter relatæ per nuntium (ipso Caballo ignorante) de qua tetigi supra, in uerbo , instrumētū probat,& cōferūt notata ꝑ Rebuf.in comment.tomo 2.in præfatio.de materia possessio.nu.97.& seq.car.235. & petebat fructus,& expensas, & fuit IVDICA-
* TVM* insolutū nullū, domū relaxandā cum fructibus a die litis motæ,& melioramenta restituenda Caballo compensanda cum fructib.perceptis etiam a die litis contestatæ retro:& sic non fuit guastata distinctio cōpensationis,& melioramentorū,&
* consequenter malè IVDICATVM * quo ad compensationem a die litis motæ retro,quia iste Caballus erat emptor tertius , & bonæfidei possessor, & possidebat uti dominus iure dominii noīe proprio,& non alieno,& sic melioramenta,& expensas necessarias fecit in dicta domo uti sua propria,ut in emptore bonæfidei possessore loquitur Natta consilio 256.num.3. uolu.2.& Rim.iun.cons.411.num.8. & 9.uol. 4.Ioan.Copus,in tracta.de fructib.li.3. tit. 1.cap.1.car.137.& alii infra allegandi, & fructus non erat obligatus restituere , nisi a die scientiæ,uel litis motæ,ut fuit iudi
* catum* quo ad restitutionem fructuum ꝑceptorum tantum,& bene(dato ꝙ teneretur domum restituere , quod dubito propter rem conductam)quia per litis contestationem,& scientiā rei alienæ, sequuta sententia condemnatoria,fuit effectus malæfidei possessor, & ideo non potuit lucrari fructus naturales,nec industriales perceptos,sed solum percipiendos, & quos per-
3 cipere potuerit,§. si quis a non domino , Instit.de rer.diuisio.l.bonæfidei, de acqu. rer.dom.Bal in cons.118.nu.2.& 3.uol.1. pulchrè,& latè Ioan.Copus , in tracta. de fructib.tit.4.li.2.cap.3.& cap. 5.6.& 7. car. 122.& Menoch.in consil.110.nu.23. uersic.præmittendum est,uol.2.car.47. & tetigi in d.decisio.45.numero 67.Bero.consilio 79.numero 62.& sequen.uolum. secundo,car.336.Matthe.Vesembeci. Vltramonta.cons.6.nu.112.col.291.Hieron.Gabri.cons.108.numero 4.unde si non tenebatur ad restitutionem fructuum ullo modo,& possidebat ut dominus,& noīe proprio iure dominii(licèt postea ꝑ scientiā , aut litē motā teneretur factus malæ fidei possessor ad restitutionē rei cum fructibus perceptis ab inde infra) non poterat ullo modo cōdemnari ad cōpensandū fructus bona fide perceptos iure dominii, & noīe
4 ꝓprio cū melioramētis à die litis motæ retro,

tro,ut dicit Natta d.conſ.256.num.3.&4.
uolum.2.Ioan.Cop.ubi ſupra,lib.3.tit.1.
cap.1.car.137.& Crauet.conſi.408.nu.13.
uol.3.& conſ.792.nu.12.uol.5.car.91. Ri
mi.iun.conſi.411.nu.8.9.& 10. uol. 4. niſi
ille,qui poſſedit ſine titulo pro poſſeſſo-
5 re nomine alieno feciſſet in totum, uel in
parte illa melioramenta,quia pro parte,
pro qua fecit, debent cum fructibus ipſo
iure compenſari, etiam quòd ceſſiſſet, &
alienaſſet emptori bonę fidei uti poſterio-
ri illa melioramenta,ut conſiderat Ant.de
Fano,de pignorib.in 4.membro 5. par. §.
ſequitur modò, nu. 12.13.& ſeq.car.135.
Bero. q. 22. Maritus.Menoch.de recuper.
poſſeſ. remed.15.quæſtio.40.num.573.&
ſeq.q.a ſtatim, & ipſo iure huiuſmodi fru
ctus extenuant ſortem,& ſic melioramen
ta,adnotata etiam per Tiraq.de retract.Li
gnag.§.15.glo.3.car 190.cum aliis infra al
legandis ſecus ſi ipſe cōuentus poſſediſſet
nomine alieno,& pro poſſeſſore,aut ſcien
6 ter rem alterius etiam domino rei uolēte,
& ſciente gratis,& amore,uel quouis alio
modo, aut cum titulo ipſo iure nullo, ut
eſt emphiteuta finita locatione ualida,&
non ante:ſecus ſi eſſet ipſo iure nulla Feu
datarius,conductor gratis,maritus poſſi-
dens bona paraphernalia uxoris, emptor
ſcienter rē alienā,filius, uſumfructū pater
num, aut bona profectitia, & uxor bona
mariti ſcientibus & patientibus dominis,
uſufructuarius,finito uſufructu, & hæres
grauati reſtituere(fideicommiſſario negli
gente) quia tunc eadem æquitate,& beni
gnitate,ſi faciunt melioramenta,& expen
ſas neceſſarias in dictis bonis tenentur cō
penſare cum fructibus perceptis, licèt de
uoluntate dominorū perceperint fructus,
& ſic ſint bonę fidei poſſeſſores,tex.eſt ita
intelligendus in l.ſumptus,ff.de rei uend.
Affli.dec.87.nume.5.& 6.& ita dicit,& de
clarat Corne.conſi.86.colum.2.uolum.4.
Cur.iun.conſi.6.nume.27.lib.1.Bero.quæ
ſtio.22.Maritus.Anto.Trigo. ſingul. 112.
Natta conſi.535.nume.8.& ſeq.uolum.3.
Rimi.iun.conſi.333.num.21.uolum.3.te-
tigi in tracta.de tutore,num.166.uerſicul.
& in cauſa reſtitutionis,& in tit. de uſufr.
nume.206.car.704.in 1.par.& in deciſio.
45.numero 66.Mari.Anguſſo.conſilio 32.
in fi.facit Frā.Marc.dec.864.ſub nu.1.in 1.
par.cum aliis ſimilibus.Maritus uerò,hæ-
res grauatus reſtituere durante conditio-
7 ne,emptor ſimplex,& etiam cum pacto de
retrouendendo,uel conuentus uirtute. l.
2.de reſcind.uendit. & reſtitutionis in in-
tegrum,uſufructuarius,aut conductor,&
emphiteuta ſoluens penſionem pro fructi
bus,& alij ſimiles,non compenſant cū fru
ctibus ante litem motam, quia ſunt domi
ni,& poſſident noīe proprio iure dominij,
& bona fide.ita hanc diſtinctionem etiam
tradit Rimi.iun.conſi.411.num.8.9.& 10.
uolum.4 Crauet.d.conſil.408.num.13.uo
lum.5.Curt.iun.d.conſi.6.num.27.car.17.
Vincent.Franc.Neapoli.deciſio.119.num.
19.& 20.& dixi in d.deciſio.40.nume.61.
Ruin.conſil.135.numero 14.uerſi.non ob
ſtante igitur,uolum.3.car.229.gloſ.in leg.
emptor,in princip. ff. de rei uendic.Bald.
in conſi.303.nume.2.uolum.1.Natta conſ.
256.nu.2.uolum.2.pulchrè Franc. Zanet.
poſt Fabia.de Monte, de empt.& uendit.
ſub pacto de retrouend.nume.123.& ſeq.
car.433.Rota Peruſ.deciſio.34.col.fi. in 1.
par.Paul.de Caſt.conſil.306.in fi. uolu.2.
Federi.Scot.tomo 1.Reſponſo.7.libro 1.
numero 30.& ſequen.car.34. bene Anto.
de Fano,de pignor.& hipo.in 4.memb.5.
par.§.ſequitur modò,nume.12.& 13. uer
ſicu.quarta concluſio ſit,& nume. ſeq.car.
135.in uolum.primo diuerſorum,de aſſe-
curatio.Afflict.deciſ.83.magnum eſt, nu.
6.& deciſ.44.ſub num.5.& 6.Menoc.de re-
cuper.poſſeſ.remedio 15.quæſt.40. nume.
573.& ſeq.car.171.ubi latè, faciunt, quæ
tetigi ſupra in uerbo,fructus,Sebaſtia.Me
dices in tract.de compenſa.prima par. q.
10.numero 21.uerſicul. decimaquinta ſit,
carte 51.ubi dicit comm.& Vincen.Fran.
Neapol.in deciſio.109. ſi grauatus, nu.4.
* car.104. ubi dicit ita IVDICASSE*
Sacrum Concilium Neapolitanum, un-
de ex his pōt terminari,ꝙ ſi pater dedit fi-
lio,aut filiis ſuis bona ad poſſidendum,&
8 laborandū,& ex illis fructibus bona emāt,
dēnt illa bona ſic empta,& acquiſita patri
poſtea cum aliis bonis reſtituere,aut eius
hæredib.uti bona ꝓfectitia,& ſic paterna,
cum ſolum alimenta ex illis percipere poſ
ſunt,Ale.conſi.31.nu.5.6.& 7.uol.4. Rol.
conſi.54.nu.9.& ſeq.uol.3.Rimi.ſeni.con
ſilio 474.nume.9.uolum.3.& pulchrè per
Anto.

Anto.de Andreol.conſ.97.nu.6.& ſeq. uo
lum.1.ultima.uolunta.& uide Roland. cō
ſilio 90.nu.7.8.&23.uolum.2.quia illa bo
na non habet filius,uti dominus & nomi-
ne proprio, ſed ſunt ſibi data tantūmodò
9 illa bona ad utendū,& poſſidendū pro ali
mentis, & dominium directum remanet
penes ipſum patrem, & naturam bonorū
profectitiorum retinent,& non confiſcan-
tur p.p delictum filiorum, & illis mortuis
ante patrem non tranſeunt ad hæredes fi-
liorum,ſed ad patrem, uti eius patrimo-
niū,ut dicit Bar.in l.non autem.§.fin āt.C.
de bonis,quæ liber.Boeri.deciſ.196.num.
3.Hippoli.ſingula.674.aliqui ſunt patres.
Petr.Gherard.ſingula.18.nume.18. Pariſ.
conſi.157.uol.4.conſil.16.num.37. uol.2.
Soci.conſ.33.colum.2.queſt.1.uolumi. 3.
Grat.conſil.7. uol.2. & Simeon de Prætis
conſ.65.nu.50.& ſeq.niſi eſſet facta iſta di
10 uiſio cum iuramento extra dies feſtiuos,
quia tunc ualeret in uim donationis,& iu
ramento firmaretur, ſecundum magis cō
munem opinionem,ut refert Ant. Gabri.
commun.opinio.lib.3.de donatio.conclu.
4.car.376.latè Iul.Clar.§.donatio,quæſt.
8.uerſic.ſed quæro,tu ſcis. ubi dicit in pra
ctica nullam habere difficultatem, & in q.
9.Fernand.Vaſq.§.29. numero 12.& 13.
car.645.in 3.par.& in propoſito conſuluit
Hiero.Gabriel.conſi.82. ſi donatio, in fi-
ne,& in conſilio 63.numero 1. & quando
eſt facta ſine iuramento, & non ſit in uita
reuocata,a patre(mortuo eo)cenſetur cō
firmata per mortem patris,& ualet in uim
11 legati,ſed ſi eſt facta in teſtamento,ualet
in uim inſtitutionis, & cenſentur filii inſti
tuti in dictis bonis ſeparatim,& diuiſim,
l.quoties,& ibi gloſ.l.filii patris,& l.fi. C.
famil.erciſcun Petr. Anguſſo.conſi.16.lib.
6.nume.1.car.133.Roland.conſi.34.num.
69.uolum.4.Menoch.conſ.87.nume.81.&
82.lib.1.& Ioan.Lup.in legibus Tauri.le-
ge 29.nume.15. car. 466. & quilibet filius
tenetur dictam diuiſionem approbare, et
ſi eſſet inæqualiter facta(ultra legitimā)
cum ſuis oneribus, per ſupradicta, & per
Pariſ.conſ.34.uolum.2.ubi latè;Simon de
Prætis,conſil.196.nume.24.& Rip.in l.qui
Romæ.§.duo fratres.num.95.& ſeq.ff.de
uerbo.obli.car.292.adeo,q̄ ſi iſti filij poſ-
ſidendo dicta bona in uita patris,feciſſent
quamplura melioramenta, & expenſas ne
ceſſarias in dictis bonis, non poſſent repe-
tere illa,ſed cum fructib. perceptis (ultra
alimenta ſibi debita iure naturæ)dēnt cō
penſari ex cauſis,ſupra nominatis,poſtea
quam non erant dñi,nec proprio noīe iu
re dominii poſſidebant,ſed noīe patris(ſic
patre uolente)q̄ ſunt bene notanda,& gu
ſtanda per iuniores,ut ſciant ſoluere quæ
ſtiones indigentes diſtinctionib. cum per
diuiſiones,& interpretationes congruen-
tes omnium telorum euitetur amaritudo
ut dixi in tracta.de uſufru.nu.2.cart. 312.

Et q̄do fructus computantur cū melio
ramentis,ſi non ſunt liquidati, poſſunt li-
12 quidari in executione,maximè q̄do ueni
unt acceſſorie,ut dixi in deciſio.46. ſub nu
mero 32.Afflict.deciſi.87.numero 5. Octa
uia.Pedamonta.deciſio. 129. & Alexand.
conſ.171.in fi.uolum.2. ſecus ſi principa-
liter peterentur,aut deberētur uirtute in-
ſtrumenti,aut conuentionis, & obligatio-
nis,quia tunc certitudinaliter debet peti,
13 & ſic in ſpecie,& non in genere,& ita pro
bari per teſtes uicinos,laboratores,inſtru
menta locationum,& aliorum prediorum
uiciniorum, iuxta tradita per Ioan. Cop.
in tractat.de fructi.tit.2.lib.4.cap.1. carte
237.Bal.in l.ſi fundum,num.3. & ibi An-
gel.C.de rei uendic.Bart.conſi.150.nume.
7.uolum.1. Natta conſ.510.conſi. 536. nu.
5.& ſeq.uolum.3.Rota Peruſ.deciſio. 87.
in 2.par.(diſtinctione tamen,de qua infra
dicam)& ſi non eſſent liquidati,& proba-
ti in prima iuſtantia,iudex non poſſet reū
condemnare in fructibus liquidandis in
executione, alias talis ſnīa eſſet nulla, &
14 ita in intereſſe,& damnis dicendum eſt,
ut declaras Soci.in c.ſignificantibus, ſub
nu.20.uerſi.ſecundò infertur,& num.23.
uerſic.ſexto infertur,de libel.oblatio.cart.
152.Rum.conſil 29.num.1.uolum.5.Paul.
de Caſt.conſil. 219.nume.2.uerſicu.ſed ſi
quæritur,uolum.2.Cur.iun.conſil.239.in
fi.uolum.3.Rimi.iun.conſil.67. nume.30.
vol.1.conſ.346.uolum.3.Rolan.conſil.30.
nume.19.ſeq.uolum.2.practi.Papi.in for.
libel.actio.real.in gloſ.ſimul cum fructib.
& uide Corne.conſ.207. litera C.conſilio
318.in fi.uol.4.Simon de Prætis,conſilio
151.num.112.car.313.Bar.in l.ſi quod ex
Pamphila, in fine, & ibi Apoſtilla. ff. de

leg.2.Bero conf.200.nume. 4.5.19.& seq. uolum.1.Matthe. Vesembeci. Vltramonta.consi.3.nu.21.Rota Genuæ,dec.163.nume.4.& 5 car.217.& late Octauian. Pedamonta.d.decisio.129.sub num.16. colum. fi.car.520.& debet probari uerè & nō prçsumptiuè interesse, & etiam perceptio fructuum,& in qua quantitate, quando per
15 sententiam,aut instrumentum est promissum,uel debitum,quia debetur iure actionis, & etiam quando non debetur interesse,nisi ex causa,ut in mercatore, & uidua, quatenus intersit,quia tunc per testes debent probare quantum intersit, & sic lucrum cessans,uel damnum emergens, & intelligitur de interesse, & de fructib. probatis per legitimas,& ueras probationes, & nō per iuramentum, nec ꝑsumptionē, ut dixi in decisio.21.nume.38.& 55. Rota Genuę,decisio.69.numero 2.cart.144. maximè quando illud,quod debetur con-
16 ditionaliter,est depositum,ut in deci. 46. nu.23.28.91.& 237.Bero.consilio 19.numero 14.& sequen.uolum.3.car.67.& ita
* IVDICAVIT * Rota Perus. decisio. 87.in 2.par.car.80.& Rota Genuæ, d.decisio.69.nu.2.& ideo si sententia diceret, ꝙ fructus percepti debeant compensari cum melioramentis,iuxta probationē,& liquidationem factam ex processu: aut habens compensare esset bonę fidei possessor,& nō teneretur fructus de iure restituere,nisi a die litis motæ citra,sed de æquitate deberet compensare a die litis motę retro cum melioramentis,iuxta d.l.sumptus, & alia iura supra allegata; uel esset hæres ignorans uitiū defuncti,qui tenetur ad fructus quia licet teneatur ad restitutionem fructuum per eum perceptorū,ut ibi: tamen habet iustam causam ignorandi, & nō est in dolo,nec in culpa, Regula, qui in alterius.ff.de reg.iur.& ibi Dec. & Cagnol. & ideo malè in hærede, quo ad dolum loquitur Math.Vesemb.in cons.6.nu.117.colum.292.istis casib.(meo iudicio)non posset tunc iudex ex officio illos liquidare;
17 nec per iuramentum actoris, sed si in processu uerè nō sunt probati,& liquidati fructus,dēt sequi absolutio, ut dicit Rot.Per. dec.87.& Rota Genuæ,dec.69.nu.2. & supra mox dixi,maximè in executione ꝑꝑ rē iudicatā,adnotata per Ioseph Lud.Ro. Lu. dec.7.col.2.Rota Genuæ,dec.164.num.2. car.218. facit Fely. in c.cum uenerabilis, num.42.de excepti.secus si solum sententia condemnaret ad compensandum fructus perceptos cum melioramentis,uel suos nō faceret fructus, uti dolosus,aut mo-
18 rosus, quia tunc in executione posset ex coniecturis iudex illos uerificare ex officio,dando ēt iuramentū suppletoriū actori,uel reo magis informāto accipiendo ēt summarias informationes, uel taxare ad rationē quinque pro centenario, uel secūdum morem Regionis,Natta consil. 510. consi.536.nu.5.& seq.uolu.3.car.129.Matthe.Vesembeci.consi.6.nume.117.& seq. car.293.Iacob.Beretta,consi.110.numer. 13.car. 186.& supra dixi in uerbo,iudex ex officio,car.107.& car.106.colum.2. in fi.& nouiss.Rota Genuæ,dec.184.sub numero 3.car.257.& in hoc malè loqueretur Rota Perus.in d.decisio.87. si generaliter,& simpliciter intelligeretur,ut sentit Natta d.consilio 510,colum.fin. & per supradicta,quibus etiā in locis ponitur modus libellandi & articulandi quo ad fructus & interesse, & isto casu procederent adducta per Rot.Bononi.decisi.64.car.93. ubi dicit,quòd probando bona esse culti-
19 ua & fructuosa, habet præsumptionē pro se,& reus negando tot fructus esse perceptos,hēt probare negatiuā: secus si plenè per testes,aut alias probationes esset fiēda probatio fructuū,& interesse per supradicta,& sentit Soci.iun.consi.62.nu.4.uol.1. ex quibus do tibi claram, & distinctam cōclusionem in practica(meo iudicio) seruādam, remotis cauillationibus Aduocatorum,quòd ille,qui ut bonæ fidei possessor non tenetur restituere fructus, nisi a die litis motæ citra, sed de ęquitate compensare cum melioramentis a die litis motæ retro,iuxta tex.d.l.sumptus.ff. de rei uendic. ut est ille,qui possidet pro possessore, aut nomine alieno, & ut hęres absque scientia,dolo,& culpa sua non tenetur fructus cōpensare cum melioramentis,nisi compensare habens fructus cum melioramentis illos probaret esse perceptos per testes idoneos,& instrumenta, & non per iuramentum & coniecturas,ac ex officio iudicis,& ita procedit Rota Perus.dec.87.in 2. par.& q̄ dixi in dec.21.num.38.& 55.& ratio

tio pōt esse, quia iste casus est specialis, & ex æquitate procedit, & recuperare hēns fructus, hēt p̄sumptionē, & regulā contra se (non factis meliorametis) quo fit, ꝙ tūc, ne duæ specialitates concurrant, testes debent esse omni exceptione maiores, & ple
20 nè concludere, & sic plenè probare perceptionē fructuū, adnætata per Crau.consil. 129.nu.13.lib.1.Ioseph Lud.comm.concl. q.14.car.35.col.3.& tetigi in decis.19. nu. 27.& 28.car.276.Clau.Cantiuncu.cons.2. nume.9.car.43.& facit dictum Alexan. in consil.20.lib.4.relatum a Ferdinan.in cōsilio 127.num.48.uolu.2.ultima. uolunta. diuersorum, car.239.Ille verò, qui nō est bonæ fidei possessor, & est in dolo, & culpa, & tenetur compensare fructus cū melioramentis, tenetur illos cōpensare, dum
21 modò ille, qui fecit melioramenta, probet plenè per testes, bona illa fuisse fructuosa, seminata, & laborata per illos, qui cōpensare habent, aut per eorum authores, iuxta tradita per Rotam Bononi. d. decisi. 64.car.93.Ioseph Ludouic.commun.conclusio.quæst.14.car.28.colum.1.car.29.colum.3.in fine, Soci.iun.d.consil.62.nume. 4.uolum.1.& Menoch.consi.120.numero 33.uolum.2.& supra dixi in decisio.43.nume.64.car.614.& in uerbo, conductor nō tenetur.& etiam in uerbo, caducitas, cart. 889.colum.2.Rimi.iun.cons.198.num.12. uolum.2.Prosper Pafet.consi.211. nume. 1.& seq.car.192.quia respicit decisionem causæ in hoc, ut per Hiero. Mago. in Rota Lucana, decis.87.nume.19.& sequē.car. 260. & prædicta probata, ac perceptione fructuum, uel quod tantum percipitur ex dictis bonis uno anno cum alio (licèt perceptio fructuum, cum sit quid facti, nō p̄sumatur, ut dicit Grat.cons.86.num.9. uolum.2.) tamen postea quam apparent prædia fructuosa, & culta, ac laborata a Mœuio, & non ab alio ante dicitur ēt ab eo facta recollectio fructuū in necessariam consequentiam, & non ab alio, nec sterilitas, aut tēpestas, uel brina, p̄sumitur occursa, nisi probetur, ut clari iuris est, ita colligitur ex traditis per Rot.Bonon.d. decisi. 64.Soci.iun. d.consi.62.nu.4.uolum.1.Angel.in l.si fundum.ff.de rei uendic.pulchrè Pafet. consi. 211.car.192. Gherard. Mazzol.cons.30.n.47.car.85.facit Mari.Angu. cons.233.adhuc, col.1.car.434.Bar. & Doctor.in l.cum seruus, nu.4.ff.de uerb. obli. & si non est probata quantitas plenè, tunc bene iudex ex coniecturis, uel ex officio, aut iuramento suppletorio potest declarare quantitatem fructuum, per ea, quæ dixi in decisio.35.numero 24.& 25. & decisio 28.in additio.numero 9. & in repertorio, in uerbo iudex ex officio, per Bart. in l.secunda, numero 18.& sequen. ubi Cagn. & Ari.Pinel.in 3.par.cap.4.car.190.C. de rescinden. uendit. Ioan. Baptista Lup. in tracta.de usur.commentar.2.§.5. numero 139.car.86.Menoch.consi. 120 nume.32. & 33.uol.2.& in casu isto loquitur Barto. in consi.150.numero 7.uolum. 1.& Bald. in l.si fundum, nume.3.C. de rei uendica. Matthe.Vesembec.d.cons.6.nu.117.& seq. car.393.Nisi per sententiam, aut instrumē tum diceretur, quòd cōpensentur fructus
22 probati in processu, quia tunc illis nō probatis non possent per coniecturas liquidari, nec modo supradicto. Fely. in c.cum uenerabilis, nu.42.col.65.de exceptio. Alex. consi.53.sub num.18.& 19.uol.5.Vant.de nullit.& defectu process.num.103. & seq. car.225.Gigas, consilio 63.in fi.& per ea quæ dixi in decisio. 44. numero 66.& 67. & maximè, si illa sententia transierit in iudicatum, ut per Ioseph Ludouic.Rota Luca.decisio.7.colum.secunda, & per ea, quę dixi in decisio.15.numero 19.& Rota Genuæ, decisi.164.numero 2.car.218. & Calcane.consil.16.nume.56.& seq.car.47. nā quotiescunque probatur, creditum, pecunias, & fructus ad alium p̄uenisse, licèt nō probetur quantitas, tamen per iuramen-
23 tum potest probari in odium dolosi, aut morosi, si est idoneus testis, aut habilis ad iurandum, Cępol.Cautel.208.Dec.consil. 146.col.6.uers.4.ista conclu.cons. 536. nu. 12.Alex.consi.69.nu.7.uolum. 2. consilio 189.numero.13.in fi.uol.6.Hippo. singul. 322.singula.389.Boeri.decisio.143.num. 14.Bello.consi.66.numero 10.Plot.in l.si quando, num.658.& seq.C.unde ui.Et solum compensatio fructuum est fienda in,
24 & super bonis melioratis, & nō sup aliis, quando sunt liquidata melioramenta, q̄a alia bona non p̄nt retineri p alijs fructib. ut dixi in decis.28.in additio.nu.5.Ioseph Ludo.Rota Luc.decisi.38.num.18. & seq.

car.215.& Pau.de Cast.consi.270.col.1.volum.2. & fructus meliotamentorum debent deduci,& non compensari, quia sunt illius, qui fecit melioramenta, sed solum fructus, qui potuerunt percipi ex dictis bonis melioratis ante melioramenta, si illa bona erant fructuosa, ut dixi in d. decisio. 28.in addi.num.7.Porci.consi.92.numero 105.car 208.Afflict decis.87.num.5. & sequen.sentit Ioseph.Ludo. Rota Luca.decisio.7.num.12.& 13 car.47.Rota Bononi. d.decisio.64.numero1.Vincen Franc.Neapol.decisio.191.numero 11.car.169. Non obstantibus adductis per Hiero.Gab in consi.151.nume.9 car.189.qui malè loquitur, per supradicta,& per Afflict.d.decis.87.nume.6.& seq. quæ omnia bene nota, quia sunt de pane lucrando, & ita distinctè (ni fallor)non inuenies declarata.

Mensis est dierum triginta unius in appellationibus,& in alijs causis est solum triginta, quando statutum simpliciter facit mentionem de mense, siue de expressione nominis talis mensis decis.6.nu.12.fol.23.Alex.consi.114.nu.7.uolu.5.& supra in uerbo, appellatione.

Mercator si uendiderit pannum, uestem, aut collanã, alicui, & ille alteri tradiderit, uel alienauerit, ut pater filiæ, frater sorori, nõ poterit illa sequestrare mercator, si nõ fuerit satisfactus de pretio, in præiudicium iurium ipsius filiæ,& sororis, decis.3.nu.35. fol.15.uide Alex.consi.17.uol.1. consil.15. uol.6.Petr.Pecchi.in tract.de iure sisten c. 11.num.7.car.408.lib.1.diuersorum, de assecura.

Mercatores Fiuizani credunt res,& mercantias suas hominibus de Capitaneatu sub confidentia, quod tempore statuto solutioni fiat eis solutio in terra Fiuizani, non autem sub confidentia, quod habeant ire ad litigandum in foro domicilij debitorũ: & ideo in foro Fiuizani possunt conueniri, decis.2.nu.18.fo.9.

Merus exequutor, quid possit facere, uide decis.5.sub num.18.uers.& iste miles socius, fol.19.col.1.Stepha.Aufreri.in addi.ad Capel.Tolosa. decis.344. col.3.uers.quædam sunt exceptiones,& dixi in decis.10.nume.30.fol.37.& in decis.21. nu.24.Barto.in l. a diuo Pio, in prin.nume. 10.& seq. ff.de re iud.& supra in uerbo, executor merus.

Merus exequutor nõ cognoscit de exceptionibus, quæ annullant executionem, nisi nullitas sit notoria, sed suspendit executionem,& remittit partes ad superiorem, decis.10.nu.30 fol.37.& supra in uerbo, executor merus,& supra paulo ante in uerbo, merus executor, quid possit.

Metus, ac uiolentia probatur per assertionẽ testatoris in testamento, & per coniecturas, decis 27.nu.16.foli 124.Mantica, de cõiectu.ultima.uolunta.libro 2.tit.7.num.5. car.22.

Milites Alchantare, officiales, & familiares Papæ, ac milites Maltæ, uti exempti non possunt excommunicari, nec denunciari, nisi a Papa, decisi.28.numero 47.fo. 115.latè Dec.consi.51.per totum,& maximè nu.19.& seq.uol.3.car.342.& supra in uerbo, familiares Papæ.

Minor, ecclesia, & communitas non potest ire contra administratores, tutores,& Camerarios, de mancamento frumẽti, & fructuum, quando prouenit a casu fortuito, uel a uitio naturali, aut a leuissima culpa, decis.37.nu.45.fol.150.

Minor tenetur obseruare contractum iuratum, quando potest illum seruare sine detrimento salutis æternæ, decisio.30.nu. 11. fol.121.

Minor redditur maior per iuramentum, dummodò sit maior nouem annis, ibi.numero 11.

Minor potest se obligare naturaliter sine tutore & curatore, licèt non ciuiliter, decis. 31.nu.13.fol.126.

Minor, ecclesia, uniuersitas, & locus pius æquiparantur,& dispositum in uno, censetur etiam dispositum in alio, decis.37. nu. 13.fol.146.dec.46.nu.210.fo.234.

Minor non tenetur reddere rationem, & si tenetur, non tenetur de neglectis, sed solum tenetur de eo, in quo est factus locupletior, ibi.nu.46. sentit Anto.Piagi. de tutore, q.3.nu.8.car.25.

Minor non excusatur ab usura, & sic a peccato, nec quisquam suppositus peccato mortali, decis.3.num.31.fol.14 Lup.de Sancto Geminia.in tract.de usur.comment.1.§.7. sub nu.141.car.41.sentit Rota Genuæ, dec. 61.nu.5.& 7.car.137.

Minor, & hæres propter non solutum canonem, etiam si adsit iuramentum in inuestitura,

per octo, uel quindecim dies iure familiaritatis, non tenetur alimenta reficere, decis.35.nume.12.& 13. fol.136. Anto.Cordub.Hispa. in l si quis a liberis, §.idem rescripsit, num.106.ff.de lib.agnoscen.car.28. & nu.102.& seq.car.27.Ancha.consi.435. car.129.

Mulier nupta extra territorium in fauorabilibus, & commoditatibus suis gaudet beneficio statuti eius patriæ; in damnosis, & odiosis non est ligata dicto statuto originis, decis.42.num.46.& seq.fol.168. latè Rim. iun.consi.353.& cons.354.uol.4.sentit Ange.de Gambilio.consi.75.car.285.Soc.iuni.consi.37.nu.9.& 10 uol.1.Fran.Vegi.cõsi.10. nu.8. & seq. car.27.

Mulieri aduersus sartorem dicenti sibi nõ dixisse incidere uestem sericam curtam, & minorem ueste, & faldigia inducta competit iuramentum in supplementum ueritatis, & non sartori, decisio.26.num.11.fol.101.

Mundualdus, tutor, curator, maritus, pater, fideiussor, & administrator si se obligant, & bona eorum, principaliter, & insolidum, tenentur soluere, licèt eorum principalis nõ sit obligatus, decis.31.num.27.fo.127. Alex.consi.32.num.12.uol.4. Mathe.Vesembeci.consi.10.numero 17.& seq.& numero 42. car.399. & supra in uerbo, maritus, tutor.

Mutatio animi non præsumitur, decis.37.nume.8.fol.146.

N

Natta in consil.658.numero 13. & 14. uol.4.& Zabarel.consi.36.num.14. & seq.reprobatur ab authore, dec.9. num.35.fol.33.

Nati non legitimè non habent ius agnationis, quia in legitimus uerificatur, decis.12. nu.4.& 5. fol.46.

Natura restitutionis est tollere ius etiam priuati, quando est quæsitum ex illo actu, aduersus quem fit restitutio, decis.14.n.5. & nu.21.23. fol.58.

Naturalis potius quis præsumitur, quã filius spurius, ut supra in uerbo, legitimus quis præsumitur.

Naturalis filius succedit ab intestato in iurepatronatus non extantibus filijs legitimis & uxorè, iure hæreditario, & nõ titulo particulari pro suis duabus uncijs, ut dixi supra in uerbo, ius patronatus, nu.3. & ideo consului de anno 1581. naturalem filium homicidam nõ transmisisse ad fiscum has duas uncias non aditas ante patratum homicidium, posteaquam illas iure hæredi-
1 tario, & non titulo particulari, & separato ab hæreditate uti quota bonorum consequitur, ut ibi dixi d.numero 3. Quod manifestè colligitur, & demonstratur ex uerbismet tex. §.discretis, uers. si uerò filios non habuerit, iũcto §.si quis autem defunctus, uersi. tunc enim damus eis ab intestato, auth.quib.mod.natura.effi.sui, & in auth. licet, C.de natural.liber. nam in d.§.discretis, disponitur de successione ex testamento, de donatione, & legato quo ad fauorẽ filiorum naturalium, & in uersi si uerò filios, leguntur huiusmodi uerba; si uerò filios non habuerit quispiam legitimos, aut quenquam ascendentium, quibus necessitas est legis relinquere partẽ propriæ substantiæ competentem, testatori licentia sit in 12.uncias scribere filios naturales hæredes, & diuidere inter eos quocunque uo-
2 luerit modo res, &c. & sic clarè hic legislator uocat naturales ex testamento hæredes in duodecim uncias, hoc est in eius hæreditate: quia sicut libra constat ex 12.uncijs, ita substantia paterna, hoc est hæreditas cõstat ex dictis 12.uncijs, & ita diuiditur.tex. est in §.hæreditas plerunque, Insti.de hæredi.Insti. & in d.§. si quis autem defunctus, continuat legislator eius sermonem loquendo ab intestato (posteaquam supra loquutus fuit ex testamento) & dicit sub uersi.tunc enim damus eis (scilicet filijs naturalibus) ab intestato ad duarum unciarum uocationem, idest successionem, hoc est uocamus illos ab intestato ad duas uncias, scilicet hæredes; nam sicut supra ad 12. uncias scripsit hæredes, hic uocauit ab intestato solum ad duas uncias hæredes, & iste est uerus sensus, & consonat uerbis, ut sentit Deci.consi.46.nu.19.uol.3.car.319.quia eadem ratio reperitur, & non diuersa, præterquam quòd uult testatorem posse illos
3 hæredes instituere in omnibus bonis (legitima sobole, & uxore non existente) & ab intestato, quòd solum succedant, & sint hæredes, & ita uocentur in duabus uncijs, & in residuo uenientes ab intestato, ut innuit

innuit tex. in d. auct. licet. C. de naturali liber. & quidem optime loquutus fuit legislator, quia ex testamento non uocatur hæres, sed scribitur, & instituitur, toto tit. de hæredi.instit. ab intestato uero non instituitur nec scribitur hæres, sed uocatur, & ideo ni mirum, si dixit, damus eis ad duarum unciarum vocationem, hoc est successionem ab intestato, ut dicit d. auct. licet. quę dicit, in duas paternæ substantię uncias succedant, hoc est sint hæredes, quod clare colligitur ex uerbis sequentibus illius auct. licet, ubi tex. confundit uerbum, succedere, cum uerbo, sit hæres, nam dicit paulo infra, huiusmodi enim naturales filios pasci, siue legitimi extant, & succedũt (hoc est sint hæredes) siue coniuge uiua quilibet alii sint heredes, hoc est succedãt: Nam hic ultimo loco non dixit succedant quia repetitio ei uidebatur indecens, & nõ bene auribus consonare, & ideo mutauit uerbum aliud idem significans, & sic patet quòd legislator intellexit de successione & uocatione iure hæreditario fauore ipsorum filiorum naturalium, ut sentit Dec. d. cons. 46. nu. 19. uol. 3. & clarum est quòd ex præcedentibus, & sequentibus media
4 declarantur, Cor. cons. 139. col. 2. lit. N. & seq. num. 9. uol. 1. & cons. 217. num. 5. uol. 2. & quando legislator format duas quæstiones, & respondet ad unam, censetur ẽt
5 ad aliam respondisse. l. 1. C. de diuers. rescrip. Ruin. cons. 123. nu. 10. uol. 5. faciunt quæ dixi in meo tract. de tutore, & curato. nu. 94. & 95. car. 84. in 1. par. Hic legislator posuit circa filium naturalem duas quæstiones, unam ex testamento, alteram ab intestato. in prima dixit quòd in 12. unciis heres scribatur. in secunda dixit, quòd in duabus unciis uocetur, & intelligitur respondisse sicut fecit ad primam, scilicet ut heres, sicut uidemus etiam quòd si in una parte testamenti testator fecit mentionem de masculis, prę sumitur etiam in alia intellexisse de masculis, & idem in contractu, si est dictum de filijs & hæredibus, & postea solum de filijs, intelligitur de filiis hæredi
6 bus, ut dicit Vincent. Franc. Neapol. decis. 213. n. 56. & 57. car. 192. col. 3. possẽ adducere quamplura exẽpla causa inducendi iudicẽ ad ita credendũ, sed quia cũ intelligẽte loquor, frustratoriũ esse existimaui, solũ (ultra illa uerba scribere filios naturales hæredes) illud uerbum in duas uncias succedãt, & siue legitimi extant, & succedunt, debet inducere quemlibet iustum iudicem ad ita intelligendum, quod important uerba illorum textuum, de uocatione, & successione hæreditaria, & sic iure hęreditario, & non uti quota bonorum, & titulo particulari, ut sentit etiam Dec. in cons. 87. sub nu. 3. uers. nec prædictis. Nam uerbum, succedere, in ultimis uolũtatibus
7 ex testamento, uel ab intestato, est uerbũ directum principaliter, & secundario cõe, & importat directã hęreditatẽ, & nõ fidei comissariam, maximè quando dirigitur ad personam, c. 1. de testam. lib. 6. Io. Andr. in c. 1. de testam. super nouella. Bar. in l. Centurio. nu. 16. uersi. quædam sunt uerba, & nu. 26. ff. de vulg. & pup. Bal. cons. 35. pater filio, uol. 2. Dec. cons. 572. in casu proposito, uerba substitutionis, num. 6. uersi. 2. hoc idem comprobatur, ubi dicunt ꝙ si mater est in medio, & substitutus sit uocatus per uerbum, succedat, quòd importat hæredem iure directo, adeo quòd mater excluditur ab hæreditate filii impuberis, & ibi Doctores exemplificant, quod idem est dicere, Titius succedat, quod dicere, sit hæres, Et ne uidear singularis opinionis, & intellectus, quòd legislator, & Imperator in d. §. si quis uerò defunctus, & in auct. licet, intellexerit de vocatione, & successione iure hęreditario, & non titulo par
8 ticulari separato ab hæreditate, reperio, ita pro absoluto habere, & nominare Rotam Perus. in decis. 18. nu. 23. in 1. par. car. 76. ubi dicit: Aut tales filij nati sunt ex libero, & libera, & isti possunt patri naturali tantum ab intestato in duabus uncijs solum succedere, & sic in sexta parte totius hæreditatis, & allegat. §. si quis autem defunctus, & §. hoc ipso. Auct. quib. mod. natu. effi. sui, & in auct. licet. C. de naturali. liber. & clarius, ac perbelle loquitur Valen. Forster. in suo aureo tract. de successi. quæ ab intesta. defer. lib. 2. in rub. de successio. ab intesta. in bonis patris naturalis, in 1. & 2. concl. car. 150. ubi dicit quòd ab intestato in sextantem uocantur, si nati sunt ex sola concubina: si autem pater haberet plures concubinas, tunc nihil prorsus ex paterna hæreditate adipiscuntur, & sic cõ-

fundit

fundit illa uerba paternæ substantiæ, cum paterna hæreditate, uti sinonima, quem ui dere inhumanum non erit, quia loquitur de materia, & refert ac declarat dictos tex tus, sentit Porci.Imol.in cons.21.nu.76.& 77.uers. Aut ergo quærimus, car.78. In hæ reditate uerò matris filius naturalis ab in testato succedit in totum, & concurrit cum legitimis, Vincen.Fran.decis.47.car 45. & omnis dictio similitudinaria importat idẽ
9 per omnia, & quoad omnes qualitates, Bar.in extrauagan.ad reprimen. uersi. pe rinde, & in l.1.ff. de recepta Alber.in 1.par. statuto.q.99.nu.7.& Ruin.in l 1. colum.5. uers.& ista opinio confirmatur. ff. de leg. 1. Vnde siue consideremus illa uerba (pater næ substantiæ) relata ad uncias, siue illud uerbum (succedant, uel uocentur ab inte- stato) cum a Doctoribus confundantur, & ita ponderantur, & uirtualiter nominan- tur a legislatoribus, dicendum est intrepi de, intellexisse de successione, & substantia paterna ab intestato iure hæreditario, & non titulo particulari per supradicta, & conferunt notata per Vincenti. de Franc. in decis. Neapo.89. nu.2.& 3.car.84. & in proposito clarè loquitur Lamberti.in tra- cta.de iure patrona.lib.1.par.2.artic.26.q. 2.princip.nume.3.& seq.versi.restat modò unum, car.140.& artic.29.nu 20. uers.de- cimotertio, car.142. ubi dicit quod natura lis iste succedit ut hæres in iure patronatu una cum aliis hæredibus agnatis, quod nõ faceret si non esset hæres, ut in artic. 24. car.139.& ita etiam est fienda interpreta- tio, posteaquàm fiscus agit contra priuatũ in præiudicium tertii possidentis, adnota-
10 ta per glo.in l.1.C.de pact. & maximè in causa lucratiua, ut in casu isto Boer. cõtue tu.Biturg.§.5.des costumes concernans te stam.car.77.dixi in tract.de Tutore, num. 337.car.309.in 1.par. Et cum iste filius na- turalis nunquam adiuerit has duas uncias hæreditarias, illas non transmisit ad fiscũ propter delictum patratum, nec ueniunt in confiscatione, quia fiscus non uenit ut hæres, sed ut creditor, & ideo solum acqui
11 sita censentur confiscata, non quærenda, & conditionalia, l. si qua pœna, & ibi Bar. ff.de his, qui sui, uel alie.iur. sunt idẽ Bar. in l.sicut.§.in decurionibus, ff. quod cuius qi e uniuersi. latè Vincenti.Franc. decisio. 101.per totum, & num.15.& seq. car.94. Anto.Gomez.in suo tract.de delictis, tit. de confisca.bono.car.435.num.2. uersi.ex quo notabiliter, & ample consuluit Iacopi.Rim.in consi.100. incip. Præsens casus, uol.1. Consiliorum criminalium diuerso- rum, car.251. & præcipue numero 17.18. 19.34 & seq.& nouissimè Iacob. Beretta, consi.50.col.1.car.98 cum maximè nõ suc cedat fiscus ut hæres ab intestato filio na- turali indigno, iuxta notata per Iacob.Be ret.consi.50.col.1.& 2.car.98. sed ut credi- tor, & æs alienum uirtute delicti, quod ual de differt, ut sentit Iacopi. Rim.d. consilio 100.& notat perbelle D. Guliel.Benedic. in repetit.c.Raynutius, in uerbo, Et uxorẽ nomine Adelasiam in 1. par.nu.274.uers. ubi autem fiscus succederet, car.116.& nu mero 278. de testam. Nec potest dici non
12 adiuisse in fraudem fisci, ut per Iacob.Be- ret.d.cons.50.col.1.& 2. nec fiscus creditor potest dicere habere actionem ad illud ius delatum, quia creditor nullã habet actio- nem pro credito suo aduersus ius quæren dum, sed solùm quæsitum, quia nõ dicitur damnum pati, sed non acquirere ille, qui non declarat sibi ius illud competere, l.nõ amplius, in princi.ff.de leg.1.Iacob.Beret. consi.50.colu.1.& 2.car. 98. & ideo uide-
13 mus, quòd si legatarius non vult legatum agnoscere, & maritus lucrum dotis, non po test creditor legatarii, & mariti agnoscere & petere pro credito suo, imo ipse legata- rius, & maritus possunt repudiare illud ius quærendum, ut dixi in meo tract.de usu- fru.mulie.reli.num.185.in fi.& nume.seq. car.661.in 1.par.Gomez.lib.2.c. 4. nu.13. colu.3.car.206. latè Mathe. Vesembeci.in consi.17 nu.21.& seq.car.572.& in propo sito Iacob.Porti.consi.21. nu.97. cons.85. nu.14.uol.1.Iacopi.Rim.d.cons.100.num. 20.uers.Non obstat, quòd fiscus. & facit di ctum Ange. de Gambilio. in cons.55. car. 219. pulchrè Vincenti Franc.in decisio. 101.maximè nu.15.& seq.car.94.per quæ iura potest dici, ꝙ & si illæ duę unciæ uenĩ rent dispositione legis titulo particulari, & non hæreditario, quòd non posset fiscus capere, & petere ante agnitionem factam a filio naturali, quia sunt delatę isti filio naturali contemplatione & fauore filiatio nis, & non alia de causa, ut demonstrat d. §. discre-

§.discretis,& §.si quis autem, & d.auth.licet, vbi hac de causa uolunt isti textus, q; habeat etiam alimēta, etiam quòd adsint filij legitimi,& uxor, & quando lucrum a
14 lege est delatum filijs fauore filiorum,tūc non transmittitur,nec trāsit ad fiscum,nec ad extraneum illo non agnito ab ipsis filijs, sed solum ad descendentes per pulcrum consilium Crauet.in cons.513.num.2.uol.3.ubi ostendit communem,Dec.cōsi.87.nu.3.uers.nec prædictis. & uersi. secundò in casu isto.

Nec obstat illa doctrina Bal. de qua fiscus faciebat magnum festum,& fundamentum in l.generaliter,§.in his, C. de secun.nup. ubi dixit,quòd ea, quæ acquiruntur iure
15 quodam separato ab aditione hæreditatis,& sunt quid abstractum,uel separatum ab ipsa hæreditate,& successione,talia nō requirunt agnitionem,& transmittuntur non agnita ad liberos,& hæredes, quā sequitur Roland.de lucro dot.q.47.nu.13.& seq.Paris.consi.36.numero 17.18.&21.uolu.3.Ari.Pinel.in l.1.in 1.par.nu.36.& sequen.in 7.ampliatio.C.de bon.mater.car.140.& Viui.commu.opi. in uerbo,statutum,car.213.& in spurio notat Alex.in cō si.150.uiso themate,num.6.uolu.1.2.quia loquitur quòd transmittitur ad hæredes uniuersales,& non ad singulares successores,& sic ad creditores,ut est etiam fiscus ob delictum.ut dixi supra,num.11. ex doctrina Guliel.Benedi.in d.c.Raynutius. in 1.par.ubi supra,numer.274.car.116.& sic quando fiscus succederet ab intestato hæredi instituto indigno facta declaratione indignitatis,de quo loquitur Bar.in cons.194.Ceccus,in fi. uol.1.& in d.l.si qua pecunia,ff.de his,qui sunt sui,uel alie.iur. & pulchrè Iaco.Beret.d.consi.50. col.1.& 2.car.99.& latè Guliel.Benedi.ubi supra,numero 270.& seq.car.116.secus,quando ut particularis creditor agere uellet,ut est uidere per doctrinam Bal.in d.l.generaliter,& alios cum sequentes,& supra dixi in legatario,& lucro dotis. Præterea nos non sumus in titulo non hæreditario, & separato ab hæreditate,sed in ultima uoluntate,& in paterna hæreditate,& in uncijs hæreditarijs, ut supra demonstraui, ergo nihil ad nos dicta doctrina Bal.in d.l.generaliter, & pulchrè allegata per Roderic. Soarez in repeti. l.quoniam in prioribus, in amplia.7. numero 11.& 12. & sequen. C.de inoffi.testam.car.80.ubi facit differētiam,an quis sit institutus in quota bono-
16 rum,uel in hæreditate; & tamen non dicit,quòd tertius creditor possit uendicare illud ius delatum suo debitori,sed bene q; ipse potest illud petere,& rem suam uendicare,& Alexand.in d.consi.150. d.numero 6.uol.1.malè dicit, & exemplificat, qa ibi spurius succedebat perinde, ac si esset legitimus per omnia, ergo titulo hæreditario,ut per Dec.in consil.73.consil.361. numero 4.consi.362.numero 1.Decia.consi.38.numero 9.uolu.3.& Hiero.Mago.in Rota Luca. decisio. 15. numero 30.& 31. car.55. & quando iure hæreditario lucrū a statuto defertur,tunc non transmittitur si non est agnitum, Rolā.de luc.dot. q.47. sentit Vincen.Fran.d.decis.89. nume.2.3. car.84.

Et hæc omnia procedunt, quando casus est circa filios naturales,qui ex concubina in domo retenta in schemate concubinæ sociata, quę sola fuerit ei indubitato affectu cōiuncta,&non in alio filio naturali nato ex soluto,& soluta extra domū,
17 ut dicit ipsemet textus, §. si quis autem, & auth. licet, qui subiungit notabile uerbum,& asserit hæc uerba(talibus enim solummodo hoc sancimus,ubi omnino indubitatus est,& cōcubinæ in domo affectus, & filiorum ibidem proles.) At iste naturalis non est huiusmodi, ergo non habet lo-
Neque obstare quispiam dicat tèx. in c. 2. de relig. dom. (qui quid est fortius uidetur pro Reuer. Episcopo Papiensi urgere)
5 quia loquitur in unione simplici, ut in terminis declarat idem Ferretus d.cons.242. nu.12. Hæc uerò unio facta est mensę Episcopali in spiritualibus, & temporalibus per uerbum, incorporamus, motu ꝓprio, & ex certa scientia, ut supra.

RESPONSIO FACTA

supra dictis motiuis.

MAior difficultas, quę sit in iure nostro, est bene intelligere, ĩ quibus terminis loquuntur leges, glosę, &
6 Doctores, Cur. iun. consi.96.n.4. uol.1. Ludo. Zunta, in suo responso pro uxore, nu. 977. & quando habemus decisiones in terminis, non debemus ire per argumenta, & coniecturas, quia sunt securiores, ẽt quod essent unius Doctoris, Cur. iun. consi.182.
7 col. pen. uers. sed quid, lib.2. Ludo. Gomes. regula Cancella. reg.1.q.16. sub lit.B. car. 60. Fely. in c.cum ordinem, col.4. de rescr. Cum igitur materia unionis sit ampla, & satis intricata, & odiosa, non debet intelligi, nisi prout loquitur, & uerba expressa compręhensiuè extendi secundum capacitatem, & incapacitatem personę, & non debet uideri mirum, & absurdum, quod secundum quid ecclesia sit alteri unita, & facta de mensa, & secundum quid, non quia
8 ita uolunt canones, & Doctores, ut est pulcher tex. in c.per exemptionem, de priuil. in 6. & ibi Docto. & in c.recepimus, extra eo. ubi Soc. & Docto. unde cum Doct. in c. 1. & 2. de capel. Monacho. libr.6. in c.cum & plantare, de priui. in c.cum inter, de re iudic. ubi latè Abb. & in c.fi. de confir. uti. uel inuti. & latissimè omnium, ac intricatè Imo. in c.de monachis, a nu.4. usque ad numerum 8. de pręben. c.graue, & ibi Abbas, in 2.3. notab. & ibi Imo. de offi. ord. cũ mille similibus, diuersos ponunt casus unionis, & constituant differentiam inter personas, quę uniunt, & quibus uniuntur, solum hi casus debent terminari per auctoritates, & leges ex professo loquentes, per supradicta, & per Sylu. nuptial. lib.5. nu.72. uersi. limita octauò.

9 Casus autem unionis monasterii Abbatię Aquę longę mensę Episcopatus Vigleuani in temporalibus, & spiritualibus, est ad preces Episcopi Vigleuanensis, & causa introitus, & redditus, & est facta unio a Papa, non autem a b Episcopo Papiẽse, & de monasterio unius diœcesis alteri dięcesi cum reseruatione, & retentione dięcesis primęuę, & absque mẽtione curę animarũ, & populi, & iuribus Episcopi.

10 Casus autem clem. frequens, cum gl. de mensa, de exces. pręla. & ibi Ancha. nu.16. est de una ecclesia curata alteri ecclesię Episcopali, aut Abbatiæ, sed non diuersæ Dięcesi, & dicit quod fit unum, & idem membrum, & amittit primum nomen, quo ad ea, quæ sunt unita, & confert Pute. decis. ... lib.1.

Casus Rotæ in decis.2. aliàs 273. de ex-
11 ces. prælato. in nouis. car.331. est de Ecclesia parochiali monasterio, & mensæ Abbatiali unita per Episcopum, & dicit ꝙ si est unita pleno iure, ꝙ totum residet in Episcopo, uel Abbate, cuius mensæ est unita, ut dicit etiam d.glo. ad mensam, in d.clem. frequens.

12 Casus Lap. alleg.139. Gregorius, loquitur in Ecclesia curata parochiali, alteri Ecclesię Cathedrali, & in priuilegio, & ubi est facta mentio de Episcopo Diœcesano.

13 Casus Ferret. in consi.242. uol.2. & maximè nu.5. & seq. loquitur de Ecclesia unita Ecclesiæ cathedrali per uerbum, incorpora-

porâmus pleno iure, ubi dicit quòd perdit nomen Ecclesiæ, & fit unicum membrũ cum ecclesia, cui unita est, & illis statutis debet regi, & gubernari, adeo q; non dicitur amplius uacare, nec habere Rectorem perpetuum, nisi quando uacat Ecclesia cathedralis, ut dicunt etiam glo. in d. cle. frequens, in uerbo, de mensa, & d. decisio. Rotæ, 2. Petr. de Vbal. in tract. de permuta. benefi. primo memb. nu. 16. q. 6. car. 167.

Allegata uerò per Imo. in satis ampla eius repetitione, c. de monachis, a nu. 4. usque ad octauum, de præben. loquũtur iux
14 ta distinctiones, Ant. de Butr. ibi. & in ecclesijs non curatis, & curatis unitis monasterijs, & ecclesiis habentibus iura Episcopalia. Et sic uides, q; isti casus non loquuntur in monasterio unito Ecclesiæ cathedrali, aut Episcopali, nec alterius diecesis, ut ẽ casus noster: ergo de uno ad alium casum
15 nõ bene infertur, Doct. in d. c. recepimus, de priu. tex. in d. c. per exemptionem, de priui. in 6. Bero. consi. 24. uolu. 1. & est ratio, quia quando ecclesia curata unitur alteri Ecclesiæ in spiritualibus, & temporalibus,
16 uel pleno iure ab Episcopo, iura episcopalia, quæ habet illa ecclesia, cẽsetur Episcopus unisse alteri Ecclesiæ, & sic uoluisse in hoc sibi præiudicare, Rebuf. in pract. benefi. tit. de unione, gl. 11. n. 13. & 14. car. 221. & sic ẽt curã animarum uniuit, & se priuauit institutione, & destitutione Rectoris, nõ tamen uniuit ea, quę non sunt annexa dictæ ecclesiæ, sed sunt iura ipsiusmet episcopi, ut est cathedraticũ, correctio, inquisitio, fori priuilegiũ, uisitatio, & similia, ut ibi dicunt Doct. & Inno. ẽt in c. pastoralis, n. 7. in uerbo, cathedraticum, de dona. car. 237. Imo. in d. repe. d. c. de monachis, nu. 6. uers. & adde ẽt alia quatuor, de prębẽ. Rebuf. in prac. benefi. tit. de unio. gl. 11. n. 13. car. 220. & n. 14 & prædicta procedunt, qñ in unione est facta expressa mentio de qualitate ecclesiæ, uidelicet curatæ, collegiatæ, uel simplicis sub tali diœcesis, aliàs nõ ualeret uti subreptitia, Fel. in c. in nostra, in decimo Corollario, extra de rescr. ubi dicit procedere, ẽt si Papa uniret motu ꝓprio, Rebuf. in prac. benefi. tit. de dispensatio. æta. car. 292. & maximè, quando ageretur de pręiudicio tertij, & iuribus ordinarij, Abb. in c. ad aures, ubi Fel. in 5. conclu. no. 6. & seq. eo. tit. Mandosi. in reg. Cãcel. reg. 22. q 2. n. 3. car. 12. Hiero. Gab. cons. 191. nu. 11. & ita est intelligendus, Fran. in c. 1. nu. 3. & 5. de Capel. Monach. in 6. car. 208. Nat. cons. 501. n. 55. 56. uol. 3. nisi ecclesia curata esset collegiata, ut per Cassado. dec. 12. de præben. car. 161. Hiero. Gab. cõsi. 191. n. 10. in fi. quod non procedit, quando in eadem ecclesia adesset cura ecclesię collegiatę, & cura parochialis ęquè principaliter; nam tunc de utraque est fienda mentio, Cassado. d. decis. 12. nu. 5. car. 160. Fran. Bene. in c. cum in illis, sub nu. 5. car. 135. uers. si uerò cura collegiata, de præbẽ. in 6. Gemi. d c. per exemptionem, sub nu. 14. de priui. in 6. ibi succumbit in ultimo, quia nil de Parochianis in priuilegio dicebatur, Rebuf. pract. benefi. de uni. in prin. n. 14. car. 212. & in tit. de non promouen. intra annum. 31. car.

Casus aũt noster est ualde diuersus, qa hic est monasteriũ, quod unitur mensæ Episcopali Vigleuani in spiritualibus, & tẽporalibus cũ omnibus suis iuribus, & pertinentiis, & sic quo ad redditus, fructus, possessiones, & prouentus, & quo ad diuina celebranda in dicta ecclesia tam per ipsum Episcopum, quàm eius Monachos, & alios exteros, qui uellent ibi facere diuina celebrare, & sic omnia exercere in dicto monasterio, quæ ipsum monasterium de sui natura, & ante curam animarum exercere poterat, iuxta terminos c. 1. de capel. monach. extra, & in 6. ut ẽt latè dixit Excellens D. Ant. Maria Canis, Quo uerò ad curam animarum, ad populum, ad cathedraticum, procurationem, inquisitionem, uisitationẽ, coerctionem, fori priuilegiũ, & similia iura ipsiusmet Episcopi diœcesani unio non censetur facta, nec hæc omnia sunt effecta de mensa Episcopatus Vigleuani, uti quid separabile ab ecclesia dicti monasterij, & a dicto monasterio, cum non sit inconueniens, ut monasterium habeat eius ecclesiam ad seruitium suorũ monachorum, & familiarium, in qua ẽt adsint canonici sæculares, aut iussu Episcopi erigatur cura animarum pp populum ibi circũuicinũ, & ponatur Rector per d. Episcopum, ut est Mediolani in ecclesia Sãcti Ambrosij, quæ nihil habent cõe cum monasterio, & ecclesia monasterii, uti ecclesia

d. mona-

d.monasterii,d.c.1.de capel.monacho extra,& lib.6.tex.in d.c.per exemptionem,de priui.in 6.ubi Dominic. n.4. & 5.car.293. Card.consf.46.& consf 47.n. 2.Et cum in dicta cõfirmatione, ac unione Papę nulla sit facta mentio de cura animarũ, nec de populo,sed de solo monasterio,& eius redditibus,& bonis,nescio uidere,qũo possit inferri,quod illa incorporatio,& unio mensæ Episcopatus Vigleuani de monasterio tantum, extendatur ad curam animarum populi,& ad Dominium in populum, A cadalia iura Episcopalia, cum nec ét ferè ipsa ecclesia diceretur unita, quia de illa nulla est facta mentio in unione,sed de so
17 lo monasterio,& redditurus; ergo solum pleno iure in spiritualibus, & temporalibus uenit in unione monasterium quo ad monachos,& domũ religiosam, & sic quo ad spiritualia,& possessiones, ac redditus, quo ad temporalia,tex.est clarus,qui non potest cauillari in d.c. per exemptionem, de priuile.in 6.& ibi Dominic.ubi non fit extensio de clericis ad ecclesiam, nec è cõuerso,cum Rector,populus,cathedraticũ, fori priuilegium, & alia iura episcopalia sint quid omnino diuersum a monasterio, Franc.in d.c.1.in fi.de capel.Monach.in 6. & Calder.d.q.6.in fi.de dona.& Episcopus habet fundatam eius intentionem in iure cõi,per supradicta,&notatur in c.dilectus, de off.ord. Dec.consi.152.in prin.& nihil ulterius fuit petitum q̃ dictum monasterium,& eius bona,& redditus,& reseruata fuit diœcesis d. Episcopo Papien.s.quo ad alia,& sic curam aĩarum populi, dominium in populũ, & eius iura, quæ sunt de lege diœcesis, unde non est mirum si non præsumitur Papam uoluisse derogare iuribus,& iurisdictioni d. Episcopi Papiensis, præcipuè cum non fuerit præsens,nec consenserit,nec aliqua facta expressio p Papam;alias,ut dixi,non ualeret,& esset subreptitia,clem.1.de præben.& in proposito loquitur Host.in summa,Rub.ne sede uacan.aliquid Inno.n.5.car.142.sequitur optime Caccialup.in tracta.de unioni. art.8. uers.secundò quæro,Dominic.& Franc.in c.cum in illis,de pręben.in 6. Lancello.in Insti.Canonica,rubr.de unioni. §. sed q̃ri, car.117. Rebuf.in tracta.de pacifi.poss.nu. 252.car.1226.Pet.de Vbal.in tract.de permuta.benefi.in 2.memb.q.ult.n.17.& 18. uers.quandoque ecclesia,& in tracta.de unio.eccle.c.2.q.2.Card consf.65.nu.7.& 8. & consf.30.in hac dubia, Rebuf.in prac.benef.tit.de unio.gl.11.n.13.car.220. Cald.de don.consf.6.Quod expressius hoc apparet ex uerbis dictæ unionis postea q̃ in precibus, & unione fit mentio de diœcesi Papiẽsi,& non eximit ecclesiam a dicta diœcesi, sed solum uult ꝙ possit propria authoritate appræhendere corporalem possessionẽ d.monasterii,bonorum,&fructuum absq; licentia diœcesani loci,quia si ita Papa nõ
18 dixisset, mensa Vigleuani nõ potuisset eã sine licentia Episcopi Papiensis accipere, Rebuf. in sua practic.benefi. in rubrica de unio.glo.11.nu.17.uersi.Hic concedit Papa,car.221.& in tract.de pacifi. pos.n.252. car. 1226.ergo in alijs non expressis vult Papa ꝙ diœcesanus habeat eius iura illæsa,& seruetur ius canonicũ, & alia in unione non cõphendantur,32.q 7c. Dominus. Cardina.in c.pastoralis,in 1. notab.de priuileg.cum per illud argumentum a contrario nõ corrigatur ius cõe,sed seruetur,per ea,quæ late dixi in tract.de Tutore,n.83.& 85.car.69. Nam noluit in totum eximere ecclesiam illam propter supradicta a potestate,& lege diœcesana,& Episcopi Papiẽsis,ut in proposito considerat Ripa, lib.1. Respon.1.de legi.& longa consuetu. incip. Pro resolutione,n.6.uers.3.quia ubi dicit, ꝙ illæ quatuor Parochiæ donatę Regi non sunt unitę Regno, ex eo quia dictum fuit ꝙ essent de Dominio Alenconij,quod stare non posset,si uoluisset Alenconium donare,& ibi loquitur per uerbum,incorporauit,ita in casu isto,cum uoluit monasterium esse de dięcesi, aut in Diœcesi Papiensi,non in totum exemit, sed quo ad legem diœcesanam remansit subiectum una cum cura animarum populi, dominio in populum & alijs iuribus Episcopi.d.c. per exemptionem,de priuileg.in 6.Doct.in d.c.recepimus,ubi late Soc extra eo.tit.Ber.consi. 24.n.27.uol.1.Alias frustra remaneret, & uacua illa diœcesis,quod non est dicendũ, quia ibi Episcopus Papiensis potest erige-
19 re aliam ecclesiam,& ibi ponere Rectorẽ & facere exercere curam animarum, Dominic.in d.c.per exemptionem, nu.14.uer. sed pone ꝙ monasterium

Nec

Nec releuant illa uerba,tam a motiuantibus conſiderata,uidelicet(incorporauit, cum ſuis iuribus,& pertinentijs,in ſpiritualibus, & temporalibus.)Quia ex ſupra dictis ſatis clare colligitur reſpõſio ex diuerſis caſibus.Tamen breuiter, clarius reſpondendo,dico ꝙ illud uerbum,incorporauit, eſt uerbũ formę unionis, ut legitur apud Rebuf.in d.pract.benefi.de unioni.glo.11. nu.15.& ſeq.uerſi.ſolet itaque Papa, car. 221.Secundò reſpondetur,quod accipitur, & intelligitur ſecundum ſubiectam mate-
20 riam & naturam rei,& non uniuerſaliter, ſic uidemus ita ẽt intelligi uerbum,in perpetuum,& ẽt pleno iure,ita dicũt Io. Bap. Ferret.conſ.241.ſub n.3.uol.2.car.16.Abb. in c.de monachis,nu.9.& 15.de præben. & in c.& cum plantare,in fi.de priuileg.& illa uerba,cum ſuis iuribus, & pertinentijs, important ſolum ea,quæ ſunt propriæ pertinentiæ rei, & ſic ſtatuto conſuetudine, aut lege deputata ſunt,adeo ꝙ non ueniũt res aliæ ſpeciales etiam cohærentes,& contiguæ, ut per Alex.& Io.de Imo.in l.3.in prin.col. pen. ff. de acquir. poſſeſ.& Bero. conſ.160.nu.4.uol.1.car.603. Inno.glo. & Abb.in c.cum ad ſedem,n.11.uerſ. ſed nũc quęro,de reſt.ſpol.car. 186.& ibi Doct.uide omnino Lap.alleg.139. Gregorius,nu. 9.& ſeq.car.341.& nu.20. & ſeq. Iacob.de Sancto Georgio,de feu.in uerbo,de Caſtro Rubei montis,n.7.uerſ.quæro ẽt,car.27.facit Natta conſ.546.n.16.ſeq.uo.3.& ſimiliter illa uerba,in ſpiritualibus,& temporalibus,licèt important aliquid minus quàm pleno iure,ut per Abb.in d.c. de monachis n 9.& n.15.de pręben.Gem. in d.c. 1. ſub nu.5.de Capel.monac.in 6.car.252.intelliguntur tamen ſecundum ſubiectum materiam & naturam rei, ut per Abb.in d.c.cũ & plantare,in fi.& ibi Doct. de priuil.& dixi mox ſupra,& per Nattam conſi.501.nu. 55.56.uol.3.Dec.conſ.113.nu.6.& 7.Quibus ſtantibus dicitur, ꝙ dicta uerba intelliguntur ſolum quo ad illud monaſterium, & illius bona,& redditus,& non quo ad curam animarum populi, dominium in populum,& iura diocœſani,& Epiſcopi loci, de quibus nulla eſt facta mẽtio in petitione,& unione,uti quid ſeparatum,ut ſupra ſępius dixi, & declarat Dec. in d.c. cum & plantare,nu.26.in fi.ubi dicit, contrarium tamen uidetur uelle Abb. hic in iſto 4.caſu. Sed d. Abb. intelligitur,quod eccleſia ſit ſubiecta pleno iure non ſimpliciter, ſed ſecundum quid,uidelicet reſpectu eccleſię hæc ille,& ſentit Crau.conſ.236.nu.6.& 7. uol.2.Calderi.in allega.Lap. 139.nu. 20.& ſeq. & ſic tolluntur illæ ſubtilitates tantorum patrum, quæ non loquuntur in caſu noſtro,& de quo nulla eſt facta mentio in unione,prout fieri de neceſſitate deber ſaltem per uerba uniuerſalia apta cõpræhendere de proprietate, & natura uerborum Epiſcopum,& eius iura,ut per Pariſ.conſi. 22.nu.8.& ſeq.uol.3.Dec. conſ.113.n.6. & 7.ad hoc ut compræhendatur, & ualeat,ut ſupra dixi,& per Ripam Reſpon. 3. tit. de iu.gen.& ciui.n.60.Caccialup.de unio.d.artic.8.ſecundo quæro, & Petr. de Vbal. de permuta.benefi.d.2. memb. n.16.17.& 18. cum mille ſimilibus,adeo quod nõ eſt quærendum,an unio ſit facta Abbatiæ incapaci,uel mẽſæ Epiſcopali capaci in tpalib. & ſpiritualib.& ꝙ ob id ur̃ ampliari unio ex qualitate eius,cui fit donatio, licet non ſit ampliatio,ſed compræhenſio per illa uerba,pleno iure,uel in ſpiritualibus,& tẽporalibus,Natta conſ.591. nu.55.& 56. quę
21 compræhenſio non habet locũ quo ad ea, quæ ſunt ordinis in monacho, & Abbate uti incapace,ſed bene in Epiſcopo, cui eſt facta unio,uel alteri,qui habet ius exercendi iura epiſcopalia, ut notat Inno. in c.in Lateranenſi,de præbend.& in c.paſtoralis, n.6.& 7.de donatio.car.237.Imo.in d.c. de monachis, nu.7. uerſ. dicebam ulterius,de præb.car.47.& Soc.in c.recepimus, nu.27. car.104.& in c.quoniam,nu.6.de priuileg. car.119.latè Lap.alleg.139.Gregorius, & ibi Calderi.quia hæc omnia, ut dixi,procedunt & loquuntur in eccleſia curata, aut ſimplici unita Abbatiæ, aut eccleſię cathedrali alterius diœceſis,in qua unione eſt facta mentio de qualitate eccleſiæ, & facta fuit ab Epiſcopo,qui uniendo ſibi præiudicare noluit,Rebuf.de unio.d.glo.11.nu.13. & 14.non autem in unione Abbatiæ,& monaſterio facta alteri eccleſiæ curatæ, aut cathedrali,in quibus poteſt ẽt eſſe ſeparatim & cura animarum populi, & dominium in populum,& de quibus neceſſe eſt fieri expreſſa mentio,& in facta a Papa abſq; conſenſu Epiſcopi diœceſani, & mentione de

iuribus

iuribus & cura, ac populis suis saltem per uerba æquipollentia, qui casus ualde diuersus est, ut per Rebuf. ubi supra, n. 13. & 14. & nõ præsumitur Papa de hoc sensisse, nec uoluisse, ut dixi sæpius supra; & præcipue sub uersi. Et cum in precibus, non obstante quauis clausula, ẽt motu proprio, & ex certa scientia (licet in casu nostro in dispositione non reperiatur) cum sit facta ad postulationem alterius, quia concessio Prin-
22 cipis, & Papę semper sine tertij præiudicio intelligitur, & ne tertio præiudicium generetur, ẽt cum dictis clausulis. l. 2. §. merito, & §. si quis a Principe. ff. ne quid in loco publi. Ripa in Respon. 15. n. 1. & Io. Bap. Vicemala, consi. 1. nu. 114. & 115. uol. 1. Responsorum feudalium, Ias. in l. uenia, nu. 9. C. de in ius uocan. in cõs. fi. n. 2. uol. 1. cõs. 213. n. 5. uol. 2. quia requiritur specificè fieri mentio de illo pręiudicio tertij, Paris. consi. 20. n. 24. & 25. uol. 1. Goza. consi. 62. n. 18. Alex. consi. 122. n. 15. & 16. uol. 4. & pulchre Abb. in c. pen. de cleri. non residen. Cũ igitur sit quid separabile, & nulla sit facta mentio de illis, non ueniunt in vnione prędicta, ut dixi, & tradit Abbas in c. cum inter, de re iudica. & in c. in Lateranensi, nu. 4. de præben. & in c. cum & plantare, in fi. & ibi Soc. n. 23. & Dec. n. 26. de priuileg. & Petr. de Vbal. de permuta. benefi. d. 2. memb. nu. 17. & 18. car. 170. post tract. de duob. fratri. Ber. d. consi. 24. n. 27. uol. 1. concluditur ergo q̃ Excellens D. Ant. Maria Canis optimè distinxit per uarias conclusiones diuersos casus, & ostendit in quo casu versabamur, ubi monachi, & monasterium de iure non hñt curam animarũ, & q̃ Episcopus Papiensis habet fundatam intentionem iure cõi, ut ẽt per Dec. cõs. 152. in causa, col. 1. in prin. per Inno. & Doct. in c. cum uenerabilis, de exceptio. & eius iussu, & licẽtia cura animarũ ibi exercebatur suo populo, uti quid separatum a iurisdictione monachorum, & monasterij, & ita præsumitur ultra probata d. c. 1. extra, & in sexto, de capel. monacho. & Petr. de Vbal. d. tit. de permuta. benefi. d. 2. memb. n. 18. Nec est inconueniens
23 quod monasterium sit exemptum, & unitum, & capellę illius monasterij, ac cura animarum cum populo, non sint, sed sint in totum uel in parte subiectæ Episcopo, ut d. c. dilectus, dę offi. ordina. Imo, d. c. de monachis, sub nu. 7. uers. quandoque uerò Episcopus donat ecclesiam pleno iure, de prębẽn. car. 48. Abb. in c. quoniã, n. 1. de priuileg. Calder. de donatio. cõs. 6. col. fi. & ibi Apostilla, Dominic. d. c. per exemptionẽ, n. 4. & 5. de priuil. in 6. car. 293. & Ber. d. consi. 24. n. 27. uol. 1. & ideo est casus decidendus secundum authoritates ex professo loquẽtes, & reponere, illa uerba (incorporauit cum iuribus & pertinẽtijs, in spiritualibus, & temporalibus) in monasterio, & bonis, ac fructibus tantũ, & non extendere ad casus diuersos, ut supra clarè demonstraui, ultra adducta per alios excellentes Doctores, quia unio, & exemptio est odiosa, & re
24 stringenda, dummodò aliquid conferat, Fran. d. c. per exemptionem, n. 5. de priuileg. in 6. car. 238. & Ber. d. consi. 24. nu. 8. & seq. uol. 1. unde patet in d. mea decis. 4. sub n. 8. in 2. par. car. 81. cursum, & incidenter bene fuisse conclusum, aliàs necessariò esset concludendũ huiusmodi unionẽ fuisse subreptitiã, & non ualuisse, nec ualere, cũ de cura animarum, de populo, ac aliis nõ fuerit facta expressa mẽtio, ut requiritur,
25 ut dixi supra, & per Mandos. in d. regula 22. q. 2. nu. 3. & seq. & Rebuf. pract. benefi. tit. de unio. glo. 5. car. 217. & in tit. de dispensa. ratio. ætatis, in glo. ẽt si curam habeant, car. 297. quod non est dicendum, cum possit in aliquo ualere talis unio, Ber. d. consi. 24. n. 8. & seq. Cassado. decis. 12. de præben. n. 13. car. 163. Grat. consi. 46. nu. 7. & seq. & consi. 16. n. 18. uol. 1. & Lamb. de iure pat. lib. 2. artic. 6. q. 9. nu. 3. & 4. car. 239.

ALIA RESPONSIO aliys excitatis.

VLtra adducta in aliis supradictis allegationibus meis est animaduertendum, ut dixi, q̃ magna est differentia inter unionẽ factam de monasterio Ecclesiæ Cathedrali, ẽt alterius diæcesis ab unione facta de ecclesia curata, uel nõ alteri ecclesiæ, aut monasterio, uel mensæ Episcopali, nam quando fit unio de ecclesia curata mensę Episcopali, si est facta simplici-
26 ter unio, nulla facta mentione de cura parochiali animarum, non ualet, & est subreptitia, clem. 1. de præb. & maximè in præiudiciũ tertii, & ordinariis Abb. in c. ad aures,

res,ubi Felyn.in 5.conclus.num.6.& seq.de rescrip.Rebuff.in pract.benefi.tit.de dispés. ratio.ęta.nu.31.cart. 297.& in tit.de unio. glo.11.num.13.Mandos. Regula Cancell. 22.q.2.num.5. & non comprehenditur institutio,& destitutio authorizabilis Rectoris,nec iura episcopalia, c. per exemptionem,de priuileg.in 6. & ibi Docto. c. fina. de confir.uti.& inuti.& ibi Abbas, Imo. & Doctor.sed dubium facit, si est facta unio in spiritualibus,& temporalibus, aut pleno iure cum pertinentiis suis, & tunc si est facta mentio de cura animarũ,ut unio ualeat,dicunt Doctor.quòd illa uerba important unionem amplam, & sic aliquod plus operantur,& tunc habet institutioné, & destitutionem authorizabilem sine examine,& potest uti uerus Rector,omnia facere,Doc.in d.c.fi.Imo.in c.de monachis, de præben.a num.4.usque ad nume.8. Rota decisio. 2. alias 273. de excess. prælat.in nouis.car.331.Geminian.& Fran.in c.1.de capel.monach.cum mille simil.& hoc,quã do ab Episcopo est facta unio, quia ipse,q. est præsens, non habet necesse facere mentionem de iuribus suis,& uidetur ea remisisse: secus si a Papa est facta unio cum d. uerbis,pleno iure,aut in spiritualibus, & temporalibus,cum pertinentiis suis: quia tunc,si Papa facit mentionem de episcopo diœcesano,aut illius iuribus, aut per uerba ęquipollentia hoc colligi possit, quòd uoluerit ordinario preiudicare, illa uerba important institutionem, destitutionem sine examine, & iura episcopalia respicientia curam animarum,si episcopo,& capaci est facta unio. Abbas in c.cum inter,in 3.casu,de re iudi.Franc.d.cap. 1. de capel. monach. Socin.in c.recepimus, de priuileg. & ita sunt intelligenda adducta per Rotam decisio.2.legatus,in fin.de off. lega.in nouis,car.98.& Aegid.Bellame.decisio.513. conclusio.quod legatus,car.27. ne contrarientur ea,q̃ infra dicerentur. Si uerò non sit facta mentio de Episcopo,non præsumitur Papa derogasse iuribus diœcesani, & sic episcopi, c. fina.de confir. uti. uel inuti.Host.in summa,Rub.ne sed. uac.aliq̃d innouet.n.5.car.142.Caccia.de unio.art.8. uers.2.Domin.& Fran.in c.cum in illis,de pręb.ĩ 6.& Rebuf.de pacifi.pos.n.252.car. 1126.& ita conciliat Rebuf.in pract.benef. tit.de unio.glo.11.num.13. & 14.car.220.

Quando uerò unio est facta à contrario
27 hoc ẽ de monasterio Ecclesię cathedrali, & sic de ĩcapaci capaci: si monasteriũ ẽ unitum,capellæ etiam censentur unitæ, si pleno iure é facta unio, uel in spiritualib. aut temporalibus,aut cura animarum,si de illa est facta mentio, & sit unita & annexa monasterio ex priuilegio, aut pręscriptione, ut aliquid plus illa uerba operentur, Imo.d.c.de monachis,a nu.4.usq; ad nu.8. sed populus exemptus,& separatus à cura populi,ac iura propria Episcopi non césentur unita, quia iam illa uerba operata sũt eorum effectum in uno,hoc est in capellis, aut cura populi,sicut quando Ecclesia curata est unita mensę episcopali cum illis uerbis,pertinentiis suis, pleno iure, uenit populus,quo ad curã, ut aliquid plus operentur,Inno.in c.in Lateranensi,nume.4. de præbend.& in c.pastoralis,col.fi.de priuileg.Lap.allega.139.& si operarentur in unione monasterij etiam quoad populum & maximè extra curam, & iura ordinarii duplicem effectum producerent,& sic duo specialia in eodem subiecto, & uerbo orirent, q̃ nõ est dicẽdũ,l.1.C.de dot.promis. l.1.ff.de usu,& usufr.& maximè in materia unionis,ubi est odiosa,& restringẽda,& sufficit q̃ aliquid cõferũt,c.recepimus, de priuilegi.ubi Soc.& Doc.Lap.d.all.139.n.20. & seq.Bero.cons.24.n.8.& seq.uo.1.ubi sub nu.27.propriè uĩ declarare casum nostrũ in monasterio,& alium non reperii de monasterio unito alteri ecclesiæ loquentem, quia est magna differentia inter Ecclesiã unitam monasterio, & monasterium Ecclesię.Nã Ecclesia est capax curæ animarũ, & monasterium incapax,d.c.1.de capel. monach.extra,& in 6.& ideo maior exemptio, & maius priuilegiũ requiritur ad hoc ut cõprehendat curã,& populũ unitũ,& annexũ,ut patet sensui,& ĩõ nõ est mirũ si nõ cõp̃hendit iura ẽpalia, & populũ separatũ à cura populi, & maximè nulla de his facta mentione in p̃cib.& unione, p̃ supradicta: & tãto magis,q̃a unio est solũ facta de monasterio, & iurib.ac p̃tinentiis suis,hoc est ipsius monasterii,adnotata p̃ Bal.cons.62. alia uice,col.1.ibi,nota,q̃d dicit,suis,uo.2. Et cura populi,ac ipse populus,& iura Ep̃i
28 nõ sunt de p̃tinentiis monasterii d.c.1.de

capel.monacho.extra,& in sexto cap.2. de religio.domi.Calderi.in d.consi. 6. de donatio.post medium,& in fi.repetit.in allegationibus Lap.allega.139.Gregorius,nume.20.& seq.ubi declarat dictum Inno. in d.c.in Lateranensi,de præben.quia intelligit populum comprehendi cum cura parochiali,quo ad Rectorem, & quæ pertinēt ad illam curam,non autem quò ad alia extra curam pertinentia,non ad Rectorem, sed ad Episcopum, ut uisitatio,fori priuilegiū,coerctio,crisma, & similia, quia ista non sunt de pertinentiis ecclesiæ curatæ, sed diœcesis Episcopi, & ita intelligit rectè intuenti Rebuf.in d.sua practic. benefi. de unio.glo.11.nu.13.uersicu.& etiam notādum est ibi,iuribus suis,uidelicet uisitationi,&c.& ibi,secus in collatione,& aliis iuribus,quę salua esse nō possunt,ualida existente unione,&c.car.220.& ita sunt intelligenda allegata per Lap.d.alleg.139. Gregorius.aliàs male loqueretur, maximè in unione odiosa,ut dicit ibi Calderi.nu. 20. & seq.& Apostilla in d.consi.6.de donatio. & per Rebuf.d.gl.11.nu.13.Abb.in d. c.in Lateranensi, nu.3.4.& Petr. de Vbald. de permu.benefic.d.2.memb.nu.17.& 18.car. 170.post tract.d̄ duob.fratri.quia licèt nō sit cura sine populo, tamen est populus ultra curam,& sic subiectus Episcopo, quo ad iura episcopalia;separatus à populo curato per supradicta, & patet sensui. Quę non possunt, ut dixi,uerificari in monasterio unito Ecclesię cathedrali, aut mensę Episcopali, cum de sui natura non habeat curam animarum populi,dominium,ī populū,nec iura episcopalia, ut supra sępius ostendi, & ideo nō haberet secum in unione,nisi ea,quæ reperiretur habere sigillatim,& non alia,cum sit incapax, & habeat contra ius commune.d.c.per exemptionē, de priuile.in 6.& in c.recepimus,extra eo. c.1.de capel.monach.extra,& in 6.& Bero. d.consil. 24. nu.8.& seq.& maximè nu.27. uol.1.unde non est fiendum fundamētum in illa allegatione Lapi, 139.Gregorius, à non nullis reputata mirabilis,quo ad hūc casum monasterii uniti mensę episcopali cum pertinentiis,& iuribus suis, quia non loquitur in casu nostro diuerso ab unione ecclesiæ curatæ populi, & sic ī monasterio unito,qđ non hēt in ꝑtinentiis suis in spiritualibus,& temporalib.curam animarū, dominium in populum,nec iura ep̄alia,ut supra demonstraui:& etiam quia ibi loquitur in beneficio gratioso,& priuilegio, & fit mentio de Episcopo: sed hic loquitur in precibus alterius,& unione odiosa, & non fit mentio de Episcopo,quod ualde differt capitu. odiosa, de regul.iur.in sexto. Dominic.& Docto.in cap.per exemptionem, & Hostiens.in summa,Rub.ne sede uacā.aliquid Inno.nume.5.car.142. & etiam quia ibi Calderi.in d.allega.139.nu. 20. & seq. & apostilla in d.suo cons.6.de donatio, eā reprobant,seu declarant iunctis uerbis Rebuf.d.glo.11.nu.13.car.220.& Bero consi. 24.num.8. sequen.& numero 27. uol.1.& aliis supra allegatis,quę magis ex professo loquuntur, quam dict. allegatio. Lap. 139.

Nec est uerum,quod Rota in dec.2.legatus,de offi.lega.in nouis.cart.98. & Aegid. Bellamer.in dec.513.conclusio.intelligant c.fin.de confir.uti.uel inuti.loqui, ꝙ Papa uniēdo ecclesiā unius Ep̄i mensæ alterius Ep̄i in spiritualibus & tēporalib.uoluerit preiudicare iuribus ordinarij,& sic Episcopi diœcesani quo ad iura episcolia,licèt de Episcopo non fecerit mentionem uerbis expressis uel æquipollentibus, quia solum dicunt,quòd non ualet unio facta per legatum in præiudicium Episcopi, quia hoc non potest facere. secus dicunt in Papa, quia est speciale quod potest præiudicare. Quod tamen est intelligendum secundum alia iura,ut iura iuribus concordentur, & non simpliciter,& sicco pede,hoc est Papa ita uolente,& declarante faciendo mentionem aliquo modo de huiusmodi Episcopo,aut eius iuribus per ea,quę dixi in meo tracta.de usufru. nume. 67.cart.395.Laur. Silu.consi.6.nu.29.Alias regula est in contrarium,quod non pręsumitur uelle pręiudicare, ut dicit idem Aegid. Bellamer. d.decis.513. circa medium,Host.in summa Rub.ne sed.uac.aliquid Inn.nu 5.car.142. & dixi supra,in uers.unde non est mirū,& hoc procedit ēt in modico, Dec. in c. quæ in ecclesiarum,nu.35.uers.& ista cōclusio, de const.Gom.in trac.de gr̄a,& expect.post n.16.uers.& ista,q̄ dicta sunt.& tetigi in d. dec.4.n.26.in 2.par.& ꝙ hoc sit uerū,ita declarat d.c.fi.ēt in Papa,Host.ubi supra,d.n. 5.uersic.

5.uers.2.unitur sic. Quod secus esset, si facta esset mentio de cura Ecclesiæ a Papa, cum illis uerbis, cum pertinentijs suis in spiritualibus & temporalibus uel pleno iure, & de iuribus diæcesani Episcopi. d.c.fi. de confir.uti.uel inuti. Hostien.ubi supra, d.numero 5.cum alijs supra allegatis. Nec ullibi apparet, monasteriũ habuisse, & ha-
29 bere unitam curam animarum populi, dominium in populũ, & iura episcopali, nec præsumitur ut supra dixi per d.c.ii.de cape. monacho.extra, & in 6. & c.2. de religio. dom. Imò præsumitur iussu, & de licentia Episcopi curam fuisse factam in dicta ecclesia, uti quid separabile, & principale in genere suo, ut supra dixi, & per Petr. de Vbal.de duob.fratrib.in tract.de permuta. benefi.in 2.memb.numero 18.car.170. Et inferior non potest hoc prætendere, & sic monasterium incapax, nisi doceat de titulo uero, aut putatiuo, uel quod præscripse
30 rit, iuxta tradita per Fel.in consilio secundo, per Rebuf.de unio.num.34. & seq.car. 214.quod hic non apparet, imo de contrario per actus possessorios factos per Episcopum Papiensem ab inde citra, & quo ad monasterium, & inferiores Episcopo tantum dicitur præscriptum in præiudicium Episcopi, quantum probatur, Abb.in c.2.nu.12.in fi. de capel.monacho.c. auditis, & c.cum olim, ubi Doct.de præscri.unde ex prædictis patet, Episcopum Papiensem habere iurisdictionem, & iura Episcopalia in ecclesia Abbatiæ Aquæ longæ, & super Massariis, & populo dicti loci, non obstante huiusmodi unione facta Ecclesiæ cathedrali Episcopatus Vigleuani quoad monasterium, & bonorum, & redditus, & meam decisionem posse substineri, saluo semper saniori consilio non appassionato. Die 26. Septembris 1581.

Vniuersitas, & populus non habens authoritatem condendi statuta, & leges, non potest introducere consuetudinem absente superiore, decis.11.nume.49.fol.43. Natta consi.574.nu.32.& 33. uol.3. supra in uerbo, populus.

Vniuersitas recognoscens superiorem in dominũ, non potest statuta condere sine confirmatione superioris, & si cõfirmantur ad tempus, post tempus debent iterum confirmari, alias nõ ualent, decis.28.nu.35.& 36. fol.114.& supra in uerbo, lucrum dotis, in fi.

Vniuersitas, donec uiuit aliquis de uniuersitate, si sciuit rem non esse uniuersitatis, nũquam præscribit, decis.45. in addi. nu.59. fol.215.

Voluntas testatoris ex testamento seu codicillo imperfecto potest declarari per duos testes etiam per interuallum, decis.27.nu. 19.fol.104. Decia.consi.56.nu.24.uol.2.supra in uerbo, testamentum, ita etiam aditio hæreditatis, quę solo animo potest adiri, adeo quòd & si per scripturam inualidam, & imperfectam uerificatam appareat, tamen probatur animus aditionis, & ualet aditio, licet scriptura sit inualida, ut per Manticam de coniectur.ultima.uolun. lib.12.tit.11.n.9.& seq.car.338.

Vocatus, post filios, nepotes, & agnatos, aut legitimos non potest cognatos, uel naturalis petere admitti, donec sit spes incommutabiliter procreandi filios, nepotes, agnatos, uel legitimos in rerum natura, sed sit spes creationis, decis.36.nu.30.seq.car.146. & supra in uerbo, electio fienda sentit Roderic.Soarez.in Allega.3.car.41. numero 3.& seq.sentit Pau.de Cast. consi.247. sub numero 5.uersi.item allegatur, quòd dicti Agentes, uolum.1.car.115.faciunt adducta per Fran.Vegi.cons.58.nu.27.& ideo consului, Magnificum D. Prosperum Lampugnanum, & eius filium naturalem non posse succedere patri, & auo, donec sit spes incommutabiliter ipsi Magnifico D. Prospero procreãdi filios legitimos, & naturales, & isto interim hæreditatẽ stare in suspenso penes hæredẽ grauatũ cum lucro fructuũ.

Vsufructuarius locator si moritur ante finem locationis, statim locatio extinguitur, & cõductor tenetur proprietario relaxare rẽ conductam, decis.45.in addi.n.71. fol.216. Rodoan.de reb.eccle.non alienan. car.56. nisi conductor cœpisset annum ante mortem vsufructuarij, & terras laborasset, ac seminasset, & solum fructus recolligere haberet, quia de ęquitate pro illo anno tantum debet perseuerare in conductione, ut dixi in decisio.44 & Afflict.decisio.365.numero 27.

Vsufructuarius hęres grauatus, cum pacto de retrouendendo, & feudatarius tenetur soluere collectas pro rebus per eũ posses-

fis, & aptare uiam, ac purgare puteum, decis. 44. num. 54. 55. ubi colligitur ratio, fol. 185. Caballi. Milleloq. 524. car. 8. in 2. par.

Vsufructuarius, emphiteuta, & maritus, an possint succidere arbores grandes non fructiferas, & ab eis plantatas, & siccas, aut ui uentorum euulsas, ibi. numer. 72. Michael Gras. recepta. sententia. lib. 1. §. 1. car. 91.

Vsufructuarius, conductor, & emphiteuta tenetur potius relaxare, & uendere melioramenta, & reparationes domino rei, quam alteri, nec potest ea abradere, & euellere, maximè si sunt eradicatæ in terra, etiã domino nolente emere, ibi. nu. 69. & 70. Gaspar Caballi. in Milleloq. 98. in fi. car. 39. ui de Bal. cons. 311. n. 4. uol. 3. Baptista Aymo Parmens. in tract. de alluuio. lib. 1. c. 7. sub nu. 5. car. 26.

Vsusfructus finitur morte, ibi. n. 5. & an reuertatur ad proprietarium, uel ad usufructuarium omnium bonorum, dic reuerti ad usufructuariũ per ius accrescendi, siue sint usufructuarij uniuersales, siue particulares, siue unus vniuersalis, & alter particularis, ut dixi in tract. de usufru. numero 64. & 65. car. 389. Mantica, de coniectur. ultima. uol. lib. 9. tit. 5. in fi. car. 218. quod procedit, ẽt si testator vsufructuario particulari imponeret onus, quod ipso mortuo, uel delinquente vsusfructus reuertatur, & hæres habeat proprietatem pleno iure, quia tunc vsufructuarius omnium bonorum cum integro usufructu habebit medietatem usufructus illorum bonorum particularium, & aliam medietatem hæres, propter illa uerba, pleno iure, quæ important proprietatem, & cum fructibus, vt dixi in tract. de vsufru. numero 63. uers. aduertendum tamen est, & per Alexand. consilio 56. perlectis, uolum. 3. & Michael. Gras. in recep. sententia. in §. legatum, quæst. 25. & 36. numero 5. car. 90. Nam si testator non addidisset illa uerba, pleno iure, hæres solum nudam proprietatem haberet, & usufructus esset reuersus totum ad usufructuarium uniuersalem cum toto, & integro usufructu, duabus de causa. Prima, quia est hęres simplex, cum quo non habet locũm dispositio. l. si alii. ff. de usufru. Secundo, quia est relictus usufructus integer, & totus, per quæ uerba proprietarius est exclusus a medietate vsusfructus. & nuda sola proprietas censetur relicta durante vsufructu vniuersali per ea, quę dixi in tract. de vsufru. numero 54. in 12. limita. & numero 61. & 62. in 18. limita. & Mich. Gras. d. quęstio. 25. car. 80. sed quia reliquit proprietatem hæredi pleno iure, & rem cum fructibus, ideo proprietarius concurrere habet pro medietate in vsufructu cum vsufructuario omnium bonorum, & sic habere medietatem vsusfructus dictorum bonorũ particularium, per ea, quæ dixi in d. tract. de vsufru. numero 63. uers. aduertendum tamen est, & numero 64. car. 385. Duran. de Arte test. de lega. Cau. 24. numero 4. & Fran. Becci. consilio 98. numero 2. & 11. Natta consi. 501. nume. 53. 54. uol. 3. & cum iste casus euenisset in patria mea, & Monti Politiano usufructuarius, & proprietarius concurrerunt in usufructu ꝓꝑ illa uerba, pleno iure, in ꝓprietate apposita, & ꝓꝑ illa uerba, totum & integrũ vsumfructũ ĩ usufructu inserta, quæ omnia uerba perinde sunt ac si vsusfructus fuisset simpliciter relictus, & proprietas legatario sola relicta, quia tunc concurrunt in usufructu per d. l. si alij, quod secus, si totus & integer usufructus est relictus, nisi in proprietate sint posita uerba denotantia concursum etiam stantibus illis uerbis, cum toto & integro usufructu, ut sunt illa uerba, pleno iure, quia tunc apparet testatorem non intellexisse de nuda proprietate tantum, sed de proprietate cum fructibus, & ambo concurrere per supradicta, & iste est uerus, & germanus intellectus, ut omnia uerba testatoris aliquid operentur, & cum testator uoluerit usumfructum reuerti, & non dixerit ad quem, intelligitur ad eum, ad quem de iure communi reuerti deberet, cum ita præsumatur loqui, Bar. in l. hęredes mei. §. cum ita, ubi Pau. de Cast. & Alexand. ff. ad Trebel. Neuizan. consi. 33. numero 8. sed ad usufructuarium reuerti debet per ius accrescendi, ut dixi supra, ergo ad eum est fienda restitutio, Cephal. consilio 321. numero 11. & 12. uolumine tertio, uerum quia locauit non vsumfructum particulariter hæredi, sed proprietatem non nudam, sed pleno iure, & sic cum fructibus, ideo ęquum est ut hęres habeat medietatem per concursum per supradicta, quod secus est, quando usufructus particularis est re-

fol.324.& uide nu.16.& seq. nec statur assertioni Rectoris, Notarij, & Iudicis, ut supra in uerbo, assertioni. Natta consilio 352.nu.3.& seq. uolu.2. car.206.& Bursa. consi.151.nu.119.& seq.uolu.2.car.127.

Vxor nupta extra territorium dicitur habere duo domicilia originis, & domicilium uiri, dec 42.nume.48.& 49.fo.168. sentit Pau.de Cast.consi.89.col.2.uol.2.& Rim. iun.consi.353.uol.4.

Vxor,& maritus uendentes bona mariti simul, pretium præsumitur totum peruenisse ad manus mariti, dec.33.nu.8.fo.131. & supra in uerbo, maritus, & uxor.

Vxor relicta usufructuaria a marito omniũ bonorum, de consuetudine Bulgari stantibus liberis habet solum alimenta, & de reliquo tenetur rationem reddere, decisi. 44.num.132.fol.192.

Vxor si moritur in matrimonio, ei succeditur secundum statum domicilij uiri, cũ quo uiuebat,& morabatur, & non secundum domicilium originis uxoris, maximè quando dos, & eius hæreditas consistit in iure,& bonis mobilibus, dec.3.nu.19.fol. 13.& supra in uerbo, statutum loci uiri.

Z

ZAnaioli Florentini, fachini Pisarum, Venetiarum, Ianuæ,& aliorum locorum, Brentatores uini,& portatores, ad hoc solum destinati, faciunt fidem portasse,& dedisse A.& B. licet uideantur tractare de se exonerando & eorum commodo, ut supra in uerbo, portatores.

VNde ad laudem omnipotontis Dei Beatæque Mariæ semper virginis, ac præcursoris Ioannis Baptistæ Aduocati patriæ meæ, cuius festum hodie die Dominica celebramus, anno 1582. finem dedi his meis Decisionibus,& Repertorio, quod semper legere curabis, quia multas decisiones, & allegationes iuris in eo inuenies non spernendas.

FINIS.

DECISIONES
FORI FIVIZANENSIS,
ALIORVMQVE INSIGNIVM LOCORVM PEREGRINAE, ET AMABILES.

BORGNINO CAVALCANO Aduocato FiuiZanense, Episcopatusque Papiæ Vicario Generali, Authore.

BIBLIOTECA UNIVERSITARIA

CLARISSIMIS DD. DIONISIO, ET Philippo I. C. ac D. Hortensio fratribus.

BORGNINVS CAVALCANVS FRATER.

CVM in id ætatis inciderimus, ut IVDICES cuncta non pro ęquitate, aut iustitia: sed pro quæstu, & arbitrio plerunque aliqui moderentur, publica me mouit utilitas, quasdam DECISIONES Prouinciæ Etruriæ, aliorumq; insignium locorum edere, quarum plerasque Forum nostrum FIVIZANENSE (Patrocinante CAROLO CAVALCANO, I.C. nemini secundo, & Patre nostro communi) nonnullas uerò supremũ Rotæ Florentinæ me aduocante, ac te Dionisio Fratre approbauit, in his habebunt IVDICES quid sequi, & quid euitare debeant, quomodo honori, & saluti animæ suæ, & subditorum vtilitati consulant, quod ferè difficile esse hodie uidetur post tot Doctorum scripta, & congestas hinc inde pugnantes inuicem, & contrarias in iure nostro sententias. Ne ergo posthac alicuit excusationi locus esse possit, Iudicibus nostris has Decisiones ad communem omnium utilitatem, & pręsertim Fori nostri Fiuizanensis edere coactus sum, quibus uerũ a falso, iustũ ab iniusto, æquũ ab iniquo post lõgos labores discernere facile erit. Vos interim fratres chariss. valete, meq; ut soletis, amate. Papiæ, Kal. Maij 1581.

DE IVDICIIS.

DECISIO I.

A R G.

Captura nulliter facta ex defectu iurisdictionis, & litis pendentiæ debet reuocari.

SVMMARIVM.

1 *Captura est odiosa, & non potest fieri de iure communi, quando debitor habet in bonis & nume. 30.*

2 *Forum sortitur respectu domicilij, originis, rei, delicti contractus, & solutionis.*

3 *Capi, nec iurari suspectus potest quis in loco, ubi non possit conueniri. nume. 12.*

4 *Captus in loco, vbi conueniri non potest, agere potest actione iniuriarum, & causam lucratur. num. 14 28.*

Suspectus de fuga non potest dici, qui possidet bona in eius domicilio, & qui non est verè suspectus de fuga, sed præsumptus.

5 *Vnusquisque potest renuntiare fauori suo.*

6 *Promittens soluere in certo loco intra certum tempus, si non soluit, potest vbique locorum conueniri.*

7 *Quis non potest se obligare, ut possit personaliter capi, & stagiri, secundum communem.*

8 *Debitor obligans se posse conueniri ubique locorum, potest ante litem contestatã variare, nisi dixisset coram quocunque iudice, vel ibi soluere promisisset.*

9 *Debitor debet conueniri in loco destinatæ solutionis, & non contractus, & fideiussor forensis potest conueniri ubi principalis promisit soluere.*

10 *Fideiussor de iudicio sisti, & indicatum soluendo, liberatur constito de nullitate capturæ.*

11 *Captus ab in competente iudice, si simpliciter fideiubet de stando iuri, & iudicatum soluendo, videtur consentire in iudicem, & uiolentiam spoliatiuam commutasse in compulsiuam, nisi fideiussisset de iudicio sisti coram iudice cõpetenti, vel non consentisset in iudicem, nisi si, & quatenus de iure teneretur, uel ille iudex esset omnino incompetens. & num. 18.*

12 *Captus tamquam suspectus de fuga præstita fideiussione de stando iuri tantum, statim est relaxandus, nec potest cogi fideiubere de iudicato soluendo, & procurator potest sine speciali mandato facere eum relaxare. num. 39 8*

13 *Suspectus de fuga transiens per aliquem locum cum mercibus, potest ibi capi & detineri, donec fideiubeat de stando iuri in foro suo.*

14 *Debitor conuentus in uno loco uia ordinaria, non potest pendente lite conueniri in alio loco etiam executiuè post litem contestatam nu. 16. 17. secus lite non contestata, vel si est contumax. numero 18.*

15 *Exceptio litis pendentiæ non obstat in executiuis, nisi post sententiam, & potest fieri in bonis, & in persona, & contra fideiussorem eodem tempore, & eadem instantia. nume. 30.*

16 *Actor non potest liti renuntiare inuito reo contestata, nisi per reum esset impugnatum iudicium.*

19 *Debitor non potest iurari suspectus, quando eius conditio non est facta deterior a die contractus citra, nisi ignorasset conditionem.*

20 *Obligatus posse conueniri Fiuizani executiuè, intelligitur coram iudice ordinario secundum statuta Fiuizani executiua.*

21 *Debitor obligans se, & sua bona, non dicitur obligasse se ad posse capi personaliter.*

22 *Scripta priuata non habet executionem, etiam quod sit recognita.*

23 *Statutum Florentinum non habet locum in dispositis a statuto Fiuizani, etiam per contrarium sensum.*

25 *Producens scripturam in iudicio, censetur illam approbare tam pro se, quàm contra se, & cum omnibus qualitatibus.*

26 *Solutio præsumitur facta pro illa causa, penes quam reperitur scripta, & cum qua magis conuenit, licet sit posterior.*

27 *Solutio in dubio præsumitur facta in causam duriorem, & antiquiorem, & cæteris paribus solutio fiet pro virili.*

28 *Captura irrogat alteri infamiam.*

29 *Verba intelligi debent secundum subiectam materiam, & ad proxima, & immediata referri.*

31 *Statutum, quòd debitor possit grauari realiter, & personaliter, intelligitur secundum priuilegium executionis, & sic in personam, & in rem coniunctim, & diuisim, numero. 33.*

32 *Statutum, & pactum non intelligitur secundum ius commune in eo, de quo loquitur, quando est præter, uel contra ius commune.*

Statutum

33 *Statutum, & pactum non debet seruire de uento, & nihil operari.*
34 *Iudex si non facit grauare debitorem secundum dispositionem statuti, aut pacti, tenetur ad damna & interesse.*
35 *Sindicus & procurator debet grauari pro debito communitatis, & non singulæ personę, nisi consuetudo, uel Statutum sit in contrarium.*
Statutum Florentinum in defectum statutorum Fiuizani attenditur.
36 *Sindicus & procurator grauatus pro debito Communitatis potest agere contra Communitatem ad damna, & intereße, etiam quòd iniustè eßet grauatus, si fecit quicquid potuit se defendendo.*
37 *Creditor, qui fecit iniustè capi debitorem, debet condemnari in expensis & damnis.*
38 *Debitor suspectus, qui dicatur, & quæ requiruntur ad capturam & sequestrum.*
39 *Debitor suspectus captus pro condemnatione, & executione, debet soluere, vel fideiubere, aut pignus dare antequam relaxetur de soluendo post relaxationem, & non de stando iuri.*
40 *Idem si est debitor sub conditione, uel ad diem, de soluendo adueniente conditione, uel die.*
41 *Suspectus de fuga potest capi die feriata etiam in honorem Dei, & eadem die relaxari si est carceratus die feriata, aliàs non.*
Idem in sequestro; die iuridica tamen est præstanda satisdatio.
42 *Suspectus de fuga captus die feriata non potest recommendari, nisi in die iuridica; & si captura est nulla, nullo modo potest recommendari. num. 45.*
43 *Captus pro debito Fiscali, potest recommendari pro priuato; & captus pro priuato, potest pro fiscali.*
44 *Captus pro uno delicto non potest recommendari pro alio, nec pro debito, potest pro delicto, & econtra.*
45 *Captus nulliter si relaxatur debet ita relaxari, quod non possit statim capi.*
46 *In causa capturæ proceditur summariè, & sine ordine, & die feriata, etiam in honorem Dei.*
47 *Procurator non potest facere capturare aliquem sine speciali mandato in indiuiduo, secus ad relaxandum captum.*
48 *Suspectus de fuga captus, si se appellat a grauamine non dēt relaxari pendēte appellatione.*
49 *Captura, & tenuta iniustè facta non conualidatur, si iustificatur post concessionem, quando idem defectus, & error remaneret.*

DECISIO I.

MElchion Mallasoma, Mercator Pisanus, conuenit in Castro, Fosde noui Lunensis diœcesis, Herculem de Gassano, in fine iudicij cum dictus Hercules iret Fiuizanum ad Mercatum, fecit illum, uti suspectum de fuga capere, & incarcerare pro debito, qui Hercules opposuit de incompetentia iudicis, de litis pendentia, & de nullitate capturę.

Quòd Hercules non potuerit allegari suspectus, nec capi in terra Fiuizani, ex pluribus apparet primò, quia captura de iure communi est odiosa, & non potest fieri in ciuilibus, quando debitor habet bona, super quibus potest creditor satisfieri, quia solum fit in subsidium bonorum, tex. in l.a diuo Pio. §. in uenditione, & ibi Doct. ff. de re iud. Roman. consil. 224. numero octauo, & nono, & ibi Mand. consil. 241. numer. 9. Cumia. Ritib. Siciliæ, c. 32. numero primò, car. 154. Alexand. consi. 159. nume. 9. uolum. secund. consil. decimonono, nume. 2. 3. uolum. 3. Bald. consil. 285. quia non opus, numer. 7. uer. respondeo pro ista, uolum. 1. Felyn. cap. quo ad consultationem. columna septima, uer. non deuenit, de re iudic. Brun. de cessio. bono. quæst. 17. 4. q. princip. numero secundo, car. 73. Natta cōsilio. 430. numero decimoquinto, & decimosexto. uolum. 2. Curt. sen. in tract. de sequestra. q. 17. Riminal. iun. consilio nonagesimotertio, numero uigesimoquinto. uolum. 1. Cumia, ubi sup. cap. uigesimonono. num. 6. & seq. car. 142. ubi ponit tres casus, quibus carcerari potest. Paris de sindic. in uerbo, captura. colum. prima, & secunda, ubi requiritur citatio, & excussio. Secun-
2 do, † quia d. Hercules non potuit conueniri Fiuizani, quia quis sortitur forum respectu domicilij originis rei, delicti, contractus, & solutionis. leg. final. & ibi Doct. Cod. ubi in rem actio. exer. cap. final. & ibi Felyn. de foro compet. glos. in leg. hæres absens. § primo. ff. de iudi. Euerar. consilio. septuagesimooctauo. car. 242. Ratione Domicilij, & originis, & rei, non

 potuit

potuit conueniri, quia habet originem a Castro Gassani, trahit domicilium Fosdenoui, & hēt bona in Castro Gassani, & Fosdenoui, & Capitaneus, ac iudex Fiuizani in ciuilibus nō hēt iurisdictionē extra curiā Fiuizani, ut dicūt capitula reformationū Capitaneatus Fiuizani, cap. 10. facit Simeō de Prætis cōs. 206. n. 1. li. 1. Martianes, cōs. 103. nu. 14. & 15. car. 231. Responsorū diuersorū. Rōne contractus, & solutionis nō pōt etiā conueniri Fiuizani, quia ibi nō contraxit, neque promisit soluere, & sic his de causis nō potuit cōueniri Fiuizani. Quo stāte sequitur, qd captura fuit nulla,
7 ni produxit, † per quod disponitur in effectu, quod homines de curia Agnini non possint ab aliquo Magistratu, vel officiali communis Florentiæ aliquo modo conueniri, vel grauari, nisi ab eo, qui per commune Agnini fuisset ordinatus, vt in eo dicitur: quod in proposito nihil facit, q̃a intelligitur respectu gestorum, & cõtractorum in curia statuentiũ, & sic Agnini, quia extra eorum territorium non se estendit, vt tradit Bar.& alij in l.cũctos populos. C. de sum.Trin.& fide catho.& in l.fi. ff.de iurisdi.om.iud.Alex.cons.111.ponderatis, nu.3. & 4.vol.1.in proposito Corn.cons.70. vol. 2.Crau.consi.30.& consi.271.Dec.consilio 218.nu.3.& loquitur de Magistratu, & officiali ciuitatis Florentiæ, non autem Fiiiza-
8 ni, † & statutum loquens de vna persona, nõ habet locũ in alia, vt tradit Pau.de Cas. in consi.140.nu.2.in prima par.& Rom.cõsi.270.num.3.& tetigi in tract.de tutore, & curatore, nume.139.car.132.maximè, quia limitatè loquitur de Magistratu, & officiali ciuitatis Florentiæ, & limitatio limitatum parit effectum, & vltra se non extendit. l.in
9 agris.ff. de acq.rer.domi. † & quia patitur exceptiones omnes, & ampliationes, ac limitationes, quę dantur a iure communi, vt per Doct.in l.fi.§.in computatione.vbi Ias. num.13. C. de iure delib.Pau.de Cast.in l. fi.C.vbi in rem actio. Alex.in l.dies cautioni.§.prętor.nu.12.ff.de dam.infec. Ias. in l. tres fratres.num.3.ff.de pact. Iacob.Meno. de adipis.posses.remed.5.q.18. nu.142. car. 84.Ioan.Saison.in consuetud.Turon.tit.de tutore, art.1.col.2.& 3.car.148. Federic.de Senis consi.2.col.3.vers.statutum enim loquens, & consi.80.col.2. vers.item statuta. Quod procedit, etiam si statutum esset correctorium iuris cõmunis, quando quis indebitè damnum pateretur, & est communis

nis opinio, vt per Pau. de Cast. in conſ. 249. ſtatutum Paduæ. ſub nume. 3. vol. 2. Iaſ. in l. præterea, nu. 14. C. vnde vir, & vxor. Ioã. de Amic. conſi. 11. conſuetudo Phanuci. de lucro dot. in glo. 5. nu. 37. car. 255. bona Apoſtilla ad Bar. in d. l. fi. §. incõputatione, ſub nu. 8. quamuis Abbas in c. cum dilectus, nu-
10 me. 5. de cleric. nõ reſiden. dicat, † quod ſtatutum diſponens illud, quod ius commune recipit ampliationes, & limitationes; ſi diſponit præter, aut contra ius commune, tũc propriè, & ſtrictè eſt accipiendum, & ideo Rimi. iun. in conſi. 27. nu. 64. vol. 1. & Cur. iun. conſi. 207. nu. 23. col. fi. vol. 3. dixerunt, ꝙ ſtatutum in illo caſu, in quo corrigit ius commune, non intelligitur ſecundum ius commune, ſed operatur ſuum effectum: in reliquis verò reſtringitur, vt ſit conforme diſpoſitioni iuris cõis, tamen non contradicũt caſui noſtro, quia ſtatutum Agnini nõ eſt contra ius commune, ſed ſecundum ius commune, poſtea quàm vult, quòd homines Agnini non poſſint conueniri, niſi ab eo, qui pro commune Agnini eſſet ordinatus ad ius reddendum, & etiam operatur eius effectum quo ad offitiales, & Magiſtratum Florentinum, & de geſtis in eius terri-
11 torio. Et † de iure communi licèt quis nõ poſſit conueniri niſi coram ſuo iudice, tamẽ fallit vbi expreſſe, vel tacite iuriſditionem alterius iudicis prorogaſſet, quod fit tacitè contrahendo, vel delinquendo, vt d. l. hęres ab ſenſ. §. 1. ff. de iudic. d. c. fi. de foro comp. & auct. qua in prouincia, C. vbi de crim. agi. oport. & notant Docto. in l. ſi cõuenit. ff. de iuriſd. omni. iudi. Afflict. deciſ. 133. Alex. d. conſ. 89. col. 2. vbi dicit procedere etiam in clerico, & ita dictum capitulum, ſeu ſtatutum intelligi debet. l. 2. C. de noxali. vbi ſalice. Cor. conſ. 70. col. 1. lit. D. vol. 2. Doct. in c. dilectus, de conſuetudi. Nã
12 † quis poteſt renuutiare beneficio ſtatuti introducto in eius fauorem principaliter, licet ſecundario reſpiceret vtilitatem publicam, Aret. in §. ide̾, nu. 45. Inſtit. de exceptio. Angel. de Gambil. in conſ. 106. num. 15. car. 415. Rolan. conſ. 25. nu. 10. n. 28. vol. 2. & expreſſe dicitur renuntiari, quando renuntiat omni legum, & ſtatutorum auxilio, nec contrauenire poteſt vllo modo, Crau. conſ. 290. ſub nu. 4. verſ. 10. in terminis. vol. 1. Gozad. conſ. 69. num. 19. & 20. & Pariſ. conſ. 20. nu. 99. & ſeq. vol. 1. Angel. de Gambilio. conſ. 127. nume. 5. & 6. car. 484. Rolan. conſ. 2. nu. 31. vol. 4. & idem ſi dixiſſet, omni iuris auxilio. Frãc. in Rub. de reg. iuris, in 6. ſub nu. 6. & nu. 7. car. 267. Rom. conſi. 218. præſens caſus in fi. & ibi Mandoſ. vbi declarat. Nec tale ſtatutum poteſt extendere vires ſuas extra eius territorium, & ligare ſibi non ſubditos de geſtis extra territorium ſtatuentium. c. dilecti, & ibi omnes. de foro competen. Dec. in l. fi. in prin. ff. de iuriſd. om. iud. in cõſi. 218. Rub. conſi. 24. num. 11. Rui. conſi. 53. nu. 14. vol. 2. Soc. reg. 159. Forum in vltima fallentia. Auerar. in conſi. 78. col. 2. ſub nume. 20. car. 239. Hippo. d. l. fi. ſub n. 135. verſi. modò vlterius quæro, & Corn. conſi. 70. col. 1. lit. D. vol. 2. vbi bene videtur poſſe ſtatuere, ꝙ nullus de geſtis in eius territorio
14 poſſit conueniri extra eius territoriũ, † & cum loquatur prohibitiuè, an ſubditus poſſit contrahendo renuntiare beneficio dicti ſtatuti, videtur facere contra Bal. in l. 1. nume. 2. C. de ped. iudicib. & Iaſ. in rub. Inſtit. de actio. niſi adeſſet iuramẽtum, vt per Alex. in conſi. 11. viſo. ſub nu. 15. & 16. vol. 2. car. 13. Crau. conſi. 216. nu. 1. vol. 2. & licèt prædicta reſponſio ſufficiat pro victoria: tamẽ pro declaratione materię, & aliorum, quæ adducuntur, reſpondetur, & ſecundò,
15 ꝙ illud procedere videtur in aduena, † ꝙ propriè ſit aduena, qui dicitur ille, qui ex aliquo loco longinquo in aliquod opidum venit, vt per Calepinum in verbo. Aduena. Alberi. in ſuo dictio. verbo, Aduena. Purpura. conſi. 507. num. 22. vol. 2. Non in eo qui ſit de eodem capitaneatu, vel loco vicino, qui quotidie conuerſatur in loco, vbi contraxit, quia tunc propter frequentem conuerſationem, quam facit talis contrahens videtur ſortiri forum non obſtante, ꝙ ſtatim ſit receſſurus. l. 1. C. vbi de crimi. agi. oport. Nam tunc præſumptio, quæ ſumitur ex receſſu ſtatim faciendo tollitur ꝑ præſumptionem reſultantem ex conuerſatione, & ita videtur velle Imo. & Fel. n. 11. in c. dilectus. il 2. de foro comp. & ſequitur Alex. in conſi. 216. ſub nu. 15. in 6. vol. Natta conſi. 430. nu. 19. vol. 2. Cur. ſen. in trac. de ſequeſtratio. q. 17. & ideo illi, qui vadũt ad mercatum cauſa negotiandi ſingula ebdomada, poſſunt dici foren ſes, ſed non ad-

nenæ,& ibi habere pergulam,& mansionẽ. Anchara.Regiens.in q.14. nume.4. & 5. in prima par.car.26.Soc.reg.159. fallentia.5.
Tertiò respondetur, quod illud procedit,
16 † ubi non esset consuetum, quod solutio debiti contracti fieret per tales debitores in loco contractus, quia tunc contractus simpliciter factus intelligitur celebratus secundum ꝙ consueuerunt fieri in tali loco,ut tradit Bal. in l.nemo est, qui nesciat. ff.de duob.reis.Alex.cons.46.sub nu.5.uol. 5.tunc enim uidetur,tacitè actum per contrahentes, ꝙ soluat in loco contractus, ex quo ita consuetum est,ut dicit Bal. in l.incendium.C.si cer.pet.& in l.1.in 2.q.C.pro soc.ubi dixit, ꝙ si quid solitum est fieri, intelligitur tacitè actum in contractu,quia ꝑ consuetudinem tacitum pactum uidetur induci.l.licet.C.loca.& l. semper in stipulationibus.ff.de reg.iur. & procedit in omni dispositione, quæ recipit interpretationẽ a fieri solitis,vt latè tradit Dec.in d.l.semper in stipulationibus, num.12. & Nicol. Euer.in cẽturia,in loco ab vsitato,seu a solitis,vel consuetis fieri, & Io.Nicol.Arelat. in l.generaliter,sub n.63.C.de secun.nup. & dixit Sebast.Vant.tit. de nullita. ex defe. citatio.num.75.quod illud quod fieri solet fieri debet,aliter iniuste fit,Corn.cons.28. vol.3. & Benuenut. Strac.tract. de mercatura tit.de manibus,nu.8.& 9.car.157. Sed
17 hic † adest talis consuetudo, vsus & obseruantia,quæ est notoria,cũ quotidie videamus homines de capitaneatu Fiuizani afferre solutiones debitorũ per eos cõtracto rũ in terra Fiuizani & soluere mercatoribus,& artificibus ibi, cũ quibus contraxerunt,vnde non requiritur ꝙ præscripta sit, vt tradit Crauet.cons.201.num.12. vol.2. cons.101.nu.3.vol.1.Alex. in cons.107.sub nu.6.in 2.lib.& Dec.in d.l. semper in stipulationibus,in fi.cum simil.ibi per eum, & non est difficilis probationis pro vt est mera,& pura consuetudo,vt declarat Bar. in l.2.col.18.C.quæ sit longa consuetu.dixi.in tract.de vsufru.muli.reli. sub num.82. car. 429.Crauet.d.consi.101.nu.3.Et nulli du-
18 bium est, † ꝙ Mercatores Fiuizani credunt res,& mercantias suas talibus de capitaneatu sub cõfidentia,ꝙ tempore statuto solutioni fiat eis solutio in terra Fiuizani, non aũt sub confidentia, ꝙ habeant ire ad litigandum in foro domicilij debitorũ, & ita voluit.Ang.in d.l. hęres absens. & Marian.Soc.in c.dilecti.de foro compet.prout refert,& sequitur Fely.in d.c.fi. sub nu.19. dum dicunt,quòd coniecturæ possunt operari, quòd cum viatore uideatur actum de statim soluendo, propter quod ibi conueniri possit,Roderic.Soarez d.tit.de Losemplazimentos.num.6.car.756.Soc.d.regula 159. nume.5.6.unde pariter coniecturæ in proposito operari debent, quòd censeatur actum de soluendo adueniente tempore in terra Fiuizani propter consuetum fieri, ꝑpter quod Soc.ibi dicit idem dixisse in emẽte in nundinis, quod talis consuetudo dat coniecturam simplici contractu de soluendo,& ibi sequitur Fely. & ita est uerisimi-
19 le, † & quod est uerisimile,actum uidetur. d.l.semper in stipulationibus. cum simi.ut latè per Tiraq.in repeti.l.si unquam C.de reuoc.dona.in prin.& sic propter prædictas coniecturas uicinitatis,conuersationis,soliti,& uerisimilis, remouetur causa dictæ præsumptionis, quod sumitur ex recessu statim fiendo, de quo loquitur Roderic. Soarez.d.tit.de losemplazimentos sub nu-
20 me.5.in fi.car.756. † & causa præsumptionis remota,remouetur ipsa præsumptio. l. si qui adulterij. ff.de adulte. l.omnis. §. Lucius.ff. quæ in frau. credito. tradit Alexan. consi.34.nume.9.uolu.9. Beltran. in consi. 128.in 2.uol.num.5.facit Riminal.iun.consi.5.num.224.uolu.1.ubi cessante causa rescripti,cessat rescriptum: & cessante dicta præsumptione, cessat fallentia, & regula subsistit,quod ratione contractus quis con-
21 ueniri possit; † & rem certam, & claram habere dicitur,& fundatam intentionem, qui habet regulã pro se, ut latè tradit Dec. in consi.8.in prin.& in l.1.num.8.ff.de reg. iur.cum simi. ibi per eum, & pro ea in dubio iudicari debet,ut ibi per Dec.

Quartò respondetur,ꝙ in casu isto illud nullo mõ potest procedere, quia contrariũ in specie est prouisum per statuta Fiuizani, & primò per statutum positum sub rubrica de non uendendo,&c.in 1.lib. per quod
22 disponitur in effectu. † qđ quilibet debitor,q. cõtraxit in terra Fiuizani in die Mercurii,& Iouis,cõpellatur soluere cũ effectu suo creditori singulis dieb. & horis ẽt post diẽ fori,& mercati,saluo tñ oĩ iure pactorũ,

inter partes,& cōprehēdit oēs debitores cō trahētes in d.terra Fiuizani. Nā dicit,cuilibet cōtrahenti ius summarium redditur, &c.& postea subdit,compellatur talis contrahens,vt in statuto,& dictio,quilibet,est
23 vniuersalis,& ampliatiua adeo,ꝙ comprehendit casus,& personas, quæ aliter in dispositione non compræhenderetur,ut tradit Io. Andr.in c.1.de vsu,& gl.in c.quāuis, in versi.quoslibet.de elect.in 6.& Ludouic. Gozad.in consi.114.sub nume.23.& sentit Bar.in l.hoc articulo.ff.de hæred.insti.facit Lup.in legibus regni.l.66.nume.9.car.554. insertis.post c.per vestras.de don.inter vir. & uxor.& etiam dum dicit (etiam post diē fori saluo iure pactorum)considerauit dare ad credentiam, & ideo voluit statutum etiam post diem fori tales debitores posse compelli ad soluendum, & propterea subiecit,saluo iure pactorum, quod intelligi debet respectu temporis dati, & conuenti ad soluendum,quia de tēpore locutus fuit, & illa verba,saluo,&c. modificant illud,& intelligi debent saluo iure pactorum super tempore, & termino conuento ad soluen-
24 dum. Nam † virtus dictorum verborum, saluo iure pactorū,est limitare dispositionem præcedentem, vt per Roma.consi.94. nume.7.& Alex.in consi.194.volu.6.& per Dec.consil.283.col.2.& consil.5.nume.1.& cum dispositio præcedens sit de tempore,
25 de eo debet intelligi limitatio,† quia exceptio debet esse de regula.l.nam quod liquidè.ff.de penu.leg.tradit Dec.in l.1.sub nume.26.ff.de reg.iur. & secundum terminos regulæ intelligi debet, Plot.in l.si quando. nu.271.uersi.quia exceptiones. C.unde ui. facit Alex.consi.29.num.7. & seq.uol.4. & quod statutum debeat intelligi prouidere in aduena,& statim recessuro, etiam apertè demonstratur,quia in principio exorditur, ꝙ quicunque Capitaneus, qui pro tēpore fuerit,& Priores,& consiliarii Fiuizani & curiæ teneantur manutenere,& defendere,augere,& non minuere mercatum,& forum Fiuizani & curiæ,ac bonas, & legales consuetudines dicti mercati,loca, etiā personas,& bona omnia ad ipsum mercatum uenientia,& existentia,tam in ueniendo,quàm in stando,& redeundo sub pœna librarum decem.Nam dum loquitur,& dicit personas,& bona omnia,loquitur uni-
26 uersaliter, † qui enim omnia dicit, nihil excludit.l.Iulianus.ff.de leg.3. l.a procuratore.ff.manda.c.solitæ.de maiorita.& obedien.tradidit Dec.in l.omnis. ff.si cer. pet. & includit omnes casus, licèt sit maior ratio in uno,quàm in alio,& personas priuilegiatas,ut ꝑ Dec.in rub.ff.si cer.pet.sub n. 9.ī l.1.sub n.9.ff.de reg.iur. & ī l.quo tutela. §.1.eo.tit.& consi.104.nu.3. & passim in aliis, imò ex quo dicit, ad ipsum mercatum uenientia, & tam in ueniendo, quàm stando,& redeundo,specificè de dictis aduenis statim recessuris uidetur loqui,qa isti sunt illi statim recessuri,qui ueniunt ad mercatum & redeunt e mercato. Nec dicta uerba aliter uerificari possunt, nisi in talibus,
27 † & secundum istam partem statuti debet intelligi,& declarari dicta pars sequens. l. utrum,ubi Bar.ff. de peti.hæred. cum simi. ut per Corne. consi.20. lit. A. in 3.par. per Dec.in consi.514.in princi.& in consi.554. nume.8.in 3.par.& per Rip.in primo libro responsor.c.6.num.10.& sic per dictum statutum est specialiter prouisum super talibus statim recessuris, unde cessat dispositio dictæ legis,si hæres absens, d.§.fi.& resolutio clara redditur,† quod ratione con
28 tractus,aut destinatæ solutionis,quicunq; contrahens etiam statim recessurus præsumitur contraxisse secundum dispositionē, & formam statuti loci contractus,aut destinatę solutionis,ut per Barto.& Docto.in l. hæredes mei.§.cum ita. ff.ad Treb. & tradit Affli.decis.226.sub nu.4. Ias.in l.si quis id quod,in 8.fallentia. ff. de iurisd.om.iud. & Soc.in consi.19.in 2.col.uol.1.late Euerar.consi.78.col.5. uersi.non obstat etiam, car.242.& per consequens,qui contraxit in terra Fiuizani,non obstante, ꝙ quando cōtraxit esset statim recessurus, potest capi,& conueniri, & compelli debet ad soluendū per prædicta,& sentit Didac.pract.quæstio. c.10.sub num.5.uers.sextò subdiuiditur,& uersicu.nonò ex promissione,car.135.facit Rimi.sen.consi.314.nu.1.nu.15.& num.31. uol.2.Secundò hoc est prouisum per statutum de causis ciuilibus, in uersi. insuper si aliquis de Fiuizano vbi expresè disponitur, ꝙ si aliquis de Fiuizano,vel eius curia,reclamū fecerit de aliquo forense, qui non sit de curia Fiuizani,vel de aliquo non habente, vel possidē e bona immobilia in

d.cu-

d. curia, teneatur iusdicens, & eius Notarius in eius absentia ad petitionẽ Actóris ipsum reũ facere capi, & personaliter detineri vsq; quo debitũ soluerit, si debitũ fuerit liquidum, vel dederit idoneam cautionem de soluendo, & si debitũ non fuerit liquidum, donec de iudicio sisti, & de iudicato soluendo idoneã præstiterit cautionem, &c. Dum. n. statutum dicit de aliquo forẽ-
30 se, includit omnem forensem, † quia dictio aliquo est uniuersalis, & comprehendit omnia, vt dicit Socin. in consilio 3. versicu. vnde respondeo, in 3. volum. & in l. si filius, qui patri, sub nu 28. ff. de vulg. & pup. substitu. Bar. in consi. 244. quod est vltimum consilium, & Dominic. de Sancto Gemini. in consi. 65. Abb. & Fely. in c. pastoralis. de officio delega. Corne. consi. 41. lit. C. & D. in prima par. in consi. 243. in 3. par. & Dec. in cons. 455. num. 6. cum simi. vt per Andr. Tiraq. in l. si vnquam, in uerbo, omnia. sub num. 14. & 15. & 36. & 38. sicut dictio, nullus, vt per Lup. in legib. Tauri. lege 66. nu. 9. car. 554. & cõprehẽdit omnẽ forensem, qui non sit de curia Fiuizani, quia statutum vlterius procedit ita se declarando. Nam relatiuum, qui, videtur stare declara-
31 tiue † ex quo adiectum est qualitati, quæ inest naturaliter cuilibet, qui non sit de curia Fiuizani cum talis forensis propriè dicatur, vt per Dec. in cons. 252. in cons. 358. & cons. 661. nu. 5. Paul. Cast. in cons. 445. in
32 1. par. & in cons. 89. in 2. par. & Bertach. in tract. de gabel. in 7. par. nu. 7. † quo casu relatiuũ, qui, stare dicitur declaratiuè, vt per Bar. in l. oẽs populi. ff. de iust. & iu. & in l. cunctos populos. C. de summa trin. & fi. catholi. siue ẽt diceretur stare restrictiuè respectu forensis habitantis, & possidentis bona in curia Fiuizani, quẽ statutum non vñ velle posse capi, & detineri, ex quo possidet bona a cõtrario sensu, iuxta not. in l. 1. ff. de offi. eius. cui est mand. iurisd. cum statutũ subiungat, vel de aliquo non habẽte,
33 vel possidente † bona immobilia in dicta curia. vnde uidetur, quod si quis haberet & possideret bona immobilia nõ posset capi licet ille forensis diceretur largo modo, & improprie, & declarat Dec. in d. cõs.
34 352. & 358. † & licet statutũ & consuetudo non liget forenses, tamen fallit quando forensis contrahit, vel facit aliquẽ aliũ actũ in loco statuti, vel consuetudinis, ut tradit. Bar. & ibi latè Ias. in d. l. cũctos populos, & Doct. in rub. de consuet. & Rochus in c. fi in 12. q. in prima fallen. de consuet. & vt statutum valeat, & operetur, debet intelligi
35 in Forense cõtrahẽte in loco statuti, † q. a debet fieri interpretatio pro validitate statuti, & ista præualet omnibus, vt per Dec. in l. postquã liti. nu. 23. C. de pact. & quia statutũ est iurisdictionis, vnde pro actibus eius intelligi debet, & restringitur. l. fi. ff. de iurisd. omni. iudic. c. vt animarum. de constitut. in 6. & habetur per Bar. in l. omnes populi in 1. quæst. ff. de iust. & iu. & in l. 1. de sacrosanct. eccles. & per prædicta patet resolutio ad responsiones datas dictis statutis, quia non potest dici quod dicta statuta solum procedant in subditis curiæ Fiuizani, cum eorum verba sint vniuersalia, & ratio eorum magis influat in Forenses, & eos afficiat, quam subditos, quia subditi etiam non habentes, nec possidentes bona immobilia nihilominus (remoto statuto) omni die conueniri possunt, adeo quòd respectu Forensium solum emanasse videntur. Nam primum, ne fatigentur litibus, statutum uoluit, quod causæ eorum cognoscantur, & decidantur absque sententia
36 condemnatoria, † dum dicit, compellatur talis contrahens incontinenti soluere antequam a bancho iuris discedat, quæ uerba sunt canonis latæ sententiæ, ut tradit Bar. in l. Imperator. ff. de iure fisci. Angel. in l. in criminali. C. de iurisd. omni. iudi. & Ange. Aret. in §. extraneo, col. 2. Inst. de vulga. & pupil. substitu. cum simil. vt per Andr. Tiraq. in d. l. si vnquam in verbo, reuertatur, sub nu. 95. & sub nu. 148. Rebuf. in tract. de decimis. quæst. ultima. nu. 21. uel si. decimo nono, & sic in contrahentibus in die fori Metcurij, & Iouis solum requiritur, quòd
37 appareat contraxisse, † super quo bene, quando negaretur requiritur declaratoria, vt per Bar. in l. eius qui delatorem. ff. de iu. fisci. cum simil. ut per Fel. in c. Rodulphus. de rescrip. & latissimè per Tiraq. in d. l. si vnquam, ubi sup. sub nu. 318.

Et secundum statutum emanasse uidetur, quia plenè non erat prouisum per primum contra Forenses contrahentes in curia Fiuizani omni tempore. Nec responsio quod statutum habeat locum in casibus, in

quibus de iure communi ratione cõtractus quis conueniri potest, in aduena statim re-
38 cessuro adaptari potest per supradicta, † & modus traditus ab ipso statuto de capiendo forense, & eum detinendo donec soluerit, aut satisdederit, est de iure communi, ut per Pau. de Cast. in d.l. hæres absens. & sic statutum nihil operaretur, & huius respectu isto casu non dicitur ab executione incipi, sed a citatione reali, quę est quando capitur ꝑsona, ut declarat Ias. in l. 2. in prin. ff. de iurisd. om. iud. Maran. in suo Spec. aureo, in 1. par. in §. de citatione. 1. memb. Mariā. Soc. in c. proposuisti, in 6. 7. & 8. q. de foro comp. Egid. Bossi. eo. tit. de foro compe. nu. 96. & seq. Bero. consi. 10. nu. 2. & 3. uol 3. & ita iste Agninus fuit captus, & IVDICATVM * bene captum Fiuizani de anno 1562. aduocante uenerando patre meo D. Carolo Caualcano, & quotidie capiuntur, & detinentur omnes alii contrahentes & Lombardi, ac forenses, qui ueniunt ad mercatum, & ibi contrahunt, & postea nõ soluunt debitis temporibus, ut etiam fuit iudicatum ad fauorem D. Pasquini *detto il Marchese*, contra Lombardum de Castro nouo per Dominos Patiales Fiuizani, de anno 1578.

DE IVDICIIS.

DECISIO III.

ARG.

Creditor potest sequestrare bona forensis in loco contractus, uel ubi sunt ratione hipothecæ.

SVMMARIVM.

1 *Debitor debitoris tenetur iuramento propalare, aut negare bona sequestrata, & idem in vasallo, hærede, & quolibet restituere obligato.*

2 *Sequestrum est preparatorium iudicij, & iudex officio potest mandare, vt teneas rem in sequestrum.*

3 *Statutum loquens de persona petente intelligitur via iudiciaria per litis contestationem, & non extraiudicialiter.*

Verbum, petere, intelligitur iudicialiter per litis contestationem.

4 *Dictio aliqua persona, est vniuersalis, & includit, quod alias non includeretur.*

5 *Dictio, undecunque est vniuersalis, & omnes personas etiam forenses comprehendit.*

Verba statuti non debent esse superflua, & aliquid operari debent etiā ad correctionē iuris.

Dictio, vndecunque sit, relata ad locum exponitur, ex quocunque loco, & relatum ad causam exponitur, ex quacunque causa.

Idem in aduerbio, ubique,

6 *Forensis non censetur possidere bona immobilia in alieno territorio eo ipso, quo allegatur forensis.*

7 *Statutum concedens sequestrum, producit actionem, quae dicitur, condictio ex statuto.*

8 *Statuentes habent iurisdictionem super bonis sitis in eorum territorio, & super illis possunt statuere.*

Bona mobilia, iura, & actiones, ac credita dicuntur de illa Ciuitate, in qua reperiuntur, si ibi sunt perpetuo mansura.

9 *Statutum aliquid disponens debet obseruari, & vlterius non est quærendum.*

10 *Instrumentum dicitur probatio probata, & facit rem manifestam, & habet vim libelli, & petitionis quando est productum.*

11 *Sequestrum nullum, si de debito constat per instrumentum, conualidatur.*

Captura non ritè & rectè facta, si post captum debitorem, constat de delicto conualidatur, quod declara, vt ibi.

12 *Sequestrum factum per viam prohibitionis, non potest annullari ex defectu processus, & solemnitatis: secus si est factum per viam puri sequestri.*

Sequestrum proprie dicitur, quando res vnius sequestratur pœnes alterum.

Prohibitio est, quando res aliena est pœnes aliquē, & prohibetur ille, ne soluat, vt distrahat.

13 *Mobilium appellatione, veniunt pecuniæ etiam paratæ ad emptionem, & ideo veniunt in obligatione bonorum.*

14 *Sequestratio per viam præcepti prohibitorij ne soluat, ne distrahat alteri, est permissa, quando quis habet ius in illa re, & est perpetua, nec satisdatione tollitur.*

15 *Sequestrum nullum resoluitur in vim prohibitionis, & vales quando quis habet hipothecam, aut ius in re, nec requiritur isto casu suspitio debitoris, & potest fieri etiam in die feriata.*

16 *Iudex dicitur cōpetens respectu rei ibi sitæ propter hipothecā, & ibi potest conueniri debitor.*

In fun-

17 *In fundāda iurisdictione sufficit exprimere qualitatem in petitione tribuentem iurisdictionē.*

18 *Qui habet regulam pro se, dicitur habere rem certam, & fundatam intentionem, & excipiens tenetur probare eius exceptionem, & fallentiam in termino dato ad probandum.*

19 *Res in dubio præsumitur esse in loco, ut ibi perpetuo maneat, secus si per transitum sit posita: & idem si ad beneplacitum, uel ad usum sit posita, aut ibi nacta, uel possessa a principio.*

20 *Actio personalis, & hipothecaria, possunt simul eodem libello cumulari.*

21 *Clausula, super quibus, &c. & omni meliori modo, &c. operatur, quòd si plura sunt narrata, & vnum solum conclusum, intelligatur super omnibus conclusum.*

22 *Fideiussor sequestri de iudicio sisti, re non baratanda, & restituenda per sententiam liberatur.*

23 *Fideiussio est medicina sequestri, & tollit sequestrum.*

24 *Creditor facto sequestro tenetur intra tempus instantiæ agere, & iustificare sequestrum coram iudice competenti, & si sequestrum non habet instantiam, intra instantiam generalem statuti nu. 26.*

25 *Debitor ratione rei, hipothecæ, & obligationis est citandus in loco sequestri per literas subsidiales, si ibi non inuenitur. uide nu. 28.*

26 *Clericus, & eius bona possunt sequestrari per iudicem secularem, si est suspitio fugæ, & dilapidationis, & reponi statim coram iudice ecclesiastico, alias iudex incideret in excommunicationem.*

27 *Clericus citatus, uel grauatus coram iudicē seculari potest (spreto iudice seculari) ire ad iudicem ecclesiasticum, & ibi respondere inhibendo iudici seculari.*

28 *Maritus, & heres non potest conueniri in loco contractus pro restitutione dotis, sed in domicilio ipsius viri.*

29 *Clericus etiam de debito facto ante clericatum non potest conueniri coram iudice seculari: secus si lite contestata, uel sententia lata, aut obligatione cōtracta coram iudice seculari efficiatur clericus.*

30 *Maritus, & eius heres non tenetur ante restitutionem dotis post mortem uxoris etiam data mora ad aliquod interesse lucri cessantis.*

31 *Minor, uniuersitas, & ecclesia, non excusantur a peccato, & ab usuris.*

32 *Interesse damni emergentis, & lucri cessantis, debet clare apparere ad hoc vt debeatur.*

33 *Sequestrum quando debitor est soluendo, & non est timor dilapidationis, non potest fieri parte non citata, & sine cognitione causæ.*

34 *Debitor præsumitur esse soluendo ad effectum euitandi capturam, & sequestrum, & sequestrum ex iniusta causa factum & in bonis debitoris in dubio præsumitur.*

35 *Sequestrum non potest fieri in re aliena, nec alteri obligata in præiudicium domini, aliàs tenetur sequestrās ad dāna, expensas, & interesse.*

36 *Secundus creditor potest offerre priori creditori, & uti iure sibi cesso cōtra quoscunque & n. 37.*

38 *Creditor anterior tenetur cedere actionem secundo creditori offerenti, & cauere de euictione.*

39 *Sequestrum non potest fieri in bonis immobilibus, sed interdictio alienationis bonorum loco sequestri.*

40 *Iudex debet fructus sequestratos tempore perituros uendere, & pecuniam in sequestrum ponere, uel facere dare cautionem fructuum, & bonorum conseruandorum.*

41 *Debitor, cui fructus, & mobilia sunt sequestrata, si non habet aliunde, vnde uiuere potest poterit de illis accipere pro alimentis, ne fame pereat.*

42 *Sequester nemo cogitur fieri, licet iudex possit ex causa cogere aliquem ad accipiendum sequestrum.*

DECISIO III.

IN causa mota per Magistrum Michaelem Ferrarium contra Magistrum Baldassarē de Massa, in effectu dubitari contingit, an sit procedendum in causa ad confirmationem asserti sequestri facti de pecunijs existentibus penes D. Hieronimum Grilandā, & Nicolaum Guidi, & successiuè procedi debeat ad litē contestandum, iurandum de calumnia, & assignandum tempus ad probandū, vel ad annullationē dicti sequestri.

Et in primis videtur dicendum, Magnificum D. Vicarium, & iusdicentem procedi debere ad interrogandum dictos D. Hieronimū, & Nicolaū medio eorū iuramēto de quātitate pecuniarū dicti D. Baldassaris, quam habent pœnes se, & illis recusantibus iurare, & manifestare ad cogendū, & cōpellēdū eos, & quēlibet eorū ad manifestādū dictas pecunias, qa tenētur ita manifestare,

festare, per no. per glo. in l. 2. C. quib. quar. pars. lib. 10. vbi no. ꝙ vxor tenetur manifestare bona hæredibus mariti per iuramentum, quod sequitur etiam Crau. de antiq. temp. in prima par. sectio. 5. sub nume. 17. Syl. nup. car. 153. sub num. 49. lib. 2. & sic similiter uasallus feudum, & hæres tenetur manifestare bona defuncti pro ueritate inuentarij, vt habetur per Beltran. cõsi. 128. nu. 4. & in consi. 270. in fi. uol. 3. & quælibet persona obligata ad rem aliquam restituẽdam tenetur suo iuramento rem propalare, & in inuentario describere. late Bertac. in tract. de Episco. nu. 28. car. 84. & nu. sequen. Cagno. in l. 1. nu. 45. C. de eden. Bero. consi. 33. nol. 2.
1 † Sic etiam debitor debitoris tenetur manifestare, qđ debet suo creditori ad instantiam creditoris dicti sui creditoris ad effectum faciendi immissionem in ea quantitate, quam debet, ut habetur in l. a diuo Pio. §. sic quoque. ubi Bar. & Alexan. ff. de re iud. & tradit Anto. de Fan. in tracta. de pigno. & hipothec. in 3. par. in 2. memb. sub num. 49 uersi. undecimò dubitatur. & tradit etiam Bar. in l. 2. §. si tabulæ. ff. de tabu. exhib. Rebuf. in commentar. tomo primo. de lite oblig. art. 6. glo. 3. nume. 64. car. 149. & sic licèt quis non teneatur manifestare res proprias, tamen res alienas tenetur propalare ad utilitatẽ tertij, ut super eis possit ius suum cõsequi, & in proposito, ut possit fieri sequestrũ, vel factum cõfirmari in eo quod fuit manifestatũ, & hoc debet a principio ante litem contestatam fieri,
2 † quia sequestrum fit ad præparandũ iudicium, & est præparatorium iudicij, & non iudicium per se, & antequam appareat quid & quãtum quis habeat de alieno, seu debitoris sequestrum petentis, non potest deliberari an in causa procedi debeat, & possit contra debitorẽ, quod necesse est scire ad incipiendum iudicium mediante litis contestatione, vel in contumaciã, & sic officium iudicis est procedere ad faciendũ fieri dictam manifestationem, & ea facta dico sequestrationem debere confirmari penes eos, mandando eis ꝙ non dent, soluant, uel tradãt dictas pecunias & res Magistri Baldassaris alicui, sed eas habeant, & retineant, & custodiant penes se in sequestrum, & prohibitionem prædictam, & omni alio meliori modo, &c. & successiuè ꝓcedendum esse in causa ad litem contestãdam, ut per Rebuf. in d. art. 6. gl. 3. n. 64. 65. sentit Octauia. Pedamon. decis. 62. num. 12. Boer. cons. 19. nu. 6. 7. Rui. cons. 150. volu. 1. Boer. decis. 106. num. 1. Pract. Papi. in for. libel. decli. iudi. glo. protestans nu. 1.

Nam extat statutum Carrariæ, disponẽs ꝙ ad requisitionem, & instãtiam personę, quæ petere uoluerit aliquid ab aliqua ꝑsona undecunq; sit, quę non possideat in Carraria, & pertinentiis immobilia ad debitũ sufficientia, teneatur uicarius, qui pro tempore fuerit, & debeat intesire, & facere sequestrari quęcunque bona mobilia reus in dicta terra habuerit, & possederit, & ea deponi facere & recommẽdare penes aliquã personam de Carraria, custodienda quousque de dicta quæstione cognitum, & diffinitum fuerit inter partes.
3 Et † loquitur de ꝑsona, quę petere uoluerit aliquid, quod intelligitur de persona petere uolente iudicialiter per litis contestationem: quia petere dicitur, qui petit litem contestando, ut tradit Bar. in l. amplius. ff. rem rat. hab. Alexan. in l. si decem cum petiero. ff. de uerbo. obli. Dec. in l. petens. C. de pact. item loquitur de petente ab aliqua persona undecũque sit, compræhendit omnem personam, etiã quæ aliàs non compræhenderetur: q̃a
4 † dictio, aliqua, est uniuersalis, & includit, quod aliàs non includeretur, adeo ꝙ nihil intelligitur exceptum, ut habetur latè per And. Tiraq. in repet. l. si unquam, in uerbo, omnia, sub nu. 14. & 15. C. de reuoc. donat. & etiam tradit Bello. in consi. 13. nu. 10. & Rui. consi. 117. nu. 3. uol. 3. dixi supra decis.
5 2. nu. 30. Et † uerba, undecunque sit, etiã ipsa sunt uniuersalia, & omnes personas etiã forenses compræhendere significant, & ꝓhibent ne fiat restrictio ad personas subditas tantum, quia aliàs nihil operarẽtur, cõtra l. si quando. ff. de lega. 1. & c. si Papa. de priuil. in 6. & in 1. constitu. C. §. quibus, & tradita per Bal. in rub. C. de fi. instru. & essent superflua, quod esse non debet, cũ uerba statuti debeãt ĩtelligi, ne sint superflua, sed aliquid operentur, ut no. Bar. § in l. 3. prætor ait, nume. 15. in uerbo, quero quid si statutum. ff. de dam. infe. & in l. 3. uers. quæro. quid si statuto. ff de usucap. cum simi. ut per Alex. in d. §. prętor ait, nu. 11. & tradit Dec. in consi. 466. nume. 14. & in cons. 626.

nu. 7.

nume.7. Brun. in tracta. de stat. exclud. fœmi. in 5. artic. in 3. quæst. Aret. cons. 20. col. 3. etiam si ex hoc sequatur correctio iuris cōis, vt per Rui. consi. 29. n. 11. in 2. col. faciunt quæ dixi supra decis. 1. nu. 32. & 33.

Et quia ipsa verba, vndecunque sit, propriè significant de quocunque loco fuerit, siue de Carraria, siue de alio loco extra Carrariam, quia relatum ad locum, exponitur ex quocunque loco, ut per Calep. in uerbo, undecunque, & est tex. in c. decoré. de insti. & relatum ad causam, exponitur ꝑ ex quacunque causa. l. si mater. §. eadem, de exec. rei iud. & idem est in aduerbio, ubiq; , ut habetur in l. 1. ff. sol. mat. & Insti. de usuca. in princi. & tradit Paris. in cons. 111. sub nu. 11. & 12. in 1. uol. Et sic loquitur statutū de persona debente ēt forense nō possidēte bona immobilia in Carraria, & eius ꝑtinētiis, & hoc euenit in debitore forēse ma

6 gis, q̃ in subdito, † q̃a forenses nō cēsentur possidere bona immobilia in alieno territorio, eo ipso q̧ allegatur Forensem, & non possidere immobilia cum iuramento, vt habetur per Ang. & Alex. in l. si ab arbitro. C. qui satisda. cogan.

7 Et † statutum occasione talis sequestri facti præstat petitionē, & sic actionem cōtra talem debitorem, cuius res fuit sequestrata, quæ dicitur condictio ex statuto, vt habetur per Bar. in l. 1. ff. de condi. ex lege. in l. si duo patroni. §. si quis iurauerit. ff. de iureiur. oēs populi, in 7. q. prin. ff. de iust. & iu. & in l. de q̃bus, in fi. ff. de legib. Bal. in rubrica de condi. ex leg. & in l. ex placito. C. de rerum permu. Et ex prędictis satis videtur clare apparere, sequestrationem potuisse, & posse fieri contra quēcunq; debitorē ēt forensem nō possidentē immobilia in Carraria, vel eius ꝑtinētiis, in rebus suis mobilibus existētibus in Carraria, uel eius

8 ꝑtinētijs † ī q̃bus rebus statuētes hn̄t iurisdictionem, & super illis possunt statuere. l. pen. & ibi not. ff. de iurisd. omni. iudic. Capici. decis. 159. Ancha. c. canonum statuta, de constit. Soc. iun. cons. 62. nu. 2. vol. 3. quia bona mobilia, actiones, & credita, dicuntur de illa ciuitate, in qua reperiuntur ibi perpetuo mansura, vt per Alex. in l. ex facto, in fi. versi. quero etiam hæredibus, in addi. ad Barto. ff. de hęredib. institu. Dom. Iacob. de Sācto Georgio, in tract. de feudis. tit. de Roidis. num. 13. & seq. Alex. cons. 16. nu. 5. 6. consi. 31. nu. 10. uol. 1.

9 Nec † statutū aliud requirit ad effectū fiendę sequestrationis, nisi q̧ debitor non possideat immobilia, vnde sequestrum pōt fieri etiam si debitor non esse suspectus, cū statutum aliud non requirat, & successiuè actionem competere occasione talis sequestrationis de re mobili facta contra talem debitorem uigore dicti statuti, per prædicta, & per Rolan. cons. 39. nu 40. & seq. vol. 4. Rimi. Iun. cons. 226. nu. 37. 38. cons. 228. nu. 15. vol. 2. vbi vlterius non est quærendum, quando verba statuti sunt clara.

Præterea etiam vbi sequestrum esset nullum, & de debito constat per instrumentū

10 publicum, † quod dicitur probatio probata, & facit rem manifestā, vt per Dec. in cōs. 36. & passim in alijs, & per Hippol. in rubrica de proba. nu. 3. & habet uim libelli, & petitionis, postquàm est productum, vt per

11 Afflict. in Decis. 191. ante num. 6. † sequestrum conualidatur, vt per Bald. in l. 2. in princip. ff. sol. mat. cum concord. ibi allegatis per Alex. & tradit Paris. cons. 107. sub n. 86. in 3. vol. Sic etiā est in captura, quæ & si minus ritè sit facta, tamen si post captum debitorem constat de debito, conualescit. l. fi. §. fi. ff. quod met. causa per quem tex. ita tenet Paul de Cast. in cons. 472. nu. 4. in prima par. sequitur Dec. in c. ex ratione, ad fi. de appella. & vult Bal. cons. 41. in præsenti materia, ad fi. 1. vol. quos refert, & sequitur Hotoman. in l. naturaliter. § nihil commune, nu. 94. ff. de acq. posses. & faciunt plura, quæ habentur per Ant. de Fan. in tracta. de pigno. & Hipo. in 3. par. in 1. par. 2. mēb. nu. 42. & seq. vbi sub nu. 48. refert & sequitur Pau. de Cast. in d. cons. 472. quod procedit, si coram iudice competenti est factum sequestrum, & captura, vel iustificatum, vt per Rolan. cons. 65. nu. 28. & 29 vol 3. & supra dixi decis. 1. nu. 12. & nu. 18. & tetigi infra, nu. 24. & Bal. in l. si fideiussor. ff. qui satis cogant, aut impedimentum aliquod nō remanet in iustificatione, vt dixi in d. decis. 1. nu. 49. & casu quo non posset confirmari, si habet hipothecam, poterit iure pignoris & hipothecæ retineri, Bursa. consi. 73. num. 28. & 29. Cur. iun. consi. 185. num. 4. Menoch. de retinenda posses. remed. 1. quæst. 3. num. 34. car. 93. sentit Rimi. iun.

consi. 121. num. 32. & 33. uol.2. & dixi in tract. de vsufru. sub nu.208. in prima impressione, car.714.

Sed vlterius aduertendum est, q in casu nostro nullo modo potuit opponi de nul-
12 litate sequestri, † quia tale sequestrum uidetur prohibitio simplex de non soluẽdo, & distrahendo pecunias, & res d. Magistri Baldassaris penes illos existentes, quia sequestratio uidetur esse quando res unius sequestratur penes alterum, & ita in sequestrum penes eum deponitur, ut habetur in l.1. per gl. & Doc. de prohib. sequestr. maximè per Fran.Cur.ibi.Rebuf.in commenta.const.tom.3.art.1.gl.1. nu.5. car.316. & prohibitio est, quando res aliena est penes aliquem, & prohibetur ille ne soluat, uel reddat, aut distrahat, uel trãsferat eam, & ita ei præcipitur, & denuntiatur pp aliquã causam superexistentem, ut per Bar. & Docto.in l.non solum.§.morte.ff.de nou.ope. nuntia. in materia protestationis inhibitoriæ, seu prohibitoriæ, & in c. cum Marcus Ferrariensis.ubi Dec. & Rip. de constitu. & effectus istius sequestrationis est, ne dictas pecunias Magistri Baldassaris, & res quas habent dicti D.Hieronimus, & Nicolaus, alienent, seu distrahant, sed retineant & custodiant penes se, &c. & sic prohibentur distrahere a se quod habent, non autem penes eos deponitur, quod non habent, ut fit in sequestratione, adnotata per Bald. in l. emptorem. C.loca.nu.8. Pract. Pap. in for. libel.decli.iudic.in glo.protestans, & supra nu.2.circa medium.

Et stante hoc, cum in instrumento debiti producto per Dominum Magistrum Michaelem Magister Baldassar & eius filij, & quilibet insolidum se obligauerit, & omnia eorum bona mobilia & immobilia, &c.
13 prout in instrumento legitur, & † appellatione mobilium, ueniant etiam pecuniȩ, ut per Spec.in tit.de fruct.& interes. nu.9. Bal.in l.ea demũ.& ibi Dec. C.de colla. Alex.post gl.in l.1.§.fuit quæsitum. nu.4. ff. ad Treb. Ias.in l.cætera. §.si parauerit. sub nu.18.ff.de leg.1.ubi dicit ẽt procedere, si pecunia esset parata ad emptioné prædiorũ, & dicit esse cõem opinionem, & idẽ ẽt tenet in d.§.quæsitum, sub nu.26. & seqtur prædicta Boueri. latè in decis. 209. Paris.in cons.79.nu.45. & in cons.25.nu.27. & n.74. uol.2. & Tiraq.de retrac.§.1.gl.7.nu.23. & Rol.a Val.de luc.dot. q.91. Rom.sing.104. tu habes, & ibi adden. dixi in meo tract. de usuf.nu.82. in prima impressione. car.426.

Et ideo in obligatione bonorum mobilium uenit, ut per Bar.in l.cum tabernam. § fi.ff. de pig. & no.Alex. in l.si constante, in prin.in 3. q.3.par.prin. ff.sol.mat. uersi. cõfirmo, nam in generali obligatione, refert & sequitur Ant. de Fano in d.tract. de pig.& hipo.in 2.par.in 1.memb.nume.11. uers.quartò amplia, & Paris.cons.50.n.24. in 1.uol.& Beneu. in trac.de Mercat. in tit. mandati, sub nu.5.

14 Et † ubi res est obligata pro debito, tũc permissa est dicta prohibitio, & sequestratio, ut est tex.clarus, & apertus in l.nomen. C.quæ res pig.oblig.pos.& talis sequestratio per uiam prohibitionis permissa pp hipothecam, quam habet creditor, est perpetua, & non remittitur satisdatione, nec tollitur, nec præcluditur termino, nisi facta satisfactione creditori, ut p Alex. in l.de pupillo.§.si is cui.ff. de no.ope.nun. & sequitur Paris.d.cons.107.sub nu.78.uol.3.facit quod dixi in decis.1.num.39.quod secus esset, si non adesset hipotheca: nã per pignus uel fideiussorem de stando iuri tantum, re non baratanda, & restituenda liberaretur sequestrum, Baptis.Martianesi. in cõs.103. lib.1.Respõsorum diuersorum, car.131. faciunt bene, quȩ dixi supra decis.1.num.11. 12.Rebuf.in commen. tom.1. art.6. glo.3. nu.66.67. car.148.

15 Et † sequestrum aliter nullum resoluitur, & ualet in uim prohibitionis prædictȩ, ut actus ualeat eo meliori modo, quo ualere potest, ut late tradit Paris.in d.consi. 107.sub nu.52.& 53.& seq.uolu.3. & tanto magis, cum petitio, & concessio sequestri fuerit facta cũ clausula, omni meliori mõ, &c. quæ operatur, ut actus ualeat eo meliori mõ, quo ualere potest, ut habetur per Fel.in c. cũ super, de officio, & potest. iud. deleg.& ibi Dec.sub nu.12.ubi cæteros allegant, & isto casu non requiritur suspitio debitoris, nec qđ superuenerit post cõtractum, sed potest fieri contra eũ, qui nõ fuit suspectus ab initio, & ita in terminis nostris cõcludit Pari.in d.cõs.107.sub n.83.& ĩ cõs.112.uol.3.ẽt q sit factũ seqstrũ in die feriata.gl.ĩ l.dies festos. C.de feri.appostil

la

la ad Bar.in l.minor.in prin.lit.L.in verbo, glosa.ff.de euic.dixi sup.decis.1.n.41.& seq.

Et infertur pp dictā hipothecā (ét ubi ex statuto non daretur actio, & iurisdictio
16 D.Vicario Carrariæ corā eo petendi) † q ex quo bona sequestrata, & prohibita sunt in Carraria,& eius pertinentijs ipse D.Vicarius est iudex cōpetens ipsius causæ,cum rōne hipothecæ quis possit conueniri in loco, ubi talis res reperitur, ut habetur per Spec.in tit.de cōp.iud.adi.§.1.uer.septimus rōne rei,in fi.sequitur Ceph.cōs.215.n.53. uol.2.Purp.cōs.28.cōs.88.uol.1.Fel.c.dilectus,il 2.nu.10.de rescr.Ale.in l.fi.C.ubi in rē actio.in add.ad Bar.& Soc.in c.fanè.col. 4.sub nu.6.in 7.decla. de foro cōpe. & uide Rui cōsi.169.n.4.uol.4 & addē.ad Ro.sing. 478.p Italiā.Tiraq. de primog. q.48.nu.7.

17 Et sufficit † quo ad fundandā iurisdictionē exprimere in petitione qualitatē,q̃ fundet iurisdictionē iudicis,ut no.Bar.in l.2.ff. si quis in ius uoc.nō ier.& ibi Fulg.& Pau. de Ca.in l.cū quidā puella ff.de iurisd.om. iud.Rim.sen.cōs.344.n.7.uol.2. & Euerar. consi.158.car.416.ubi consuluit,iudicē ecclesiasticū esse adeundū,& non secularē, si ex sola petitione cōstat rē esse ecclesiasticā,& cōstare in casu isto,de ea dicitur p instrumentū,in quo talis hipotheca omnium bonorū mobiliū,&immobiliū facta fuit,& continetur, quo casu procedi debet in cā p iudicē ad probandū incūbētia, ut est decisio Affli.in decis.Neap.297.Purp.d.cons. 88.uol.1.nā cū hoc sit regulare, q rōne rei hipothecatæ quis pōt couueniri in loco ubi
18 res sit,in dubio standum est regulæ:† q.a q. hēt regulā pro se dicitur hēre rem certā,& fundatā intentionē.l.ab ea parte.ff.de proba.Bar.in l.si tutor.in fi ff.si serui.pig.cū simi.ut per Dec.in l.1.ff.de reg.iur. sub n.8. & p Ias.in l.quotiēs.ff.si quis cauto. & qui cōtra regulā quid allegat ipse hēt probare, quia ut recedatur a regula,nō sufficit causam subesse,& eam allegare,sed requiritur qđ de ea appareat,& doceatur,vt p Dec.in d.l.1.d nu.8. & in consi.8. vñ excipiens hēt pbare suā exceptionē,& causam fallentiæ, vt tradunt Bar.& Doc. in l.nō solū. §.sed vt reprobari.ff.de no.ope.nun.& Ias. in l.cætera,sub nu.5.ff.de leg.1.& in consi.12.col. 1.in 1.uolu.cū aliis cōc.ut tradit Boe.in ad di.ad Dy.in rub.de reg.iur. in 6. in verbo, exceptiones.dixi in meo trac. de usufr. sub nu.155.car.612.Dec.c.consuluit.§.1. nu.4. & seq.de appel.& uenit probanda in termino prędicto dato ad probandum,vt per Af
19 fli.in d decis.297. † licèt uideatur cōstare, q tales pecuniæ ibi fuerint transmissę, & sint remansuræ perpetuò, cum pro emendis marmoribus ibi in terra Carrarię,& eius pertinentiis transmissæ asseruntur, adnotata per Bal.consi.341.nu.3. vol.4. & nō vt aliunde transmittantur, & sic sint ibi p transitum,prout procedit fallentia, & declaratio Bar.& Doct.in d.l.fi.C.vbi in rem actio.& vide Ange.in l.si fideiussor.§.fin.ff. qui satisd.cogan.Alex.consi.16.nu.5. & sequen.volu.1. Lup.in c.per vestras. §.18.de dona. inter uir. & uxo. quia cum res ibi sit per transitum, dicitur apparere quòd non sit ibi permansura,Guid.Pap.sing.542.§.si quis mulio.vbi dicit teneri satisdare, Bald. consi.341.nume.3.uol.4. tetigi supra decisio.1.n.12.secus igitur,vbi non apparet ibi esse per transitū,qa in dubio cēsetur esse remāsura,cū præsumendū sit pro regula,d.l. fi.C.vbi in rem actio.declarat Bru.de stat. exclud.fęmi.artic.8.n.131. car.61.appostilla ad Dec.in l.edita.n.92.lit.A.C. de eden. Rimi.Sen.cons.186.nu.32.vol.1. cons.513. nu.5.& 6.vol.3 Abb.& Doct.in c.fi.nu.43. 44.de for.comp.ideo bona mobilia, & paraphernalia vxoris transducta ad domum mariti per vxorem, dicuntur ibi perpetuò mansura,& sic ad tempus incertum,donec matrimonium fuerit solutum, & voluerit ipsa vxor,& sic ad eius beneplacitū,& uoluntatem,quæ voluntas, & beneplacitum dicitur perpetuum, & sic vsque ad mortē durare,tex.est in c.si gratiosè,de rescr.in 6. & ibi Doct.vbi Philip. Prob.in additio. ad Ioan. Menoch.num.11.car.32.Alex.consi. 212. nu.8.vol.6. & etiam quia illa mobilia sunt ad certum vsum destinatę in illo loco,& sic in domicilio mariti, quo fit quòd dicuntur de bonis illius loci,vbi reperiuntur,ita dicit Brun.de stat. exclud. fęmi.ar. 8.q.25.sub nu.131. car.63. Imo.in c.fi.nu. 11.col.fi.de foro compet.vbi dicit idem,qñ res mobilis ibi nacta esset, vel principium possessionis ibi incepisset. vnde infertur, quòd si uxor forensis ibi nupta moriatur;in successione statutum domicilij viri quo ad illa bona attendi deberet tam re-

spectu

spectu bonorum, quàm personæ, & non statutum domicilij uxoris tanquam odiosum, per tex. in cap. statutum, & ibi glos. & Docto. de electio. in 6. Ioan. Petr. Angusso. lib. 7. consil. 22. car. 209. Anch. Regiens. quæst. 9. nume. 9. & 10. in prima par. Rimi. Iun. cõsil. 15. num. 66. & nume. 72. uolum. 1. cons. 256. nume. 30. & seq. consil. 242. nume. 51. uolum. 3. cons. 189. nume. 55. & nume. 61. uolum. 2. Bursat. consil. 8. num. 33. & 37. uolum. 1. Cephal. cons. 161. sub nume. 8. & 9. uolum. 1. Purpura. consi. 84. nume. 6. uolu. 1. & Lancellot. Galia. in consuetudi. Alexandri. prohib. mari relique. uxor. in præfatio. nume. 42. & 43. car. 42. Roland. cons. 24. consil. 91. uolum. 3. Grat. cons. 31. num. 29. & 30. uol. 1. & Gherar. Mazol. consi. 53. nu. 42. & seq. car. 157. quibus apparet utroque casu esse magis communem opinionem, & Ioannem Pichinensium Volaterranum nõ posse succedere in bonis mobilibus & hæreditarijs maternis cum filijs meis secundum statutum Volaterranum, sed secundum statutum Fiuizani domicilij uiri, uel ciuitatis prædominantis, cum tale statutum Volaterranum sit odiosissimum, & correctorium iuris, ut per Curt. Iuni. con. 231. nu. 58. & seq. uolu. 3. & Roland. de luc. dot. quęst. 20. nume. 13. Cephal. consilio 408. nu. 40. uol. 3. & Bursa. consi. 189. nume. 60. uol. 2. ideo non comprehendit matrimonium forense, nec uxorem nuptam extra territorium, sed solum in fauorabilibus, & quo ad commodum ipsius mulieris, & ita sunt intelligenda, & concordanda contraria, aliàs male loquerentur, & contra communem, & communissimam, per supradicta in indiuiduo loquentia.

Et non potest dici solum in libello intentatam actionem personalem, & non hipothecariam: quia hoc non est uerum, cum imò
20 utraque intentata appareat, † & non est dubium quòd actio personalis, & hipothecaria possunt simul cumulari contra debitorem, ut tradit Dec. in l. edita, sub num. 77. C. de edendo. & latè Boer. in decis. 334. & Ant. de Fano in tractą. de pigno. & hipo. in 2. par. 8. par. princ. num. 72. & per Capici. in decis. 46. sub nume. 2.

Nam in primo libello hoc fuit clarè deductũ, & conclusum, & idem est in secunda petitione, quia in narratione etiam facta fuit mentio de tali hipotheca, licèt solum fue-
21 rit conclusum in personali, quia † quando facta est talis narratio, conclusio etiam censetur facta super omnibus narratis propter clausulã, super quibus omnibus &c. & clausulam, omni meliori modo, &c. ut habetur per Aret. & Ias. in §. omnium, Instit. de actio. & in l. petens. C. de pac. Dec. in consil. 187. sub nume. 1. & Alexand. in cons. 38. in 2. colum. in 3. uolum. ubi dicit, quòd uirtute talis clausulæ censetur conclusum super quolibet narratorum, & sic in petitione contentorum, & idem dicit in cons. 43. colum. 1. in 4. lib. cum simili. ut latè per Crauet. in cons. 278. colum. fin. in 2. uolum. dixi in tract. de usufru. numer. 107. in prima impressione.

Et ex præmissis clarè constat, Magnificum D. Vicarium Carrariæ in ista causa fuisse, & esse iudicem competentem, & eius iurisdictionem remanere fundatum tam uigore statuti permittentis sequestrum fieri, & dare petitionem contra quemcunque debitorem etiam forensem, quàm uigore hipothecę, de qua in contractu, & instrumento debiti. Et idem procedendum esse per Magnificum D. Vicarium primò ad cogendũ, & compellendum dictos D. Hieronymum, & Nicolaum ad manifestandum pecunias, & res quas habent dicti Magistri Baldassaris, & ea facta ad confirmationem tam sequestri, quàm prohibitionis prædictæ, & omni alio meliori modo, &c. & ita fuit IVDICATVM * Carrariæ de anno 1564. & conferunt huic decisioni ea, quæ dixi supra decis. 1. & 2.

AD unum est tamen aduertendum, quòd si bona sequestrata sunt forensis, & ibi perpetuò non sint mãsura, nec hipothecata, per satisdationem de conseruando eum indemnem tolletur
22 sequestrum, † & per sententiam erit liberatus fideiussor, quia solum obligatur ad hoc, ut eius principalis sistat in iudicio, res non baratetur, & restituatur, Cur. Sen. de sequestra. quęst. 19. & latè consuluit Mathe. Vesembeci. consil. 7. col. 337. nume. 7. & 8. Baptista Martianesi in primo lib. responsorum diuersorum cons. 103. car. 231. & per satisdationem regulariter tollitur sequestrum,

strum, & captura, ut dixi supra in 1. decis.
23 nume.12. † cum sit medicina sequestri, Socin. in l. fideiussor. § satisdatum. ff. qui satisda. coga. nu.9. Abb. c. fi. num. 19. de sequestra. possess. & fructu. in proposito Rebuf. in commentar. Tomo. 1. articul. 6. glo. 3. nu
24 me. 66. & 67. car. 148. † quia satisdatione data creditor tenetur postea agere contra principalem suum debitorem ad iustifican dum sequestrum, & hoc intra terminum instantiæ statuti de materia loquentis, ut per Grat. cons. 28. num. 14. uolum. 1. Cur. Sen. in repet. l. unicæ. C. de prohibi. sequestra. q. 13. & quæst. 14. Rebuf. d. glo. 3. num. 67. & si non adest speciale statutum intra tempus instantiæ statuti generalis, sub qua omnes causę regulantur per modum regulæ. Alexan. consil. 50. nume. 12. 18. uolum. 2. Blanch. de compromis. quæst. 7. numer. 3. car. 506. Alba. consilio 96. Paul. de Cast. in l. 1. nume. 5. 6. C. de iure iuran. Afflict. decisio. 346. sub num 3. Socin. cons. 95. colum. 2. uolum. 1. Ruin. consil. 123. num. 10. uolum. 5. Rimi. Sen. cons. 418. nume. 15. & 16. uolu. 3. & Prosper. Paset. consilio 64. & si non agit, nihil nocet sequestrum, & debet agere contra reum ad forum rei, & non in loco ubi factum est sequestrum, si ibi reus nō sortitur forū, ut dixi supra in d. decisio. 1. nume. 12. Rolan. latè consi. 65. nume. 28. & 29. uolum. 3. nisi statutum daret modum citandi forēsem ratione capturæ, sequestri, & rei sitæ, ut uidetur innuere Rebuf. in d. artic.
25 6. glo. 3. nume. 64. † ideo ratione rei sitæ, & hipothecæ forensis est citandus in loco sequestri si ibi inuenitur: si uerò est absens, debet citari per literas subsidiales ad locū, ubi habitat forensis, ut compareat ad respondendum, & eligendum domicilium, ita Docto. in c. fin. de foro compet. & in l. hæres absens. §. 1. ff. de iudic. Paul. de Cast. & Docto. in l. fi. colum. 1. C. ubi in rem actio. Minsigeri. consilio 47. nume. 25. colu. 425. Rimi. Sen. cons. 729. nume. 18. & 19. uolum. 4. Maran. Spec. aur. in 6. par. de citatione. nume. 40. car. 146. Paul. de Cast. consil. 352. colum. 1. uol. 1. Burs. consil. 74. nume. 101. & seq. uolum. 1. & si ipse non uult citare, uel dare licentiam citandi, tunc poterit citari ad ualuas, & per edictum ratione primi, & secundi decreti, & habetur pro citato, Riminal. Sen. d. consil. 729. numer. 19. Docto.
26 in d. l. fi. † & si bona sequestrata essent alicuius clerici etiam primæ tonsuræ (licèt possit fieri sequestrum & captura per iudicem secularem propter periculum moræ, Abbas in c. cum non ab homine, de iudic. & in c. lator. de pignorib. Ioan. Lopez in legibus regni de Turon. lege 66. nume. 27. & num. 28. car. 515. Rebuf. in d. artic. 6. glo. 3. nume. 75. & seq. uersicul. quintò amplia. car. 150. & alij allegati supra in decisio. 1. numer. 38.) tamen coram iudice ecclesiastico est agendum per creditorem, & non coram iudice seculari, alias sequestrum esset nullum, & ipse incideret ipso iure in excommuincationem, iuxta Bullam in cœna Domini, & canonem c. si quisquam clericus. 11. q. 1. Docto. in c. diligenti, & in c. quod clericus, & ibi. glo. de foro compet. Plot. in l. si quando, num. 738. C. unde ui. Euerar. consil. 42. nume. 20. & 30. car. 143. Alexan. de Neuo, consil. 7. nume. 10. & nume. 11. Roland. consilio 4. nume. 6. & seq. uolum. 1. consi. 16. nume. 13. uolum. 4. Grar. consil. 138. nume. 1. & seq. uolum. 2. car. 150. facit Rolan. consi. 65. nume. 28. 29. uolum. 3. consil. 23. numer. 13. 14. uolum. 2. & perderet causam, si perseueraret usque ad sententiam. Curti. Sen. de sequestra. d. q. 17. Ro. consi. 369. n. 39. Ripa. respon. 13. lib 1. de legib. & longa consuetudi. & nouissimè doctissimus, & pergratus D. Cucchus in sua aurea Institu. maiori. lib. 3. titu. 9. de priuilegi. clerico. car. 274. num. 14. & Iul. Clar. pract. crimi §. fin. q. 36. car. 111. tetigi supra decis. 1. numero 14. Non obstant allegata per Minsingeri. d. consilio 47. nume. 25. & 26. quia eius dicta procedunt uirtute priuilegij Pontificis, ut per Roland. consi. 23. uolum. 2. & Euerar. d. con
27 silio 42. nu. 30. car. 143. † posset tamen clericus, si uideret iudicem laicum nolle desistere, & annullare actum, aut processum, recurrere ad suum iudicem ecclesiasticum etiam spreta citatione iudicis secularis, & facere declarare actorem secularem amittere causam, teneri ad damna & interesse, uel actione iniuriarum, & processum nullum, & inhibere iudici seculari ne se intromittat in huiusmodi causa sub pœnis pecuniarijs & censuris, & sic alia uia euitare iudicium seculare, ut per Alexand. in consilio 103. Consideratis his, nu. 5. uolum. 5. & Purpura. consil. 26. nume. 3. uolum. 1. Docto. in d. c.

d.c.diligenti, de foro compet. facit Roma. consil.412.pro habenda, nume.2. quod est ualde notandum pro clericis, & pijs locis, ut habita citatione a iudice seculari, uel rebus ecclesiasticis molestatis, recurrant statim pro responsione ad eorum iudicem ecclesiasticum, & ibi citent laicos, ut prouideat ne trahantur ad examen uetitum, & per prædicta dixi diebus preteritis sequestrum factum in pecunijs meis, seu prohibitionem apud D. Ludouicum Incontriũ, sororium meum Vulterranum a Ioanne de Pichinesijs occasione dotis restituendæ coram iudice seculari fuisse, & esse ipso iure nullum, & ipsos incurrisse in excommunicationem postea quàm ibi aliqua ex ratione non sortiebar forum, per text.in l.exigere dotem. ff. de iudic. & ibi Docto.
28 † ubi est spetiale in dote restituẽda, quòd non attenditur locus contractus, sed locus domicilij uiri, & eo maximè, cum ibi non fuerim repertus. Pract.Pap.in for.libel.quo uxor agit ad dotem, in glo.d.domino, nu.5. Roland.de luc. dot. quæst. 21. nume. 3. & seq.Bald.consilio 471. uolum.1. Purpura. consilio 248.nume.6.uolum.1.Hierony.Gigas consil.35.nume.7.& tanto magis, quia illud meum creditum non erat ibi perpetuò mansurum, sed ad tempus per quinquennium, ut per Tiraq. de primogenitu. quæst.48. nume.7. Abb.& Docto.in d.c.fin. nu.43.& 44.de foro compet. Paul. de Cast. d.l.fin.C.ubi in rem actio.Rimi.Sen. consil. 513.nu.5.6.uolum.3.& Alexand.consi.16.numero.5.6.consilio.31.numer. 10. uolum. 1. cum sim clericus tonsuratus, & Vicarius Generalis Episcopatus Papiæ, incedo in habitu, & in ecclesia seruio suis temporibus a latere Reuerendissimi Episcopi, & hoc
29 procedit non obstante † quod actio dotis exigendæ sit orta ante clericatum, quia siue lis sit cæpta, & instantia deserta, siue nõ sit cæpta, semper attenditur tempus petitionis, & litis contestatæ, quando agitur contra debitorem deinde effectum clericum, per Cyn.in l.nullus.C.de iudic. Bald. in l.1. nume.20.& seq.C.de eden.tex.c.si clericus laicum, c.cum sit generale, & c.diligenti. de foro compet.notat Bart.in d.l. hæres absens.in princip ff.de iudic. Dec. consil. 600. nume.6. Mariã.Soc.in ca. si quis clericus, in 28. fallentia, uersic.uigesimooctauò fallit. de foro compet. Fely. in c.ecclesia Sanctæ Mariæ.numer.101.uersicul.decimoquintò, de constit.& in c.quia G.numer.3.de iudic. & ad rem facit Mari. Soc.in c. proposuisti, numer.46.& sequen.& numer.53. de foro compet.Purpura.consi.77.uolu.1.Iul.Clar. pract.crim.§.fi.d.quæst.36. colu. 3. car.116. Fernand.Vasq. lib.3.§.22.limit. 17. nume. 60.& 70.car.549. & præcipuè, cum apud iudicem secularem ante clericatum nulla fuerit facta obligatio, neque aliqua lata sententia, ut per Maria.Socin. d.c. propo-
30 suisti, num.54.uersic.2.membro, † nec aliquod interesse, & lucrum cessans debetur in dote exigenda ante litem contestatam, etiam quòd maritus, aut eius hæres esset in mora, Docto.in d.l.exigere dotem.ff. de iudic.Alex.consi.74.cõs.141.nume. 4. & nu. 5.uolum.5.Crauet.consil.189.nume.7. Ripa, respon.25.de obliga.uolum. 2. car. 30. Odofred.in l.si maritus.C.de distr.pignor. latè Hieron.de Monte in quæstio.4.nume. 10.& sequen.car. 21. Purpura. consil. 117. numer.14. uolum. 1. & latissimè consuluit Roland.consi.55. uolum.2.Cephal. consil. 133. nume.130. & sequen.uolum.1.& nedum procedit contra uxorem, sed etiam cõtra eius heredem, etiam minorem & uniuersitatem, ac ecclesiam, quia esset usura petere interesse in exactione dotis ante litem motam per supradicta, & per c.conquestus de usur.& ibi Docto. etiam si esset pactum de aliquid soluendo, donec dos soluatur, Soc.consi.88.colum.fin.uolum.4.Anto.de Fano de pignori.in 5. par. 5.memb. numer.16.& 17.& per supra, & per Bar.& Docto.in l.insulam.§ usuras.ff.solu. matri.
31 † & peccatum non excusat minorem doli capacem, nec quemquam suppositũ peccato mortali, ut per Docto. in auct. sacramenta puberum. C. si aduers. uendi. bene Odofred.in l.impunitas.C. de pœn.& in uniuersitate latè consuluit Plot. in cons. 37. nume.3.7.& sequen.uolum.1. & in minore loquitur Rimi.Sen.consi.201.numer. 30. & sequen.uolu.2.Laur.de Pinu Bononi.cõsi. 74.nume. 24.car.104.Federic. Scot. consil. 3.num.34.& sequen.tomo.2. uolum. 2.car. 88. & quando uxor, & hæres non est inops, & habet aliunde unde uiuere potest, non debetur post annum etiam damnum emergens, quia sibi imputet, cur non mouit iudicium,

dicium, per supradicta, Rimi. Sen. consi. 265.nu.22.num.26.& seq.vol.2.consi.694. vol.4.Rim.Iun.cons.304.vol.3. secus si esset inops, & non haberet aliunde vnde viuere posset, quia post annum posset petere damnum emergens,& ita loquuntur Rim. Iun.d.cons.304.nu.4.& 14. Crot.cons.198. sub nu.20.& 21.vol.2. Bursa.cons.8.cons. 9.nu.46.&seq.vol.1.Ferrant.Gargia patroci.51.nu.3.& 4.car.277.Purpura.cons.385. nu.4.vol.1.Alex.cons.134.vol.4.cons.200. vol.6.Soc.consi.57.vol.4. & Bal. cons.137.
32 nu.3.vol.5. † & debet clare apparere de damno emergenti, & de lucro cessante, vt considerant Cephal.d.consi.133.col.fi.vol. 1. Crauet.consi.189.num.7. Paris.consi. 86.numero 14.& seq.volum.primo Rimin. Iun.d.consilio 304.numero 8. & seq. volu. 3.consilio 52.numero 31.& seq.volumine primo, & Purpura.consilio 282. numero 32. & seq.volumine primo. At iste Ioannes erat doli capax, & diues ualde, ergo nullum interusurium petere poterat, per su-
33 pradicta lucæ clariora, † & cum fuerim, & sim soluendo in domicilio meo sub eodem Principe, non potuit aliquod sequestrum in pecunijs meis fieri, & præcipuè coram iudice sæculari, & sine citatione, & cognitione causæ, & non docto de credito, vt per Alex. consilio 4.col. fi. volumine 4. Cuma. consilio 157. Dec. consilio 366. sub numero 12. Ruin. consilio 174. numero 16. vol. 1. Cur. sen. de sequestra. quæst. 7. Mathe. Vesembeci.consilio 7.numero 7.
34 col.337. & † quis præsumitur esse soluendo ad euitandum sequestrum, & capturam.l. si fundus.C. arbitr.tutel. glo.in l. si verò.§. qui pro qualitate.ff.qui satisda.cogan.Ias. consilio 44. sub numero 7. volumine primo.Cur.Sen.d.quæst.7.versi. tertiò, quòd illa. & versi. quartò, quòd non possit, ideo nullum fuit sequestrum, vt asserit Rebuf. in commentar. constitu. artic. 1. glo.1.numero 11.numero 20.& seq.Tomo.3. car. 317. vbi dicit ita IVDICATVM, * quia in dubio præsumitur ex iniusta causa factum sequestrum, Dec. in l. fi. numero 6.C. de edi.diui Adria.tol.Mathe. Vesembeci.consilio 48.numero 41.42. columna 1167.& in bonis debitoris si penes ipsum, aut eius debitorem reperiuntur bona sequestrata, adnotata per Bar.in l. si prius, numero 16. & seq.ff. de oper. noui nuntia. Guid. Papæ, singul. 218.§. si quis. Benuenut. Strac. in tract. de assecura. numero 54. car.91. & in proposito Rebuf. in d.glo.3. numero 51.52. 54. car.146. Tomo
35 1. Et † debet fieri de re propria debitoris, & non in re aliena, commodata, aut deposita, alias sequestrum, & insolutum datio erit ipso iure nullum, & nulla, Alexand. consilio 6.uolumine 1.consilio 6. numero 2.& seq.volumine 4. Afflict. decisio. 369. Alfonsus. aliàs teneretur ad omnia damna, expensas, & interesse sequestrans, Bal. in consilio 197. quidam habens, volumine 1. consilio 249. quidam mercator.volum. 3.Cuma. consilio.157.& Afflict.decis.369. & ideo, si mercator uendiderit pannum, vel uestem, aut colanam alicui, & ille alteri tradiderit, donauerit, uel alienauerit, ut pater filiæ, frater sorori, non poterit mercator sequestrare bona ipsius filiæ, & sororis. ita consuluit Roma. consilio 488. hæc sequestratio. car. 351. nec potest fieri in re debitoris obligata anteriori hipotheca priori creditori in præiudicium ipsius, quia ipse poterit comparere, & sequestrare dicta bona sequestro prohibitorio, & prefertur secundo creditori.l.prima. & ibi Bald. si antiq. credi. Alexand. consilio 6. uolumine primo, latè Ange. de Gambilio. in consilio 55. columna prima, consilio 56. numero 13. & 14. car.219. facit Anto.de Fan. de pignorib. in secunda par. 2.memb. numero 23. & 24. car.24. Simeon de Perusio, inter consilia crimi.consilio 49.in causa, numero 10.uolumine se-
36 cundo, car.92. † nisi ipse secundus creditor haberet iura cessa ab alio anteriori creditore mediato, uel immediato: nam tunc uirtute iuris sibi cessi præfertur cuicunque creditori posteriori, per tex. in l.secunda. C.de pignorib. Anton.de Fano de pignorib.in 5.par.3.memb.numero 3.4.13.& 16. facit tex. in l.si priores. & ibi glo. fin. C. de his, qui in prio.loc.succed. Ruin. consilio 146. numero quarto, uolumine quarto, & pulchrè consuluit Ange.de Gambilio.consilio 37. sub nume.5. car.147. Crauet. consilio 191.numero secundo, Alexand. consilio 69.uolumine tertio, decisiuè loquitur Crot. in consilio 83. perspectis. uolum. 1. car.406.Paris.cons.19.colum.fin. uolum.3.

Marian.

Mari.Anguſſol. conſ. 137. numer. 9. & ſeq. 37 uolum. 1. † uel niſi ipſe ſecundus creditor offerret priori creditori pecuniam, quam ipſe creditor anterior habere oſtendit, facta ſibi ceſſione crediti, Anto. de Fano de pignorib. in 5. par. 3. memb. nume. 1. & ſeq. car. 325. Corne. conſil. 245. lit. G. uolum. 2. Rimin. Iun. conſil. 3. nume. 6. & nume. 32. uolum. 1. Rolan. de confectio. inuentar. c. 155. & c. 156. car. 127. Ripa, reſponſo. 10. nume. 38 7. lib. 2. car. 87. † qui anterior creditor recipiendo ſolutionem teneretur dicto ſecundo creditori offerenti præſtare fideiuſſorē de euictione, caſu quo ſuperueniret antiquior creditor hipothecarius, & uellet ipſum excludere bona illa uendicare, uel dictas pecunias in tuto reponere, aut in bonis reinueſtire, ne rem, & pretium tempore amitteret, ut dixi in meo tract. de uſufru. mulie. reli. ſub numer. 209. car. 618. in prima impreſſione, & Cæſar. Contard. de momenta. poſſeſſ. in notab. num. 13. car. 45. Gaſpar Caballi. in tract. de eo, quod intereſt, nume. 89. car. 163. & in tract. de euictio. §. 4. numer. 21. uerſic. eſt bene uerum, 39 car. 169. † & quamuis ſequeſtratio regulariter fit ſuper bonis mobilibus, tamen ſi debitor eſſet forenſis, uel extra territorium, & haberet immobilia in territorio, & dubitaretur de alienatione bonorum, ad hoc ut conſuletur creditori poterit iudex interdicere alienationem bonorum immobilium, ſicut poſſet bona mobilia ſequeſtrare, ita dicit in practica notandū Cur. Sen. in tract. de ſequeſtra. quæſt. 21. & Rebuf. in d. artic. 6. gloſ. 3. numer. 48. car. 145. Tomo 40 1. † & ſi eſſent bona mobilia tēpore peritura, ut fructus, poterit iudex ordinare, ut uendantur, & pecunia in ſequeſtro ponatur, aliàs periculo ipſius ſequeſtrantis cederet. Curt. Seni. ubi ſupra, quæſt. 23. Alexand. conſi. 45. uolum. 1. Barto. in l. mandatis. §. intra annum. ff. de requir. reis, & Afflict. in conſtit. conſuetu. in 4. notab. uel dari cautio bonorum conſeruādorum, ut per Mathe. Veſembeci. conſil. 41. nume. 35 col. 362. Petr. Ancha. Regienſ. quæſt. 3. in 1. par. 41 & † ſi debitor, cui fructus ſunt ſequeſtrati, uel pecunia, ſit pauper, & non habeat aliunde unde uiuere poſſit, poterit impunè uti dicto ſequeſtro pro alimētis lite pendente. Curt. Sen. ubi ſupra, in 3. fallentia. uerſi. circa iſtam fallentiam. & Stepha. Aufrerit in additio. ad Capel. Toloſa. deciſio. 42 477. colum. 2. in fi. & † non tenetur quis accipere aliquam rem, & fructus in ſequeſtrum, quia eius officium eſt uoluntarium, licèt iudex poſſit ex officio cogere ex cauſa eum ad accipiendum in ſequeſtrum rem ſequeſtrandam: tamen ſi ſequeſter ſit, uel efficiatur non ſoluendo, poterit dominus rei ſequeſtratę agere contra ſequeſtrantem actione de dolo. ſi oleum, §. 1. & ibi Bald. ff. de dolo, idem Bal. in l. ſi fideiuſſor. ff. qui ſatiſda. cogan. nume. 2. & ita declarat Curt. Seni. d. tracta. de ſequeſtra. quæſtio. 2. in fi. & quæſtio. 3. quod eſt notandum per illos, qui reponunt fructus, aut pecunias penes aliquem, qui non poſſidet immobilia, aut eſt multis debitis implicitus.

Et quia iſti debitores aliquando non habent ad manus pecunias ad hoc, ut non moleſtentur a creditoribus ſupponunt amicum, & faciunt ſibi fieri ſequeſtrum in fraudem ſuper quo diſputetur poſtea, & creditor non eſt ſatisfactus ſuis debitis temporibus, ideo ſequenti deciſione de eadem materia tractare bonum eſſe iudicaui ad maiorem legentium declarationem, ut amplam habeant congeſtam materiam ſequeſtri, & præcepti prohibitorij.

DE IVDICIIS.

DECISIO IIII.

ARG.

Emptor, & debitor non tenentur pretium ſoluere uēditori lite ſibi mota per tertium, uel quando imminet euictio in limine contractus, aut eſt ſibi factum ſequeſtrum, niſi pręſtita ſatiſdatione per uenditorem, & creditorem indemnitatis ſuper tota quantitate precij.

SVMMARIVM.

Sequeſtrum etiam apud iudicem poteſt fieri, & reponi.

1 *Creditor, cui fuit ſequeſtratum pretium, uel creditum ſuum, poteſt deferre iuramentum debitori, & ſequeſtratori, an in fraudem factum fuit ſequeſtrum, ne creditum ſuum*

summ consequatur.

2 *Sequestrum, & praeceptum iudicis excusat debitorem a mora, & intereße.*

3 *Emptor, cui fuit factum sequestrum, uel lis mota per tertium, non tenetur pretium uenditori soluere sine satisdatione de conseruando eum indemnem pro tota summa pretij.*

4 *Emptor lucratur fructus, si obtulit pretium in iudicio, praestita sibi satisdatione indemnitatis.*

5 *Emptor tenetur prius pretium soluere, uel offerre, & postea statim uenditor satisdare, uel inuestire, aliàs emptor non liberatur a mora, & interesse, licèt uenditor non satisdederit, uel inuestierit pretium.*

6 *Venditor, quando non potest satisdare, potest adire iudicem, ut faciat pretium ponere penes tertium idoneum, & leuare illud de manibus debitoris.*

Depositum, & sequestrum potest fieri etiam penes iudicem.

7 *Lis dicitur mota per sequestrum.*

DECISIO IIII.

QVONIAM supra proximè praecedētis decisionis latè locutus sum de sequestro, & praecepto prohibitorio: & quia, malitia hominum, aliquando debitor ad tempus non habet praemanibus pecunias: uel si habet, uult illis uti, & frui ad maiorem eius utilitatem in fraudē creditoris, & ne incidat in moram, & interesse supponit amicum, & cum illo colludit, ut sibi faciat sequestrum cum praecepto prohibitiue tanquam debitor creditoris sui, ut fuit factum fortè in casu meo supra dicto, & creditor non inueniens fideiussorem habet litigare super inualiditate, & iniustitia sequestri per multum tempus,
1 † remedium est, ut creditor dicat iudici, quòd debitor suus malitiosè fecit moueri litem causa eum non soluendi, uel negotiandi, & foenerandi pecunias suas, & tunc in arbitrio iudicis erit aestimare, an suspectus sit, & si iudex non uult arbitrari suspectū, poterit cogi debitorem & sequestratorum ad iurandum, an calemniosè, & malitiosè fecerint tale sequestrum, & si iurare noluerint iudex habebit debitorem condemnare statim ad soluendum, & sequestratorē in omnibus damnis, expensis, & interesse: ita dicit Bal. in l. non idcirco. C. de contra. empti. & in l. si post. C. de euict. Curt. Sen. d. tracta. de sequestra. quaest. ult. uersic. sed pone. facit text. in l. manifestae. ff. de iure iurā. l. delata. C. eod. titu. & ibi Docto. Bald. in cons. 197. quidam, uolum. 1. cons. 249. quidam mercator. uolum. 3. & Afflic. decisio. 369. & tetigi supra decisio. 1. nume. 37. uersicu. & sic ex praedictis. Iacob. Machel. patroci. 5. sub nume. 4. uersi. nec obstat, car. 31.
2 † Si uerò iurauerint, & debitor sit obligatus ad pretium ratione rei emptae, & per eum possessae, transacto tempore in aliquam moram & periurium non incurrit, si non sit satisdatum propter praeceptum prohibitorium iudicis, Docto. in l. non uidetur. §. qui iussu, ubi Deci. ff. de reg. iur. Iacob. Machel. d. patroci. 5. nu. 3. & 4. car. 30. quod procedit etiam in obligatione, & debito conditionali, & ad diem, ut in fideicommisso, & hipotheca, Octauia. Pedamonta. decisio. 24. car. 90. Alexand. consilio 67. fortificatur, uolum. 3. consil. 65. nume. 4. colum. fin. uolum. 5. Socin. consi. 208. colum. 2. Iacob. Machel. patroci. 17. numer. 11. uersicu. nam si uenditur, Anto. de Fano de pignoribus in 1. memb. 5. par. numer. 24. car. 260. Purpura. consil. 24. numer. 6. 7. 11. & 12. consilio 87. uolu. 1. Angel. consil. 121. Nicolaus Grat. consil. 135. numero septimo, uolum. 2. maximè ignorante emptore debitore talem obligationem, hipothecam, & fideicommissum, aliàs secus. Natta, consil. 267. numer. 1. & 2. uolum. 2. & Marian. Anguisol. consilio 155. nume. 19. & nume. 20. uolum.
3 1. † Nec isto casu per satisdationem de stando iuri, respectu rei sequestratae, sequestrum relaxetur creditori, sed debitor emptor poterit pretium retinere, donec uenditor caueat idoneè de conseruando indemnem dictum debitorem ab huiusmodi obligationibus detectis, & generaliter in futurum detegendis, & nasciturís pro tota summa pretij soluti, & soluendi, etiam quòd tertius renunciaret liti, & sequestro, Paul. de Cast. consilio 46. super eo. numer. 1. in fi. & num. 2. uolum. 1. Mandosi. ad Roma. consil. 8. lit. G. sub numer. 3. Anto. de Burgos. in repeti. c. si uenditori. de emptio. & uendi. sub nu. 15. uersic. quid autem car. 100. & Gaspar Caballi. in tracta. de eui-

de euictio.§.2. sub nu.11.uersi. cum uero. car.22.& §.5.nu.48.car.222.Fabi.de Monte, in tract. de emptio. & uendi. quæst.6. princip.num.51.uers. circa duodecimum, in fi.car.276.quod uidetur procedere,etiã quòd uenditor creditor sit diues,& soluendo,maximè Sequestro facto, uel lite mota, aut sciente rem per eum uenditam esse alienam,uel alteri obligatam, Grat.consi. 135.nu.5.& seq.uol.1.& Gaspar Caballi. d.§.5.nu.99.car.223. licèt Menoch. de arb. iudic.casu 224.num.4. Afflict. decis.171.& Natta,d.consi.267.num.3.teneant contra.

4 † quæ possent procedere, quando lis non esset mota, aut in limine contractus non immineret euictio, ut per glo.in l.3.in fi.& ibi Bal.C.de euictio.Rom.consi.8. nu.3. & per supradicta.& donec satisdet,uel pretiũ conuertatur in emptionem bonorum pro cautione poterit iustè emptor lucrari fructus,& interesse,Bal.ĩ l 1. C.de bon.mater. Misingeri.centur.4.obserua.56. quæstio illa.Iacob.Machel.d.patroc.5.nu. 3.& 4 Pau. Fuscius,in singu.22.in uerbo,emptor. car. 192.Afflict.decis.20.nu.5. quamuis Pancirol.consi.40.nu.23.& 24. uideatur tenere, emptorem debitorem teneri ad fructus,ꝓ rata pretij non soluti,non obstante satisdatione,uel cautione nõ præstita,quia uterque tenetur,scilicet uenditor & debitor ad factum,uenditor ad satisdãdum,& emptor

5 ad soluendum:† & ideo ita emptor tenetur fructus rei emptę,uel pecuniam deponere penes tertium,sicut uẽditor rem tradidit, & non retinere rem,& pretiũ, aliàs in moram dicitur incurrisse,& ad interesse tenetur,ut sentit Neuizan.consi.57.num.32. & optimè Soc.consi.128.col.fin.uers.non obstat,quod secundo,uolu.3.ubi dicit,ꝙ emptor tenetur prius pretium offerre, & postea uẽditor cauere,uel reinuestire pretiũ, & si non offert, ꝙ incidit in moram, & tenetur ad interesse, sequitur Bero.consilio 136.nu.7.& 8 uol.1.latè Bursat.consi.184. num.37.& seq.& num.51.uol.2.car.241.& Ceph.consi.48.nume.41.uol.1.ubi dicit,ꝙ licèt nõ teneretur pretium soluere, donec terræ non liberarentur, tamen fictum soluere tenebatur. sequitur Probus in addi. ad Ioan.Menoc.in c.Romana. §.contrahẽtes.nu.23. uersi. & ubicunque ab utraque parte,de foro compe.lib.6.car.188.& Did. uaria.resolu. lib.3. c. 4.sub nu.6.uersi.duodecimò hinc deducitur, car.239. Iaco.Machel.patroc.7.nu.18. car.47. Adeo ꝙ si iste emptor non obtulit pretium,sed illud retineat, uidetur teneri ad interesse pro rata pretii non soluti,iuxta tex.in l.curabit. C. de actio. emptio. & c.conquestus, de usur. unde supradicta uidentur procedere,quando petit cautionem emptor,& obtulit pretium, uel quando est factum sequestrum, quia præceptum iudicis eum excusat a mo

6 ra,ut supra dictum fuit,† & poterit uenditor accedere ad iudicem, & facere sequestrum, & reponere pretium penes idoneã personam,donec satisdet, uel conuertat ꝑtium in tot bonis stabilibus pro cautione emptoris, & ita collusionem, & fraudem remouebit, ita dicit Rota Pedamonta.decisio.24.nume.14.car.90.& faciunt, quædixi in meo tracta.de usufruc. muli.reli. numero 150.car.600.in prima impressione,& etiam apud ipsum iudicem poterit Sequestrum fieri. Cur. sen. de sequestra. quæst.4. sentit Alex.consi.92.nu. 11.uol.1. & Rolan. cons.87. num.17.uol.1. unde ex prædictis

* IVDICAVI *de anno 1575.dum eram Auditor Generalis illustrissimi Comitis Sãcti Secundi Toli Rub. II. Dominum Diãbrum Folianum nõ teneri ad soluendum residuum pretij Nicolao uenditori ob Sequestrum sibi factum pro dotibus maternis,& fideicommisso detecto,donec fuerit satisdatum in genere de euictione pro tota summa pretij bonorum emptorum,& per Sequestrum litem sibi fuisse motam. Odofred.d.l.si post præfactam.C. de euictio.lib. 5.in 2.par.Fabia.de Monte,d.tract.de emp. & uend.§q.prin.in 12.casu. nu.51. car.275. & Io.And.in addi.ad Spec.tit.emp.& uend. §.1.col.2.

DE IVDICIIS.

DECISIO V.

ARG.

Statutum, quòd priores & Decuriones Fiuizani non possint capi, & aliquo modo grauari durante eorum officio, non prohibet eos grauari realiter in bonis.

Gra-

Grauatus dicendo de nullitate grauamẽti, dicitur actor; & creditor defendendo grauamentum, dicitur reus.

Sindici Fiuizani non obseruantes ad vnguem formam statuti non dicuntur vt Sindici iudicare, sed ut priuatæ personæ, & sententia est ipso iure nulla.

SUMMARIUM.

1 *Sententia, & grauamentũ factum, & lata contra legem, & statutum, est ipso iure nullum, & nulla.*

2 *Dictio, aliquo modo, quouismodo, quoquomodo, & quomodolibet, est uniuersalis, & compræhendit omnia, & quæ aliàs non venirent compræhensa, & dissimilia expressis, dummodò sint de natura actus, cui attribuitur. numero 16.*

3 *Quis pro causis ciuilibus non carceratur, nisi in subsidium bonorum.*

4 *Dictio, saluo, &c. est modificatiua præcedentis dispositionis, & est exceptio facta præcedenti regulæ exceptionis.*

5 *Exceptio debet esse de regula, & declarat regulam in casibus, in quibus loquitur.*

6 *Intellectus qui conuenit rubricæ, in dubio debet attendi.*

7 *Statutum loquens de causis criminalibus, non habet locum in causis ciuilibus, nec mixtis, quando sumus in odiosis, & pęnalibus, & infra nume. 33.*

8 *Nigrum quando est dubium, declaratur per rubricam generalem.*

9 *Statutum, & concessio simpliciter loquens de priuilegio, & immunitate aliqua, in dubio intelligitur de personali, & non reali, nisi sit concesßum loco, rei, dignitati, causæ, actioni, ecclesiæ, aut Ciuitati.*

10 *Ommißum a statuto, censetur dimissum sub dispositione iuris communis.*

11 *Persona potest pluribus modis detineri, & grauari.*

12 *Statuti verba, quando possunt intelligi secundũ ius commune & contra ius commune, debent intelligi secundum ius commune, & ut minus lædatur ius cõmune, quàm fieri potest; & sufficit, quòd aliquid operentur contra ius cõe.*

13 *Ex præcedentibus, & sequentibus media declarantur.*

14 *Dictio, similiter, est repetitiua præcedentium cum eadem qualitate.*

15 *Verba statuti, quando sunt clara, vlterius non est quærendum.*

17 *Quodlibet incidens, & emergens, dicitur habere instantiam.*

18 *Actor ille dicitur, qui prouocat ad iudicium etiam per citationem generalem.*

Datus ad grauandum, si dicit de nullitate grauamenti, dicitur actor; & etiam ille, qui facit follare sua bona.

Executor merus non potest cognoscere de exceptionibus contra sententiam.

19 *Statutum dubium recipit interpretationem a communi practica, & obseruantia.*

20 *Officialis, & iudex, qui habet administrationem temporalem, de gestis etiam ante eius officium non potest conueniri durante eius officio, nisi iudicium sit modico tempore duraturũ, uel consuetudo in contrarium. nume. 22.*

21 *Statutum prohibens alienari bona immobilia in forensem, a contrario uidetur arguere, ꝙ si sint mobilia, possint alienari.*

Argumentum a contrario sensu, non summitur in correctorijs iuris communis, nec ex uerbis negatiuis.

23 *Consuetudo, stylus, & obseruantia est obseruanda a iudice, & dat iurisdictionem.*

24 *Iudex de stylo, & consuetudine potest se informare a Notarijs & peritis in camera, & talis informatio debet in scriptis apparere, aliter non prodest.*

25 *Sñia lata cõtra formã, & solẽnitates statuti, & de quib. ĩ actis nõ cõstat, dicitur ipso iure nulla.*

26 *Statutũ, ꝙ quis contra sñiam nõ audiatur, nisi prius solutis libris decẽ & expẽsis, intelligitur loqui de sñia ualida & iniusta, & nõ de nulla ipso iure, ideo auditur nõ solutis libris decem, si sententia est ipso iure nulla. numero 30.*

27 *Recursus est species appellationis.*

28 *De nullitate potest dici pluribus modis.*

29 *Statutũ denegãs recursũ, nõ includitur nullitatẽ ex defectu iurisdictionis, & solemnitatis nõ obseruatæ.*

30 *Exceptio, & beneficium prouenĩens a statuto tollitur sublato statuto, & beneficio statuti non potest uti qui non obseruat statutum.*

31 *Gabella non soluitur de sententia, & instrumento nullo.*

32 *Sindici Fiuizanenses non habent iurisdictionem, nisi a statuto, & ultra disposita a sta-*

 tuto

tuto non possunt se intromittere.
34 *Accusæ sine interuentu fisci propter eius interesse cancellari non possunt.*

DECISIO V.

Famulus Io. Petri Magnanini sororij mei habuit sententiam pro se contra Buronum Fabrum murarium: & antequã esset electus de Prioribus, fuit petita executio, & deinde factus de Prioribus: Nuncius ulteriora in executione, & grauamento reali processit, deinde comparuit Buronus, & opposuit non posse grauari realiter, nec personaliter cum sit de Prioribus, uirtute statuti Fiuizani sub Rubrica, Priores consiliarij, &c. cap. 18. lib. 2. fuit replicatum potuisse grauari in bonis, quia statutum solum prohibet grauari in persona durante eorum officio.

Et videbatur dicendum, grauamentum fuisse, & esse nullum tanquam factum contra formam statuti, nam statutum in d. cap. 18. in rubrica dicit, Priores, Consiliarij, & Cãcellarij non possint capi durante eorum officio. Ecce quòd statutum non vult quòd possint molestari Priores, & sic grauari durante eorum officio, corroboratur ex verbis sequentibus positis in nigro statuti, vbi dicitur.

Statuimus quòd Priores, Consiliarij, Cancellarij, & Notarij de terra Fiuizani, & eius curia durante eorum officio non teneantur, nec cogi, aut compelli possint ad aliquas factiones communis, & curiæ Fiuizani, sed sint ab eis liberi, & exempti, nec possit aliquis eorum similiter durante eorum officio in carceres poni, aut grauari aliquo modo, saluo si fuerint contra statum Magnificæ, & excelsæ communitatis Florentiæ.

Cum igitur statutum dicat in nigro, quòd nõ possint Priores in carceres poni, aut grauari aliquo modo, apparet quòd nec realiter, nec personaliter grauari possunt: alias si realiter grauari posset, aliquo modo grauaretur, et non esset satisfactum statuto, sed de directo contra mentem dicti statuti fieret, et ideo ipso iure grauamentum esset nullum: † nam sicut sententia, et executio facta contra legem expressam dicitur ipso iure nulla, ita lata et facta cõtra statutum, Bal. in l. 2. C. qñ. prouoca. non est necess. Alexan. cons. 164. nu. 4 vers. quinimmo. uolu. 7. cons. 81. ponderatis, volu. 2. Soc. côs. 134. colum. 3. versicu. postremò etiam alio fundamento, uol. 1. Brun. cons. 50. viso processu. circa finem. Bero. consilio 173. nume. 54. uolum. 1. Dec. consi. 275. in causa sub nume. 3. & col. 3. Vanti. de nulli. ex defe. ꝓces. nume. 118. car. 231. quod eo magis declaratur per illa verba in statuto posita ibi. Aut
2 grauari aliquo modo, † quæ verba sunt vniuersalia, & comprẹhendunt, quę aliàs non venirẽt, sicut dicimus de dictione, quomodolibet, quouis modo, & quoquomodo. l. 1. versi. quoquomodo. ff. de testam. mili. & in l. 1. quidam. iuncta gl. in verbo, quoquomodo. ff. de fideicommiss. liber. vbi dicitur, quòd propter illud verbum, quoquomodo, appositum in prohibitione alienationis, prohibitio ipsa extenditur ad alienationem factam ex causa necessitatis, quæ non solet comprẹhendi sub simplici prohibitione. sequitur Roland. consil. 5. num. 47. uolu. 1. cons. 2. numer. 32. & 33. Rimin. iun. consil. 180. num. 21. volum. 2. Ruin. consil. 77. nu. 8. uolum. 2. & dixit Soc. in consil. 242. colum. 2. uersic. confirmatur hoc idem, uol. 2. quod hæc dictio, aliquo modo, compræhendit casus similes, & dissimiles, & maiores expressis, & ꝙ non possit grauari directo, neque indirectè, neque aliquo quæsito colore, sequitur Bursat. consil. 65. nume. 17. uolum. 1. Natta consil. 435. nume. 19. uolum. 2. Crot. consil. 35. nume. 17. uolum. 1.

Tamen pars aduersa asserebat, non obstantibus supradictis, dictum Buronum, vnum de Prioribus, potuisse grauari in bonis durante eius officio: nam dicebat dictum statutum duas habere interpretationes, & intellectus: unum, quòd loquitur de causis criminalibus: alterum, quòd loquitur de grauamẽto personali, non autem de reali, quo ad primum intellectũ, ꝙ loquatur de causa criminali, indicãt uerba rubricæ, quæ dicunt, Priores, & Cõsiliarij nõ possint capi durãte eorũ officio, & sic loquitur de captura personali & cõfirmat nigrũ generalius loquẽs, dũ asserit, nec possit aliq̃s eorũ durãte eorũ offõ in carceres poni, aut grauari aliquo mõ, saluo si fuerint cõtra statũ Magnificæ, & excelsę cõitatis Florẽtiæ. Ecce ibi clarè, ꝙ sꝑ loq̃ r de carcerib. de captura

personæ,

personæ,& de detentione, ac relegatione, seu banno in personam fiendo, † quæ omnia a communiter contingentibus solent fieri,& fiunt in causis criminalibus: nam in causis ciuilibus non ponitur persona in carceribus, neque grauatur aliquo modo, nisi in subsidium, per tex. in l. a diuo Pio. §. si super rebus,& ibi Bar.& Doct.& in §. in uēditione. ff. de re iud. tetigi supra in decisio. prima, numero primo, & hoc aperte demonstratur ex uerbis sequentibus dicti statuti: ibi, saluo si fuerint contra statum Magnificæ, & excelsæ communitatis Florentiæ, † quæ dictio, saluo, est modificatiua pcedentis dispositionis, glo. in l. item Labeo. in uerbo, purè. ff. famil. ercis. Dec. con. 657. num. 6.& 7. Crot. consi. 79. num. 36. uolu. 1. consi. 248. numer. 9 consi. 257. numero 16. uolum. 2.& consi. 338. num. 22. uolum. 3. & est exceptio facta a præcedenti regula exceptionis, ut dicit Dec. d. consi. 657. num. 7. uers.& ista modificatio. cum ergo exceptio loquatur de causa criminali, & sic de crimine læsæ maiestatis, dicendum est, regulam loqui de causa criminali, † quia exceptio debet esse de regula, & declarat regulam in casibus, in quibus loquitur, vt latè per Dec. in l. 1. sub num. 26. ff. de reg. iur. & ibi Cag. sub num. 30. Paris. consi. 68. nume. 15. uol. 1. Alex. consi. 186. nume. 8. uol. 6. Cassa. in consuetud. Burgun. rubr. 4. §. 2. nume. 8. car. 131.& Plot. in l. si quando, sub nu. 271. uersi. quia exceptiones. C. vnde vi. vbi dicit, quòd ex qualitate exceptionum declaratur, de quo genere loquatur regula, † & iste intellectus ita debet intelligi, quia cōuenit rubricæ. adnotata per Alexan. in consi. 70. in causa & lite, num. 8. uolu. 7. ubi dicit, quòd quando tex. potest habere duos intellectus, & unus solus potest conueniri rubricæ, ille est approbādus,& allegat hoc tenere Ioan. And. in tit. de disputa.& allega. §. fi. in fi. sequitur Crauc. de indemnita. mulier. num. 15. versi. Non obstat. car. 241. Rolan. a Val. consi. 87. num. 60. uol. 1. facit Roma. consi. 15. nume. 4. & ibi Mandosi.& Gherar. Mazzol. consi. 23. nu. 26. † si statutum loquitur de causis criminalibus, non habet locum in causis ciuilibus, quia sunt stricti iuris. Doctrina est Bar. in l. cum creditor. §. qui furem, num. 4. uersi. tertiò habetis, & ibi Alex. in apostilla, & Bal. in l. si quis ad se fundum. C. ad leg. Iul. de vi. & in l. data opera, sub nu. 6. uersi. nunc de secundo. C. qui accusa. non pos. Sebastia. Vanti. de nullita. ex defect. iurisdict. numero 45. & sequen. uersicu. factum igitur a iudice. nec etiam habet locum in causis mixtis, quando sumus in odiosis, & pœnalibus, & tendentibus, ad derogationem iuris cōmunis, Roma. consi. 294. Hæc confessio. numero quarto, & ibi Mandosi. consilio 259. in casu, columna fin. Tiraquel. de legibus connubi. glo. 5. numero 70. 71. car. 274. Alexan. in l. si dignum. numero 3. ff. ad legem falcid. in l. cętera igitur. §. sed si parauerit, numero quinto, ff. de legatis primo.& in l. certi condictio. §. quoniam, numero 8. ff. si cer. pet.& Maran. Spec. aur. in 6 par. in secundo actu. numer. 32. in 26. limitatione, & est tex. in c. statutum, & ibi gloss. Dominic. Fran.& Docto. de elect. in 6.& dato quod statutum loqueretur secundum intellectū ultimum, & sic de causis etiam ciuilibus & mixtis, tamen intelligeretur de grauamento solùm personali & non reali, quia hoc priuilegiū concessum a statuto dictis Prioribus, Consiliariis, Cācellariis,& Notariis, est psonale,& nō reale, ut uerba rubricę demonstrant,& nigrum declarat, & quando nigrum est dubium, declaratur per rubricam generalem,& ab illa recipit interpretationem, Ias.& Doct. in l. 1. sub. nu. 1. ff. si cert. petat. in l. 1. nu. 21. §. ueteres. ff. de acq. possess.& in rubrica Instit. de actio. numero 8.& seq. Bar. in l. 1. C. de capi. ciui. censi. eximi. lib. 11. Aret. in proœmio Inst. circa finem. latè Alexan. consilio 6. attentis uerbis, numero 2.& 3. uol. 7.& Grat. consilio 39. numero 11. 12. uolumine 2. sed Rubrica loquitur de captura solum, & sic de grauamento personali, ergo nigrum ita est intelligendum,& ita etiam est de iure com-
8 muni, † quia in dubio statutum simpliciter loquens de priuilegio & immunitate, intelligitur de personali, & non reali, ut per Crauet. consilio 209 numero 7. Octauia. Pedamonta. decisio. 95. numero 50. car. 376.& licet Natta, in consilio 163. numero 16. uolum. 1. dicat non procedere, quando est concessum priuilegium loco, uel rei, uel dignitati, uel causæ, uel actioni, vel ecclesiæ, ciuitati, uel alii personæ, quæ nunquam moritur,& sequitur Imo. in c. cū

ueniſſent, numero 20. de inſtitutio. Tamen intelligitur de dignitate perpetua, & ſic ꝙ tranſit ad ſucceſſorem in perpetuum, hoc eſt ad quoſcunque Priores, donec viget ſtatutum, & in hoc eſt realis, non autē quòd bona illorum priorum habeant hoc priuilegium immunitatis, & ſic ꝙ non poſſint grauari in bonis durāte eorum officio, vt ex verbis dicti ſtatuti clarè colligitur, ad
10 notata per Roman.conſil.104.nu.5.† quia quo ad bona remanet ſub diſpoſitione iuris communis, tanquam ommiſſum a ſtatuto.l.cōmodiſſimè.ff.de liber. & poſthu.Ro. conſi.120.colum.fin.& ibi Mandoſi.Ancharan.Regienſ.quæſtio.7.nume.5.& ſeq.in 2. par.& de iure cōmuni executio poteſt fieri in bonis, & prius in mobilibus, poſtea in immobilibus.d.l.a Diuo.§. in venditione, & §.ſuper rebus, & ibi Docto.ff.de re iudic.
11 † & quia plures erant modi grauandi, & detinendi perſonam, videlicet per carcerē, detentionem in palatio, relegationem, & bannum, vt ſentit ſtatutum Fiuizani, ſub rubrica, de cauſis ciuilibus, uerſi. & ſi reus citatus.per totum, & per Iaſ.in l.1.numer. 24.& 25.ff.ſi quis iuſdi.non obtēpera.Ideo ſtatutum præallegatum, de Prioribus, & Conſiliarijs, in nigro poſuit illa verba, in carceres poni, nec aliquo modo grauari, hoc eſt perſonaliter per detentionem, per relegationem, nec per bannū, ita & taliter, ꝙ perſona Priorum non poſſit impediri ad exercendum eius officium cum adminiſtratione, niſi in crimine læſæ maieſtatis, & hoc caſu minus læditur ius cōe, & ſtatutum ſuū
12 operatur effectum in perſonam, † & quando unū verbum eſt poſitū in ſtatuto, & pōt duobus modis intelligi contra ius cōe, debet ſemper intelligi, vt tantum vnū operetur effectum & non duos, & illud quod minus lædit ius cōe, ita pulchrè loqrur Grat. in conſ.46.nu.7.& ſeq.cōſ.16. nu.18.uol.1. Rol.conſil.80.nu.21. uol. 3. Octauia.Pedamōta.deciſ.59. nu.12. & 13.deciſ.68. nu.22. deciſio.88.num.10.Octauia. Simoncel. de decre.minor.lib.3.titulo 8.inſpectio. 3.nu. 24.& ſeq.car.122.Soc. iun. conſilio 29.nu. 7.volum.1.Hiero.de Monte, in quæſtio. 1. nume.16.in fi.& numero ſeq.car.8.Roma. conſil.199. numer.6. & pulchrè loquitur Alberti.in tracta.de iure patrona.in 3.par. in 2.lib.artic.6.quæſtio.9. princip.3. par.2.

lib.car.239. numero tertio, & quarto. At in caſu iſto grauamentum operatur quo ad perſonam, ergo quò ad bona remanere debet illęſum, ius commune. Attento maxi-
13 mè, † quod ex præcedentibus, & ſequentibus media declarantur, Pariſ.conſilio 109. nume.37.uolum.3. Caſſane.in conſuetudi. Burgund. Rubric.9.§.17. numer. 9. & nume.10.car.325. Alexand.conſil. 29. num.7. & ſeq. volum.4. At ex rubrica apparet ſolum de grauamento capturæ loqui ſtatutum, & in nigro exceptio fit de crimine læſæ maieſtatis, & ſic de captura: ergo & medium, neceſſariò dicendum eſt loqui ſtatutum, & ſic de grauamento perſonali, quod manifeſte colligitur etiā ex illis verbis, non poſſint cogi, aut compelli ad aliquas factiones communis, ſed ſint ab eis liberi & exēpti, & ſic loquitur quo ad perſonas: tamen ſi contingat fieri expenſas ob dictas factiones, omnes tenentur, & grauantur in bonis, etiam quòd ſint priores, ut experientia docet, & notorium eſt omni-
14 bus, † & certificatur etiam, per illa uerba ſubſequentia, ſimiliter non poſſint in carceres poni, quæ locutio eſt repetitiua præcedentium cum eadem qualitate, Rui.conſi.169.nume.23.uolum.4.car.206. Nec obſtant adducta in contrarium, quia ex ſupradictis patet reſponſio: nam non eſt uerum quod dicta uerba, nec grauari aliquo modo, importent grauamentum etiam reale, & quod ideo ipſo iure nullum tanquam factum contra caſum ſtatuti, quia contrariū apparet de mente ſtatuti, & quòd de grauamento perſonali, & non reali loquitur, & ꝙ eſt ſatisfactū ſtatuto in uno, hoc eſt quo ad perſonam ad euitandum iuris correctio-
15 nem, † unde cum uerba ſtatuti uideantur clara, ulterius non eſt quærendum, adnotata per Roma.d.conſi.104.nume.5.Roland.
16 conſi.39.numer.40.& ſeq.uolum.4.† & licet illa uerba, aliquo modo grauari, ſint uniuerſalia, & compræhendant caſus ſimiles, diſſimiles, & maiores expreſſis directè & indirectè: tamen hoc procedit in fauorabilibus, & non in odioſis, & exorbitantibus a iure cōi, nec ad ea, quæ nō ſunt de natura actus, cui attribuuntur extēduntur, ut dicit Bald.in conſil.67. quia ex facto, colum.2. uerſic. nec obſtat ſi dicatur, lib. 3. Tiraquel.de retract.lignag.§.1.glo.7. nume.26.

uerſic.

uersic.sed hæc dicta.& ideo dixit Crauet.in consilio 256.nume.8.uersic.eodem modo, lib.2.quòd dictio, quoquomodo, licèt sit uniuersalis, tamen restringitur ad modos proportionabiles materię idoneæ, in qua exprimitur,& Natta,in consi.546.num.18. uol.3.dicit,ꝙ uerba illa,quoquomodo,sũt ampliatiua præcedentium solũ quò ad ea, quæ sunt eiusdem generis cum præcedentibus,& dixi in meo tracta.de usufruc. mu lie.reli.nu.105.car.488.& sub nu. 107. car. 496.in prima impressio.Bursat.consil. 157. nume.29.uolum.1.& bene facit Dominic. in consi.131.colum.fin.& Crauet.consi.144. uolum.1. ubi uerba vniuersalia semper restringuntur ad habilia, & secundum naturam actus cui attribuuntur,ut sentit etiam Cephal.consi.371.nume.35.& seq.uolu.3.

Et quoniam iste Buronus uidebat sentẽtiam fore ferendam contra ipsum,& grauamentum ualere in bonis, cucurrit ad aliud remedium,& opposuit de lapsu instãtiæ culpa,& defectu ipsius famuli allegando dictũ famulum esse actorem, & ipse famulus dixit non esse peremptam; & casu quo esset deserta, hoc euenisse culpa ipsius Buroni, qui in isto casu dicebatur actor,& nõ reus, verum quia grauamentum iam erat factũ, & datus ad grauãdum,ac positus ad bastardellum, & ipse Buronus comparuit citando famulum,& dixit de nullitate dicti grauamenti, & super hoc incidenti erat dispu-

17 tandum, † quod incidens, seu emergens dicitur habere instantiam,ut dicit Paul.de Cast.in l.1.nu.5.& 6.C.de iure iuran. unde prouocauit famulum ad iudicium per cita tionem,qui famulus aliter non erat compa

18 riturus in iudicio, † quo casu dicĩt actor, & non reus,qui prouocat alium ad iudiciũ per citationem etiam generalem Bar. in l. libertus,& ibi Docto. ff.de in ius uocan.& Dec.in cõs.487.nu.10.& in c.intelleximus, nu.9.de iudic.& in folla, & cridis factis cũ citatione generali, & assignatione termini cuilibet interesse pretendenti, loquitur Plot.in repertorio suo, in rubr.de bonis ad cridas ponendis, uersic.decreti vigore. car. 52.Rolan.consil.29.num.7.& 19. consi.70. nume.49.& seq.uolum.2.& consil.72.num. 49. & seq.& nume.60.volum.3.Capici.decisio. 8.in causa, nume.2.& sequen. Alexã. consi.5.nume.2.uolum.2. Dec. consil. 700. nume.4. & seq. vbi dicunt illum, qui facit follare bona sua, dici actorem; & ille, qui comparet pro suo interesse, dicitur reus: multo fortius in casu isto,ubi iste Buronus citauit famulum ad uidendum reuocari, & annullari grauamentum, & in grauamẽtis, quæ fiunt ad banchum Militis socij, & positione ad bastardellum causa grauandi quod compa[r]ens, & dicens de nullitate sit actor,& non reus, res uidetur clara, quia creditor qui dat ad grauandum, non citat debitorem de stylo curię,nec aliquid dicit, aut facit in iudicio,& Miles socius statim illum grauat, postea grauatus si prætendit quòd sit iniustè, aut nulliter grauatus, vel datus ad grauandum, citat creditorem, & dicit de nullitate, uel iniustitia grauamenti, & petit annullari & licèt Miles socius aliquando ex suo officio,& vrbanitate mittat præceptum debitori ut soluat intra tres dies, tamen hoc facit ex officio tanquam merus executor extraiudicialiter,& nõ ad instantiam partis,& causa lucrandi mercedem illius præcepti, quod non debet nocere creditori,& cum creditor a principio nihil habeat agere contra debitorem, nec iudex pronuntiare,sequitur quòd nulla instãtia datur ad grauandũ, & ideo nõ potest dici actor,nec currit instantia culpa ipsius, ut per Soc.in cõs.95. capiendo primum,col.2. ibi. Aut nihil a iudice est pronuntiandum, volum.1.car.127. faciunt adducta per Roderic. Soarez,in l.post rem iudicatam,in 3. notab.ff.de re iudic.car.501.secus si ipse creditor citatione,monitione, vel interpellatione etiã generali requirere haberet debitorem ante grauamentum, quia tunc ipse prouocaret,ut dixi supra, & per Abba. & Fely.ac Dec.in d.c.intelleximus, de iudic. & cum hac distinctione transit Roma.in cõsilio 217.sentit Guid.Papa,cõsilio 114.nume.1.colum.1. & dixit Cumia, in Ritibus Siciliæ,cap.4.nu. 23.in fi.car. 35. quòd per peritos debet fieri distinctio,quòd illi pereat instantia, per quem factum fuerit quo minus causa prosequeretur, & sic patet ex isto capite etiam Buronum succumbendũ tanquam actorem, & uti debitorem potuisse, & posse grauari in bonis durante eius officio Prioratus,& iste Miles socius est merus executor, qui non põt cognoscere de nullitate grauamenti, sed solum de illis

exceptionibus, quæ non impugnant sen-
tentiam, instrumentum, & grauamentũ:
secus si impugnant, quia tunc remittere de
bet partes ad iudicem ordinarium execu-
tionum, & sic ad banchum Notarij curiæ
Fiuizani, aliàs processus, & sententia erit
nullus, & nulla. Docto. in c. de cætero, de re
iudi. Boeri. decisio. 43. Misingeri. centuria.
3. obserua. 69. consilio 6. nume. 12. 13. & 14.
car. 41. Didac. pract. quæstio. cap. 16. colum.
penult. & fin. Docto. in c. fi. de præsumptio.
& Imo. in clem. 1. de offi. delega. quod ma-
lè obseruant milites socij, quia nullus huc-
usque ad hoc animaduertit: & si in futu-
rum hæc in medium deducent creditores,
Milites socij erunt coacti quàm primum fa
cere grauamenta, aut remittere cognitio-
nem exceptionum ad iudicem ordinarium
executionum, & non ipsi iudicare, quia nõ
habent hanc causę cognitionem, aliàs om-
nes eorum processus erunt nulli, & facti co
ram personis priuatis, per ea, quæ supra
dixi, numer. 30. de sindicis, & per Rip. lib.
1. responso. 13. de legib. & longa consuetu.
car. 19. in parua impressione, quod est ual-
de notandum, & in contingentia facti sem
per hoc statutum ita fuit interpretatum in
curia Fiuizani, & priores grauati in bonis,
& solum quò ad eorum personam fuisse
19 obseruatum, † cui interpretationi, & ob-
seruantiæ omnino standum est: nam mini-
me sunt mutanda, quæ diu certam inter-
pretationẽ habuere. l. minimè. C. de legib.
Paris. consil. 109. nume. 59. volum. 3. Bald.
consilio 267. in fi. volum. 5. Crauet. con-
sil. 91. nume. 7. volum. 1. & Alexand. con-
silio 22. numero 3. volum. 7. & cum statu-
tum est obscurum, recurritur ad practi-
cam, & obseruantiam, vt dicunt supradi-
cti Doctores, & iudex omnino tenetur il-
lam practicam & interpretationem sequi,
vt sequitur Crauet. consilio 118. numer. 2.
volum. primo, & Riminal. Iun. consilio de-
cimosexto, nume. 131. & sequen. volum. 1.
car. 70. & tetigi infra, numer. 23. & ita plu-
* ries fuit IVDICATVM, * tempore
aduocationis venerandi Patris mei, Do-
mini Caroli, & tempore meo contra Bru-
xadum de Spiciano, de anno millesimo
quingentesimo septuagesimosecundo, Fi-
uizani, & de anno 1577. contra hunc Buro
num cum victoria expensarum.

Aduerte ad unum, quod hactenus a
nemine vidi tactum, quòd videre-
tur alia uia posse tueri Priores ali-
quo modo non posse grauari personaliter,
nec realiter, nec conueniri etiam via ordi-
naria durante eorum officio, quia habent
dignitatem, & officiũ cũ administratione:
nã sunt iudices appellationũ, & habent re-
gimen totius curiæ Fiuizani, & mittũt edi-
cta, & proclamationes, ac ponunt cãparios,
& custodes, & sunt tẽporales, & nõ perpe-
20 tui, quo casu succedit vulgata regula, † quod
officialis, & iudex, qui habet administratio
nẽ temporalẽ de gestis ante eius officiũ nõ
potest conueniri durante eius officio, text.
est in l. pars literarum, & ibi glos. & Docto.
ff. de iudic. Cattaldi. de Boncõpagn. in tra-
cta. de sindica. car. 3. col. 2. versic. An autem
durante officio. Paris. de sindica. cap. duran
te officio, & capi. seq. car. 41. vbi latè, Ro-
man. consil. 415. numer. 3. & 4. Alex. cõs. 1.
nume. 12. vol. 4. Ias. in l. 2. nume. 2. & seq. ff.
de in ius vocan. Soc. in reg. fallentia. regula
249. magistratus. Anton. Rondinel. in tract.
de sindica. nume. 1. car. 115. & Cephal. con-
sil. 439. nume. 82. & seq. volum. 3. car. 754.
ubi dant ampliationes, & limitationes, &
dicunt quando habet iurisdictionem, & im
perium, quod dicitur officialis de maiori-
bus magistratibus at ille, qui habet cogni-
tionem causarum, & appellationũ, dicitur
habere imperium & dignitatem, Bald. in ti
tulo feud. quis dica. Dux. vel Marchio. §. cæ
teri. versicu. Adde omnis qui præest. Soc. in
consilio 67. visis inuestituris, colum. 2. vers.
Tertiò præmittendum arbitror. vol. 1. Bar.
consil. 43. quidam Capitaneus. numero 3.
& sequent. volum. 2. Lancellot. Conrad.
in suo tract. templ. iudicia. in 2. par. con-
clusio. 77. numero octauo. car. 53. & esse
de maioribus magistratibus, cum habeant
ordinariam iurisdictionem causarum ap-
pellationum, Auct. de appellatio. §. fina.
notant Docto. in rubric. ff. de offic. eius:
ubi Petr. Caleph. præceptor meus, nu-
mero trigesimoquartò, versicu. mihi au-
tem & Cagnol. in leg. prima. uersicu. &
mandata iurisdictio. ff. eod. & Docto. in l.
imperium. ff. de iurisdi. omni. iudi. & de
prioribus loquitur Bald. consil. centesimo
septuagesimoseptimo. in ista, & consil. 178.
in

in præſenti,vol.2.Rom.conſi.501. nu.8. & ſeq. Bertachi. in tracta.de Gabel.in prima par.num.9.Bello.conſi.38.num.4. & Pariſ. conſi.81.num.13.& ſeq.& habetur per ſtatutum Fiuizani,ſub rub.de appella.c.14.& rub.Priores,& Conſiliarii, &c. c.18. lib.2. & ob id Magnificus Do.Dioniſius, frater meus,ſe defendit ab impetitione facta a uenerando patre meo, qui petierat bona dotalia ad uſufructuandum ratione patrię potestatis blandimentis nouercalibus, iuxta tradita per Boeri.deciſio.195.& 199.Rim. ſen.conſi.265.num.23.& ſeq.uol.2.Franc. Becci.conſi.43.lib.1. Fulgo.conſi.88.quia oppoſuit non poſſe conueniri durante eius officio in ciuitate Burghi Sancti Sepulchri. vbi erat iudex ordinarius cauſarum ciuilium & criminalium, ultra alia excepta,
21 quæ ualde urgebant, † & licèt ſtatutum dicat,ꝙ non poſſint capi, nec aliquo modo grauari perſonaliter, tamen per hoc nõ videtur poſſe argui a contrario ſenſu: ergo ſi grauamentum non erit perſonale, ſed reale,poſſit fieri, ut in ſimili loquitur Plot.in conſi.108.Ieſu Filii.nume.10.volu. 1.conſi.crimi. vbi dicit, quòd conſtitutio prohibens alienari bona immobilia in non ſubditos,uidetur concedere quòd res mobilis poſſit alienari non ſubdito, quia tale argumentum non ſumitur ad correctionẽ iuris communis, Docto.in l.1.§.eius. ff. de offi.eius.Bero.quæſtio.familia.97.in l.locationis, nec etiam ſumitur ex uerbis negatiuis,quia induceret affirmatiuam, Alexan. conſi.150.num.15.in fi.& nume.16.uolu.5. & dixi de hoc argumento a contrario ſenſu,latè in tract.de tutore, nume.82.& ſeq. car.66.in prima impreſſio. Bello.conſ.22. numero tertio,& quarto. conſi.27.numero 6.& 7.

Tamen ego ſto in eadem ſententia, ꝙ non obſtantibus ſupradictis poſſit ille, qui eſt de Prioribus,Conſiliariis, Notariis,aut Cancellariis Priorum durante eorum officio grauari realiter in bonis per inſolutũ dationem,aut prædam, uel pignora: quia iſti Priores non reſident in palatio, & eorum negotia dietim exercent, & quia iudicium eſt executiuum paruo tempore du-
22 raturum, unde dixit Par. de Puteo in tracta. de ſindica. in c. officialis durante, columna fin. uerſicu.licèt dicatur, quòd officialis durante officio, quod officialis licèt non poſſit conueniri durante officio, tamen ſi iudicium ſit modico tempore duraturum, poterit conueniri, & etiam quia de conſuetudine obſeruatur contrarium, quòd indifferenter Priores durante eorum officio conueniuntur, & grauantur in bonis, non obſtante aliquo iure communi in contrarium. quę
23 † conſuetudo, obſeruantia, & ſtylus, a iudicibus eſt obſeruandis, ut dicit Bald. in auct.iubemus.num.2. C. de iudic.ubi dicit quòd iudex non ſolum eſt aſtrictus ad iudicandum, ſecundum ius commune, ſed etiam ſecundum mores, & conſuetudines loci, & multa congerit Rota Luca. deciſio. 36.car.209.facit quod dixi ſupra,deciſione prima,nu.34.& hac deciſ.4. numero 19.& dixit Riminal. ſen.in conſilio 716. numero 8.& 9.uol.4.car.123. quòd conſuetudo dat iuriſdictionem, & extenditur:& maximè, quando eſt antiqua. & in conſilio 344.numero 8.uol.2.car.167.conſi.484. nu.2.uol. 3. & in Caſtro Fiuizani ſemper,& in perpetuum,& ab initio ſæculi, adeo quòd nõ extat memoria hominum in contrarium Priores, Conſiliarij & alij fuerunt grauati, & conuenti quo ad bona durante eorũ officio ,ideo dicto iure communi non obſtante ulterius non eſt quærendum, ut dicit Rimin.ſen.d.conſi.484. numero 2. Ro-
24 land.conſi.44.numero 34.volu.1.† de qua obſeruantia, & conſuetudine poteſt ſemper dominus iudex ſe a Notariis banchi, & ab aliis in camera informare parte non citata,ut dicit Rota Luca.d.deciſio.36.nume. 15.in 1.par.Purpura.conſi.467.num.7.conſi.723.nu.8.uol.2. Iaco.Leoniſſa inter conſilia matrimonialia,conſi.49.num.20.Soc. in ſuis fallen.reg.406.num.1.Rolan.d.conſi.44.num.36.licèt Rimi.iun.conſi.337.nume.9.uolum.3.car.148. & Alexan.conſilio 218.num.2.uolum.2.uoluerint requiri citationem partis, & talis informatio debet in ſcriptis redigi,& non in uoce recipi, ad hoc ut ſemper poſſit de illa tali quali informatione apparere,aliàs ſibi iudici non crederetur,ita docet Bar.in l.qui bona fide.§. huic ſtipulationi,num.1.& 2.ff.de dam.infec. Cuman.conſi.50. ſtante ſtatuto,col.2. prope finem, Dec. conſi.366. pro declaratione,numero 13.uerſicu.& ideo, quando

duo. Arno. in problem. 97. Hipoly. in Rubrica de probatio. nume. 22. & pulchrè per Hierony. de Monte in tracta. Fini. regund. cap. 31. nume. 1. & seq. ubi loquitur de uisitationibus, & summarijs informationibus, quæ fiunt per iudices in loco differentiæ, * & ita IVDICANDO * declarauit Rota Florentina contra illos de Momio anullando eorum accusas, & follas ad fauorem illorum de Vendasio, de mense Iunij, & Decembris, anno 1567. Quod est notandũ pro sindicis curiæ Fiuizani, de quibus loquitur statutum, sub rubr. de electione sindicorum, cap. 4. libr. 1. qui ignoranter semper, & contra formam dicti statuti uelo leuato proferant eorum sententias nulliter, & dicunt uidisse petitionem, & informationes, & nunquam de illis ex actis apparet,
25 † adeo quòd talis sententia ipso iure fuit nulla, & tanquam lata a priuata persona, spreta authoritate & solemnitate dicti statuti, per text. in l. quid tamen. ff. de recep. arbitr. apostilla ad Capel. Tolosa. quęstio. 114. colum. 2. uersic. non enim iudex. & in quæstio. 490. colum. 2. Rom. consil. 412. pro habenda, num. 5. & seq. pulchrè Angel. de Gambilio. in consilio 42. nume. 11. & sequẽ. car. 176. Ripa. lib. 1. respon. 13. numer. 13. & seq. titulo de legibus & longa consuetudi. car. 19. in parua impressione. Rimin. Sen. consil. 180. numer. 12. & 13. uolum. 1. Cephal. consi. 601. numer. 16. & sequen. uol. 4. Roland. consil. 76. numer. 20. & sequen. uolum. 1. Rota Luca. decisio. 2. nume. 10. & sequen. in prima par. & Dec. consil. 261. nume. 2. Nec tenetur ille, qui excipit, uel dicit de nullitate huiusmodi sententiæ, prius soluere libras decem Camerario communis antequàm audiatur, ut uidetur ibi innuere statutum, adnotata per Bald. in tracta. statuto. in uerbo, Gabella. uersi. statutum cassat contractum, colum. 1. in fi. & uersic. statutum dicit, quòd de contractu celebrato. Alexan. consi. 84. numero 6. & 7. uol.
26 4. † Quia statutum loquitur de sententia ualida, sed iniusta & iniqua quò ad merita causæ, quod patet ex uerbis dicti statuti in fine: ibi, audiatur per iusdicentem ordinario iure super facto principali hoc est, super meritis causę, & etiam intelligitur de iure communi, quia intelligitur de sententia ualida & lata secũdũ formã statuti a sindicis, & non de nulla & inualida & lata contra formam dicti statuti. l. si se non obtulit. §. condemnatum. ff. de re iudic. & ibi Bart. in fi. & Bald. Ripa, & Docto. Bal. consi. 369. uolum. 1. Roman. consilio. 412. numer. 5. & sequen. Ioan. de Anan. consil. 104. Dec. consil. 360. numer. 2. Afflict. decisio. 21. num. 13. decisio. 283. numer. 1. Corne. consilio 143. lit. L. uersi. unde, in fi. uolum. 2. Cepol consilio. 44. numero 3. in ciuili. car. 46. Rota Perusi. decisio. 72. in fi. in 2. par. Rom. consil. 78. licet. numero 3. & 4. & cum non loquatur de exceptione nullitatis, nec quãdo principaliter dicitur de nullitate sententiæ, casus dicitur omissus, & remanet sub dispositione iuris communis. l. commodissimè. ff. de libe. & posthu. & de iure communi quis non tenetur aliquid soluere, quando uult se appellare, uel dicere de nullitate, cum a iure hoc non reperiatur cautum, & quod sit uerum, ultra supra deducta patet: nam statutum loquitur, quando quis se appellaret ad dicta sententia ualida, uel recurreret super ea ad iudicem ordinarium, uidelicet per restitutionẽ in integrum per reductionem ad arbitrium boni uiri, uel per uiam officij iudicis, & quære læ contra sententiam ualidã, & sic semper contra sententiam quò ad merita causæ,
27 † quia recursus est species appellationis, ut per Docto. in rubri. de appella. ubi Dec. nume. 13. & ibi Hiero. Gigas in additione, Crot. cõs. 179 nu. 6. uol. 2. Cepol. consi. 16. nu. 2. car. 17. in ciuili. Rota Luca. decisio. 27. num. 42. car. 156. in prima par. Quæ om-
28 nia cessant in sententia nulla, † quia in ea dantur remedia nullitatis, ꝓ qua, & de qua põt dici quinq; modis, primò appellãdo a sentẽtia nulla, secũdò incidenter & accessorie ad ipsam appellationem, cum in omni appellatione tacitè includatur nullitas. Tertiò dicitur de nullitate simul, & una cum appellatione expresè in eodem libello dicendo sententiam nullam, & si qua est, appello. Quartò potest dici principaliter de nullitate sine mixtura appellationis per uiam querelæ. Quintò per uiam exceptionis, cum petitur executio, ut hæc omnia declarat Perusi. Franc. in c. dilecto quęst. 56. nume. 159. de appella. Et
29 † quòd statutum non includat nullitatem denegando recursum patet: quia ubi statu-

statutum etiam tollit omnẽ recursum, non censetur tollere nullitates præcedentes ex defectu iurisdictionis, & solemnitatis non obseruatæ. Fel. & Dec. in c. ex parte, il 2. nume. 24. & 25. de offic. iudic. deleg. Perusi. d. c. dilecto, num. 117. 133. num. 184. & 185. de appel. Alex. consi. 77. nume. 12. uol. 2. Soci. consi. 46. Eleganter, nume. 5. & seq. uolu. 4. Pau. de Cast. consi. 165. uisis. col. fi. uersi. nec obstaret statutum, uol. 2. Rimin. iun. consi. 273. num. 44. & seq. uol. 3. & maximè, quando incontinenti apparet de nullitate, & notoria est ex ostensione processus, adnotata per Cæsar. Contard. in l. unica. in 7. limi. nume. 55. & seq. & limi. 12. nume. 1. & seq. C. si de momenta. pos. car. 190. Dec. consi. 158.
30 in causa. sub num. 6. uersi. sed in his. Rimi. iun. cons. 269. nu. 33. & seq. uol. 3. † & ꝙ nõ teneatur soluere libras decem, & expẽsas, qui uult dicere de nullitate ex defectu solemnitatis omissæ, & iurisdictionis, patet ex inconuincibili fundamento, quod est tale; hæc exceptio, quòd dicens de nullitate non debeat audiri, nisi prius solutis libris decem Camerario communis, prouenit ab eodem statuto, quo statuto sublato tollitur & exceptio, ita dicit Catel. Cotta in suo memoria. in uerbo, actus nullus, col. 2. uers. & ideo. & in uerbo, mendax. col. 1. Ange. de Gambilio. consi. 42. nume. 11. & seq. car. 176. At non seruans formam statuti, non dicitur ut sindicus, & iudex statuti ferre sententiam, sed ut persona priuata, Rol. consi. 76. num. 20. & seq. uol. 1. Ang. de Gãbilio. d. consi. 42. nume. 11. & seq. & supra dixi, num. 25. ergo statutũ est sublatum, & nõ hẽt locum dispositio statuti. de qua Pau. de Cast. consi. 44. uol. 1. Roma. consi. 100. Dec. consi. 110. uerè, ut puto. num. 5. nec iste excipiens potest uti beneficio statuti. posteaquàm statutum non habet locum, & ipse excipiens non obseruãdo statutum annullauit statutum, & omnem exceptionem statutariam, Anchar. cons. 140. præsupponitur, col. 2. Fel. consi. 24. nu. 11. consi. 25. nu. 21. Paris. cons. 27. nu. 75. consi. 20. nu. 43. & 44. uol. 2. cons. 158. nu. 24. cons. 10. nu. 17. uol. 4. Calcan. cons. 7. nu. 16. Roland. consi. 63. nu. 2. uol. 1. Riminal. Iun. cons. 203. nu. 94. uol. 2. & Roder. Soarez. in l. post rem iudicatam, in 10. limita. de re. iudica. car. 623.
31 Burs. cõs. 66. nu. 5. uol. 1. † pręterea qđ de sentẽtia, instrumẽto, & actu nullo nõ soluitur gabella, Roma. cons. 78. licet iure communi, & ibi Mandosi. Paul. de Cast. in l. licet pretoris. §. si filiusfamilias, nu. 2. ff. de pecu. Cattel. Cotta in memorial in uerbo, Actus nullus, col. 2. uersi. hinc & tertiò infertur, Riminal. iun. cons. 273. nu. 68. uol. 3. & Tiraq. in tract. de retract. titulo. §. 1. glo. 2. nu. 7. & seq. unde tu aduocate Fiuizanensis considera bene uerba statuti, & an isti sindici uentosi, & ut plurimum ignari, & captiosi obseruauerint qualitates a dicto statuto ordinatas, quæ eis tribuunt iurisdictionem, & si non obseruauerint ad unguem, non erunt sindici, sed priuatæ personæ, & eorum sententiæ erunt ipso iure nullæ, & reuocandę a quocunque bono, cõsentiato, & scientifico iudice, per supra latè deducta, & per Roland. in cons. 72. in 3. conclusio. nu. 54. & seq. vol. 3. quia non habent aliquam iurisdictionem, nisi illam, quam sibi confert dictum statutum, & eo modo, quo dicit statutum, & non aliter, & ideo solum possunt cognoscere, quando pars diceret se grauatam per solam factã, aqueductum, iter, actum uel uiam, aut cõfines uel terminos motos, cloachas, uel necessarios, aquarolos, uel putredinem, seu turpitudinem aliam supradictorum, & super istis differentijs, & grauaminibus iudicare, & terminare, & non super alijs grauaminibus, de quibus non loquitur statutum, & sic non cognoscunt de damno dato, & de accusis, nec de alijs causis criminalibus, adnotata per Roma. consi. 501. nu. 8. & 9 & ibi Mandosi. cons. 332. nu. 17. Afflic. decis. 117. nu. 1. & 2. Perus. in c. cum in ecclesia. sub nu. 10. de appella. Angel. de Gambilio in d. cons. 42. nu. 11. & seq. car. 176. & tamen ex eorum capite uolunt se intromittere in dictis accusis, & damnis datis, contra iura, & authoritatem sibi a statuto attributam nam statutum loquens de una
33 re, non habet locum in alia, † & maxime in iurisdictionalibus, & loquens de causis ciuilibus non habet locum in causis criminalibus, nec mixtis, pœnnalibus, aut odiosis, ut per Petr. Duenam, regula, 36. nu. 5. & 6. in uerbo, affinis. Sebastia. Vanti. de nulli ex defe. iurisd. delega. num. 91. & seq. uers. 6. principaliter, & nu. 93. in fi. & in titulo de nulita. ex defe. iurisd. ordin. nu. 45. & seq.

& seq. uersi. factum igitur a iudice. dixi supra numer. 7. quia agitur de interesse fisci,
34 † quo casu accusæ sine eius interuentu cãcellari non possunt, Alex. in l. acta, nu 8. & 9. ff. de re iud. Hippo. prac. crim. §. expedita. num. 79. & in sing. 467. num. 8. & Rom. consi. 294. nume. 4. & ibi Mandosi. Fely. consi. 10. num. 5. & 6. Bal. in trac. statuto. in verbo, Gabella. sub num. 3. versi. statutum dicit.

DE IUDICIIS.

DECISIO VI.

ARG.

Statutorum contrarietas est euitanda, quando aliqua distinctione, iuuari possunt.

In dubio instantiam non esse desertã, pronunciandum est.

SUMMARIUM.

1 *Statuta loci non sunt in loco exhibenda, sed solum alleganda secus extra locum, & quando sunt constitutiones particulares, edicta, et banna, vel statuta extranea.*

2 *Statuta duo, quando contrariantur, ultimum est attendendum, maxime quando minus corrigit ius commune, & magis prouidet. nu. 3. 7.*

3 *Statutum loquens de sententia diffinitiua, comprehendit etiam interlocutoriam habentem uim diffinitiuæ, & præceptum iudicis: fallit, ut num. 8.*

4 *Statuta duo si sint in sui generalitate contraria, præualet illud quod spetialius loquitur, siue præcedat, siue sequatur, & vtrumque debet seruari in casu suo.*

5 *Statuta duo, quando aliqua disstinctione, uel limitatione possunt adiuuari, & concordari, etiã impropriando uerba, numquam primum tollitur per secundum.*

6 *Statutum unum si pro delicto imponit pęnam librarum mille, aliud uerò pęnam quingentarum, primum non dicitur corrigi per secundum, sed vtrumque potest attendi.*

8 *Statutum vnum, quando exprimit illud, quod tacitè inest, nunquam secundum recipit tacitum intellectum.*

Conditio, quæ tacite inest apposita in vno legato, non censetur repetita in alio.

9 *Statuentes incontinenti uoluisse se corrigere non est credendum.*

10 *Instantia non dicitur deserta culpa actoris, quando petijt sententiam, & protestatus est de lapsu instantiæ, & valet sententia, si actor exhibuit iudici processum, aliàs secus.*

11 *Iudex non tenetur causam expedire, nisi exhibito sibi processu, etiam quòd statutum præfigat iudici certum terminum ad sententiandum.*

12 *In causa appellationis mensis est dierum 31. currentium, et in alijs causis dierum triginta.*

13 *Statuta duo, quando per copulam coniungũtur, utrumque debet attendi, & uno deficient e cessat dispositio statutorum.*

14 *Statutum unum declaratur, & suppletur per alind, quando non constat, quòd uoluerit corrigere.*

Lex noua non corrigit antiquam, nisi de mente condentis appareat uoluisse corrigere, imò supletur per legem antiquam.

15 *Statutum vnum magis recipit interpretationem ab alio, quàm a statuto superioris; & magis a ciuitate prædominantis, quàm a iure cõmuni.*

16 *Statuta, quando aliqua distinctione, limitatione, vel supplectione possunt concordari, numquam intelliguntur contraria.*

17 *Stylus, & obseruantia statuti debet attendi, quia interpretatur ab obseruantia.*

18 *Iudex potest ex se informare de stylo, & obseruantia statuti.*

19 *Additio dicitur inesse in statuto & lege cum eius qualitate, & conditione, nec de alio videtur disponere in dubio.*

20 *Instantiam, & appellationem non esse desertam, in dubio pronuntiandum est, maxime, quando dies sunt utiles, & non continui.*

Iudex ad quem, quando dies instantiæ sunt utiles, & non continui, semper tenetur pronuntiare super desertione instantiæ, secus si sunt continui.

21 *Iudex a quo, lapsa instantia, potest suam exequi sententiam non obstante quòd appellationi detulerit.*

22 *Iudex antequàm suam sententiam exequatur, debet citare partem ad dicendum causam, quare non debeat exequi.*

DECISIO VI.

DVo statuta reperiantur in uolumine statutorum Fiuizani cũ una additione

ne. Primum est sub Rubrica, de appellationibus tam a diffinitiuis, quàm interlocutorijs.c.14. ita(quo ad rẽ nostram)disponẽs.

A præceptis uerò factis de facto a Domino Iusdicente, uel eius Notario possit appellari, & similiter a sententijs interlocutorijs, quæ obtinent uim diffinitiuæ sententiæ, & teneantur quilibet Domini Priores, ad quos fuerit appellatum determinare, & finire per sententiam eorum diffinitiuam ferendam, ut supra; uel per consilium sapientis, vel eorum proprio consilio infra sex menses a die dictæ appellationis depositæ penes eorum Notariũ per eos eligendum numerandos sub pœna interesse partis appellantis.

Secundum est sub rubrica. Quanto tempore duret instantia cuiuslibet causæ.c.15. quod ita disponit: causarum verò appellationum instantia interponendarum a diffinitiuis sententijs deinceps ferendus p Dominum Iusdicentẽ, vel per Dominos Priores Fiuizani, & curiæ Mensibus sex tantum duret, & per eorum lapsum finiatur, & pereat, qui sex menses currant, & currere incipiant a die appellationis viua voce interpositæ, uel in scriptis, vbi viua voce interposita non fuisset.

Additio autem postea est facta de anno 1556. car.123. quæ ita dicit. Statuendo & corrigendo statutum, quanto tempore duret instantia cuiuslibet causæ statuerunt, & ordinauerunt, vt infra videlicet: Quod in causis appellationum ad D.Priores Fiuizani, & curiæ in posterum duret instantia, & durare intelligitur per tres menses tantùm.

1 Et certum est, † q; statuta loci non sunt exhibenda in curia loci statuti, sed sufficit ea allegare, quia sunt notoria, & quilibet tenetur illa scire, aut scire debere. Alex.cõsi.37.viso.num.15.16.versi.& in hoc considerandum.volu.2.Arc.§.ius ciuile, nu.30. versi.quæro, an statutum. Insti. de iu.natu. gen.& ciui.& Ioan.de Amic. consi.42. col. 12.in fi.uers.sentio præterea, Bal. consilio 238.ad ueritatem, num.3.vol.1.secus si nõ essent inserta in volumine statutorum, & essent ordinationes, aut constitutiones particulares, ut sunt leges, & ordinationes, & bannimenta Serenissimi Magni Ducis nostri Etruriæ, & Priorum Fiuizani, quia tũc iudex non tenetur, nec præsumitur scire: & idem si causa ageretur, in alio loco, uel coram aliis personis extra curiam Fiuizani per supradicta, & per Sebastia.Vanti.de nullita.ex defe.proces.num.114. uers. præmissa etiam intellige. Paris.de sindica.c. statutum, Pari.consi.49.num.37.uol.1.Crau. consi.48.nume.5. consi.137. nume.5. lib.2. Rui.consi.52.nu.14.uol.2. Mathes. Vesembeci.consi.34.num.27.& seq.colum.848.& Octauia.Pedamon.decis.141.nume.13.ubi dicit procedere etiam q; esset in aliquo libro particularis personæ descriptum, uel impressũ, & ita fuisse IVDICATVM. *

Quibus sic stantibus, euenit q; Pasquinus frater Petri Benedicti de Verucula posuit vnum Tinellum de mense Iulij occultè in auditu Petri eius fratris, & statim fecit fieri præceptum dicto Petro, quatenus non auderet mouere dictum Tinellum: qui Petrus comparuit, & petiit dictum præceptum reuocari tanquam de facto factum, & quod non debet sua pacifica possessione spoliari per viam præcepti, cum iudicium non debeat a præceptis inchoari, & dominus iudex(quia ita sibi placuit) iniustè dictum præceptum confirmauit, a quo præcepto confirmato dictus Petrus se appellauit ad Dominos Priores uirtute præallegati statuti, & facto processu dictus Petrus petijt sententiam die 22. Octobris cũ protestatione, & die 24. iterum petijt dictam sententiam cum huiusmodi protestatione de lapsu instantiæ, & dictus Pasquinus opposuit exceptionem de lapsu instantiæ, & dictus Petrus dixit non esse desertam, & instantiam non esse decursam, cum menses in causa appellationis sint *di giorni* 31.& sic ex eo quia se appellauit coram iudice, a quo die 14. Iulij, & die 24. porrexit libellũ appellationis coram Notario appellationum instantia durabat *giorni* 93. *correnti dal dì, che fu prodotto il libello* a priori, & sic instantia durabat usque ad 27. diem Octobris. Pasquinus opposuit instantiam dictæ appellationis cæpisse currere a die interpositæ appellationis coram iudice a quo, & sic die 14.Iulii, quæ durabat usque ad 17.diem Octobris, & Petrus petiit sententiam die 22.Octob.& sic post instantiam decursam.

Si volumus attendere primum statutũ, instãtia nõ est decursa, q; a incipit a die porrecti libelli corã Notario appellationum: si at-

si attendimus statum secundum, instantia uidetur deserta, quia incipit currere a die appellationis interpositæ uiua uoce, uel in scriptis, quid dicendum? Prima facie uideretur concludendum ad fauorem Pasquini, uidelicet instantiam esse elapsam, & ap-
2 pellationem desertam. Primò, † quia quando duo statuta reperiuntur in uolumine statutorum, & unum contrariatur alteri, semper ultimum est attendendum, Bar. in l. omnes populi, uersi. circa quartum. ff. de iust. & iu. & in l. si certarum. §. fi. ff. de testa. mil. Alex. consi. 65. nume. 5. uol. 7. consi 98. num. 5. uers. & tunc standum est, uolu. 4 Se-
3 cundò, † quia statutum loquens de sententia diffinitiua, & habet locum, & compræhendit etiam sententiam interloquutoriã habentem uim diffinitiuæ, & præceptũ iudicis, ut per Alex. consi. 50. uisis actis, uolu. 2. & Ias. in rub. ff. de iud. nume. 13. At in casu isto ista duo statuta uidentur inter se cõtrariari, quia primum uult ꝙ instantia incipiat currere a die producti libelli coram Notario appellationum, secundum a die interpositæ appellationis uiua uoce, uel in scriptis, & sic coram iudice a quo, & cũ sit ultimum debet attendi, & etiam quia loquitur de sententijs diffinitiuis & compræhendit præceptum iudicis: ergo instantia est deserta, quæ solum durabat usq; ad diẽ 17. mensis Octobris, & tanto magis, quia hoc ultimum statutum minus corrigit ius commune, & magis prouidet, quod causæ citò expediãtur, ne lites fiant immortales, quo casu debet præferri alteri statuto in dubio, ut per Alex. d. consi. 65. in causa, & lite. col. 2. nu. 5. uol. 7.

Sed tamen his non obstantibus uidetur omnino in casu isto pronuntiandum instãtiam non fuisse, nec esse decursam, nec appellationem desertam. Primò, quia nos sumus in appellatione interposita a precepto iudicis, & nõ a sentẽtia diffinitiua, & quando quis se appellat ab huiusmodi præceptis confirmatis, statutum appellationis expressè de illis loquentibus uult, ꝙ instãtia currere incipiat a die appellationis interpositæ coram Notario appellationum: statutum uerò de instantia ultimo loco positum loquitur de sentẽtiis diffinitiuis spe-
4 cificè, & apertè: unde succedit regula † q̃d quando duo statuta in sui generalitate, & qualitate sibi contradicunt, præualet & inspicitur quod spetialius est, siue præcedat, siue sequatur, Dec. in consi. 18. uiso puncto, sub nu. 1. uers. talis enim constitutio, cons. 44. diligenter, nu. 7. vers. modo quãdo duo statuta, consi. 382. verba testamenti, num. 4. uers. ualet enim argumentum, & in cõs. posito in meo tract. de tutore, nu. 98. uersi. iuridicam esse arbitror. car. 90. Paris. cons. 166. pro resolutione nu. 14. uers. & dum tale statutum, vol. 4. & Corset. sing. in verbo, statutum, il 19. ubi dicunt, quòd vtrumque debet seruari in casu suo, Dec. consi. 619. in fi. Nã statutũ generale debet seruari in omnibus alijs casibus, in quibus non loquitur statutum specialius loquens, & statutum speciale in casu suæ specialitatis, Paul. de Cast. cons. 21. primum dubium oritur ex tribus statutis, vol. 1. Crot. cons. 50. nu. 19. vol. 1. Angel. cons. 280. statutum, in fi. Bar. in l. prætor. §. eritque, nu. 2. ff. vi bono. rapto. Franc. Viui. commu. opinio. in uerbo statutum ultimum, & ideo dixi Volateris statutum sub Rubrica 65. Quod habeatur maior, qui est ætatis 18. annorum, non corrigere statutum, sub Rubrica 142. Quod officiales pupillorum dent tutores pupillis in defensis, vbi disponitur, quòd ipsi officiales possint dare tutores, quos sibi placuerit, dummodo annis 25. maiores sint, immo illud primum corrigi in isto casu, quo ad tutelam per istud secundũ, adeo quòd dicti officiales non possent dare tutorem minorem 25. annis, ut etiam in proposito consuluit Dec. dicto cons. 44. diligenter, nu. 2. 7. 8. & Roman. cons. 312. & dixit subtiliter, & distincte Lap. in alleg. 68. commune Florentię, num. 6. uers. & quando in eadem lege, quòd quando in eadem lege sunt uerba specialia & generalia, tunc species derogat generi; si autem diuersæ sunt leges, & præcedit lex specialis, & sequitur lex generalis & tunc aut dispositio specificata & generalis compatiuntur se in origine & effectu, tunc concurrunt quo ad vtrumque: aut in origine, non in effectu, tunc concurrunt quoad originem, nõ quò ad effectum; aut non compatiuntur se, & tunc aut dubitatur de mente legum, & tunc species derogat generi; aut est certũ, quia verba sunt ita præcisa, quòd non recipiunt auctionem, uel generis, uel speciei, &

est ea-

est eadem ratio, & conditio, ita quòd speciei non est specialis ratio fauoris, tunc ultimę legi standum est, quia a primo proposito legis uidetur esse recessum, & de duobus statutis generalibus, an minus generale attendi debeat, loquitur Ias. in l. 1. §. hoc autem, numer. 12. ff. de noui ope. nun. Octauia. Pedamonta. decisio. 68. nume. 4. & seq. Crot consi. 50. nume. 19. uolum. 1. Cur. iun. consi. 294. num. 73. uol. 3. Alex. consilio 65. num. 6. & seq. uol. 7. & Rolan. consi. 62. num. 30. uolum. 3.

5 Secundò, † quia quotiescunque aliqua distinctione, vel limitatione statuta, quę videntur contraria possunt adiuuari, & cōcordari etiam impropriando verba, nunquam primum tollitur per secundum, Bar. in tract. ad reprim. in uerbo, non obstantibus, columna secunda, Iacob. Machel. patroc. 20. nume. 9. uersicu. quibus accedunt, etiam quòd contineret ultimum statutum clausulam, non obstante quacumque alia lege, vt per Roma. consi. 40. visis ac discussis, numero 5. uersi. breuiter ergo puto, & consi. 104. Pater reuerende. numero secundo, consilio 322. Sigis. Loffred. consi. 7. numero 2. consi. 11. numero 31. Alexan. consilio 42. numero 2. & 3. & consilio 48. numero 6. uol. 3. Philip. Prob. in addi. ad Io. Monac. in c. cum nullus, numero septimo, de tempo. ordin. lib. 6. car. 132. At in casu nostro limitatur, ultimum statutum loqui solùm de sententia diffinitiua, & primùm de omnibus sententiis, & pręceptis generaliter. ergo generi per speciem derogatur in hoc, per supradicta, & per Doct. d. consilio 382. d. numero 4. & Lap. d. alleg. 88. nu. 6. seq. car. 455.

Tertio, quia hæc duo statuta non dicuntur correctoria, nec primum per ultimum dicitur correctum, sed ambo possunt uerificari, & uti ab appellantibus, Nam potest appellans declarare uelle tempus incipere currere a die appellationis viua uoce interpositę, & petere sententiam infra instantiā illius tēporis: similiter potest facere quod tempus appellātionis incipiat currere, a die libelli interpositi coram Notario appellationum & petere sententiam infra instantiam illius temporis, quod dignosci poterit a die petitæ sententiæ,

6 † hoc dictum optime probatur ex doctrina Bar. in l. 3. §. cum Titio. ff. de adim. leg. ubi dicit, quod si unum statutum pro malefitio imponeret pœnam mille librarum: aliud uerò statutū pro eodem malefitio imponeret pœnam quingentarum librarum tantū, per hoc nō censetur correctum aliud statutum imponens mille librarum pęnā, & cum sequitur Francis. Viui. in suis cōi. opi. in uerbo, statutum unum, car. 197. & dixit glo. 34. dist. c. fraternitas. quod & si diuersa iura diuersimodè in eadē materia loquantur, ꝗ utriusque iuris dispositio in materia illa pariter sibi uendicat locum, & secundum utriusq; iuris dispositionem eadē materia est intelligenda, quam glo. refert, & sequitur, & dicit singularem Roma. d. cons. 104. Pater reuerende, sub num. 1. uers. 2. per id quod in cons. 308. pro habenda, n. 4. uers. Nec huic determinationi.

Nec modo obstant adducta in contrariū, quia ex pręallegatis soluitur eorum contrarietas. Nam quò ad primum respondetur procedere,

7 † quando statuta sunt adeo contraria, ꝗ non possunt ullo modo reduci ad concordiam: secus, quando possunt reduci aliqua distinctione, uel limitatione, ut per Bar. d. trac. ad reprimendum. verbo, non obstantibus, col. 2. & Franc. Viui. suis commun. opin. in uerbo, statutum ultimū, car. 198. in fine, & supra dixi. Roman. consi. 104. nu. 2. sed in casu nostro possunt reduci ad concordiam, ut supra demonstratum est. Quò ad secundum respondetur, prędicta non procedere quando statutum non solum loqueretur de sentētijs diffinitiuis, sed ēt interlocutorijs habentibus vim diffinitiuæ, ac de præceptis D. iudicis, nam tunc apparet clarè ꝗ noluerunt statuentes comprehēdere hæc omnia sub appellatione sententiæ diffinitiuæ, adnotata per Rom. consi. 104. nu. 5. & Ferrant. Gargia, patroci. 74. num. 3. Et quando statuentes in vno capite exprimunt, illud quod aliás tacite subintelligeretur, nunquam fit illa tacita subintellectio in alio capite, & præcipuè ad euitandam correctionem, ita sentit Dec. in consi. 655. casus, col. 2. vers. primò, quia. & vers. secundò efficaciter, & Plot. in l. si quando, nume. 16. vers. vel quia post legatum. C. vnde vi. & dixi in meo trac. de vsufr. mulier. reli. sub num. 82. car. 428. versi. prædicta tamen fac vt intelligas, & dixit notabiliter Roman.

man.in sing.237.dico tibi unum, quando conditio apposita in primo legato tacite inest, & intelligitur, in secundo legato nunquam censetur repetita, per tex. in l. si iudicet.§.fi.ff.de condi.& demonstr. quem fui sequutus in dicto meo tract.de vsufruc. nu.139. in fi. car.53. & hoc ponit securim ad radicem quæstionis nostræ, & conferūt notata per Curt.iun.consi.321.num.21.22. vol.3.& Anto.Gomesi.in c.12.de lega.num. 47. col.2. car.148. vbi ostendunt multum operari illud, quod tacite inest, quando exprimitur a testatore, vel a contrahentibus: sed in casu nostro statuentes in primo statuto de appellationibus, loquuti sunt specificè de sententijs diffinitiuis, de interlocutorijs, & de præceptis iudicis, in secundo statuto solum de sententijs diffinitiuis; ergo vltimum non censetur positum ad correctionem primi, nisi in specificatis, quādo aliter ad concordiam reduci non possent, vt per Dec.d.conf.382.nu.4. bene Roman. conf.57.in causa, Crot.consi.71.num.76.77. vol.1.& Paris.d.conf.44.nu.10.seq.vol.1.& supra dixi, Sigis.Loffred.cons.11.sub num. 31.car.43.Crauet. conf.176.num.6. Alex.d. conf.42. col.1. vol.3. Nam non est creden-
9 dum, † statuentes voluisse ita incontinenti se corrigere, Rom.d.conf.104.nu.1.Natta.conf.403. nu. 7.vol.2. Bursat. conf.184. nu.45.& 46. uol.2. & sic ex prædictis apparet, instantiam non esse desertam, & debere attendi statutum primum de appellationibus, uti loquens in casu nostro proprio: & non statutum secundum, quod loquitur solum de sententijs diffinitiuis, per supra-
10 dicta, quia † quotiescumq; pars petit sententiam, & protestatur de lapsu instantię semel, & bis, & postea opponatur de lapsu instantiæ per reum, sentētia debet ferri, quia non dicitur deserta, cū facto iudicis, & non actoris hoc euenerit, maximè premissa protestatione, ut per Alex.conf.42.sub num.8. uol.3.& conf.104.uisa nu.4.uol.5. per glo. in c.1.in uerbo, plerumque, de rescrip.& Sebastia.Vanti.de nulli.ex defe.iurisd.ord.nu. 117.uersi.& propterea cōsueuit, & per Ias. in l. properandum.§. sin autem alterutra. C.de iudi.& Crauet.conf.270. nu.5. uersi. 6.in terminis, uol.2.maximè, quando pro-
11 cessus est exhibitus iudici, alias secus, † qa iudex non tenetur causam expedire sine exhibitione processus, Sebast.Vanti.de nulli. sent.ex defe.iurisd.ordina. nu.117. Crauet. consi.270.nume.2.lib.2. etiam statutum diceret, debeat intra certum tempus causam expedire. Prosper Carauita in ritibus magnæ curiæ, titu 245. nume.3.& seq. car. 139.sentit Did. pract.quæst.c.20. sub nu.6.
12 versi.instrumenta autem publica: † & in cā appellationis, mensis est dierū triginta vnius, & in aliis causis dierum solum triginta, quando statutum simpliciter facit mentionem de mense sine expressione nominis. l.11.§.ab arbitro.C.de temp.appella.& Iaco.Menoc.de arb.iud.lib.2.cent.1. casu 50. grauis fuit, num.8.car.123.Præterea, dato essemus in sententia diffinitiua, dico ēt
13 † isto casu debere attendi utrumque statutum per viam copulæ, & vno deficiente appellationem esse desertam, adnotata per Plot.in l.si quando, nume.345.uersicu.imò quod notandum.C.unde vi.Dec.consi.177. quod supra, col.1.versi.uidendum est.ideo hoc modo statuta sunt interpretanda, & supplenda videlicet, qui sex menses currant, & currere incipiant a die appellationis viua uoce interpositæ, uel in scriptis, & dictæ appellationis depositæ penes eorum Notarium per eos Priores eligendum numerandos, & sic uolunt quod tempus appellationis incipiat currere a die quo appellatio fuerit deposita coram eis, vel eorū Notario, & sic a die Apostolorum productorū coram Notario priorum. at certè ista suppletio congruit menti statuentium, & est commoda, ac vero similis suppletio, & tollit omnem contrarietatem, & demonstrat ueram concordiam, & est necessaria ad euitandum correctionem, & cōtrarietatem statutorum, & statutum ultimum debet interpretari, & distingui per secundum sta-
14 tutum antecedens, † cum unum statutum declaretur per aliud.l.non est nouum.ff.de legi.Bar.l.1.§.& parui. ff. quod ui, aut clā. maximè isto casu, quia non constat de mēte statuentium fuisse corrigere in hoc, de quo quærimus.antecedens statutum, vt p Alex.consi.107.num.6.uol.7. & Ias. post gl. communiter approbatam, & alios Docto. in l.sciendum, num.4.ff.qui satisda. cog. & Dec.consi.358.nu.4. qui dicunt, quando nō cōstat de mēte condētis legem nouam, quod uoluerit corrigere legē antiquā, qd

tunc

tunc lex noua etiam generaliter loquens distingui, & intelligi debet per iura antiqua, adnotata per Bal. pulchrè in l. omnes populi n.21.uersi.3.modo.ff. de iust.& iur. Curt.iun.consi.294.num.73.uol.3.Roman. cons.322.cart.714.D. Philip. Prob.in addi. ad Ioan. Monac. c. cum nullus de tempo. ordi.& qualita.car.132. & sic debet suppleri modo prædicto, ut in fortiori termino de duobus statutis loquitur Paris. cons.44. nu.9.& seq.vol.1.Iac. Machel. patroci.20. nu.4. & seq. & Franc.Viui. communi. opi. verbo statutum ultimum, ubi dicit commu nem, & dicit Paris.d.cons.44.in fi.quòd hoc non debeat uideri durum iudicii, & sentit bene Paul.de Castr.consi.448.tria sunt, quę videntur facere. sub nu.1. uersi.2. ad idem uol.2.& Alex.cons.50.uisis actis,col.fi.in fi. uersi.præterea respondeo, uol.2.faciunt ad ducta per Bulgari.cons.78.num.9.car.192. uol. 2. crim. diuerso authore sentit Bero. cons.32.nu.11.12. uol.3. Alex. cons.65.nu.
15 5.& cons.154.nu.8.vol.7. quia † unū statutum magis recipit interpretationem ab alio quam a statuto Ciuitatis Florentiæ, & magis a statuto Ciuitatis Florentiæ, quam a iure communi, ut per Dec.in consi.65.nu. 4.cons 301.nu.8.& cons.110.& Mariā.Soc. in cons.7.nu.7.col.3. uers. præterea etiam responderi.vol.1.Rolan. cons.21. nu.22.& seq.uol.4.& Cephal.cons.414.nu.35. num. 67.uol.3.Riminal.Sen.cons.72.nu.20. uol.
16 1. † & quando aliqua distinctione, limitatione, uel suppletione possunt concordari nunquam intelliguntur contraria statuta, ut per Roman.d.cons.40.num.5. cons.322. cons. 104. & supra dixi, & per Roland.in tract. de confectio.inuentarii.§. quæritur, sub numero primo, uersicu. secundo, est ratio.& nu.5.uers.non obstat modò.car.52. ubi concordat illas opiniones, quòd tempus conficiendi inuentarium incipit currere a die delatæ hæreditatis, & aditæ. & sic dicit, quòd illa lex, quæ dicit, a die delatę hæreditatis, debet suppleri, & aditæ hæreditatis, & sic per aliam legem.& certè ista suppletio est multum uerosimilis, & commodabilis, & ita etiam suppleuit uenerandus Pater meus in Additione ad suum statutū, & semper ita fuit interpretatum dictum statutum, ut ex libris Magnificorum D.
17 Priorum dignosci poterit, † quæ interpretatio, & stylus debet attendi, ut dicit Paris. d.cons.44.num.16.17. uers. pręterea omnis ambiguitas. Nam minimè sunt mutanda, quæ diu certam interpretationem habuerunt.l.si de interpretatione.ff.de legib. Alex.cons.135. circa primum dubium, col.fi. uers.& istam partem, uol.1. & Crauet.cōs. 201.nu.11.uersi.in qua re considerandum
18 est, lib.2. † & iudex potest ex officio se informare de tali interpretatione, dummodò illam informationē in scriptis redigat, aliàs non ualeret, nec ei crederetur, Bar.in l.qui bonafide.§.huic stipulationi, nu.1.& 2.ff.de dam.infe.Beltran.cons.123. in prin cip.cons.124.n.4.uol.2.Purpura. cons.467. nu.7.consi.723.nu.8.uol.2.Rimin.Sen.cōs. 493.nu.8.uol.3.dixi supra decis 4.num.23. 24.Accedit, quod hoc videtur confirmatum per statuentes post dicta statuta in additione, qui corrigendo uoluerunt, quòd in causis appellationum in posterum duret instātia per tres menses tantum ad Dominos Priores, si durare debeat tres mēses ad Dominos priores, sequitur quòd debet attendi tempus, quo appellatio est producta, & exhibita coram Notario D.Priorum, aliàs non duraret tres menses, nisi eadem die, qua fuit interposita uiua uoce coram iudice a quo, uel in scriptis deponeretur etiam coram Notario D.Priorum appellationū, ut patet sensui, & cum sit ultima, debet at-
19 tendi per supradicta, † nam additio censetur esse in statuto, ut dicit Bar. in l.adeo.ff. de legib. & censetur esse eiusdem qualitatis & conditionis, quia recipit omnes qualitates statuti principalis, & secundum dispositionem & terminos statuti principalis intelligi debet, ut not.Cardi.in clemen. statutum, col. 3.in 3.opposi.de electio. Ias. in l.fi.sub num.2.ff. de in ius uoc. & Ruin. consi.23.nu.18.uol.5.& Corset.sing.in uerbo, additio si alicui statuto, & Tiraq.de retract.conuentio.§.fi.nu.167.Crot. cons.10. nu.6.uol.1.Nec de alio uidetur disponere, nisi secundum terminos dicti statuti principalis.l.1.ff.de senator.Alex. cons.89. sub num.2. uol.6.nisi ex uerbis, aut coniecturis aliud appareat, adnotata per Dec.in consi.
20 90 † & pro tenui, & stante ista dubietate pronuntiandum est, appellationem, & instantiam non esse desertam, Deci.cons.83. nu.7.consi.445.nu.44.seq.& consi.677.n.1.

Bero.

Bero.conſ.36.in ꝑ conſ.181.num.22.uol.3. Rota Peruſ.deciſ.5.in prima par.Iacob.Machel.patroci.25.nu.7.Rolan.conſi.34.num. 3.vol.3.Maria.Anguſſol.conſ.173. nu.9.& 10.Lancellot.in tract.de attenta. in 2. par.
21 cap.12.amplia.1.nu.22.car.209. † & præcipuè,quando dies ſunt vtiles,& non continui,ut ſunt in Ciuitate Florentiæ,ubi instantia eſt dierum ſexaginta utilium, quia tunc requiritur cognitio cauſę,& iudex ad quem ſemper tenetur pronuntiare inſtantiam eſſe,uel non eſſe deſertam,ut per Bal. in l.eos,in princ.nu.10.C.de appella.& Peruſ.in c.ex ratione,ſub num.94. uerſi.amplius adde prędictis,de appella. Fel. in c.ex parte,il 2.nu.10.uerſi.2. nota, quòd ſi ſtatutum.de reſcrip. quod ſecus eſt, quando dies ſunt continui, & momentanei, nam tunc ſufficit citare partem ad videndũ calculari inſtantiam,an ſit uel non, deſerta,& cauſam remittere ad iudicem a quo,ut per Imol.in clem.ſicut,nu.7. col.1. de appella. car.74.Franc.d.c.ex rõne,n.89.& ſeq.& iſto caſu euitatur appellatio a deſertione, & executio non retardatur,ut dicit Ceph.cõſi.185.num.43.& ſeq.uolum.2.car.76. Anchara.Regienſ.q.68. in 1.par. Lancellot.in tracta.de attenta.in 2.par.c.12. ampl.1.nu. 34.& 35.uerſi.amplia prædictam regulam
22 primò.car.210.† Nam iudex a quo poteſt eius ſententiam exequi lapſis fatalibus, non obſtante ꝙ detulerit appellationi, qa perinde eſt ac ſi non eſſet appellatum, & cauſa ipſo iure reuertitur ad ipſum iudicẽ a quo per ſupradicta,& per Alex.conſi.72. num.3.uol.7.Boer .deciſ.206. numero 11.
23 Bero.q.120.nume.1.† tamen iudex a quo antequam exequatur ſententiam,debet citare appellantem ad dicendum cauſam, quare non debeat exequi:& ſi allegat pẽdentiam appellationis, uictor replicabit deſertionem illam appellationis, ita Bar. in l.1.ff.nil.noua.appella.penden.nume.9. uerſi.quero,elapſo termino.Bal.in l.ſi contra.C.de appella.Ceph.d.conſi.185.nume. 46.uolu.2. & ex his ita fuit IVDICATVM * per Dominos iudices appellationis Fiuizani ex relatione ſapientis, de anno 1573. uidelicet inſtantiam non fuiſſe deſertam, & Petrum fouere iuſtitiam ſuper meritis cauſę.

DE IVDICIIS.

DECISIO VII.

ARG.

Sententia ab obſeruatione iudicis, & ab obſeruatione inſtantiæ eſt eadem; & eſt interlocutoria, quando non reſpicit merita cauſæ; & in dubio quando eſt lis conteſtata, datum tempus ad probandũ dicitur diffinitiua,& reſpicit merita.

SVMMARIVM.

1 *INſtantia, & iudicium, idem ſunt, & ideo idem eſt abſoluere ab oſeruatione iudicij, & ab obſeruatione inſtantiæ, & litis.*

2 *Abſolutoria ab obſeruatione iudicij, inſtantiæ, vel litis, dicitur interlocutoria, & ab illa poteſt appellari, & nu.15.*

3 *Abſolutus ab obſeruatione iudicij, uel inſtantia poteſt de nouo inchoari iudicium refectis expenſis, quando ſententia eſt interlocutoria, & non reſpicit merita: alias ſecus, nu.4.*

5 *Appellare non poteſt, qui non grauatur, & ſi appellat, appellatio non deuoluit cauſam, & dicitur fruſtratoria.*

6 *Iudex appellationis non abſoluit ab obſeruatione iudicij, declara ut ibi.*

9 *Sententia declaratur, & certa dicitur ex proceſſu, & petitione.*

11 *Iudex quando actor produxit petitionem, & poſteaſe abſentauit, debet abſoluere reum ab obſeruatione iudicij, & non diffinitiue ſuper meritis.*

12 *Sententia abſolutoria ab obſeruatione iudicij uel inſtantiæ eſt interlocutoria, & reſpicit ordinem iudicij: aliquando eſt diffinitiua, & reſpicit merita cauſæ, & quando.*

13 *Sententia quælibet diffiniens articulum principale, ſuper quo uertitur lis, dicitur diffinitiua.*

14 *Sententia intelligitur lata ex cauſa, quæ in actis apparet, & quę proferri debebat.*

16 *Iudex pronuntians male, & iniuſte appellatum ac de nullitate dictum, abſoluendo ab obſeruatione iudicij dicitur diffinitiue ſententiaſſe, & ſuper meritis.*

Iudex

17 *Iudex sen tentiando bene appellatum, & male iudicatum, dicitur condemnasse ad petita, & sic ad restitutionem.*

18 *Iudex debet eius sententiam magis claram, & certam ferre, quam sit petitio.*

19 *Iudex appellationis potest super meritis iudicare omissa nullitate, si a parte sit oppositum ad euitandos circuitus.*

20 *Filiusfamilias cum consensu patris potest vindicare bona sua aduentitia alienata per patrem viuo patre, secus si pater non consentiret.*

21 *Pater non potest in præiudicium tertij consentire, vt filius recuperet aduentitia, & vsusfructus uadat ad filium.*

22 *Emptor potest retinere vsumfructum bonorum aduentitiorum emptorum a patre filio agente rei uendicatione cum consensu patris.*

23 *Sententia confirmatoria alterius sentētiæ latæ super meritis, omissa nullitate potest exequi.*

24 *Actor agens rei uendicatione, publiciana, hipothecaria, uel possessorio contra aliquem, si probat se dominum, uel possessorem, & non probat reum possidere, debet obtinere pro iure suo probato & reus absolui expressa causa, quia non possidet.*

Intellige, & declara, vt ibi.

25 *Iudex ex officio potest interrogare reum, an possideat bona petita.*

26 *Actor potest interrogare reum ante litem contestatam, an possideat etiam durante tempore ad deliberandum. & conficiendum inuentarium. fallit si pater, aut agnatus esset mortuus intra nouem dies.*

27 *Hæres interrogatus intra tempus conficiendi inuentarium, aut deliberandi, an sit hæres, et an possideat, non tenetur respondere.*

28 *Creditores possunt petere curatorem dari hæreditati iacenti, ut satisfiant durante tempore ad deliberandum, & conficiendum inuentarium.*

29 *Actor, si reus negat possidere, potest agere uia ordinaria, & etiam intentare remedium. l. fi. ff. de rei uendi. ad consequendam possessionem propter mendacium.*

DECISIO VII.

Fuit motum iudicium contra presbyterum Bertolum della Riccia, iudex a quo cū absoluit ab obseruatione iudicij, actor se appellauit, iudex ad quem absoluit ab obseruatione instātiæ: fuit appellatum per presbyterum Bertolum, quia credebat dictam sententiam sibi officere; disputabatur an dictæ sententiæ essent conformes adeo ꝙ non possit amplius appellari virtute statuti Fiuizani sub rub. de appella.

Mihi videbatur, sententiam latam in cā appellationis ab obseruatione instantiæ fuisse latam in fauorem dicti presbyteri Bertoli, & sic fuisse conformem quo ad verba in omnibus, & per omnia sententiæ primi iudicis, qui absoluit partes ab obseruatione iudicij. Nam non video aliquam esse differentiam inter sententiam ab obseruatione iudicij, & ab obseruatione instantiæ, seu ab instantia iudicij, quādo sim-
1 pliciter talia verba prolata sunt, † nam instantia, & iudicium in proposito casu idem sunt, quia iudicium dicitur a contestatione litis vsque ad sententiam, & instantia dicitur exercitium illius iudicij, hoc est illud quod exercitatur in illo iudicio a litis contestatione vsque ad sententiam, ita latè tradit Maran. in Spec. aur. in 5. par. versi. deuenio ad quintam partem, num. 1. & 2. car. mihi 106. & absoluendo simpliciter ab instantia intelligitur absolutus quis ab illo exercitio illius iudicij, & sic ab actis factis in illo iudicio, & tunc potest iterum, & de nouo agere, & inchoari iudiciū refectis expensis: & idem, si est absolutus ab obseruatione iudicii, ut no. Maran. vbi supra, n. 49. & seq. vbi confundūtur ista verba, absoluo ab obseruatione iudicii, & absoluo ab instantia, seu ab obseruatione instantiæ, vt ēt tradūt Doc. in c. examinata. de iud. vbi Fely. nu. 1. 9. & fi. Mathesi. sing. 137. Rota decisio. 69. actore, in nouis. Laur. Silua. cons. 5. car. 53. & idem si fuisset pars absoluta ab obseruatione litis, uel a lite, & instantia, vt per Alex. consi. 22. viso instrumento, nu. 5. versi. comprobantur prædicta, vol. 1. sequitur Mari. Anguisso. consi. 122. nu. 30. versi.
2 & alibi ista verba. car. 251. † & isto casu dicitur sententia ista interlocutoria, licèt ab ipsa possit appellari, vt ibi per Doct. & sequitur Pract. Pap. in for. sent. interlocu nume. 15. car. mihi 150. Did. varia. resol. lib 1. c. 1. nu. 8. uersi. quartò constat. car. 15. Abb. in c. causam, num. 17. de dolo, & contu. car. 197. licèt Paris. cōs. 67. col. 1. vol. 1. dicat esse diffinitiuā, & cū indifferenter ista verba ꝓ eodē subiecto intelligātur a d. Doctoribus,

BIBLIOTECA UNIVERSITARIA SEVILLA

ita isto casu sunt accipienda, vt per Alberi. in prima par. stat, q. 99. numero 7. & Bart. in l. 1. ff. de recepti. Rui. in l. 1. versic. & ista opinio confirmatur. ff. de legatis primo. verum est, ꝙ Doctores, & maximè Barto in l. Titia. numero quarto, ff. de accusa. ponunt differentiam, quando talis sententia est interlocutoria, & quando est diffinitiua, vel interlocutoria habens vim diffinitiuæ.

3 † Nam quando est interlocutoria, tunc solum ordinem iudicij, & instantiæ illius perimit, & potest de nouo actor inchoare iudicium, sed debet in expensis condemnari: & hoc procedit, quando malè est actitatū, & ex inordinato, & nullo processu sententia fertur, vel propter instantiam desertā. Paris. consilio 67. numero primo, volum. 1. licèt dicat diffinitiuam Alexand. consi. 53. quæritur an stante, numero 14. uolum. 5. consi. 137. numero 2. & 3. uol. 2. Dec. consi. 34. num. 6. & hoc procedit etiam parte nō opponente, & post sententiam, Sebastian. Vanti. de nulli. ex defe. proces. num. 22. car.

4 211. † Quando autem habet vim diffinitiuæ, tunc non potest amplius iudicium de nouo inchoari, & perimit ius partis, & respicit merita causæ, ut puta quia petita nō fuerunt uera, uel fuit actor satisfactus, aut non probauit intentionem suam, & tunc si non appellatur, sententia transit quo ad merita causæ in rem iudicatum, Bald. in l. eos. columna pen. numero 16. 17. C. de appella. vide Vanti. quib. mod. nul. propo. pos. numero 116. & sequitur Pract. Pap. vbi supra, d. numero 15. Arc. in §. superest, numero 4. Institu. de perpet. & tempo. actio. latè per Didac. variarum resolutionum lib. 1. numero 8. car. 5. Pau. de Cast. consilio 65. numero primo, uolum. primo. Abb. in c. licet causam, numero 17. de dolo, & contuma. & isto casu non possunt regulariter reseruari iura iterum agendi, quia super meritis causæ tractatur, sed debet iudex condemnare, aut absoluere diffinitiuè, vt dicit Bal. in l. 1. in fi. C. de pigno. actio. & sequitur Fely. in d. cap. examinata, in fine, de iud. Alex. consi. 75. in causa, numero 1. uolu. 7. consi. 182. numero 4. 5. uolu. 6. Bald. in consi. 338. in 5. par. & Pau de Cast. in consi. 65. viso quodam libello, numero 1. & in cōsi. 272. visis prima sententia, numero 2. volu. 1. cum simi. & isto casu etiam fuit lata in fauorem d. D. Presbyteri Bertoli, cū ipse sit reus conuentus necessarius, & sic uidetur appellationem ex parte ipsius non fuisse necessariam, nisi circa expensas, dato quòd pars aduersa fuisset absoluta, quia istæ duæ sententiæ absolutoriæ ab obseruatione iudicii, uel ab instantia iudicij fuerunt, & sunt conformes, & non pōt appellari virtute nostri statuti Fiuizani, facit Dec. in consi. 385. iuridicam esse, Crauet.

5 consi. 183. regula. Boeri. decis. 73. † & cum non grauaretur iste appellans non poterat appellare. c. non solent. 12. q. 6. Innoc. in c. si duobus, & ibi Abb. & Dec. de appellat. Imo. in l. iudex. in fi. versi. quid autem si iudex. ff. de re iud. & Natta, consi. 32. sub nu. 8. vers. Nec obstat, uol. 1 Bal. in l. post sentētiam, col. 2. C. de sent. & interlocu. omni. iudic. & in l. fi. col. 1. uers. sed hoc falsum. C. quando prouo. non est necesse, & talis appellatio dicitur frustratoria, & non deuoluit causam, Perusi. in d. c. si duobus. in prin

6 cip. & miror, † quòd talis iudex appellationis talem tulerit sententiam, quia iudex appellationis non absoluit ab instantia, uel ab obseruatione iudicij, nisi quando iudex a quo pronuntiat super processu nullo circa merita causæ, ut dicit Marant. in Spec. aur. d. 5. par. num. 51. vers. 3. modo, per text. glo. & Abb. in c. cum dilecti. de empti. & uendit. Vant. de nullit. quot & quib. mod. nul. propo. pos. numero 116. & seq. uel quando propter concursum causarum non potuisset videre processum, & ita iuraret, quia tunc ne instantia pereat posset absoluere, ut per Ferrar. caute. 47. post Paul. de Cast. & Alex. in l. si vni. ff. de re iud i. alias limitationes uide per Maran. d. quinta par. num. 49. car. 110. & si instantia erat perempta, debebat pronuntiare super desertione instantiæ, uel absoluere ab obseruatione diffinitiuæ, ut per Paris. d. cons. 67. colum. 1. uolum. 1. quod secus esset in iudice a quo, qui potest absoluere ab obseruatione iudicij, aut instantiæ, uel litis reseruato iure iterum agendi cum condemnatione expensarum per supradicta, & per Cassiodo. decisio. 2. numero 2. super regu. Cancel. car. 4. Pau. de Cast. consi. 219. col. fi. lib. 2. quia non perimit ius partis, ut per Pau. de Cast. in consi. 42. numero 4. uolum. 1. & supra dixi. & sequitur Maran. Spec. aur. in 4. par. 16. dist.

numero

numero 23.car.97.& in quinta par. num. 58. & numero 47. car. 110. pulchrè tradit Boer. in addi. ad Dyn. regula, nullus pluribus, uersi. Adde quod ubicunque, de reg. iur. in 6.cum simili.& sic in omnibus.patet uictoria ex parte dicti presbiteri Bertoli.

At quoniam in alia causa primus iudex dixi, absoluo reos ab obseruatione iudicii, de quibus in libello producto: fuit dubitatum, an diffinitiuè, uel interlocutoriè iudi-
9 cauit. † uidetur prima facie dicendum hãc sententiam fore interlocutoriam, & reseruare actionẽ, & non respicere merita causæ, nec diffinire totũ negotium, quia actor potest iterum de nouo agere, & sic inchoare iudicium.c. examinata, de iudic. & ibi Fel.c.cum dilecti.de emptio.& uendit.Bar. & Doct.in l.properandum.§. si quidem.C. de iudic.Guid.Pap.decis.220.nu.3. Paul.de Cast.consi.219. col.fi. uol.2. Didac.uariar. resolu.c.1.sub nu.8.uersi.4.constat.car.5.& Maran.Spec.aur.in 4. par. nu.5.& num.52. car.111.Et isto casu uidetur ineptè iudicasse ex duobus. primò, quia debebat reseruare iura dictis actoribus melius agendi.Bal. in aut.sed si quis.col.penult.uersic. item illa.C.de secund.nupt.Maran. ubi supra, nu. 50.& d.c.examinata, de iudic. & ibi Fel.& allegare causam absolutionis, ut dicit Hieron.Gabriel.conf.19.nu.3.car.28. Licèt talis reseruatio iuris subintelligatur ex natura dictæ absolutionis ab obseruatione iudicij, & ad cautelam plerumque fieri solet, ut dicit Paul.de Cast.d.consi.219. in fi. uol.2.& Didac.d.c.1. sub d.nu.8. Secundò, quia debebat istos actores condemnare in
8 expensis. † Nam quando absoluitur ab obseruatione iudicij propter carentiam actionis, uel ineptitudinem libelli, semper actor debet condemnari in expensis etiam parte non petente.glo. Inst.de obliga.in uerbo, istud, in fi.Sebastia.Vanti.de nullita.ex defe.proces.nu. 22.car.211.uersi.ubi autem libellus, Cassiodor. decis.2. car.4. super reg. Cancella. per glo.fi. in c.fi.de rescrip. Maran.ubi supra, nu.52.

Tamen re diligentius perpensa, mihi uř in casu isto sententiam primi iudicis fuisse diffinitiuam, uel habere uim diffinitiuæ, & respicere merita causæ, & diffinire totum negocium præsentis status, licèt Didac.Variar.resolu.d.c.1.sub nu.8.uideatur resolutiuè tenere esse interlocutoriam, & non diffinire totum negocium, & transire in rem iudicatam, si non appellatur, & posse actorem de nouo iterum intentare eandem actionem. Quia si uerba petitionis, exceptionis, probationis, & totius processus, ac sententiæ considerentur, & perpendantur, clarè apparebit, D.Iudicem in sua sententia diffinitiuè super meritis causæ uoluisse iudicare.Nam actor produxit libellum cõtra eos emptores, & possessores bonorum suorum aduentitiorum, & hoc fecit cum consensu eius patris, & petijt eius bona sibi restitui, & relaxari, & aduersarius excepit non teneri ad restituendum d. bona, quia pater d.actoris erat uiuus, & eo uiuo non posse agere, & fuit lis contestata, assignatũ tempus utrique ad probandum, & fuerunt factę probationes, & apertus fuit processus, & dati motiui super meritis causæ, an scilicet d. actori competebat actio agendi ad dicta bona alienata per patrem uiuo adhuc patre, & consentiente, & finaliter D. Iudex sententiauit, & absoluit reos ab obseruatione præsentis iudicij de quibus in libello producto, & utranque partem ab expensis, quo casu colligitur clarè quòd uoluit dicere D.Iudex, quòd reos absoluit ab actione intentata per dictũ actorẽ, de qua in libello per eum moto, cum & ex libello, & ex exceptionibus, & probationibus, ac processu non appareat de aliqua ineptitudine, & nullitate libelli, & iuditij, sed solum de iusta, uel iniusta actione uiuo patre in-
9 tentata, † & sententia optime declaratur, & dicitur certa ex libello, & processu per latè tradita per Sebastia.Vanti.de nullita.ex defe.proces.nu.103.uersi.dicetur nihilominus certa.car.228.Alex.conf.12.nu.2. uol. 7.Grat.conf.40.nu.42.Crauet.conf.202.n. 17.uol.2.& Cur.iun.conf.318. nu.12.uol.3. & in proposito sentit Io.de Anan. conf.9. uisa prima sententia. Quia si uoluisset intelligere de sententia interlocutoria, reseruasset iura dicto actori iterum agendi, eumque condemnasset in expensis, & expressisset causam absolutionis, ut communiter practicatur, & solet fieri in huiusmodi sen-
10 tentijs per suprascripta. † Sed quando diffinitiue pronuntiatur, & sic absoluitur ab obseruatione iudicij, hoc est ab actione, & impetitione, non reseruantur iura actori

iterum agendi, sed totum negotium diffinitur, Bal. in l. 1. in fi. C. de pigno. actio. Fel. in d. c. examinata, in fi. de iudic. Alex. consi. 75. n. 1. & 2. uol. 7. sentit Maria. Soc. in trac. de instantia. in fi. in 30. principa. artic. at in casu nostro non reseruauit iura iterũ agendi, nec cõdemnauit in expensis, nec expressit causam absolutionis, & se retulit ad libellum productum, ergo fatendum est super meritis iudicasse, & diffinisse totum negotium uiuente patre; Nam quando motum est iudicium, lis contestata, assignatũ tempus ad probandum, publicatæ sunt attestationes, & processus, & est conclusum in causa, nihil remanet iudici, nisi diffinitiue absoluere super meritis causę

11 † secus si actor produxerit libellum, & postea se absentauerit nullo dato termino ad probandũ, uel nullis factis probationibus, & reus institerit sententiari ad eius fauorem diffinitiuè, quia tunc iudex bene poterit absoluere reum ab obseruatione iudicii cum victoria expensarum, ut dicit Maran. d. 5. par. prin. numero 52. uersic. quarto modo. Bar. & Docto. in l. Titia. numero 4. ff. de accusa. Aret. §. superest. numero 4. Institu. de perpet. & tempo. actio. sentit Menoch. de recuper. posses. remed. 1. quæst. 15. numero 179. car. 26. Dida. uariar. resolu. d. c. 1. num. 8. car. 5.

12 † Hæc sententia absolutoria ab obseruatione iudicii, duobus modis consideratur: uno modo quod sit mera interloquutoria, & non diffiniat totum negotiũ, sed reseruat modum actori iterum agendi, de qua in c. examinata, de iud. & ibi Fel. & Docto. & per Docto. in d. l. properandũ. §. & si quidem. & hoc quando defectus, & ineptitudo est in libello, uel instantia est deserta, aut iudici non liquet de causa pp absentiam actoris, & termino non dato, uel multitudinem causarum; Pau. de Cast. consilio 219. colum. fi. uolum. 2. Maran. in d. 5. par. numero 49. & seq. Ferrat. d. cautela 47. & supra dixi. Alio modo, quòd sit diffinitiua, uel habeat uim diffinitiuæ, & non reseruat ius iterum agendi, sed diffiniat totum negotium, cum nullus defectus, & ineptitudo est in libello, & petitione, & est lis contestata, actor non se absentauit, & uterque actor, & reus prosequuti sunt iudicium usque ad sententiam, & isto casu parit perpetuam exceptionem, & imponit perpetuum silentium, aliàs parum reo ꝓdesset, quia posset statim de nouo conueniri, & circuitus sunt euitandi. l. domus testamento. ff. de condi. indebi. & per Tiraq. de retract. conuentio. ad fi. tituli. numc. 25. & sequen. car. 337. & in casu isto nos propriè uersamur, quia est lis mota, iudicium prosequutum usque ad sententiam, & factæ, ac publicatæ sunt probationes, & processum, ergo absolutoria ab obseruatione fuit diffinitiua super meritis causæ, & de ista ita distinguendo sentit Paul. de Cast. consi. 65. col. 1. num. 1. uol. 1. consi. 219. col. fi. uol. 2. Pract. Pap. in forma sent. interlocu. glo. 1. nu. 15. uersi. ultimò quæritur. car. 150. & Menoch. de recuper. posses. remed. 1. q. 15. nu. 179. car. 26. Prosper Carauita super ritibus magnæ curiæ. ritu. 248. nu. 19. uers. 4. iuxta. car. 141. ubi dicit, quòd quando post sententiam ab obseruatione iudicij non potest ulterius de causa tractari, talis sententia tunc habebit uim diffinitiuæ, & esse notandum, & ita declarat Bar. in l. Titia. nu. 8. & 5. ff. de accusat. consuluit Paris. cons. 67. nu. 1. & 2. uol. 1. & in proposito dixit Bal. in auct. qui semel. nu. 18. uersic. oppono quod reus non possit liquidare. ibi, & puto hoc casu quod habebat uim diffinitiue, & nu. 33. C. quomo. & quando iudex quod talis sententia habet uim diffinitiuę, & importat perpetuum silentium, & optimam, & concludentem adducit rationem Philip. Franc. in c. cum cessante. col. fi. de appella. latè Didac. d. c. 1. nu. 8. car. 5. uer. 4. constat. unde ex prædictis concluditur, quòd si iudex debet diffinitiue sententiare, & absoluat ab obseruatione iudicij, quòd tunc talis sententia habet uim diffinitiuę quoad perpetuum silentium, & hoc fit quando lis est contestata, actor non se absentat, datus est terminus probatorius, & attestationes sunt publicatæ, si autem non debet iudex diffinitiuè sententiare, ut est quãdo actor litem contestauit, uel non & se absentauit, dilatio ad probandum non est data, uel inептam proposuit actionem, & petitionem, aut perempta est instantia, uel sibi iudici non liquet de causa, tunc dicta sententia ab obseruatione est mera interlocutoria, & potest actor de nouo agere, ut etiam distinguit Franc. Marc. decis. 507. quęritur de sententia absolutoria, in 1. par. car. 194.

Maran.

Maran.d.5.par.nume.50.& nu.52. Pau. de Cast.d.consi.219.nu.2.col.fi.vol.2. & Bero. consi.101.vol.3.Did.d.c.1.num 8.Cum igitur ex productione libelli, & exceptionum appareat solũ litigatum super meritis causæ,& non super aliqua ineptitudine libelli, & sic an iste actor in vita patris sit audiendus,cum possit esse,ꝙ mortuo patre remaneat hæres patris,& sit obligatus obseruare factum defuncti, iuxta tex. in l.cum a matre,C.de rei vend. necessariò dicendũ est, iudicẽ absoluisse istos reos ab obseruatione præsentis iudicij,hoc est ab actione intentata in pręsenti iudicio per actorem,ex eo quia viuo patre non poterat agere, & talis sententia dicitur diffinitiua,quia principalis petitio, & disceptatio estꝙ in vita patris istius actoris declarentur bona alienata esse sua,& eidem restituenda,& cum ita iudicauerit dicitur diffinitiuè absoluisse,& sic illum articulum principalem,super quo erat libellus intentatus diffinisse:

13 † nam omnis sententia diffiniens articulum principalem, super quo uertitur lis, est diffinitiua,glo. est notab. in l. qui restituere.ff.de rei uendica.maximè quando super exceptione diffiniente negotium principale est sententiatũ,ut in casu isto,ita cõsuluit Cassane. consi.68. nu.62.63.& 64. Et ꝙ hæc sententia sit diffinitiua,& ita intelligenda,colligitur ex dictis Alex.consi.49.

14 nu.8.uol.7. † ubi dicit,ꝙ sententia intelligitur lata ex causa,quæ in actis apparet. & dixit Crau.in cons.45.nu.5.lib.1.ꝙ sententia intelligi debet secundum intentionem iudicis, mens iudicis talis esse intelligitur, qualis de iure esse debet,& in consi.23. nume.2.dicit, ꝙ sententia in dubio præsumitur lata ex causa,ex qua proferri debet,faciunt latè tradita per Rim. sen. consi.730. nu.9.& seq.uol.4.car.134. Menoc.de recuperan.pos.d.remed.1.q.15.nu.179.car.26.At in casu nostro sententia de iure debet proferri diffinitiuè super meritis causæ, cum solùm disceptatur, an in uita patris iste actor possit agere ad bona sua alienata per patrem,& nulla alia reperiatur exceptio, nec ineptitudo libelli, ergo talis præsumitur lata sententia,&ꝙ sit diffinitiua,& principalem negotiũ diffiniat in proposito de filio agente uiuo patre ad bona, pulchrè consuluit Roderic. Soarez, in allegatio.4. nu.9.uers.instant aduocati. car.50. & bene tangit Bal.in d.auth.qui semel.nu.18.uers. oppono ꝙ reus. C. quomodo, & quando iudex, ubi dicit importare perpetuum silentium.

15 Vlterius † dato,ꝙ hæc prima sententia fuisset interlocutoria,tamen ab illa potuit appellari, ut factum extitit. adnotata per Bar.in d l.Titia.nu.5.& ibi Docto. ff.de accusa.Did.d.c.1.sub d.nu.8.car.5.dixi supra, nu.2.Et dominus iudex appellationis pronunciauit bene appellatum,& de nullitate dictum, & malè, ac iniustè iudicatum per D.iudicem a quo ad fauorem ipsorũ Antonij,& Bartholomæi, & sic D.iudex iudicauit super meritis causæ,ut debebat, cum principaliter fuerit petitum,& incidenter de nullitate, & ideo dicitur Dominus iudex sententiasse super utroque, hoc est principaliter iuxta petita per d. actorem, & incidenter super nullitate, quatenus d. sententia esset mera interlocutoria, quod clarius apparet per illa uerba, malè ac in-

16 iustè iudicatum. † quia iniustitia hæc respicit merita causæ, & diffinit totum negotium,ut consuluit perbellè Pau.de Cast.in consi.272.uisis prima sententia,uol.1. & ꝙ super utroq; sit iudicatum, quatenus nullitas adesset,firmat Bal.in d.l eos.num.17. uers.quærunt Doctores.C.de appel. & Sebast.Vanti.de nullit. quot & quibus mod. nul.propo.pos.nu.116 uers.Nota ꝙ ubi est appellatum. licèt nonnulli improbant hũc modum sententiandi,ut dicit ibi Vanti.nume.117.& Nat.cons.211.num.1. uol.1.& in proposito loquitur Io.de Ana.d.cons.9.uisa prima sententia, & ibi Lud. Bologni. in addi.& per Rim.sen.consi.670.nu.11. uol.4.

17 car.58. † Et sentẽtiando bene appellatum, & malè, ac iniustè iudicatum, licèt reos non condemnauerit aliter ad bona restituenda,dicitur eos condemnasse ad petita, & contenta in libello, ita dicit Bar.in d.l. eos.num.7.uers.quid dicemus.& ita seruat communis practica idem Io.de Ana.d.consi.19.& ibi Bologni.in addi. & faciunt tradita per Cæsar.Contard.in tract.de momẽta.pos.limi.24. uerbo,ratione cõplicationis,n.28.& seq.car.240.Et ad tollendas oẽs difficultates,ambiguitates,&cauillationes pſens iudex appellationis poterit (sicut debet confirmando ultimam sententiam ad

fauorem actoris) addere, & dicere bene iudicatum, & malè appellatum per reos conuentos, eosq; condemnamus ad petita per d. actorem, vt dicit Bar. in d. l. eos. d. num. 7.
18 † quia iudex debet eius sententiam claram & apertam ferre, cum certior esse debeat sententia, quàm libellus, vt dicit Alex. consi. 37. nu. 27. uolu. 2. Sebast. Vanti. de nullita. ex defe. proces. nume. 102. vers. & præterea quod res, Ias. in §. curare, nu. 1. seq. nu. 5. seq.
19 num. 27. car. 108. Insti. de act. † & iudex appellationis potest isto casu super meritis sentētiam bene declarare etiam omissa nullitate, si proposita esset ad euitandum circuitus, & lites dirimendas, vt per Alex. consi. 73. num. 10. consi. 67. viso themate. vol. 6. & Fely. in c. in literis. columna pen. de offi. deleg. & Sebastia. Vanti. de nulli. tit. coram quo nul. propo. pos. nume. 12. & 13. car. 16. & per Prac. Pap. in for. appella. a senten. diffini. in glo. fuisse. nume. 8. vers. sed nunquid. car. 169. ubi notabiliter loquitur, facit dictum Afflic. decis. 53. num. 2. & præcipuè in
20 casu isto, † ubi iste filius cum consensu patris egit ad recuperationem bonorum suorum aduentitiorum alienatorum per eius patrem, quo casu potuit, & potest vendicare bona alienata per eius patrem ex causa voluntaria, etiam q eius pater sit soluēdo, cum pater non sit dominus dictorum bonorum, & per consensum videtur remisisse usumfructum, ut per Bal. in l. fi. §. in computatione, nume. 7. C. de iu. delibe. Perusi. in c. 1. nume. 24. de præscrip. Fabi. de Monte, in repeti. auth. nouissima, nume. 239. & seq. C. de inoffi. testam. Ias. in consi. 56. col 3. uersi. confirmatur, uolu. 3. Ari. Pinel. in l. 1. in 3. par. num. 74. car. 499. & in auth. nisi tricennale, num. 44. C. de bon. mater. car. 938. ubi dicit esse æquiorem, & utiliorem. Villalob. in suis commu. opinio. in uerbo, filiusfamilias. num. 98 ubi dicit communem, & sequitur, ac communem dicit Ascani. Clemen. in tract. de patr. potesta. effectu 2. nume. 47. uersi. secundò quæro. car. 69. sentit Did. uaria. resol. lib. 1. c. 8. nume. 6. uersi. est & alia. car. 47. ubi idem in emancipato. quod secus est, si pater non consentiret, ut per Crot. in l. frater a fratre. q. 10. ff. de cond. indeb. Ripa in l. si constante, nu. 99. col. fi. ff. sol. mat. Rota Perusi. decis. 14. num. 15. & num. 18. & sequen. in prima par. licèt Barto. in l. si constante, in 9. quæst. 2. q. prin. & ibi Crot. numero 99. ff. sol. matr. & idem Bar. in l. Imperator. ff. ad Trebel. tenuerit contrarium, & sequitur Bello. consilio 24. numero 5. & 6. Andr. ab Exea, in tract. de pract. num. 214. Ripa in l. 2. num. 51. q. 18. C. de secun. nup. & Gaspar Caballi. in tracta. de euictio. §. 2. numero 14. uersi. tertiò, quando pater. car. 24. tamen, ut dixi, alia opinio est æquior & communior, quando pater consentit filio
21 agenti contra bona alienata. † An autem pater possit consentiendo præiudicare tertio, & sic emptori. uide Cag. in l. 1. num. 48. C. qui admitti. car. 426. ubi uidetur distinguere inter usumfructum iā acceptatum, & non acceptatum, & Gomes. lib. 2. de don. c. 4. numero 13. columna 3. car. 206. Crot. d. l. frater a fratre. sub q. 12. fallentia. 4. uersicu. fallit ergo conclusio. ff. de cond. indeb.
22 † & si non potest præiudicare, poterit emptor retinere usumfructum dictorum bonorum uiuente patre uenditore, Dida. d. c. 8. nume. 7. & seq. uersi. quod si patre uiuente, Beltran. consi. 208. sub numero 3. uersic. si uerò dictus nobilis. uol. 3. Maranta in Specu. aur. in 6. par. in 3. actu. numero 37. car. 267. Ripa d. l. si constante. d. num. 99. car. 57.
23 † & dicta sententia confirmatoria poterit super meritis exequi, ut dicit Bal. in d. l. eos, numero 16. uersic. ulterius quæro. C. de appella. Alex. consilio 111. nume. 2. & 3. consilio 114. sub numero 16. & seq. uol. 5. Hippol. sing. 502. Est etiam alius casus, per quē iudex potest diffinitiuè absoluere reum ab obseruatione iudicij, & non condemnare,
24 † ut est quando actor agit contra aliquem rei uēdicatione, publiciana, hipothecaria, uel possessorio, & probat dominium, hipothecam, & possessionem suam, sed nō probat reum tenere, & possidere bona petita, quia tunc iudex non debet actorē condemnare, & imponere perpetuum silentium, sed debet ferri declaratoria super iure agētis, & reus absolui expressa causa, quia non possidet, quæ sentētia taliter lata habet effectum quòd possit exequi contra ipsum reum semper, & quando apparebit cū possidere. Barto. in l. si a te. §. 1. ff. de exceptio. rei iudic. & in l. is, qui se obtulit. columna tertia. ff de rei uendica. Abbas, & ibi Fely. in c. aduersario, de excep. Mathesila. singu. 137. Nota. & ibi addentes Iason in l. naturali-

raliter.§.nihil commune.numero 139.uer sicu. quarta conclusio, & ibi Horma. Detus.sub numero 249. ff. de acquirenda possessio.Felyn.latè in c.examinata, columna prima, uersicu. limita tertio, de iudic. & Riminal. sen. consilio 729. numero 25. & sequen.uolum.quarto, car.133. ubi loquitur in hipotheca, & ita IVDICARVNT * Magnifici Domini Patiales Fiuizani, ex relatione doctissimi Dom. Lazari Arnolphini Lucensis, in causa mota per Ioannem Franciscum Magistri Ioannis Phisici de Blanchis contra Io. Angelum Georgij de Mota.& ego quoq; ita IVDICAVI *ad fauorem ecclesiæ,& Rei hic Papiæ hoc anno 1580.quod est ualde notandum per delicatos & iuuenes iudices.

---

25 ET † iudex potest in quacunque parte iudicij ex officio interrogare de æquitate reum, an teneat & possideat dicta bona, vt l.vbicunque,& ibi Bar.ff. de interroga.actio.& Rimin.Sen.d.consi.729. num.
26 28.vol.4.car.134 †& etiam actor in præparatoriis iudicii ante litem contestatam de quibus loquitur Bal. in consi.325. vol. 2.Paul.de Cast.consi.447.nu.4.lib.2. Aret. §.omnium, num.14.& §.actionum autem, nu.69.Inst.de actio.Pract.Papi.in for.inter roga.fien.cum reo conuen.in reali actio.in princip.& ibi addentes.Roman. consi.373. Alex.consi.43.in fi.vol.3.latè Neuiza.consi. 5. car.36. & Maran. Spec. aur. in 6. par.7. memb.num.1.& seq.car.163. etiam si esset intra tempus deliberandi, an uelit adire hæreditatem, vel repudiare, aut esset intra tempus conficiendi inuentarium, quia iste reus conuenitur,& interrogatur ut possessor,& non ut hæres, ita declarat Carauita in ritibus magnæ curiæ. ritu.300. n.15 ubi cæteros allegat. Cepol. caute.241. nu.3.& 224. & Roderic. Soarez. in l. post rem. in amplia.1.nu.7.ff.de re iudic. car.556. secus si esset intra nouem dies post mortem patris, vel alicuius agnati.tex.in Auct. vt cum de appella. cog.§. meminimus, col.8.Roderic.Soarez.in l.post rem.in 9.limita.ff.de re iudic.car.622. & Riminal.iun. consi.179.
27 nu.5.vol.2. † alias secus, si ut heres interrogaretur, quia durante tempore conficiendi inuentarium, & ad deliberandum non posset conueniri, nec cogi ad respondendum interrogatoriis, latè Cur.iun.consilio 231.nu.79,& seq. uol.2. Roland.de confectio.inuentar.c.71.car.57.& c.133.car.150. Roderic.Soarez.in d.l.post rem iudicatam in 5.exensione, in fi.car.571.& in 9.limitatio.car.622.Ias.in l.scimus.numero 6.C.de iu.deliber. Petr.Due.regula.277.executio. in prima fallentia. Boeri. decisio.10. numero 3.Prosper Paset. consi.136. numero
28 1.& num.7. † licèt per creditores posset dari curator hæreditati iacenti, si indigerent pecunijs.l.cum deliberarent.ff. de cura.furioso. dan. Anton. Piaggi.in tract. de tutor.quæst.2.nu.42. & seq. car.16. Franc. Marc. decis.26. num.4. decis.27. in 1.par. Bursat.consi.133.nu.6.& seq.col. 2.car.64.
29 uol.1. † & quando interrogatur, an possideat bona petita,& ipse reus negat, actor duo habet remedia contra reum, unum ordinarium, quod iuret de calumnia, litem contestatur, & petat statui terminum ad probandum. Alterum, quòd intentat remedium. l.fi. ff. de rei uendica. conuincendo reum de mendacio, & petendo se mitti in possessionem dictorum bonorum, quo casu reus non poterit contra talem possessionis immissionem resistere propter mendaciũ, & ad hoc ut dictum remedium d. l. fi. habeat locum, multa requiruntur, ita dicit Carauita, in ritib. magnę curiæ, ritu 30.numero 4. & seq.car.184.Doct.in d.l.fi.Brun. consilio 83. in causa. in fi.Roland. consilio 88.uol.4.Roman.consilio 70.numero 4. & ibi Mandosi.Lap.alleg.63.Agebam.Cæsar. Contard.l.unica.de momenta.pos. quæst. 14.numero 2.car. 296. ubi dicit quod non potest appellari, Purpura.consilio 95.uol. primo. Franc. Becci. consilio 64.car. 116. Bal. consilio 201. uol.3. ubi uolunt quod reus possit penitere & reuocare eius negationem, ut sequitur Riminal. Sen. consilio 738. sub numero 12 cart.149.uol.4.

Fuit tandem per rotam Florentinam de anno 1566. IVDICATVM * sententias esse conformes,& frustratorie appellatum, & de anno 1572 sententiam esse diffinitiuam,& merita respicere, & idem in ciuitate Regij Lõbardiæ de anno 1575.

DE IVDICIIS.

DECISIO VIII.

ARG.

Creditor agens contra fideiussorem, & emptorem habentem actionem de euictione, & regressum contra fiscum, tenetur mutare iudicium, & litigare coram procuratore Cæsaris, si fiscus in se litem suscipiat.

SVMMARIVM.

1 *Venditor, qui suscepit in se litem, tenetur litigare coram iudice emptoris, qui fuit conuentus, etiam quòd esset clericus, & priuilegiatus, & num. 11.*

2 *Fideiussor conuentus si habet regressum contra fiscum, & denuntiet litem fisco, debet conueniri coram procuratore Cæsaris, & non iudice fideiussoris.*

Fiscus suscipiendo in se litem, trahit actorem ad suum iudicem, & non tenetur litigare coram iudice rei conuenti.

3 *Fiscus succedens in locum delinquentis, repræsentat personam delinquentis, sicut hæres personam defuncti, & debita delinquentis soluere tenetur, & nu. 4.*

5 *Paria sunt habere causam a uenditore, uel a uenditore uenditoris, sicut a defuncto, uel ab hærede defuncti.*

6 *Emptor per instrumentum uenditionis non fatetur uenditorem dominum, & possessorem, sicut facit uenditor ad fauorem emptoris.*

9 *Casus specialis non extenditur.*

Hæres in obligatione defuncti regulariter compræhenditur.

10 *In iudicio non consideratur persona defuncta, quando iudicium est cæptum post mortem defuncti, sed persona conuenta.*

11 *Obligatio contracta in personam venditoris, & defuncti, non debet alterari in personam hæredis, & emptoris, nec alteri præiudicare per mutationem personæ.*

Declara vt ibi. & nu 15.

14 *Argumentum de clerico ad fiscum, in successione alterius, non procedit quoad priuilegium fori lite denuntiata.*

15 *Actor tenetur acceptare in iudicio venditorem comparentem propter litem sibi denunciatam ab emptore, quando de euictione tenetur, & vult litigare.*

16 *Fideiussor conuentus, si non potest uti priuilegio sui principalis, si principalis de per se comparet tamquam procurator in rem suam, consequetur illius beneficium.*

Venditor, & debitor priuilegiatus potest comparere in iudicio tamquam procurator in rem suam, & petere causam remitti ad eius forum dimisso reo conuento, cui de euictione tenetur.

17 *Dominus directus, & uenditor, quando vsufructuarius, emphyteuta, colonus, & emptor conuenitur, potest sine denunciatione litis comparere propter suum interesse, & tamquam procurator in rem suam petere causam ad suum iudicem remitti.*

18 *Fideiussor debitoris fiscalis, si soluit fisco, poterit debitorem conuenire corā procuratore Cæsaris.*

19 *Procurator Cæsaris est iudex competens etiam inter priuatos, quando in consequentiam tangeret interesse fisci.*

20 *Denunciatio litis debet fieri etiam scienti litem motam, nisi interuenerit iuramentum in promissione, & quomodo debet fieri.*

21 *Denunciatio litis potest fieri etiam in loco emptoris venditori per iudicem emptoris, si ibi reperitur, alias debet fieri per iudicem uenditoris.*

22 *Denunciatio litis omissa in causa principali potest fieri etiam in causa appellationis.*

23 *Venditor, & obligatus de euictione, potest opponere declinatoriam, & alias exceptiones, etiam quòd emptor conuentus nollet.*

24 *Emptor conuentus, lite denunciata poterit eadem sententia facere condemnare uenditorem ad damna, & interesse.*

25 *Emptor, si poterit probare actorem vincentem esse dominum rei, licèt non fuit sibi lis mota, vel venditori non denunciaueris litem, poterit actione ex empto agere ad interesse.*

DECISIO VIII.

Nobilis quidam Cremonensis fideiussor promisit principaliter, & insolidum pro Nobilibus Barlassina, & Magnifico D. Alexandro Cantiano, aduersus nobilem Ambrosinum creditorem, qui principaliter & insolidum promiserunt, d. fideiussorem conseruare indemnem, & penitus sine damno, & in se litē suscipere. Modò euenit, q fiscus in bonis istorū successit, & Ambrosinus creditor egit recta via cōtra fideiussoré, tanq̄ principaliter obligatū, q fideiussor

for litem notificauit fisco Ducalis Cameræ possessori bonorum dictorum principalium, cui intimationi comparuit fiscus, & obtulit se suscipere litem, & opposuit cōtra Nobilem Ambrosinum de incompetētia iudicis, & quòd tenetur accedere ad iudicem Cæsaris, tamquam ad superiorem, cum ipse fiscus sit obligatus conseruare indemnem dictum fideiussorem, & ideo priuilegio fisci creditor tenetur conuenire fideiussorem coram iudice Cæsaris, & sic coram iudice fisci, & N. Ambrosinus dicebat non teneri accedere ad iudicem Cęsaris, sed ad iudicem fideiussoris, & quod fiscus tenebatur suscipiendo in se iudicium illud prosequi coram iudice fideiussoris rei conuenti, sicut tenebatur Domina Barlassina, & Alexander.

1 PRo Domino Ambrosino videtur facere tex. in l. venditor, de iudic. vbi dicit, † ꝙ venditor emptoris, qui in se suscepit litem, tenetur sequi iudicium emptoris, & iudicē illius, qui sibi litem denuntiauit, & ibi Docto. extendunt d. textum ad fideiussorem, & ad clericum, ac ad personas priuilegiatas ex sui generalitate, licèt quoad clericū multi teneant contrarium, vt de omnibus latè loquitur Gaspar Caballin. in suo tract. de euictione. §. 3. q. 1. 2. & 3. numero 117. in fi. & numero sequen. car. 107. & in fisco loquitur Bald. in l. 3. C. de iure fisci. lib. 10. & contra fiscum tenet idem Gaspar Caballi. d. § 3. q. 3. numero 124. uersi. cæterum contrarium. car. 112.

Pro fisco, & fideiussore, qui habet regressum contra fiscum de euictione, videtur tex. in d. l. 3. C. de iure fisci. lib. 10. & ibi glo.

2 Bar. & Docto. † vbi emptor, & quilibet creditor fisci, vel qui habet regressum contra fiscum de eius euictione, si conuenitur, & denuntiet litem fisco, qui illam in se suscipiat, actor tenetur mutare iudicium, & agere contra fiscum coram procuratore Cæsaris, & sic iudice fisci priuilegio Cæsaris. vnde cum Nob. Alexander Cantianus, & Barlassina ex contractu sint obligati principaliter d. Ambrosino, & sic aliquid debeatur euincenti, & ob id de interesse eorum clarè appareat, per quod fiscus, qui in locum illorum exemplo hæredis successit, est obligatus tale debitum soluere. glo. in l. 1. & glo. in l. sententiam. C. de fideiussori. Iul. Clar. pract. crimin. q. 78. uersi. item in fiscū, & per Pau. de Cast. consilio 390. licet iste Nicolaus, uolum. secundo. Imola consilio 35. columna quinta. cum similibus. † &

3 cum fiscus habeat causam a Cantiano, & Barlassina, & conuentus a Dom. Ambrosino debeat defendi, & manu teneri a dictis Cantiano, & Barlassina, & fiscus illorū debita soluere teneatur, dicitur talis conuentus habere causam a fisco, uti successore

4 debitoris conuenti, † quia fiscus repræsentat personam eorum, sicut facit hæres. l. tutoris tui. C. ad legem Iul. de vi pub. gl. in l. 1. & in l. sententia. C. de fideiusso. &

5 † paria sunt habere causam a venditore, vel a vēditoris, sicut a defuncto, vel ab eius hærede & successore, & Afflict. decisio. 40. numero 5. 6. 7. Grat. consilio 42. numero 13. uolum. secundo. Petr. Anchara. Reg. q. secunda. numero 18. & sequen. in prima par. sentit Imo. consilio 40. visis, ac consideratis, & videtur tex. in l. qui in ius. ff. de reg. iur. quod videtur procedere in venditore, & emptore tertio in eius fauorem, & quando non negaret authorem dominū,

6 uel possessorem, aliàs secus: quia per instrumentum emptionis non fatetur emptor venditorem dominum & possessorem, licèt venditor non possit negare. glo. in l. 1. in verbo, a non domino. ff. de publi. Crauet. consilio 157. numero quinto. Afflict. decisio. 14. sub numero 8. Soci. consilio 11. volum. 3. Angel. consilio 229. columna secunda. & communem dicit Gherar. Mazzol. consilio 107. numero 32. 34. 64. & 72. volu. primo. cum igitur intersit fisco propter eius obligationem principalem, & cōtractum, sequitur clara conclusio, quòd fiscus potest comparere pro defensione sui creditoris, & pro suo interesse, & petere

7 causam remitti ad suum iudicem, † quia tunc dicitur procurator in rem suam, tex. in l. ad fiscum, & l. cum uēdenti, C. ubi cau. fiscal. & est communissima opinio, quam nullus reprobat per d. l. 3. C. de iure fisci. libro 10. & ibi glo. Bar. & Docto. ita declarat doctus Socin. in consi. 91. casus, super quo, colum. fi. sub numero 16. versic. Non obstat glo. in l. 3. uolum. 3. quem sequitur Gaspar Caballi. in suo tract. de euict. §. 3. q. 3. sub nu. 125. ibi nihilominus ipsemet Socin. car. 113. quibus stantibus patet non esse

esse uerum, quod tex.d.l.3. cum glo. non probet spetiale aliquid pro fisco, quia probat, cum loquatur de contractu facto per fiscum, uel eius procuratorem, & in casu nostro fiscus loco hæredis successit ei, qui est obligatus per contractum, ergo ipse fecit contractum per repræsentationem, & ipse est conueniendus, & militat eadem ratio, quia ibi legislator uoluit iudicem fisci adiri, quia fiscus erat obligatus ex contractu, & cum ipse fiscus esset uocandus ab eo, qui a priuato uocaretur, uoluit propter fraudem euitandam, & in honorem Cęsareæ Cameræ iudicem Cæsaris esse uocandum,
8 † quia ista cōuentio facta contra reū priuatum tangit causam fisci, ergo coram suo iudice agendum est, ut dicit Cagnol. in d.l. uenditor. nu. 16. uers. 3. limitatio. C. de iudic. ubi dicit crebriorem & magis communem in causis tangentibus fiscum, & sic non est uerum quod l. 2. C. si aduer. fisc. sit in contrarium, quia non sumus inter priuatum, & priuatum simpliciter, sed sumus inter priuatum & priuatum habentem causam a fisco, quo in casu iudex fisci etiam est adeundus. Bar. in l. cum eorum. C. de sententi. per tex. in l. cum uendente. C. ubi cau. fiscal. & ibi Salice. Secundò non obstat, quod text. d. l. 3. loquatur in eo, qui emit a fisco, & non in alio, cui fiscus succedit,
9 † & cum sit casus spetialis, non est extendendus, per text. in c. quę a iure communi, de reg. iur. in 6. quia respondetur, quòd d. l. 3. compræhendit etiam priuatum, cui fiscus succedit non per extensionem, sed per compræhensionem, cum in obligatione defuncti regulariter compræhenditur etiam hæres, & successor uniuersalis, glo. & Doc. in l. 2. C. de pact. inter empto. & uendi. ubi Cagnol. nu. 43. Dec. cons. 680. nu. 10. Ancha. Regi. q. 45. in 2. par. nam omnes actiones actiuæ, & passiuę in istos tranferuntur l. 2. & 3. C. de hæredi. actio. & in fisco loquitur tex. in d l. tutoris tui. C. ad leg. Iul. de ui pu
10 bli. & † statim quod est facta translatio, tunc respectu conuentionis non consideratur amplius persona defuncta si post defunctum, & successionem mouetur iudicium, sed persona, quæ succedit & conuenitur, ut tradunt Doct. in l. hæres absens. in princip. ff. de iudic. & ibi Bar. & Didac. prac. quæstio. c. 8. nu. 4. glo. in regula, is qui in ius succedit alterius, de reg. iur. in 6. glo. Domini. & Prępos. in c. clericum nullus. 11. q. 1. Abb. & Doct. in c. quia. v. de iudic. ubi Dec. nu. 11. dicit non esse in hoc dubitandum, latè Rolan. de confect. inuentar. c. 23. car. 21. si fiscus succedit, & persona fisci est consideranda, quis est ille, qui non dicat hanc causam tangere fiscum, & non priuatum, & si priuatum conuentum, quis non in consequentiam fiscum? nullus equidem, per tex. in l. si plures. §. præterea. il 2. ff. de fideiussorib. Hippol. singula. 3. ad hoc ergo succedit tex. in d. l. cum uendente, & ibi Salice. & l. ad fiscum. C. vbi cau. fiscal. & tex. d. l. 3. & faciunt adducta per Anchara. Regiens. d. q. secunda. numero 18. & seq. in 1. par. nec illa ratio, quòd licet fiscus succedat in bonis principalis debitoris non debet per hoc obligatio iam contracta cum diuersa priuata persona alterari, & ex facto, & culpa, alterius præiudicium sentire, est bona,
11 † quia illud procederet, quando uoluntariè, & in fraudem debitor principalis in priuilegiatum ius suum transferret, adnotata per Alex. in l. qui stipendia. numero 2. C. de procura. & non quando casu, uel necessitate contra eius uoluntatem quis tenetur in alterum ius suum transferre, & quando a lege ius in alterum transfertur, ut in casu nostro, & in defuncto, quia tunc successor est conueniendus, & talis, qualis reperitur, est considerandus, cum actione personali conuenitur, & persona est conuenta, ut per Bar. & Docto. in d. l. hæres absens. ff. de iudic. & supra dixi, aliàs sequeretur, quòd creditor, qui habet laicum obligatum, si laicus moritur hærede existente clerico, posset clericum hæredem conuenire coram iudice laico, quod non est dicendum per supra, & per Roland. de confectio. inuentar. c. 23. car. 22. numero quarto, & sequen. Fernand. Vasq. libro tertio, §. 22. limitatio. 17. nu-
12 mero 60. & sequen. car. 546. & † cum fiscus sit priuilegiatus, ipse & habens causam ab eo, si uult ipse fiscus illum defendere, non potest conueniri, nisi coram suo iudice. d. l. cum vendente. & l. ad fiscum. C. ubi causæ fiscal. & l. 2. & 3. C. si aduers. fiscum, & d. l. 3. C. de iure fisci. lib. 10. unde infertur, quod ius commune non est seruandum, nisi ad fauorem fisci,

fisci, post quàm fiscus est obligatus agenti contra fideiussorem principaliter, & insolidum obligatum per prius ipse soluere vti principalis debitor, aut restituere fideiussori omne damnum, & interesse in casu conuentionis, & solutionis, & conuenitur fideiussor ex contractu sui principalis, & nō propter rem aliquam, nec possessionem, vt dicit Soc. d. consi. 91. colum. fin. volum. 3. & Gaspar Caballi. de euictio. d. §. 3. quæst. 3. nume. 125. versicul. nihilominus. car. 113. facit quod dixi in tract. de vsufru. sub nume. 212. car. 733. in prima impressione, versic. nam obligatus, & Ruin. consilio 187. nume. 2. & 3. volum. 1. Corroboratur prædicta conclusio ad fauorem fisci ex communiori sententia Doctorum tradita a Cagno. in d. l. venditor, nume. 16. & seq. versic. tertia limitatio.
13 ff. de iudic. car. 217. † vbi emptor conuentus si denuntiat fisco causam, & fiscus accipiat litem sub se, & petat causam remitti ad suū iudicē, actor tenetur ire ad iudicē fisci, per Alex. in d. l. 3 & ibi glo. Bart. & Docto. & licet Bald. in d. l. 3. colum. 2. teneat contrariū, & Gaspar Caballi. in d. §. 3. d. quæst. 3. sub nume. 124. versic. cæterum contrariū, dicat, Didac. in pract. quæstio. cap. 8. sub nume. 3. dicere esse communem opinionem, tamen prima est magis communis, & tenēda, & Didac. ibi non dicit quòd sit commu-
14 nis, nisi contra clericum, † sed in casu isto de clerico, ad fiscum non bene infertur, vt dicit Cagnol. d. l. venditor. nume. 17. & Anto. Burgos in cap. fin. sub nume. 18. versicu. tamen primò ipse, de emptio. & vendi. car. 101. vbi dicit, ꝙ d. l. 3. nullo modo clerico opitulatur, quia non gaudet priuilegijs fisci. Capici. decisio. 197. nume. 3. ubi dicit, ita fuisse IVDICATVM, * nec potest dicere actor, ego cōueni fideiussorem coram suo iudice, nolo agere cōtra fiscum, neque
15 illum acceptare in iudicio, † quia tenetur illum acceptare, & cum illo litigare, non mutato iudicio, si non esset priuilegiatus, prout est fiscus, ita dicit glo. & ibi Bart. & Bald. in l. 1. C. ubi in rem actio. Barto. consi. 219. agitur. num 1. volum. 1. Rota Bononi. decisio. 92. Capici. decisio. 197. numer. 6. & 9. & Aret. §. actionum. num. 19. vers. quæro, Instit. de actio. Ioan. de Amic. consil. 19. Similiter principalis debitor, quando suus fideiussor obligatus insolidū, & principaliter conuenitur, & non potest vti priuilegio sui principalis, si comparet uti procurator in rem suam, & petat beneficium sui priui-
16 legij, actor tenetur illud ei obseruare, † & sic fideiussor ex persona sui principalis consequitur illud, quod ex propria persona consequi non potest, ita Bald. in l. quoties. num. 5. C. de precib. Imper. offer. Arnol. caute. 32. quamuis & ideo Paul. de Cast. in l. 1. C. ubi in rem actio. dicit, quòd si uenditor ueniens ad defensionem emptoris, pro suo interesse uelit in se iudicium assumere, tam quam procurator in rem suam, debeo cum uenditore litigare, non cum emptore, & Bart. in consi. 219. agitur contra Ciolum. li
17 bro 1. Hinc est, † quòd Dominus directus nominatus in dominum ab vsufructuario, emphyteuta, & colono, si comparet pro suo interesse trahit actorem ad forum suū, ut Ecclesia ad Ecclesiasticum, Fiscus ad procuratorem Cæsaris, & proprietarius ad suum iudicem, Cagnol. in l. uenditor. num. 18. limit. 4. ff. de iudic. Boer. decisio. 69. nume. 28. & 30. Rota Luc. decisio. 34. in 1. par. & Riminal. sen. consil. 344. uolum. 3. & Misinger. consi. 47. num. 14. & seq. Natta cōsil. 324. uolum. 2. & uide Federic. Scot. consil. 34. colum. 2. car. 294. uolum. 1. Abb. in c. fin. nume. 28. ut lite non contesta. & nume. 23. & seq. Riminal. iun. consil. 237. numer. 77. uolum. 3. dixi in tracta. de usufru. num. 217. car. 243. ubi proprietarius, usufructuarius, & emphyteuta propter ius, quod habent in re tenentur prosequi eorum iudicium. Accedit elegans decisio text. in l. cum eorum.
18 C. de senten. † ubi habetur, quòd si fideiussor debitoris fiscalis condemnatus esset a Fisco, inde ipse fideiussor uellet agere contra dictum debitorem, quòd sibi ab eo pignora tradantur, poterit agere coram procuratore Cæsaris, ratio est, quia Fiscus posset declari non credior debitoris fideiussoris & ideo dicit Barto. quòd licèt inter duos priuatos Fiscus non debeat esse iudex, tamē quando quæstio priuatorum dependeret, a causa Fiscali procurator Cæsaris esset iudex, & pro priuilegio fisci hoc notat Francis. de Palla. in tracta. de priuileg. fisci. 24. priuilegio ecce, quòd hic fideiussor nihil habebat facere cum Fisco, sed cum debitore fisci a quo fiscus habere dicitur causam, & tamen, quia per consequentiam posset tangere

tangere fiscum, debet iudicem fisci, ipso fisco volente, adiri, & per tex. in l. cum vendente.C.vbi cauf.fiscal.dicit,quòd mandatarius priuati,qui emit rem a Fisco, & soluit Fisco pretium, potest agere contra mandantem ad pretium coram procuratore Cæsaris,& ibi Salice.in tertia quæ
19 stio. dicit, † quòd licet procurator Cęsaris non sit competens iudex inter duos priuatos, attamen ibi cognoscit de causa in consequentiam,& accessoriè ad causam fiscalem,& sic non est verum, quòd d.l.3.C. de iu.fisci.lib.10.habeat locum solum inter priuatum & fiscum,sed etiam inter priuatos, quando vnus priuatus potest agere contra fiscum,& sic quando siue principaliter,siue in consequentiam,siue accessoriè negotium tangit causam fisci, ut dicit etiã Cagnol.d.l.uenditor.d.nu.16.& seq.& multa bona ad propositum dicit Capici.d. decisio.197. in causa Sberti. in primo dubio, vbi ostendit hoc verius esse de iure communi, & quamuis ibi adesset constitutio in contrarium, tamen coram præside & pro-
20 curatore Cæsaris causa fuit cognita,† quę litis denuntiatio debet fieri etiam scienti litem motam,nam fit non ad certiorandũ principaliter,sed ad hoc vt veniat ad defendendum,& assistat liti, nisi interuenerit in obligatione iuramentum, quia tunc sola scientia sufficit propter stimulum iuramenti,& hoc modo est fienda denuntiatio, Denuntio tibi Petro per Tonium Rastelini mihi taliter litem motam fore super fundo tali, quem uendidisti, quare uenias ad defendendum me,& dictam causam in iudicio, & ad suscipiendum in te litem prædictam, aliàs protestor contra te de omnibus damnis,expensis,& interesse,& pœnis iuris: nam si non fieret talis denuntiatio, non posset agere victus contra emptorem, & sibi obligatum de euictione.l.1.ff. de peric. & commo. rei uendi.l. si parentes.C.de euictio.Capella.Tholosa.decis.407.mouetur quæstio.& ibi ampla apostilla. Aret.§. actionum,autem num.18.prope fi.Inst.de actio.Alex.cons.191.nu.8.uol.6.late cons. 117.viso,ac ponderato, & consi.138. nu.8. vol.7.Bar.singul.162.si reus. Practi.Pap.in for.libel.decli.iurisd.in glo. protestans di-
21 ctus.nu.13.Dec.cons.474. † & si uenditor reperitur in foro emptoris,poterit ibi fieri talis denuntiatio, alias debet fieri ad forum uenditoris, ubi debet conueniri,Fel. in c.fi.uersi.4. fallit. de foro compet. Hieron.Buttigel.in l.quod te.num.45.ff. si cer. peta. Alex. consilio 103. num.5. volum.5. Pract.Pap.in for.lib. in causa uendi. in glo. promittens. numero 7. faciunt tradita per Bar.& Docto.in l.non solum.§.morte,nu-
22 mero 54.ff.de no.oper.nuntia. † & omissa in causa principali, poterit fieri ista denuntiatio in causa appellationis. Arno. in problem. 55.& in epit.2. Corset. sing.in uerbo,denuntiatio. Hippol. pract. crim.§. sequens quæstio.nu.18.& 19.Amanel.singula.139. num.1. Didac. uariar.resolu.lib. 3.c.17. num.6. & 8. ubi dicit communem,
23 † & iste uenditor, & obligatus de euictione poterit opponere declinatoriam ex persona emptoris, licèt emptor nollet forum illud declinare,& omnes alias exceptiones sibi,& emptori competentes ad causam facientes, Gaspar Caballi.in d.tract. de euictio.§. 3. quæstio.6. numero 151.car.118.
24 † poteritque etiam emptor coram eodem iudice eadem sententia facere condemnare emptorem ad damna, & interesse lite denuntiata Gaspar Caballi.vbi supra,q.5.
25 nu.129.car.117. † & licet emptor non possit agere de euictione contra uenditorem, & fideiussorem, nisi prius lite contra eum mota,& facta denuntiatione; tamen si poterit probare euincentem esse dominum, poterit agere contra uenditorem actione ex empto ad interesse, vt per Petr.de Rauẽ. singul.190.licèt soleat.Misingeri.centuria 1.obserua.56.euicta. Didac.uariar. resolu. d.lib.3.c.17. num.6.& seq. vnde de primo ad ultimum concluditur, Nobilem Ambrosinum, fisco uolente, teneri remittere causam ad iudicem fisci,& coram illo iudice debere istum reum fideiussorem conuenire & contraria allegata in principio ad fauorem Nobilis Ambrosini non procedunt in fisco,nec in priuato habente regressum contra fiscum, secundum magis uerã & communem opinionem, per d.l.3. C. de iu.fisci.quæ non loquitur, nec extenditur ad alias personas non tangentes mediatè, uel immediatè negotium, & interesse fisci Capici. d. decisio. 192. & per supradicta, & ita de anno 1577. Cremonę fuit IV-
* D I C A T V M * his meis allegationibus, & alio-

& aliorum excellentissimorum Aduocatorum, quod est valde notandum per fideiussores & emptores priuatarum personarum delinquentium.

DE IVDICIIS.

DECISIO IX.

ARG.

Periurus non potest agere, nec stare in iudicio etiam sub spe enormissimæ læsionis, non petita prius absolutione.

Periurus non potest absolui, nisi a Papa.

Iudex Ecclesiasticus potest inhibere iudici sæculari, & parti super articulo spirituali, uel connexo spiritualitati.

SVMMARIVM.

1 *Inhibitio facta sine citatione, & causæ cognitione non ualet, declara ut num. 37. 38.*

2 *Inhibitio facta per iudicem ecclesiasticum iudici sæculari de re prophana, & persona seculari, non ualet.*

3 *Absolutio a iuramento super enormissima lesione non requiritur, & contraueniens non efficitur periurus, declara ut nume. 42.*

4 *Clericus uenditor liti sibi denunciata per emptorem, tenetur litigare coram iudice emptoris, & non ipsius clerici.*

5 *Iudex secularis potest procedere ad vlteriora, non obstante inhibitione iudicis ecclesiastici, quando est inhibitio contra legem, aut statutum.*

6 *Clausula, ita tamen, & c. limitat, & corrigit l. si quis maior. C. de transactio. & quis non cadit a iure suo post annum, si non soluit.*

7 *Inhibitio est obseruanda propter peccatum, & ob salutem animæ.*

8 *Iuramentum, quod potest seruari sine interitu salutis æternæ, debet obseruari, & precisè, & non per equipollens, & nume. 9.*

10 *Promittere indemnitatem, euictionem, aut in se litem suscipere, sinonima sunt, & idem important, & propter iuramentum tenetur pracisè quis litigare.*

11 *Debitor in pecunia propter iuramentum non potest offerre bona, nec compensare.*

Declara, ut ibi.

12 *Iuramenti effectus transit in hæredem, & ad hæredem, numero 19.*

13 *Effectus autem & reatus periurij non transit ad hæredem. numero 16. Declara, ut numero 18. & 19.*

14 *Emphiteuta propter iuramentum non soluens intra annum, cadit a iure suo non expectato biennio, nisi esset minor, & hæres. numero 15. 16. 17.*

15 *Pœna periurij quo ad caducitatem oritur ex l. si quis maior. C. de transactio.*

17 *Lex, si quis maior, C. de transactio. non habet locum in minore.*

20 *Periurus dicitur qui agit, appellat, supplicat, & molestat creditorem post delationem concessam cum iuramento, non petita absolutione.*

21 *Periurus non potest agere & stare in iudicio, sed bene excipere & se defendere potest.*

22 *Iudex debet prius interloqui, an actor sit periurus antequam admittatur exceptio periurij.*

23 *Periurus non potest petere absolutionem a iuramento ad effectum agendi, & standi in iudicio.*

24 *Absolutio a iuramento ad effectum agendi potest peti, & fieri parte non citata, & inuita.*

25 *Absolutus ab uno iuramento, non censetur absolutus ab alijs in eodemmet contractu interpositis, & ligatus remanet. Declara ut ibi.*

26 *Iurans omnia esse uera, & attendere & obseruare, non potest absolui ad effectum agendi.*

27 *Item non potest opponere exceptionem simulationis, doli, & metus.*

28 *Iuramentum positum in fine contractus per clausulam, iurantes, & c. refertur ad omnia in instrumento contenta.*

29 *Iudex in absolutione a iuramento procedit summariè.*

30 *Absolutio a iuramento potest peti etiam coram Episcopo contractus, & non creditoris.*

31 *Periurus non dicitur, qui iurauit in die festo in honorem Dei, & qui sint isti dies, num. 32.*

Iuramentum interpositum in die festo non ligat, nec corroborat donationem inter patrem & filium. & nume. 32.

33 *Absolutio a iuramento potest concedi simpliciter, & conditionaliter, hoc est si fuerit probat m.*

34 *Periurus non potest contra periurum opponere exceptionem periurij.*

Pars

35 *Pars potest remittere iuramentum parti antequam ueniat tempus periurij, post periurium ipsa non potest, nec Episcopus, nec Senatus, nec alia persona, nisi Papa, & cũ causa. nu. 46.*

36 *In dubio est declarandum, quem non esse periurum, uide numero 42.*

37 *Inhibitio pendente cognitione causæ an sit, uel non admittenda, concedi non debet.*

39 *Iuramentum est quid spirituale.*

40 *Ius canonicum in materia iuramenti attẽditur.*

41 *Iudex ecclesiasticus inhibet iudici seculari, & parti in spiritualibus, & connexis spiritualitati etiam cum pœnis & censuris.*

43 *Exceptiones requirentes altiorem indaginem & non impedientes executionem, quæ sint.*

44 *Iudex ecclesiasticus, & sæcularis debet defendere obseruantiam iuramenti, & non aperire uiam periurijs.*

45 *Iudex sæcularis potest cognoscere de nullitate absolutionis a iuramento, non autem de nullitate condemnationis, & periurij.*

46 *Senatus non potest cogere partes ad remittendum iuramentum post periurium, & numero 35.*

47 *Clausula, ita tamen &c. non operatur contra expressa, & derogat legi, si quis maior. C. de transact.*

DECISIO IX.

MOTA fuit lis per Magnificum D. Ioan. Petrum Contegnum contra D. Franciscum eius patruum causa reddendæ administrationis, & factum fuit compromissum in Magnificum D. Teodorum Medam, Doctorem Papiensem, & in dicto compromisso partes promiserunt stare laudo, & arbitramento, & non reclamare, nec petere reductionem, & iurarũt prædicta obseruare, & attendere quo ad effectum executiuum sub pœna periurij, damnorum, & interesse fuit latum laudum, & condemnatus D. Franciscus in certa quantitate bonorum administratorum, & fuit petita executio dictorum bonorum iuxta conuenta, cui executioni se appellauit, & petijt reductionem ad arbitrium boni viri d. D. Francis. tanquam enormissime læsus non petita aliqua absolutione a iuramento negando pluries, & pluries velle dare executionem dictorum bonorum, prout promiserat in compromisso, & porrectis precibus excellentissimo Senatu, ordinatum fuit Magnificum D. Io. Petrum Contegnum pro medietate executionem obtinere debere, & ita immissus fuit in possessionem, & causa reductionis, & appellationis fuit commissa uni ex Doctoribus collegij ciuitatis Papiæ, coram quo dictus D. Franc. litem festinanter prosequebatur petendo reductionem, & impediendo executionem dictorum bonorum, cui iudici comparuit Magnificatus D. Io. Petrus Contegnus, & opposuit ipsum D. Franciscum non posse, nec debere audiri tanquam periurium, non petita prius absolutione a iuramento, & ita interloqui, qui dominus iudex tanquam serpens ad incantum interloqui non curabat existimans fortasse hanc exceptionem esse friuolam, quo uiso dominus iudex ecclesiasticus inhibuit dicto D. Francisco, & D. Iudici sub pœnis iuris, & censuris, ut non auderent in dicta causa se intromittere, agere, nec iudicare non petita prius absolutio a iuraméto propter peccatum, periurium, & vilipendium iuris diuini, cui inhibitioni respondidit dictus D. Francis. petens illam reuocari, & tolli attẽto ꝙ nulla requiritur absolutio a iuramento propter manifestam & enormissimam læsionem.

QVibus stantibus videbatur pro parte D. Francisci dicendum, dictam inhibitionem fore reuocandam, & tollẽdam, vel per dominũ iudicem laicum non curandã, nec obseruandam ex pluribus: & primò,
1 † quia non fuit canonicè facta, nã fuit concõcessa parte nõ citata sine cognitione cãę, quod fieri non debet, c. Romana §. si uerò, de appella. in 6. Federic. de Sen. consil. 300. Alexand. consilio octauo, & consilio nono, uolum. 4. consilio 68. nume. 2. consi. 69. in causa, & lite. uolum. 7. Hippol. singula. 490. Dec. consilio 33. Soci. consil. 195. colum. 2. uersic. præterea. uolum. 2. Felyn. in c. dilectus il 2. numer. 14. de rescript. Secundò, quia fuit facta a iudice laico iudici, & personæ seculari super causa merè prophana respiciente reductionem ad arbitrium boni uiri, & restitutionem bonorũ administratorum, quò fit ꝙ iudex ecclesiasticus de re prophana, & persona seculari non potest se intromittere, & nõ est index cõpetẽs. c. si cleric⁹ laicũ. c. cũ sit generale, & utrobique Docto-

Docto.de foro comp.& in proposito consu luit Alex.d.consi.68.& 69.Lancellot.de attenta.in 2.par.c.20.q.4. numero 86. & seq.
3 car.399.Tertiò,† quia fuit petita reductio ad arbitrium boni viri propter enormissimam læsionem, quo casu non impeditur quis agere, & se defendere absque aliqua pœna periurii, & absolutione a iuramento,cum dolus præsumatur in enormissima læsione, & iuramentum dolosè initum nõ ligat, quia non debet esse vinculum iniquitatis:ita in laudo,& compromisso loquitur Borrel.in tracta.de compromisso.§.7. glo. 11.num.23.car.157. §.8. glo.1. numero 7. car.160.& esse magis communem opinionem tradit Iason in consi.133.sub nu.8. & 9.columna 6.volum.4 Anto.Gab. commu. opi.lib.3. conclusio.1.nume 8.car.400. Alex.consi.89.col.fi.uersi vel si voluerit. volum 2.consi 125.num.3.uol.1.& Alba cõsi.81.numero 54. consi.89. numero 5. Rota Luca. decisio.27. car.156. in prima par. Rimi.iun.consi.5.nume.119.& seq.uolum. primo.& Octauia.Pedam.decisio.42. num. 9.cum multis simi. cum igitur talis inhibitio sit nulla, pars & iudex secularis potest illam non attendere, & procedere ad ulteriora,tanquam lata a iudice incompetenti,& contra iura,adnotata per Gaspar Cabal.in tract.de euict.§.3.nume.122.uersi.&
4 si iudex.car.111.ubi dicit, † q clericus vẽditor lite sibi denuntiata per emptorem tenetur in se suscipere iudicium,& litigare coram iudice sæculari, si emptor est sæcularis;& si iudex ecclesiasticus inhibet iudici sæculari, poterit iudex sæcularis spreta inhibitione ad ulteriora procedere, licèt
5 aliqui contrarium teneant:† & quando est facta ad retardandam executionem,& cõtra statutum, aut legem prohibentem appellationem,& executionem concedentẽ, quod non debeat attendi, & possit ad executionem, & ad ulteriora procedi imponere,consuluit Alex.consi.8.præstantissimè Doctor.col.1.uolum.4. ubi dicit magis cõmunem Rota decisio. 412. in nouis. & decis.357.in antiquis.Neuiz.consi.60.nume. 15.Soc.iun.consi.138.numero 17.uolum.3. Paris.consi.108.numero 5.& seq.& consilio 105.uolum.primo.pulchrè, & distinctè doctus Rip. responso 165. de appella. car.195. lib.2. & Sebast.Vanti. de nul.sent. quot, & quib.mod.nulli.propo.pos.num.29.car.42. & Maran. Spec.aur. in 6.par.in 2. actu. nu.
6 162.& num.196.car.238. Quartò, † quia fuerunt posita illa uerba. Ita tamen, &c. quæ limitant,& corrigunt dispositionem l.si quis maior, C.de transact.quo fit,quòd non incidit in pœnas legales illius legis,& caducitas non habet locum, nisi integro biennio transacto. Cag. in l.si quis maior. nume. 213.uers.3.quæro,& ibi Bologni. numero 103. C.de transac.

Tamen alij dicebant,Magnificum Dom.
7 Ioã.Petrum fouere iustitiam, † & inhibitionem ualuisse,& non esse reuocandam,& omnino obseruandam propter peccatum periurii,& ob salutem animæ,per tex.in c. cum contingat.c.quamuis. c.si uerò,& c.si debitores,de iureiuran. Afflict.decisio.20. numero primo,& decisio.31.facit Francis.
8 Turzan.commu.opi.q.1. † Nam iuramentum, quod potest seruari sine salutis æternæ interitu,seruandum est,d.cap.cum contingat.Mathesila.singu.54.& ibi addent.& in singu.20. & Lauren.de Pinu, consi.173.
9 numer.2.car.213.† & debet seruari in sua forma specifica, & non per æquipollens, nec soluendo interesse liberatur a facto, & traditione,& a periurio. Ias.in l.quotiens. colum.fi.ff.de rei vend.§.actio. numer.47. Insti.de actio.& in l.omnes populi.numer. 56.ff.de iusti.& iure.Anto.de Fano de pig. in 5.memb.5.par.numero 15.car.406.Ro-
10 lan.consi.6. uol.primo. † Hinc est,q promittens de euictione, de indemnitate,aut in se litem suscipere(quod idem est, Bart. in l.pater.ff.de dot.priuileg. Rui.consi.187. numero 2.& 3.uolu.primo, Paris.consi.16. nume. 125.& Capel.Tholosa.decisio.407. & ibi apostilla.)tenetur illam cum effectu suscipere,si interuenit iuramentum,& soluendo interesse non liberatur per supradicta,& per Stepha.Aufrer. in addi. ad Capel.Tholosa.d.q.407.colum.2.& poterit captis pignoribus, & multa indicta cogi a iudice ad obseruandum iuramentum, adnotata pulchrè per Iaco.de Bellouisu,in sua repeti.C.Romana.§.contrahentes. numero 122.uersi. septimò, & ultimò, de foro compe.car.103.inserta post pract.criminalem,Roma.consi.512.num.11.Rolan. consilio 34. numero 10. uolumine primo.
11 † sicut etiam tenetur debitor in pecunia præcisè

præcisè ad soluendum pecuniam, & non potest offerre tot de bonis suis, iuxta auct. hoc nisi. C. de solutio. propter iuramentũ, nisi esset pauper ita, & taliter ꝙ esset impossibile soluere pecuniã, vt latè per Petr. Benintend. in Rota Bononi. decisio. 28. debitor. car. 37. & similiter tenetur soluere cum effectu, & non compensare. c. ad nostram, il primo, ubi glo. & Docto. de iureiuran. vbi Felyn. dicit esse cõmunem, Matesila. in singul. 54. Nota quòd iuramentum, Vilalob. commu. opinio. in verbo, iuramentum, nume. 122. & esse magis cõmunem dicit Octauia. Pedamonta. decisio. 92. nume. 26. in fin. car. 355. ubi limitat non procedere, quando creditum compensandum esset ortum post promissionem iuratam, vel quando procederetur de bono & æquo, sola facti veritate inspecta, ut faciunt nostri Patiales, & boni uiri Fiuizani, & sequitur Rota Perusi. decisio. 15. nume. 9. & 10. vbi sub nu
12 me. 11. & seq. † dicit procedere etiam in herede, & cõtra hæredem, in 1. par. car. 62. Nã dicit, ex quo obligatio a principio ista assumpsit qualitatem, atque priuilegiũ propter iuramentum, vt in ea compensationi locus esse non possit, non debet, nec potest ista qualitas, quæ iam dicto instrumento adhæsit, posse mutari, aut variari, seu alterari in persona hæredis, quia effectus, & sequela iuramenti, quando actus a principio non est ipso iure nullus, transit in hæredem, & ad heredes, ut dicit Angel. in consil. 326. ex themate. colu. 1. Capici. decisio. 174. numer. 11. & sequen. Baueri. in tracta. de virtu. iuram. versic. quadragesimoquintò, & Socin. consil. 38. in causa Dominorũ. in princip. libr. 3. & ideo quidam Excellens Aduocatus in quadã causa caducitatis mihi delegata, dicebat minorem hæredẽ non potuisse, nec posse moram purgare facta declaratione virtute iuramenti paterni, & effectum periurij in personam minoris hæredis causati operari suum effectum, sicut ab initio operaretur contra defectum per dictam decisio. Perusi. 15. nume. 12. cui opinioni ego dissentiebam quo ad effectũ periurij, nam constituebam differentiam inter effectum iuramenti, & effectum periurij, ut constituit tacitè Lap. allega. 10. colum. 1. & Roma. singula. 476. Florentinus. Primò casu, quando contractus a lege non est re-
13 probatus, bene verum est, † ꝙ sicut effectus contractus transit ad hæredem, ita etiam effectus iuramenti, & isto casu supradicta procedunt, & sentit Laur. de Pinu, con-
14 sil. 96. numer. 23. Secundo casu, † quando propter periurium quis cadit a iure suo post annum in emphyteuta non expectato biennio, iuxta tradita per Ferrat. Caute. 16. Ripa, responso. 9. de iu. emphi. num. 4. lib. 2. car. 87. Roland. consil. 25. numer. 23. uolum. 2. si minor hæres non soluit canonem intra annum, non potest expelli propter periu-
15 rium, † quia pœna & reatus periurij quo ad hanc caducitatẽ oritur solũ ex dispositione. l. si quis maior. C. de transact. ut dicit Bald. ab omnibus ad hoc allegatus in c. querelam. de iure iuran. & Docto. in d. l. si quis maior, & Ripa in c. ex parte, nume. 20. de re-
16 script. car. 25. in fi. † sed pœna periurij, quæ tendit ad destruendum contractum, & non ad corroborandum, non transit in hæredẽ, & maximè minorem quando per eum aliquid est adimplendum, & non interuenit in cõtractu, Paris. cõsi. 54. nu. 93. & seq. uol. 1. Bero. cons. 98. nu. 38. cõs. 150. nu. 9. uol. 1. Rimin. sen. 629. numer. 15. uolum. 4. Anto. Gomesi. de contractib. cap. 14. de restitu. minor. nume. 19. versic. quæro tamen. car. 293. Cagnol. in d. l. si quis maior. num. 156. & nume. 203. Anto. Gabri. commu. opi. lib. 3. de transactio. conclusio. 1. nu. 25. car. 296. Octauia. Pedamonta. decisio. 42. num. 7. car. 168. Paul. de Cast. consil. 306. nume. 4. uolum. 2. & per Ripam. in l. nemo potest, num. 78. ff. de lega. 1. & in c. ex parte. numer. 20. & seq. de rescrip. in 2. par. car. 25. & in respon. 5. in fi. incip. si in communi, ex in integ. restit. Laur. de Pinu, consil. 96. nume. 23. car. 131.
17 consi. 137. numer. decimoquinto, † & maximè in minore, qui non est compræhensus a d. l. si quis maior. C. de transactio, nam loquitur de maiore xxv. annis, ergo in minore non habet locum, quia omnes qualitates illius legis non uerificantur, prout requiritur. ita dicit Odofred. in d. l. si quis maior, colum. 1. & in l. si maior. C. de transactio. Rolan. consil. 57. nume. 46. uolum. 1. Laur. de Pinu, in consil. 137. num. 15. & 16. & Vergi. Boccaci. in constit. Egidia. glo. 2. numer. 86. car. 25. secus si eius pater iam
18 contrauenisset, † quia effectus periurij iã eradicati in personam defuncti bene transit

fit in hæredem, & heres est obligatus isto casu exonerare conscientiam defuncti, & purgare illud periurium, & admittere caducitatem, ut per Ripam responso. 11. nu. 3.5.& 6.lib.2.car.87.& Laur.de Pinu, d.cõ-
19 silio 96.nu.23.& 24. † effectus uerò iuramenti, qui tendit ad corroborandum contractum non ipso iure nullum, bene trãsit ad hæredem ad hoc ut sit obligatus obseruare & approbare contractum, & non illum scindere & destruere, & isto casu loquitur Rota Perusi.d.decisio.15. nume.11. & 12.& Laur.de Pinu, d.consilio 96.numero 23.& in Repertorio suo, in uerbo, iuramentum, & alia supra allegata: secus si esset ipso iure nullum, & sic factum contra legem, aut statutum resistentem, quia solùm iurantem obligaret, & non hæredem ad obseruantiam iuramenti, Ludo. Bologni. consi.45.colum.2. Hieron. Gabri. consilio 3.col.fi.num.8.ubi dicit magis communẽ, Octauia.Pedamonta.d.decis.42. nu.7. car. 168.Abb.in c.1.numero 11.& seq.de iureiuran. & ibi Fel.numero 26. Christoph. Porci.in fi. sub numero 11.& 12. Instit. de hæred. quali. & differ. & Guid. Papæ consilio 180.numero 5.& seq. & Anchara.Regiẽs.
20 q.20. in 1. par. † At de periurio istius.D. Francisci ex supra deductis clarè apparet cum appellauerit, petierit reductionẽ ad arbitrium boni uiri, & executionem impedire pluries sit coactus.d.c.cũ contingat.de iureiuran. Afflict. decisio. 30. numero 5. uersi.secundum periuriũ erat, & Prosper. Pafet. cons. 195. car. 180. & absolutionem non petierit, prout petere, & obtinere debebat antequam ageret, & contraueniret. Innoc.in c.ad aures, quod metus causa, & est glo.in c.authoritate, 15.q.6. Afflic.decis.263.sub numero 4.decis.322.nu.6.decis. 393.nu.11.& decis.60.Hugo.Cels. consilio 94.numero 1. & seq. & Grat. consilio 30. uolum.1.car. 50. & cum fuerit periurus, non potuit molestare Magnificum D.Io. Petrum, nec petere reductionem ad arbi-
21 trium boni uiri, † nam periurus non potest agere, & stare in iudicio, & a iudice debet repelli. Alba.cons.11.nu.4. & seq. Grat. d.cons.30.num.14.& seq.Cur.sen.cons.65. nu.25.& seq.car.118.Menoch.cons.24.nu. 28.uol.1.Hippol.Rimi.cons.87.nu.1.& seq. uol.1.Roland. consilio 26. numero 27.uol. 3.& Hugo. Cels.d.consilio 94.nu.11.& Purpura.consilio 60.numero 6. uolum.1. licet possit excipere, & se defendere, nisi iurasset etiam non excipere, quia soluere debet, & postea repetere, Rol. cons.81. numero 28. uol.4.Natta, consilio 658. numero 13. uol. 4.& Purpura.d.consi.6.num.5.& 6.& uide Abba.d.c.1.numero 7. de iureiur. uerum est
22 † quod iudex debet interloqui, an sit uel non periurus, antequàm admittatur exceptio periurij, ita dicit Grat.d. cons.30. numero 18.uol.1.& Riminal.iun.d.cons.203. numero 128.uol.2.& ista absolutio a iuramento debet peti ante tempus datum ad soluendum, & sic ante moram, & non post moram, & dilationem, aliàs nihil ualeret,
23 † nam effectus periurus non potest petere absolutionem ad effectum agendi, & standi in iudicio ab Episcopo, uel eius Vicario, Abbas late in c.1.de iureiuran. & ibi Fel.num.28.ubi declarat.Ioan. Andr.in c. debitores, eo tit.Alex.consilio 66.numero 14.& seq.uolum.2.Afflict.decis.30.num.6. Crot.consilio 244.sub nu.25.& 26. uol.2. ubi potest etiam ex officio eum repellere, & Io.de Amic.consilio 34.col.4.uers.unde
24 imprudenter. † & ista absolutio ad effectum agendi, cum sit modici momenti, potest peti, & fieri absque citatione partis, & ipsa inuita, secundum magis communem opinionem, & practicam curiæ Romanæ, & aliis curijs ecclesiasticis. Afflict. decisio. 220.nu.10.& 11.& Natta.consilio 163. numero 5.uol.1.Rimin.iun.consi.203.numero 80.& 81.uol.2.consilio 87.uol.1.Ioan. de Amic. consilio 33. in fi. & Rota Perusi. decis.18. numero 2.& seq. in 1. par. Bero. consilio 50.uolum.1.Rol.consilio 13. nume
25 ro 25.et numero 38. uolum.1. † et debet peti ab omnibus iuramentis interpositis in instrumento, quia tot sunt iuramẽta, quot sunt capitula, et pacta, ac promissiones instrumẽti; aliàs si esset absolutus ab uno; nõ esset absolutus ab alijs, et nõ posset agere, ita Afflict.decis.20.nu.5.decis.220.nu.12. Mari.Angus.cons.43. num.22. et seq.Grat. cons.23.uol.2.Rol.cons.34.nu.6.et seq.uol. 1.et consilio 26.num.30.uol.3.Laur.de Pinu.cons.68.nu.2.et cons.82.nu.7. uerũ est, ꝙ si esset periurus ex pluribus causis, et cõtractibus separatis, et diuersis, ꝙ sufficeret petere absolutionem quo ad illam cau-

E sam,

ſam, quam agere intendit, & in qua nõ eſt
periurus. Dec. in c. intelleximus. nume. 18.
de iudic. in c. dilecti. numero 4 in 3. notab.
de excep. Ripa in c. ex parte, numero 4. de
26 reſcrip. car. 25. † licèt Rolan. in conſilio 47.
numero 31. uolum. 4. & Goza. conſilio 69.
numero 16. & 17. car. 103. uelint non poſſe
concedi hanc abſolutionem, & conceſſam
non ualere, quando agens iuraſſet omnia,
& ſingula vera fuiſſe, & eſſe, & attendere,
& obſeruare, quia omnino tunc debet ob-
ſeruare, & agendo iterum diceretur con-
trauenire, & fieret de nouo periurus, q̃d
eſt menti tenendum, nam pauci ad hoc ani
27 maduertunt, † attento ꝙ ferè in omnibus
contractibus iſta iuramenta aſſertoria, &
promiſſoria reperiuntur, & impediunt etiã
exceptiones ſimulationis, metus, et doli,
ad hoc ut ſoluat debitor, et poſtea repetat.
Abb. in c. 1. num. 5. de iureiuran. Gramma.
deciſio. 45. et deciſ. 89. Roland. conſilio 88.
numero 14. uol. 3. Anchara. Regienſ. q. 47.
in 1. par. qui declarat Bero. conſi. 85. nu. 3.
et 4. conſi. 211. nu. 9. uol. 3. Rolan. conſi. 93.
28 uol. 1. et † illa clauſula in fine inſtrumenti,
appoſita de ſtylo Notariorum, uidelicet, iu
rantes, &c. refertur ad omnia in dicto in-
ſtrumento contenta, & perinde eſt ac ſi in
quolibet pacto, & conuentione expreſſe eſ
ſet inſerta, ita dicit Pariſ. conſ. 97. nu. 89. 90.
29 & 91. uol. 1. † & proceditur in iſta abſolu
tione a iuramento ſummariè, Fel. in c. 1.
30 nu. 30. & nu. 32. col. fi. de iureiuran. † ubi di
cit quòd poteſt peti etiam per procurato-
rem, & poteſt peti etiam coram epiſcopo il
lius loci, ubi eſt interpoſitum iuramentũ,
& non coram epiſcopo creditoris, Lap. al-
lega. 10. Roma. ſingul. 47. Florẽtinus Capi-
ci. deciſ. 18. nu. 6. Fel. d. c. 1. numero 31. de iu
31 reiuran. † & iuramentum debet eſſe inter
poſitum in inſtrumẽto (ad hoc ut indigeat
abſolutione, & liget) in die iuridica: ſecus
ſi in die feſto in honorem Dei, quia tunc
non ligat, & quis non efficitur periurus, &
l. ſi quis maior, non habet locum, & ideo
pro cautela datur, quod officialis, rector,
minor, & mulier accipiant officium, & ad-
miniſtrationem, & faciant contractum in
die feſto, quia etiam ſi iurabunt ſeruare
ſtatuta, & contractus, contrauenĩendo non
erunt periuri, ita dicit Ferrar. caut. 3. com
muniter per ciuitates, Plot. in l. ſi quando,

numero 755. verſicu. ad laudem, C. vnde vi.
Iul. Ferret. in tract. de treuga & pace, num.
119. Anto. Gabri. commu. opi. lib. 3. de tran
32 ſact. concl. 1. numer. 57. car. 297. † & inter
dies feſtiuos in honorem Dei connumerã-
tur dies Letaniæ, Veneris Martij, & ebdo-
madæ ſanctæ, ac octauæ. Lap. allega. 90. ſi
quæratur. car. 490. & tex. in c. fi. de feriis,
Ang. de Gambilio. conſi. 5. numero 13. car.
244. & ideo Volaterris annullaui donatio-
nem factam inter patrem & filium cum iu
ramento interpoſito in die feſto in hono-
rem Dei, ad quod non aduertunt ruſtici,
neque clerici, quando faciunt inueſtituras
emphiteuticas, & inſtrumenta minorum,
33 & mulierum, † & poteſt concedi iſta ab-
ſolutio ſimpliciter ad effectum agendi, &
etiam cõditionaliter, ſi probauerit læſionẽ,
metum, uel dolum, Fel. in d. c. 1. numero
34 29. in fi. de iureiuran. † & quando reus
conueniendus, eſſet periurus, non poſſet
de periurio opponere contra agentem.
Crot. conſi. 400. numero 19. uol. 3. car. 174.
& conſidera adducta per Abba. in c. 3. nu.
3. & 4. de iureiuran. Plot. cõnſ. 40. vol. 1. car.
208. Rolan. conſilio 31. nu. 4. & ſeq. vol. 2.
& Cagnol. in d. l. ſi quis maior, nu. 193. C. de
35 tranſactio. car. 76. † & etiam pars ipſa po
teſt relaxare agenti tale iuramentum. c. 1.
de iureiur. c. 2. de ſponſal. Angel. de Gambi
lio conſilio 87. numero 41. & 42. car 334. fa
cit Lup. in c. per ueſtras. limita. 3. numero 8.
car. 97. de dona. inter vir. & vxor. quod eſt
intelligendum antequam quis ſit effectus
periurus, ſecus ſi ſit periurus, quia tunc
pars non poteſt partem abſoluere, nec ha-
bilitare, aut remittere tale iuramentum,
Roland. conſilio 34. numero 3. uolum. 1.
conſilio 26. numero 31. uolumine 3. Alex.
conſi. 17. nu. 3. & ſeq. vol 3. Virgi. Boccaci.
in conſtit. Egidia. glo. 2. numero 39. car. 15.
Nec Senatus, aut Epiſcopus, uel alius infe-
rior Papæ, Rolan. conſi. 31. numero 13. &
14. uol. 2. Cur. ſen. conſ. 65. nu. 27. col. 2. car.
119. ſed ſolus Papa poteſt abſoluere a per-
iurio, & cum cauſa. glo. ordina. in c. quan-
to. de iureiuran. ubi Panormi. Hugo. Celſ.
d. conſ. 94. nu. 7. Rol. conſ. 34. num. 2. uol. 1.
conſ. 31. nu. 13. 14. uol. 2. Crau. conſilio 6. nu
mero 93. latiſſimè per Cur. Sen. d. conſ. 65.
ſub n. 27. & 28. car. 119. & nouiſſimè Vergi.
Boccaci. d. conſt. Egidia. glo. 2. nu. 40. & ſeq.
& nu-

& nu.51.52.& 53.car.16. ubi habet pro ex-
pedito, licèt Natta in cõs. 648. nu.13.& 14.
vol.4.tenuerit contra,& malè per supradi-
cta, immo Alex.in consilio 222. numero 9.
vol.2.dicit, quòd quando est dubium, an pe
tens absolutionem sit ligatus iuramento ,
quòd Episcopus non potest absoluere , sed
Papa , secus si non est dubium , quia tunc
ante periurium potest, quod est notandum
36 si est uerum, † & in dubio est tenendum
non esse ligatum, nec periurium, ut per Be-
ro.consilio 149.ad finem. vol.1. & Cephal.
consilio 25.numero 53.uol.1.Nec adducta
in contrarium ad fauorem D.Francisci ui-
dentur obstare , nam primum fundamen-
tum de inhibitione sine citatione,& causæ
37 cognitione facta non obstat, † quia non
obseruetur in practica,& semper vna cũ ci
tatione , & de per se fit inhibitio iudici &
parti , ita dicit Mandosi.in sua praxi, titu.
de inhibitio.q 15.16.17.18.& q.39.car.15.
vbi dicit eodem modo reuocari,& tolli pos
se, quo fuit concessa,& Lancello. in tracta.
de attenta.in 2.par.c.20.q.3.nu.80. & seq.
car.399.& nu.141.& seq. car.403. licèt an-
tequàm concedatur si est lis,& pendeat cõ
trouersia super cognitione inhibitionis fiẽ
dæ non possit concedi inhibitio pendente
dicta cognitione, vt tradit Guid.Papæ, de-
cisio.436 & decisio.52. Dom.Henningi, in
sua pract.ciuili.rub.39.incip. sæpe iudices,
& Lancellot. de attentat. car.402. nu 122.
38 & sequen. Secundò respondetur , † non
procedere, quando iudex ecclesiasticus in-
hibet iudici sæculari,& parti super articu-
lo spirituali, vel annexo spiritualitati prin-
cipaliter, vel incidẽter, vt est circa filiatio-
nem, matrimonium, iuramentum, & quid
simile, nam tunc non requiritur citatio .
Alexand.consi.68.num.2.colum.2.& consi.
69.numero 1. uol.7. Lancello. de attenta.
in 2.par.c.20.q.3. numero 91. car.400. Si-
militer secundum non obstat fundamentũ
de incompetentia iudicis inhibentis , cum
causa sit prophana,& inter sæculares, quia
non est verum , sed causa inhibitionis est
merè spiritualis, nam est facta propter iu-
ramentum non obseruatum , & ad hoc vt
obseruetur iuramentum,& periurus exeat
e peccato mortali petendo absolutionem
39 antequam agat, † & iuramentum, est quid
spirituale.c.& si Christus.de iureiuran.&
Roland.consilio 19.numero 33. uolum.1.
40 † & in materia iuramenti attenditur ius
canonicum,& non ciuile.c.2.de iureiuran.
lib.6.Afflict.decisio.322.numero 5.& deci-
sio.263.numero 2. & Roland. consilio 19.
41 numero 33.uol.1. † ergo potuit fieri per
iudicem ecclesiasticum iudici sæculari , &
partibus,& procedi ad censuras, Mandosi.
pract.ciui.tit.de inhibi.q.15 .numero 3.car.
8.Ripa responso 13. numero 11. 12. de le-
gib.& longa consuetu. lib.1. in parua im-
pressione.car.19.Alex.de Neuo, consilio 7.
numero 10.& seq. Afflict.decisio.30.nume
ro primo.& decisio.31.& Lancel.de atten-
ta.vbi sup.numero 91.car.400.Alex.d.con-
sil.68.& consi.69.uol.7.Ad tertium funda-
mentum , quod uidebatur magis vrgere ,
42 respondetur † absolutionem a iuramen-
to fore etiam necessariam, quando adesset
enormissima læsio, secundum magis com-
munem opinionem, vt consuluit Alex.con
si.38.vol.4.& Grat.consi.30. vol.1. vbi latè
& respondet contrarijs Anto. Gabr. com-
mu.opinio.conclusio.1. num.6.8.11.& 14.
car.400. Menoch.consi.24.nu.24.volum.1.
Cur.iun.consi.141.numero 16.Capici.de-
cis.159 nu.26.& 27. & latè per Vergi. Boc-
caci.in consti.Egidia.gl.2. nu.22. & nu.28.
car.13.vbi dicunt etiam ꝙ ista læsio debet
esse ultra duplum in magna quantitate,&
huic opinioni omnino est adhærendum in
dubio propter periculum animæ,& præce-
ptum superioris inhibentis, vt dicit Soc.cõ
si.237.in fi.uol.2.& Rota in decis.307.in fi.
in antiquis, Grat.d.consi.30.nu.20 & seq.
lib.1.respondetur etiam, ꝙ contraria pro-
cedunt quando de ista enormissima læsio-
ne notoriè constaret ex actis,& ex lectura
laudi & instrumenti, aut sententiæ: secus si
aliqua cognitio prius esset adhibenda, uel
probanda esset per testes, aut alia documẽ
ta non liquida, quia tunc altiorem requi-
ret indaginem,& non posset impediri exe-
cutio,& inhibitio, ita sentit Borrel.d.trac.
de compromis.§.7.gl.11 nu.26. car.157. &
in §.8.gl.1.n.9.Hugo.Cels.d.consi.94.Cur.
iun.d.cons.141 nu.16.& seq.Abb.in c.1.nu.
10.& 13.& ibi Fel.n.25. de iureiuran. & in
proposito loquitur Grat. d.consi.30. n.20.
& seq.lib.1.Vergi.Boccaci. nouissimè in d.
consti.Egidia.glo.2.nu.22.& nu.28.car.13.
43 † & de exceptionibus requirentibus al-

tiorem indaginem,& quę incontinenti pos sunt probari, & sunt notoriæ,loquitur Alex.cons.101. nu.5. uol.4. Alphō. de Mendoc.in tract.de compatibi. & incompatibi. benefi.c.13.num.73.75.& seq.in 1.par.car. 28.Cæsar.Contard.de momenta. posses.limita.7.nu.55.& seq.car. 160. & limita.12. car.190 & Rota Luca.decis.24.& decis.27. nu.56.& seq.in 1.par.At in casu isto non apparet notoriè ex lectura laudi, & processu de ista læsione enormissima, sed de contrario,ergo omnino erat petenda absolutio a iuramento,& non petita, fuit ipso iure effectus periurus,& remouendus a limine iudicij non solum per iudicem ecclesiasticū,
44 sed etiam per iudicem sæcularem, † quia iudex ecclesiasticus debet obuiare peccato, & secularis etiam iudex ipse defendere iuramenti obseruantiam, Iacob. Leonissa, in consilio 47. numero 16.car. 129. uol.1. consilio matrimonia.Rota Perusi.decis.18. numero 51.& seq.in 1. par. Roman. consi. 512.num.12.Hugo.Cels.d.consi.94.numero 3.in fi.Rimin.iun.consi.188.numero 12. & 13.uol.2.& Rolan.consi.34.numero 10. uol.1.& non aperire uiam periurijs. Ias.in l.ambiguitatis.num.5.C.de indi.uidui.tol.
45 car. 163.† quibus in locis patet quòd iudex laicus potest cognoscere de nullitate absolutionis a iuramento quo ad fauorem iuramenti,non autem de nullitate cōdemnationis & periurij, quia hoc ad eum non spectat per supradicta,& per c.tua.de ordi. cognit. c. causam, quæ qui filij sint legiti. Plot.cons.78.nu.14.sequitur Purpura.consilio 377.nu.8.uol.1.Cur.sen. consi.65.sub nu.26.uers. secunda conclusio. car.119. & vide Abba.d.c.2.num.3. de iureiuran.unde ex prædictis patet quòd Superiores debent defendere uires iuramenti,& non annullare illud etiam per indirectum,cogendo sæculares ad remittendum, & relaxandum partibus iuramentum, quod facere non possunt sine peccato,sicut etiam ipsæ partes non possunt post periurium remittere, licèt possint iuramentum ante periurium,
46 vt supra dixi,nu.35. † & ideo male faciūt. Superiores, quando sub colore iurisdictionis turbatæ cogunt partes remittere,& relaxare iuramentum, iuxta tradita per Ias. in consi.133.col.6.sub nu.9.vol.4. Abb.c.1. & ibi Fely.de iureiuran.& Rota Perusi.decis.17.num.67.in 1.par.quia nec partes,nec alius, nisi Papa, potest remittere periuriū, & absoluere, & cum causa, Rolan.d.consi. 34.nu.3.uol 1.consi.26.nu.31. uol.3. & supra dixi,num.35.Nec quartum obstat fun-
47 damentum, † quia illa clausula,ita tamē, &c. non operatur contra expressa, sed in non expressis,aliàs diceretur contrahentes incontinenti uoluisse se corrigere, uel facere actum contrarium, quod non est dicendum:ergo intelligi debet operari in nō expressis,adnotata per Bursa.consi.171.nume.3.& 4.cons.184. nu.45.& 46. uolum.2. Dec.in c.sedes num.11.in fi.de rescrip.& in cons.47.pro viribus.nu.4.& 5. Plot. consi. 41.nu.11.vol.1.car.211.versi. & illa verba, & faciunt,quæ dixi supra decis.1.nu.32.At in casu isto expresè disponitur, ꝙ debeat prædicta attendere, & obseruare sub pœna periurij, ergo verba subsequentia non limitant proxima præcedentia, sed alia nō expressa,per supradicta, & Dec.in c.significasti.col.1.in fi.de offi.iud.deleg.& sic ex prædictis hinc inde deglutinatis IVDI-
9 CAVI * inhibitionem subsistere, & ad ulteriora non esse procedendum non petita prius absolutione a iuramento de anno 1579. quæ omnia sunt menti tenenda, quia sæpissimè occurrunt in facto.

DE IVDICIIS.

DECISIO X.

ARG.

Executio sententiæ potest fieri intra decem dies ad appellandum, quando per statutum appellatio est prohibita sub pena, & pena debetur si appellatur.

Executio sententiæ non impeditur per tertium, quando a principio sciuit causam agitari, vel comparuit in iudicio pro suo interesse.

SVMMARIVM.

STatutum loquens de sententia, de laudo, & de aliquo actu, intelligitur loqui de valido & non de nullo, & inualido.

Sen-

2 *Sententia quando euidenter, & manifeste est iniqua, & iniusta, dicitur nulla.*
3 *Sententia nulla, & manifestè iniqua, non mouetur executionem.*
Declara, ut nume. 18.
4 *Statutum prohibens appellationem sub pena, non uidetur soluta pena, annullare actum, & appellationem.*
Declara, ut nume. 23.
5 *Statutum prohibens appellationem a sententia Patialium, non prohibet eam si sententia est lata ex relatione alterius.*
Declara, ut nume. 24.
6 *Statutum prohibens appellationem, & nullitatem non comprahendit tertium, nec fideiussorem comparentem pro suo interesse.*
Declara, ut nume. 26.
7 *Sententia lata in fauorem tertij prodest principali, & ita appellatio.*
8 *A sententia lata per bonum virum, an possit appellari, & quomodo.*
9 *Actus factus contra prohibitionem statuti, est ipso iure nullus.*
10 *Statutum prohibens in specie appellationem a sententijs Patialium Fiuizani, comprahendit tam interlocutorias, quam diffinitiuas, & emergentes.*
Statutum prohibens appellationem a sentẽtijs interlocutorijs, uidetur intelligere etiam de interlocutorijs habentibus uim diffinitiuæ.
11 *Statutum remouens appellationẽ, operatur quod non potest appellari ad effectum retardandæ executionis.*
12 *Statuta, & leges debent exequi, aliàs frustra essent condita.*
13 *Executio sententiæ potest peti etiam intra decem dies ad appellandum, quando a principio prohibet appellationem, nam statim transit in rem iudicatam.*
14 *Sententia transacta in rem iudicatam facit ius irreuocabile, habet uim constitutionis, facit Notorium, & præsumitur iusta, & facit præsumptionem iuris, & de iure, & de albo nigrum, de nihilo aliquid.*
15 *Rescriptum Principis contra rem iudicatam nihil operatur, si expreßè non facit mentionem de re indicata.*
16 *Sententia lata contra sententiam transactam in rem iudicatam, est nulla, nisi inter partes ita esset conuentum, & idem in laudo.*
17 *Ab executione non appellatur, saltem quo ad effectum suspensiuum.*
19 *In causa executiua non possunt opponi, & reuocari exceptiones peremptoriæ contra sententiam, & quæ poterant opponi a principio.*
Item nec exceptiones oppositæ in principali instantia. numer. 20.
Declara, ut nume. 21.
22 *Incontinenti dicitur quid fieri, quando eadem instantia principali potest probari.*
25 *Sequentia declarant præcedentia, & ex præcedentibus & sequentibus declarantur media.*
27 *Statutum prohibens appellationem, & nullitatem, ualet; & maximè, quando a superiore est confirmatum, & debet obseruari etiam a iudicibus ciuitatis predominantis.*
Appellatio potest remitti, & prohiberi etiam a partibus.
28 *Iudex non debet extendere se ultra authoritatem suam.*
Iurisdictio non extenditur de loco ad locum, neque de bancho ad banchum.
29 *Nemo debet alterius iurisdictionem turbare, aliàs punitur.*
30 *Merus executor non cognoscit de exceptionibus, quæ annullant executionem, nisi nullitas sit notoria, sed suspendit executionem, & remittit partes ad superiorem.*
31 *In executiuis proceditur secundum statutum loci, in quo petitur executio.*
32 *Executionis causa habet instantiam.*
Declara, ut ibi.
33 *Executio non potest peti a procuratore absque speciali mandato in indiuiduo.*
34 *Iudex, qui debet terminare causam, non potest absoluere ab obseruatione iudicij, quia non terminaret causam.*
35 *Clausula, sola rei ueritate inspecta, & nulla iuris, aut statutorum solemnitate seruata, & prout sibi uidebitur & placebit, remittit solum, quæ respiciunt ordinem processus, non autem merita causæ, probationes, & defensionem partis.*
36 *Verba statuti propriè, & strictè intelligenda sunt.*
37 *Forensis non potest uti beneficio statuti, nec contra eum ualet statutum.*
38 *Fiuizanensis litigans cum Forense non potest petere recursum ad Patiales, nec illum cogere ad compromissum.*

DECISIO X.

STatutum Fiuizani sub rub. de modo elігendi Patiales. c. 19. dicit, q a sententiis, laudis, arbitriis, & arbitramentis latis per ipsos Patiales non possit appellari, supplicari, querelari, de nullitate dici, aut peti reductio ad arbitrium boni viri. Et si quispiam contrafecerit, incidat in pœnam librarum vigintiquinque Imperialium, &c.

Euenit q Aloysius de Rubeis della porta, litigando contra ser Bernardum de Gassano coram Dominis Patialibus occasione dotis restituendæ reportauit sententiam in eius fauorem, a qua sententia Dominus Monardus, filius d. ser Bernardi tanquam tertius se appellauit & vti procurator eius patris causa impediendi executionem, fuit non obstante dicta appellatione petita executio per dictum Aloysium, cui se opposuit Dominus Monardus asserendo executionẽ nõ posse cõcedi ex pluribus.

Et primò, quia dicta sententia fuit, & est
1 iniqua, & iniusta, † & statutum intelligitur loqui de valida & iustè lata super meritis, & non de inualida, & iniqua. l. si se non obtulit. §. condemnatum. ff. de re iudica. & ibi Bar. in fi. & Bal. Ripa, & Doct. Bal. consilio 369. uol. 1. & Roma. consi. 42. nu. 3. quo fit, quod potuit, & potest appellari. Corn. cõsi. 143. lit. L. in fi. uol. 2. Rim. iun. consi. 269. numero 76. & seq. uol. 3. & consi. 273. num.
2 55. & sequen. volum. 3. † & quando sententia euidenter est iniusta, dicitur nulla, & ab illa potest appellari, Rolan. consi. 76. num. 27. & 28. lib. 1. Natta consi. 217. num. 3. uol. 1. Rota Perusi. decis. 2. nume. 41. in 1. par. &
3 Alex. consi. 63. numero 17. uol. 4. † & sententia euidenter iniusta & nulla, non meretur executionem, Deci. consil. 475. in cã, nu. 35. & numero 36. Ange. consi. 276. nulla dubitatio. col. 2. Alex. cons. 97. nu. 5. & consi. 225. numero 20. uol. 6. Rui. consi. 36. n. 6. uersi. secundò, quia ex quo sententia, uol. 2. Crau. consi. 278. col. fi. uol. 2. & in proposito Bal. in consi. 225. in cã, nu. 1. uol. 5. Se-
4 cundò, † quia statutum prohibet appellationem sub pœna librarum vigintiquinque, quo casu videtur uelle q soluta pœna appellatio ualeat, Bar. in l. prætor. ff. de noui ope. nun. & ibi Pau. & Alex. qui dicunt communem, & Pau. de Cast. consi. 63. in 2.
5 par. Alex. consi. 24. uolum. 6. Tertiò, † quia sententiæ fuerunt latæ ex consilio sapientis, & non simpliciter ab ipsis Dominis Patialibus, quo casu non uidetur prohibita appellatio, quando ex relatione alterius fertur, ita consuluit Soci. in consil. 195. col. 2. in fi. vol. 1. & in consi. 39. num. 13. volu. 4. Dec. in c. quoniam contra, nu. 2. de proba-
6 tio. Quartò, † quia statutum prohibens appellationem, & nullitatem, non compræhendit tertium comparentem respectu sui interesse, quia ipse poterit comparere, dicere, de nullitate, & appellare, Abbas & Dec. sub numero 8. in c. super eo. de offi. iudic. de lega. idem Dec. consi. 616. nume. 16. Alex in l. sæpe. ff. de re iudi. Fely. in c. qualiter & quando, il 1. numero 13. de accusa. & Hippo. sing. 195. & impedire executionem, per supradicta, & per eundem Hippoly. sing. 274. licèt regulariter, Afflict. decisio. 235. Octauia. Pedam. decisio. 38. obtéta sententia, car. 152. Alex. consi. 15. uol. 6. latè Did. pract. q. c. 14. 15. & 16. Rota Perusi. decis. 26. in 1. par. & Pet. Anto. Angustol. li. 3. consi. 15. car. 74. Hinc est q fideiussor de iudicio sisti potest comparere, & appellare, & retardare executionem, Pet. Anchar. Regien. q. 19. in 2. par. Laur. Silua. consilio 84. consilio 85. numero 6. uolum. 2. Bursat. consilio 203. numero 12. libro 2. & Rodericus Soarez titu. de losemplazimentos, numero primo, & sequen. & numero 20. &
7 21. car. 775. † & prodest etiam principali talis appellatio. Rui. consi. 121. numero 9. uolum. 5. Natta consilio 457. uol. 2. & Cepha. consilio 106. uol. 1. dixi supra, decis. 8. nu. 6.

Aloysius asserebat sententiam ualidam, & iustam, & ab illa non potuisse appellari, nec de nullitate dici etiam a Dom. Monardo saltem ad effectum suspensiuum, & sic q omnino debeat exequi. Primò, quia isti Patiales, & boni uiri procedunt secundum bonam æquitatem sola veritate in-
8 specta, † & quando iudex ut bonus uir arbitratur, uidetur quòd ab eo nunquam appellatur, ut tradit Inno. in c. præsenti. de re scri. libro 6. & quia contrarium voluit Barto. in l. si qua pœna. ff. de verborum signifi. in quarto notab. numero quinto. Ias. in l. quod iussu, numero 61. ff. de re iudica. latè Tiraq. in l. si unquam. uers. omnia, numero 31. de reuoc. dona. Dec. in c. ad hæc. de

de appella. ideo transeo ad alia fundamenta, aduertendo tamen q a sententia lata in causa reductionis ad arbitrium boni uiri confirmatoria laudi non appellatur ad effectum suspendendi executionem præstita fideiussione de restituendo in casu succumbentiæ, Cæpol. in cons. 16. car. 17. in ciuilibus, latè Rota Bononi. decis. 15. car. 19. Se-
9 cundò, † quia statutum in specie prohibet appellationem a sententijs dictorum Patialium, quo casu actus factus contra prohibitionem statuti, quando statutum disponit prohibitiuè est ipso iure nullus. l. non dubium. C. de legib. c. in nomine Domini, de testib. & ibi notant, Fel. & Dec. & Cassa-
10 ne. consilio 39. numero 35. & 34. † & dicendo statutum, quòd a sententijs latis per Dominos Patiales non possit appellari, & de nullitate dici, & sic in numero plurali, uidetur etiã prohibita appellatio a qualibet interlocutoria, lata super incidenti, uel emergenti, quia indiffinitè loquitur in numero plurali, & in vna, & eadem causa non uidetur posse uerificari numerus pluralis, nisi etiam intelligamus de incidenti, & emergenti, adnotata per Dec. cons. 44. nu. 3. & 6. Paul. de Cast. consi. 91. nu. 9. uol. 1. Paris. de sindica. c. an stante statuto. col. 1. Perus. c. pastoralis. nu. 22. de appella. & tanto magis, quia appellatio in specie est prohibita a sententijs latis, & datis per istos Patiales, quo casu quando ita in specie prohibetur, intelligitur etiam de interlocutorijs, ut dicit Perusi. in c. pastoralis. sub numero 22. uersi. sextò quæritur, & ibi Dec. numero 10. uersi. sed considerandum est, de appella. faciunt adducta per Pau. de Cast. in l. ante sententiam, colum. fi. ff. de appella. Aret. consilio 20. colum. 1. 2. & 3. Ferdinand. Loaz. in repeti. tituli. Instit. de iust. & iu. numero 40. decisio. Perusi. decis. 38. numero 6. in 1. par. ubi statutum prohibens appellationem a sententiis interlocutorijs adhoc ut aliquid operetur cõprehendit etiam sententiam interlocutoriam ha-
11 bentem uim diffinitiuæ, † & quando statutum remouet appellationem ullo modo appellari non potest saltem quo ad effectum suspensiuum, Alex. cons. 96. cons. 225. nu. 18. uol. 6. consi. 139. num. 1. uol. 7. Rota Bononi. de decis. 15. in fi. & Paris. de sindica. c. an stante d. statuto. Tertiò, quia statutum prohibens appellationem, uidetur uelle quòd statim, & ante decem dies ad appellandum possit peti executio dictæ sententiæ, & fieri per iudicem, alias eius uerba nihil operarentur, si executioni non mandarentur, iuxta tradita per tex. in l. 2. §. post originem. ff. de orig. iur. glo. in proœmio Institu. in uerbo, per legitimos tramites. cũ
12 similibus. † ubi in uanum essent leges cõditæ, nisi executio illarum alicui esset commissa, & per officiales, & iudices executio-
13 ni mandarentur, † & quando lex, aut statutum prohibet appellationem, potest peti executio, & illa concedi debet intra decem dies ad appellandum, Calderi. consilio 5. Ias. in l. si arrogator, numer. 63. ff de adoptio. Perusi. c. pastoralis. sub numero 10. de appella. Rolan. consilio 77. numero 20. & seq. uolum. 2. quia talis sententia statim q est lata, transit in rem iudicatam, ut per supradicta, & per Crot. consilio 101. numero
14 8. & 9. uolum. 1. † & postquàm sententia transiuit in rem iudicatam, facit ius irreuocabile inter partes. l. eleganter. §. si quis post cum vulgaribus. ff. de condi. indebi. itẽ habet uim constitutionis, seu statuti. l. 1. C. quando prouo. non est necesse, item facit notorium. l. emptorem. in princ. cum glo. ff. de actio. emp. & c. fi. de cohabita. clerico. & mulie. & pro ueritate habetur, ut in l. 1. ff. de re iudica. & in l. res iudicata. ff. de regu. iur. & præsumitur iusta, & facit præsumptionem iuris, & de iure, nec potest impugnari, ut habetur per Afflict. decis. 13. sub numero 28. & facit de albo nigrum, de non ente, ens, & de nihilo aliquid. Abbas, & Docto. in rubri. de re iudic. Ias. in l. Iulianus, in 2. notab. ff. de cond. indebiti. & Bel-
15 lo. consi. 26. Et † rescriptum Principis nihil operatur, si non est facta mentio in rescripto de re iudicata, Ias. in l. iustitia. ff. de iusti. & iur. col. 2. ubi latè, nu. 10. uers. Nec obstat illud, & num. 11. Bal. in c. studuisti. de offic. delega. n. 3. uers. quęro, supplicatum. Ias. in l. causas. col. 2. nu. 4. & 5. C. de transa. Alex. cons. 37. uol. 1. cons. 236. col. 2. uol. 2. Fel. in c. super literis. col. 9. Dec. cons. 198. col. 3. & Fel. in repertorio suo, in uerbo, Re-
16 scriptũ. † & sententia lata cõtra sententiã transactam in rem iudicatã non ualet, nec transit in iudicatum. Roma. cons. 410. col. 2. Grat. cons. 85. uol. 2. Rota Perus. decis. 72. nu. 24.

nu.24.& nu.30.in 2.par.nisi partes conuenerunt,& consenserunt quòd super illa cognoscetur, prout est laudum contra aliūd laudum, Alex.consi.33.nu.12.uol.1.consi. 84.uol.5.Bero.consi.147.uol.2.Bursat.consilio 411. numero 12.& seq. uolumine 1.
17 Quartò, † quia ab executione non appellatur saltem ad effectū retardandæ executionis, si fuerit præstita satisdatio per actorem de restituendo in casu succumbentię, & petita per reum, ut dicit statutū Fiuizani sub rub.de executio. senten.c.16. col.fi. & per Alex.in l.si se non obtulit.§. condēnatum, num.23.uers.in quantum tamen.ff. de re iudica.Rota Luca. decis.27. nu.45.& 46.in prima par.car.157.Alex.consi.95.numero 3.in 2.uol.Crauet. consilio 273.in fi. uol.2.& Francis. Turzan. in commu.opin. quæst.103. cum similibus faciunt quæ dixi in tract.de tutore, numero 40.car.25.in prima par.& Roma. consilio 77. numero 2.& seq. Grat. consilio 109. nu.14.uol.1. Soc. iun.consilio 138.numero 7.uol.3.& ad opposita in contrarium ad fauorem Ser.Bernardi & Domini Monardi eius filij respondebat uenerandus Pater meus, D.Carolus & contra Ioseph. de Fileteria ad fauorem Magnifici Stephani, & contra D.Sanctem ad fauorem D.Pasquini, *detto il Marchese*, hæc non procedere in casibus istis,& executionem nullo modo esse retardandam. Nā quo ad primum fundamentum respondebatur, non constare de nullitate & euiden-
18 di iniustitia sententiæ, † quia necesse est, quòd sit notoria, & euidens, & quòd ex actis appareat, uel legatur,& oculo videatur in ipsa sententia, aliter manifesta,& notoria non dicitur, ut per Perusi.in c.dilecto in 55.quęst.de appella.Bar.in consi.14.sub nu.15.in 1.uol.per Ias.& Dec.in l.1.C.de erro.calcul.Dec.in c.quoniam contra, sub numero 43.& 44. de probatio. & Niconi.ibi car.149. sub numero 63. Rota Luca.decisi. 24 in 1.par.Cæsar Contard.in l.unica.limita.7.numero 55.& seq. car.160. & limita. 12.car.190.de momenta.possef.& Alphōs. Mendoc.in tract.de compatibili.& in compatibilita.benefi.c.13.numero 73.& 75.& seq.in 1.par.car.28.ubi etiam habetur, quænam sint exceptiones requirentes altiorem indaginem, respondetur etiam quo ad iniu
19 stitiam, † quod in causa executiua non possunt opponi, & reuangari exceptiones peremptorię contra sententiam, & quæ poterant opponi in prima instantia, sed agere debet ordinario iure si potest, text.est in l. peremptorias. C. senten. rescin. non pos. habetur per Paul. de Cast. in consilio 197.uol.1.consi.166.num.3.in 2.par.Ruin. consi.52 numero 15. consilio 257. uolum. 2.Bar.in l.1.& ibi Docto. C. de iur.& fac. ignor.Aret.consi.85.colum.2. Petr. Duen.
20 regula. 262. Boer.decisio.43. † Nec quod deductum fuit in principali causa per uiā exceptionis potest de nouo excipi in causa executionis, ut per Dec.consi.96.Crau. consilio 201.sub numero 38.& seq. Paul. de Cast.consilio 116 col. pen. uol.1. consi. 30.& consi.112.uol.2.Alba.consilio 14.numero 6.Roma.consilio 410.numero 3.& 4. & Bal.in auct. si qua mulier. num.2.C.ad
21 Velleia.& Afflict.decis.13.num.28. † Sed quando dictę exceptiones nullitatis,& euidentis iniustitiæ non essent oppositæ in prima instantia,& incontinenti possent probari, & nullitas fuisset ex defectu iurisdictionis, aut solemnitatis, & substantialiū, ac formæ non seruatę bene possent admitti,& impedirent executionem non obstante dicto statuto, quia non intelligitur de istis exceptionibus & nullitatibus Alex.d. consi.97.numero 5. consilio 225. numero 20.uolum.6.Ruin.consilio 37.nu.7.& 15. uol.2.Soc.consi.46. nu.5. et seq. uolum 4. Paul.de Cast.consilio 165.columna fi.uol. 2.Perusi.c. dilecto, quæst.49. num.117. et seq.car.68.de appella. Dec. consi.360.numero 1.et 2.et Cęsar.Contard.in d.l.unica. limita.7.numero 63.et seq.C.si de momen-
22 ta.posses.car.162. † et incontinenti dicitur posse probare, quando eadem instātia executiua probaret, Roland. consi.2.numero 38.et seq.uol.3.Alexan.consilio 101. super numero 4.et seq.uolum.4.consilio 166.numero 2.et 3.uol.2. Rota Luca.d. decis.24. et decis.27.numero 56.et seq.in 1.parte.et tetigi in tracta. de tutore, numero 215. in fi.car.204.in prima impressione. Ad secundum fundamentum, quod statutum prohibet appellationem sub pœna, et non pro-
23 cedit ulterius annullando actum, † respondetur prædicta procedere, quando pœna non potest concurrere cum annullatione actus,& annullatio actus nō tendit in præiudi-

iudicium eius, cui pœna imponitur, vt tradit Barto. in l. prætor. ff. de noui ope. nuncia. & ibi sequuntur Pau. de Cast. & Alex. qui dicunt communem opinionem, & habetur in c. in nomine Domini, de testib. & ibi Fely. & Dec. numero 11. Pau. de Castro consilio 62. in 2. par. Alexand. consilio 24. uolum. 6. Iacob. Machel. patroci. 43. numero 3. Aret. consilio 20. Sed in casu isto cum annullatione actus pœna concurrere potest, & annullatio tendit in præiudicium eius, cui pęna imponitur: ergo appellatio non procedit, & tanto magis in casu isto, quia statutum primò facit prohibitionem simpliciter, & postea in casu contrafactionis imponit pœnam contrafacienti, quo casu pœna uidetur adiecta ad augendam prohibitionem statuti in præiudiciū eius, cui prohibetur appellatio: vnde inducta in odium, non habent retorqueri in fauorem. l. quod fauore. C. de leg. l. legata inutiliter. ff. de legatis primo. & ita sequitur, & declarat Dec. in d. c. in nomine Domini, sub numero 11. versicu. secundus casus, & in proposito Areti. d. q. 20. Pau. de Castro consilio 62. quod dicta conuentio. volum. 2. Circa tertium, quòd non censetur prohibita appellatio, quando sententia fertur
24 ex relatione alterius. † Respondetur illud procedere, quandò statutum simpliciter loqueretur de sententia Patialium nulla facta mentione de consilio sapientis, secus quando statutum se declararet, & loqueretur de sententia lata per ipsos Patiales absque relatione, & postea etiam de sententia cum relatione, & postea subiungeret dicendo, & a talibus sententiis latis non possit appellari, &c. quia tunc clarè constare dicitur de mente statuentium voluisse intelligere de sententiis latis per ipsos Patiales sine relatione, uel cum relatione,
25 † nam sequentia declarant præcedentia, ut per Ioan. de Amic. consilio 67. columna fi. Bald. in l. fi. C. de hæredi. uel actio. & ex præcedentibus & sequentibus declarantur, & probantur media. Corne. consilio 139. numero 9. uolum. primo. consilio 217. numero 5. uolum. 2. consilio 126. numero 4. uolum. 3. Corset. singu. in uerbo, probatio possessionis. Alcia. de præsumptio. præsumptio. 17. & ita semper fuit interpretatum, & obseruatum statutum, & in causa Pasquini *detto il Marchese*, contra Dominum Sanctem de anno 1564. fuit per Dominos Auditores Rotæ Florentinæ informatum super precibus porrectis per Dominum Sanctem, & rescriptum per Principem. *Osseruasi gl'ordini* * & ita sententia exequuta fuit. Quo uerò ad quartum fundamentum, quòd uidetur satis vrgere, respondetur Dominum Monardum, & Dominum Sanctem comparuisse in iudicio procuratorio nomine, & pro eorum interesse a principio, & sciuerunt causam fuisse mo-
26 tam, † quo casu sententia lata contra principalem præiudicat etiam tertio, Deci. consilio 187. Petr. Anto. Anguffol. in consilio 16. libro tertio. car. 73. adeo quòd ubi est prohibita appellatio respectu principalis, censetur etiam prohibita respectu talis tertii, qui sciuit causam agi, & in ea comparuit, ut tradit Barto. Imo. & Ange. in l. a sententia. ff. de appellatio. Fely. in c. cum super. de senten. & re iudica. in fi. ubi in effectu concludit, quòd ipse tertius ita comparens fecit se partem, & regulatur in causa sicut principalis, vt tradit Fernand. de Loaz. in repetitio. l. filiusfamilias. §. diuus. numero 320. & 325. & numero 327. Boeri. decisione 79. sub numero quarto, & in effectu consideratur, an tertius comparuerit in causa, & fuerit sciens, uel ignorans, & solùm quando fuit ignorans, sententia ei non præiudicat, & potest appellare, & sequitur Roderic. Soarez in l. post rem. ff. de re iudic. numero secundo, car. 587. Barto. & Docto. in l. cum filius. ff. de uerborum obligatio. Corne. consilio 11. consilio 25. in tertia par. Dec. in c. sua nobis, sub numero quinto. de appellatio. car. 185. Rota Luca. decisio. 56. & Rota Perusi. decisio. 26. numero 17. & sequen. & numero 25. in prima par. ubi declarat scientiam tertio non pręiudicare quo ad effectum appellandi, quando sententia principalis conuenti lata contra unum non præiudicat tertio, quia tunc sola scientia non præiudicat, nisi sciat etiam omnes qualitates sententiæ, & causæ principalis, & non est dubitandum de ualiditate dicti
27 statuti prohibentis appellationem, † quia appellatio non solum potest prohiberi per Principem non recognoscentem superiorem, secundum Abba. & Felyn.

in c.pastoralis in causa, de appella. & Ruin. in rubri. de arbitris, ubi loquitur in Dominio Florentino, sed etiam per inferiorem habentem potestatem statuendi, Bald. in l. fin. C. quomodo appella. & potest etiam pęna imponi, sicuti per legem imponitur. l. ab exequutore. in fi. C. quomo. appella. nõ recipi. l. 2. C. de Episco. audi. Bal. in l. 1. per illum text. ff. de offic. præfe. præto. & etiam per partes. Soc. iun. consil. 138. nume. 5. uolum. 3. & præcipuè in casu isto, ubi statutũ est approbatum, & confirmatum a superiore, & terra Fiuizani habet iudices primarum appellationum, Alexand. consil. 139. uolum. 2. Roland. consi. 29. nume. 5. 6. consil. 86. nume. 25. & sequẽ. uolum. 1. car. 425. Beninten. Rota Bononi. decis. 96. statutum. Ex quibus colligitur, quòd non potest appellari etiam ad iudices Rotę Florentinæ Ciuitatis prædominantis posteaquàm a Domino illius Ciuitatis prædominantis fuerunt, & sunt confirmata, & ita IUDICAVIT * Rota Florẽtina de anno 1551. ad fauorẽ dicti Aloysij, & executio demandata per D. Iudicem Fiuizani, sicut etiam fuit IUDICATUM * de anno 1566. Fiuizani contra D. Sanctem, & iterum IUDICATUM * de anno 1568. ad fauorem Magnifici Domini Stephani, & omne sñiæ executioni demandatæ, & ita practicatur Fiuizani, nisi nullitas euidens, aut manifesta iniustitia sit patens, quãuis quo ad effectum deuolutiuum aliquando admittatur appellatio, & si constat iudici ad quem de nullitate substantiali, aut de manifesta iniustitia reuocat sententiam Dominorum Patialium, ut fuit IUDICATUM * Fiuizani per Magnificos Dominos Priores Fiuizani de anno 1569. contra Pationum, & confirmatum per Rotam Florentinam, aduocante doctissimo Fratre meo, D. Dionysio, nunc meritissimo prætore Ciuitatis Bobbij Lombardiæ.

Considerandum est, quòd in curia nostra Fiuizani iudex executionis, qui habet exequi cum cognitione causæ intra mẽsem, est capitaneus Fiuizani, seu eius iudex tam ex dispositione statutorum, quàm capitulorum nouæ reformationis editæ de anno 1507. & debet peti ad banchum ciuile, ubi Notarij nostri Fiuizani sunt electi, & extracti è bursa a Dominis Prioribus singulis tribus mensibus, & soluunt Cõmunitati libras vigintiquinque pro illis tribus mensibus, & non potest peti executio coram alio bancho, & tribunali, aliàs petitio, & acta essent nulla, & facta coram iudice incompetenti, nam tota iurisdictio Magnifici D. Capitanei, & Iudicis, ac officialium in ciuilibus pendet ab authoritate statutorum, & constitutionum Fiuizani approbatorum, & confirmatorum ab officialibus Ciuitatis Florentiæ deputatis a Serenissimo nostro Magno Duce Aetruriæ:

28 † ergo vltra eorum authoritatem extendere se non debent, ut not. Barto. in l. more maiorum. nume. 9. versic. quærit glo. ff. de iurisdi. omni. iudi. ubi dicit, quòd lex, Princeps, consuetudo, populus, & vniuersitas dat iurisdictionem, & non extenditur de loco ad locum, neque de bancho ad banchum, vt sentit Cumia in ritib. Magnæ Curiæ Siciliæ, cap. 38. nu. 389. & seq. car. 223. Sebastia. Vanti. de nulli. ex defe. iuris ordina. nume. 40. & seq. uersic. Magistratus itaque, car. 78. Roma. consil. 501. nume. 8. & 9. & ibi Mandosi.

29 † & nemo debet alterius iurisdictionẽ turbare, aliàs actus erit nullus, & talis turbans poterit puniri, ut dicunt Sebast. Vanti. & Cumia supra citati. & Bal. in l. repetita. C de Episc. & Cleri. verum est, quòd iudex poterit committere, & etiam pars militi socio effectum executionis statim quòd erit pronuntiatum mereri executionẽ sententiam, uel instrumentum, tanquam mero executori.

30 † Nam miles socius solus est merus executor, & nullam habet causæ cognitionem super grauamentis fiendis, & factis, nam ad eum non pertinet cognoscere de iustitia, vel iniustitia, Bal. in l. apud Trebatium. §. aquæ. ff. de aqua pluuia. arcen. Imo. in clem. 1. de offic. iudi. delega. & in c. fin. de præsumptio. & ibi. Docto. & si est oppositum corã eo de nullitate executionis, & grauamenti, vel sententiæ, aut instrumenti, non debet interloqui, sed remittere ad iudicem cognitionem causæ habentem, & suspẽdere executionem, nisi nullitas esset euidens, notoria, & manifesta, quia tunc non debet exequi, Stepha. Aufreri. in additio. ad Capel. Tolosa. decisio. 344. colum. 3. Roland. consil. 37. numer. 14. & 15. volum. 1 &

supra

supra dixi decis. 5. sub numero 18. versi. & iste miles socius. car 64. uel statim commissa sibi executione illam facere, & postea permittere, ut ad banchum ciuile Notarij Fiuizani cognoscatur de validitate, vel inualiditate grauamenti, ad quod non aduertunt *Pietro del Turcone*, *Salustio*, *l'Isolano*, & alij vulgares procuratores.

31 Et † in causis executiuis proceditur secundum statutum Fiuizani, etiam quod forensis peteret executionem, Lancellot. Conrad. de offic. prætor. lib. 1. rubr. de executio. senten. sub numer. 13. col. 2. in fi. car. 217. Prosper Carauita, in ritib. Magnæ curiæ, ritu 28. numero 7. car. 202. Soc. consi. 167. columna 6. uersi. tertiò quæritur. uol. 2. Maran. in 6. par. in 3. actu. numer. 10. car. 265. Ias. in l. a diuo Pio. §. sententia verò, colum. 3. versicu. limita quando sententia, & nume. 16. ff. de re iud. Roch. de consuetudi. sectio. 9. num. 54. car. 122. & intra mensem secundum hoc nostrum statutum, & si non adesset statutum particulare super executione, secundum statutum generale, sub rub. quanto tempore durat instantia cuiuslibet causæ. c. 15. ut dixi supra, in decis. 3. nu

32 me. 24. Alba. consi. 96. † Quamuis sit magna altercatio inter Doctores, an executionis cã hẽat instantiã: tamẽ magis cõis opinio est, ꝙ hẽat instantiam, si in illa requiritur aliqua causæ cognitio, Alex. consi. 50. num. 13. & sequen. uol. 2. Paul. de Castro in l. 1. num. 5. & 6. C. de iureiuran. ubi dicit, quòd quilibet articulus cognitionẽ causæ requirens habet instantiam, & Afflict. decis. 346. nu. 6. & seq. ubi & ipse ita distinguit Mar. Frecia, de prẹsenta. instru par. 10. quęst. 1. Ioan. de Amic. consi. 66. colum. pen. ubi in proprijs terminis, & Lancellot. in tract. de attenta. in 3. par. c. 23. nu. 104. & seq. car. 475. ubi dicit magis communem, & Cumia, de ritib. Magnæ Curiæ Siciliæ, c. 4. num. 19. & seq. car. 14. Bero. consilio 38. numero 7. uol. 3. quibus in locis habetur, ꝙ si sententia, instrumentum, & laudum statim productum debeat exequi absque alia causæ cognitione, quòd tunc non habet instantiam, quia iudex nihil habet pronunciare, ut sentit etiam Soc. in consi. 95. capiendo primum, col. 2. ibi, aut nihil a iudice est pronuntiandum, uol. 1. car. 127. si uerò requirit aliquam cognitionem causę, tunc habet instantiam, & ita fuit IVDICATVM Petrasanctę de anno 1561. & si ille, qui petit executionem non est principalis, sed procurator generalis ad lites non ua

33 lebit executio, † q. a requiritur ad petendã executionem speciale mandatum in indiuiduo, nam posset incidere dominus in pœnam, ità dicit Soc. iun. consi. 92. num. 4. vol. 3. car. 112. Roland. consilio 43. numero 8. & seq. uol. 1. Franc. in c. qui ad agendum. §. procurator, de procura. lib. 6. car. 70. & Cæsar Contard. in d. l. unica. limita. 19. nu. 56. & 57. C. si de momenta. posses. car. 226. vbi dicit non procedere de iure canonico,

34 † & isti Patiales tenentur super meritis iudicare non obstante nullitate processus nõ substantialis, & non possunt absoluere ab obseruatione iudicij, propter illa uerba, sententiare, finire, & terminare, quia non finirent, nec terminarent absoluendo ab obseruatione iudicij, ut dixi supra in decis. 7. & in terminis loquitur Arnon. singula. 65. princip. per regiam nouellam. Dec. in c. causam, quæ num. 2. de testib. Alex. consi. 50. numero 5. uol. 2. & in additio. ad Bar. in l. 3. ff. de accusa. & Bar. in l. generali. C. de de

35 curio. lib. 10. † & exceptiones respicientes merita causæ, negotij ueritatem, ac partis defensionem nõ censentur remissæ a statuto isto Patialium per illa uerba, sola rei ueritate inspecta, & nulla iuris, aut statutorum solemnitate seruata, & prout & sicut ipsis uidebitur, & placebit. Sed solum, quæ respiciunt ordinem processus. Sebastia. Vanti. de nulli. tit. quid sit nullit. & unde dica. num. 29. car. 7. & tit. quot, & quib. mod. nullit. propo. pos. nu. 127. & nu. 128. car. 151. Zabarel. consi. 7. Cur. iun. consi. 192. numero 62. & 63. vol. 3. Alexã. consi. 80. nume. 8. uol. 4. Riminal. iun. consi 237. numero 62. uol. 3. Rota Bononi. decisio. 36. Rimin. sen. consi. 738. numero 6. uolum. 4. & solùm inter homines Fiuizani, & eius curiæ habet locum dictum statutum, quia loquitur de differentiis uertentibus inter homines Fiuizani, & curiæ, & non dicit de aliis personis, quo casu apparet statutum solum suis

36 subditis uoluisse præbere auxilium, † & ideo uerba istius statuti sunt strictè accipiẽda, cum corrigant ius commune, Octauia. Pedamonta. decisio. 4. car. 15. numero 10.

37 † Adeò ꝙ forensis non potest uti benefi-

cio

cio istius statuti, nec contra ipsum potest operari. Pau. de Castro consi. 10. si vera, numero 2. uol. 1. & est communis opinio. Pa-
8 ris. consilio 12. uolu. 3. † Nec etiam Fiuizanensis litigans cum forense, cum sit casus mixtus, & verba statuti non verificantur in omnibus, & per omnia, vt videtur tex. in c. statutum, & ibi Dominic. & Docto. de electio. in 6. Geminia. consi. 131. Deci. consilio 352. numero 5. col. 3. & Ancha. consi. 37. colum. 1. in fi. Rui. consi. 53. num. 13. consilio 200. numero 12. uol. 2. Tiraq. in tract. de nobilita. c. 37. numero 113. & in compromisso idem est dicendum propter eademmet verba. Plot. in l. si quando, nume. 145. vers. imò quod notandum. C. vnde vi. & in repertorio suo, rubr. de bonis ad cridas ponendis, uers. decreti beneficio. car. 53. Dec. consi. 661. Soc. consi. 220. col. 4. vers. tertiũ, quod allegatur. uol. 2. & Sebastia. Vanti. de nulli. ex defe. iurisdi. numero 102. car. 90. & ita semper fuit obseruatum * in curia Fiuizani, & obseruatur, & aliquando pro cautela datur, quod porriguntur preces Serenissimo Magno Duci, & ex gratia conceditur ꝙ causa possit cognosci per Dominos Patiales, adeo ꝙ ex isto capite iudiciũ intentatum per Dom. Pasquinum, *detto il Marchese*, contra Lombardum forensem poterat esse nullum, & sententia lata ab incompetenti iudice, si non erat factum sanabile per rescriptum Principis.

DE IVDICIIS.

DECISIO XI.

ARG.

Sententia lata contra formam statuti, & non uerificatis omnibus qualitatibus statuti, & ipso iure nulla.

Statutum, quòd quis non debeat audiri contra sententiam, nisi solutis libris decem, & refectis expensis, non compræhendit sententiam latam cõtra formam dicti statuti.

SVMMARIVM.

1 *IVdex, & arbiter si est oppositum non esse tales, quales se faciunt, tenentur probare se habere iurisdictionem, & authoritatem ita iudicandi.*

2 *Iudex, & arbiter, ac Sindici non possunt probare eorum iurisdictionem, nisi per scripturam.*

Iurisdictio non probatur, nisi per scripturam.

3 *Iuramentum non potest deferri in supplementum probationis in casibus, in quibus requiritur scriptura.*

4 *Excipi semper potest, tu non es iudex, Sindicus, nec procurator, non obstante statuto prohibente dici de nullitate.*

5 *Sententia lata extra, aut contra formam statuti, dicitur lata a persona priuata, & nullum producit effectum. nu. 24.*

6 *Verbum, quæstio, prolatum a statuto, aut a lege, importat iudicialiter per litis contestationem, secus si ad homine. & nu. 35.*

7 *Verbum, petere, importat iudicialiter per litis contestationem. & nu. 35.*

8 *In qualibet causa requiritur talis, qualis petitio parte citata.*

9 *Citatus quis non dicitur, nisi præcedente relatione in actis.*

Citatio debet in actis apparere ad hoc vt valeat, & non potest probari per testes.

10 *Statutum ad hoc ut habeat locum, debent omnes qualitates, & conditiones statuti ad unguem uerificari nu. 20. 21.*

11 *Petitio, & processus totus factus coram iudice ordinario debet reproduci coram sindicis, iudice appellationis, & alio iudice mutato, ad hoc ut faciat fidem, & sententia ualeat, numero 12. 13. 14.*

Sentẽtia non ualeat sine petitione, nu. 14. & 15.

13 *Appellans tenetur totum, & integrum processum validum factum coram iudice a quo, reproducere iudici appellationis, aliàs sententia esset ipso iure nulla.*

15 *Partes non possunt remittere petitionem, & substantialia processus.*

16 *Sindici, & arbitri non possunt iudicare, nisi super causis expressis a statuto tribuenti sibi iurisdictionem limitatam, aliàs sententia erit ipso iure nulla. nu. 24.*

17 *Iudex ad particulares, & limitatas causas non potest de eius iurisdictione cognoscere quando est oppositum, & est dubium, nec potest exercere iurisdictionem donec fuerit iudicatum de sua iurisdictione.*

18 *Sententia lata sine iuramento, & parte non citata, est ipso iure nulla, quando statutum man-*

mandat iurari in sententia.

19 *Sententia lata a sindicis, & a iudice extra tempus statuti, est ipso iure nulla, licèt pœna debeatur, & quando, & nume. 34.*

21 *Vtile per inutile vitiatur in indiuiduis.*

23 *Statutum denegans audientiam non solutis libris decem camerario, & refectis expensis parti operatur, quòd quis non potest agere, & appellare deficiente uno sobolo, & si ad ulteriora procedatur parte opponente processus erit nullus.*

24 *Sententia lata extra, aut contra formam statuti, & in casibus a statuto non expressis, est ipso iure nulla, & dicitur lata a persona priuata. nume. 40.*

25 *Beneficio statuti non gaudet, qui facit contra statutum, & non potest exceptione statutaria se iuuare.*

26 *Folla facta contra formam statuti, non ualet, & potest quis etiam post quindecim dies comparere, & contradicere cridis, non obstante statuto.*

27 *Statutum prohibens appellationem, & recursum a sententia sindicorum, intelligitur de sententia valida, & non nulla. nume. 54.*

28 *Exceptio proueniens a statuto dicitur sublata, sublato statuto.*

29 *Statutum, quòd fiat compromissum in arbitros, intelligitur parte petente, & citata.*

Statutum, quòd quis debeat se præsentare intra tres dies coram Patialibus cum literis D. Potestatis, debet intelligi parte citata ad hoc specialiter.

30 *Citatio requiritur in quolibet actu præiudiciali parti, aliàs actus non ualet.*

31 *Iuramentum requisitum in aliquo actu, uidetur requiri pro forma.*

32 *Sententia lata in die dominico, vel extra locum banchi iuris, est nulla.*

33 *Iudex quando uadit ad locum differentiæ, debet citare partem, ut tali die conferunt se cum suis iuribus ad talem locum.*

35 *Sindici non possunt iudicare super causis damni dati sine interuentu fisci.*

36 *Iudex causarum ciuilium non potest se intromittere in causis criminalibus, aut mixtis.*

37 *Causa dicitur criminalis, quando agitur per uiam accusationis.*

38 *Statutum loquens de causis ciuilibus, non habet locum in causis criminalibus, & mixtis.*

39 *Iudex, qui contra iura, & statuta iudicat, dicitur in dolo, & in mala fide.*

41 *Sententia licèt faciat mentionem de libello, citatione, & informatione sumpta, & de alijs actis, non probat acta interuenisse nume. 43.*

42 *Pro iudice non præsumitur, quando non seruat ordinem iuris, aut statutorum.*

44 *Acta, & probationes non interuenisse probatur per productionem processus, uel fidem Notarij, quod non reperiuntur in actis.*

45 *Stylus, & consuetudo differunt inter se, & quando seruandus est.*

46 *Consuetudo respiciens decisionem causæ plenè debet probari, & est difficilis probationis, & quomodo, remissiuè.*

47 *Consuetudo, & stylus contra ius non ualet, nec attendi debet.*

48 *Consuetudo, quando est contra ius, non introducitur, sed præscribitur spatio quadraginta annorum.*

49 *Populus, & uniuersitas non habens simpliciter auctoritatem condendi statuta, & leges, non potest introducere consuetudinem absente suo superiore.*

50 *Vbi agitur de substantia contractus, & statuti stylus, & consuetudo in contrarium non procedit.*

51 *Consuetudo, stylus, & obseruantia non inducitur ex uario modo seruatis.*

52 *Iudex debet attendere quod est de iure, & non quod de facto factum est de præterito.*

53 *Vsus imperitorum non facit ius, & mala practica non est obseruanda, sed leges, & canones.*

54 *Statutum prohibens dici de nullitate, non intelligitur de nullitate ex defectu iurisdictionis, formæ non seruatæ, & substantialium.*

55 *Statutum prohibens appellationem, & recursum, non intelligitur prohibere dici principaliter de nullitate. nume. 57.*

56 *Recursus est species appellationis.*

De nullitate potest dici quinque modis.

58 *Statutum, quòd quis non audiatur nisi solutis libris 10. aut refectis expensis, non habet locum in excipiente.*

Statutum loquens in agente, non habet locum in excipiente.

59 *Statutum, quòd quis non audiatur, nisi soluta gaballa, uel non possit appellari, nisi soluat libras 10. non procedat in sententia, & actu nullo.*

Gabella

Galella non soluitur de instrumento, sententia, & actu nullo.

61 *Statutum denegans audientiam cum qualitate, si non soluerit libras 10. communitati, intelligitur si oppositum fuerit ante litem contestatam.*

Item intelligitur si petitæ fuerint.

62 *Item intelligitur, si fuerit oppositum a fisco, & sindico communitatis, & non ab alio.*

Nemo potest opponere de iure fisci, nisi sit iam incorporatum cameræ fiscali.

63 *Attentata statim debent reuocari cum fructibus, damnis, & expensis, sententia nulliter declarata.*

DECISIO XI.

IOan.Petrus quondam Petri de Crispiano accusauit D. Caterinam Ioannis Antonij de dicto loco, quia dedit damnum in eius petia terræ; ipsa comparuit coram D.Potestate,& negauit, & petijt Sindicos Communis super dicta differentia, ut diffinirent,& ponerent terminos,& fuerũt electi Marianus, & Petrinus de Perotta, qui velo leuato absque petitione, & probationibus per solam loci visitationem posuerunt terminos, & absoluerunt dictam D. Caterinam, a qua sententia fuit dictum de nullitate coram D.Potestate Gropi Sancti Petri. Et ex statutum in dicta curia Gropi Sancti Petri, eiusdem substantiæ,& qualitatis, cuius est statutum Fiuizani, sub rubri. de electione duorum Sindicorum, & eorũ officio.cap.4.ita disponens.

STatuimus, quòd singulo anno eligãtur duo Sindici, qui debeant diffinire quæstiones ductus aquarum,itinera viarum,& confinium,de quibus esset quęstio inter aliquos,& teneantur illi duo Sindici de præcepto iusdicentis ire per totam curiam, & fieri debeat ad petitionem cuiuscunque, qui diceret se grauari per follam factam, aquæ ductum, iter, actum,vel viam, aut confines, vel terminos motos,cloachas,uel necessarios, aquarolos, vel putredinem, seu turpitudinem aliam supradictorum, & ipsas quæstiones sub sacramento diffinire bona fide,qui Sindici teneantur sententiam, & differentiam de dicta quæstione,& facto facere, & finire infra quindecim dies post præceptum eis factum, & subrogationem suspectorum sub pœna solidorum quadraginta,& quicqd per ipsos Sindicos fuerit concorditer diffinitum a partibus obseruetur, & si in sententia discordant eligatur tertius per iusdicentem Fiuizani, qui sententiam infra dies decem in concordia saltem alterius ferre teneatur sub pœna supra dicta.Et quòd per duos ipsorum diffinitum fuerit, robur obtineat, & firmitatem. Nec possit aliqua partium appellare,seu ad iudicium ordinarium super ipsa recurrere, nisi primo soluerit camerario cõmunis libras decem imperialiũ, & restituerit alteri parti omnes expensas, quibus solutis audiatur per iusdicentem ordinario iure super facto principali.

Et quoniam similes casus sæpissimè occurrũt etiam in curia nostra Fiuizani, vt iudices possint verum a falso discernere, & intelligentiam veram, & realem dicti statuti habere, & Cancellarij tueri, & non destruere partem fisci, & communitatis in exigendo condemnationes damnorum datorũ prout debent: in primis antequàm decisionẽ propositæ quæstionis deueniam, necessarium fore existimaui declarare, qui dicũtur Sindici veri, & sententiæ Sindicorum, adhoc ut solum remaneat discutiendum,an sententia Sindicorum fuerit iustè,aut iniustè lata, & an qui voluerit venire contra,debeat soluere libras decem camerario, & restituere

1 expensas parti: † Nam si opponeretur per partem istos, qui sententiarunt, non esse Sindicos, & nullam habere iurisdictionem ita iudicandi,tenerentur Sindici, vel pars, quæ obtinuit sententiam pro se demonstrare,& probare eos esse Sindicos, & habere iurisdictionem ita,& taliter iudicandi, ut habetur per Bart.in l.2. §. prætor ait.ff.qui satisda.cogant.& ibi latè Ias. Barba. consil. 12.in 4.uolum. Aret.consil. 68. Bald. consi. 169.in 3.par.

Debent ergo in primis probare esse Sindicos, quod non uidetur probari posse nisi docto de eorum electione facta secundum formã

2 statuti, † & de tali electione taliter facta non potest fieri fides,nisi per scripturam.c. quia propter, & c.innotuit.de electio. in 6. notat glo.in c.1.de censib.& maximè,quia per eam uidetur agi de probanda iurisdictione, & in ea probanda requiritur scriptura, sicut quando de probanda iurisdi-

ctione

ctione ordinaria agatur, ut tradit Bart.in l. prohibitum.C.de iu.fisci.lib.10.Ias.in l.more,nume.53. ff. de iurisdi.omni. iudic. sicut etiam dicitur de iurisdictione delegata, ut per Felyn.& Docto.in c.cum in iure. de offic.delega.Ang.consil.188.& Roman. cons. 59.nume.6.& Carol.de Grassel.super regali.Franc.lib.1.ius.8.car.88.& seq.uersi.item
3 alius est casus, ubi plures casus ponit, † & his casibus, quibus probatio debet fieri per scripturam, & non potest fieri per testes iuramentum in supplementum probationis deferri non potest,ut per Ias. in l.admonendi,sub nume.127.& ibi Francis.Cur. sub nume.61.ff.de iureiuran. sequitur Carol.de Grassel.ubi supra, car.91.colum.1.
4 † & de tali exceptione, quòd non sit Sindicus, procurator, nec iudex, semper opponi,& dici potest non obstante aliquo statuto prohibente de nullitate dici posse, ut tradit Felyn.& Dec.in cap.ex parte,nume. 24.de offic.delega. dixi supra decisio.1. nu. 28.Petr.Gherar.singula 50.& Iacob. Machel.patroci.8.nume.1.2.& 3.car.51. & dicam infra. Secundò debent probare tulisse sententiam sindicalem,& quòd sit sententia Sindicorum,& mereatur nomen sententiæ Sindicorum, & quod fuerit lata secun-
5 dum formam dicti statuti, † aliàs a priuatis personis diceretur lata,& nomen sententiæ non mereretur, nec ullum produceret effectum, adnotata per text in l.quid tamẽ. ff.de recept.arbit.& Stepha.Aufreri.in additio.ad Capel.Tolosa.decis.114.colum.2. uersic.non enim iudex.& ad hoc ut sententia dicatur sententia Sindicorum dicti statuti,multa requiruntur. Et in primis requiritur, quòd appareat de aliqua quæstione,lite,& differentia inter ipsum,qui petijt Sindicos,& aduersarium per prius coram D. Potestate Groppi Sancti Petri,aut Fiuizani,& quod fuerit lis contestata,& postea petiti Sindici super differentijs a statuto numeratis, quia est eis limitata iurisdictio & cognitio a statuto:nam illa uerba,de aliqua quæstione,verificantur solum per litis contestationem,& ante nõ dicitur quæstio aliqua inter eos nata,adeo quòd oportet porrigere petitionem, & sequuta responsione ad petitionem per reum petere tales Sin
6 dicos,& non ante: † quia verbum,quæstio, uerificatur solum porrecta petitione per litis contestationem.l.3.& 4.ff.fin. regundo. notat Barto.in l.amplius.nume.5.ff.rem ratam habe.ubi dicit, quod quando uerbum, quæstio,profertur a lege,vel statuto,intelligitur per litis contestationem, secus si ab homine,sequitur Corne. consilio 267. lit. Q. in 4.par.Cuma.consi.117.circa mediũ, Soc.consil.244.uolum.2.colu.5.& Blanch. in tracta.de compromis.in quæst.1.num.6. 7.& 9.car.12.ubi dicit esse de substantia, & forma Borrel.in tracta.de compromis.§.2. glo.1.nume.14.& seq. uersic. Quæstio autẽ est.car. 47.ubi habetur de uirtute istorum uerborum uidelicet,quæstio, querimonia, lis,& differentia,& quando a lege proferũtur, & quando ab homine. Secundò requiritur quod per partem coram D. Potestate petantur Sindici post litem contesta-
7 tam: nam † uerbum petere, etiam importat litis contestationem, ut tradit Barto.in d.l.hoc amplius Alex.in l.si decem cum petiero.ff.de uerbo.obliga.& dixi supra,in de
8 cisio.3.nume.30.& ratio esse potest,† quia in qualibet quęstione requiritur petitio talis qualis etiam per uiam postę, dummodo cognoscatur ꝙ importat petitionem, & sine illa non possunt peti Sindici,quia nescirent,super quo esset quęstio,& differentia, & non possent deliberare, & sententiare, nec locum differentiæ uidere, ut per Doct. in clem.sæpe.de uerbo.signific.Corne.consil.56.lit.O, & consil.326.uolum.2. Aret.in §.præterea.Instit.de exceptio.Io. de Amic. consi.94.colum.2.Paris.de Sindica.in cap. utrum iudex.colum. 4. Alexand. consil.91. nume.10.uolum.6.Soc.consil.54.uolum.4. & debet fieri parte citata,glo.in l.2.in fi.C. si propter publi.pensita.Ias.in l. eleganter. ff.de condi.indebi.& Guid. Papæ consilio 119.nume.2. Tertiò requiritur ꝙ petantur Sindici a parte, & sic quod appareat de eorum auctoritate, & ꝙ sibi fiat præceptum per D.Iudicem, uel eius Notarium quod eant super loco differentiæ, & quæstionem diffiniant secundum dispositionem statuti, & hoc fiat parte citata, per supra proxime dicta, & ꝙ constet de relatione præcepti,
9 & citationis, † quia ante relationem non dicitur constare de illorum iurisdictione, & authoritate parte opponente, ut dicit Maranta. Spec. aur. in 4. par. in 16. distinctio.nume.7.& seq. uersicu. quinto dicitur iudicium

iudicium nullum,& in 6.par.in 2.actu principa.nume.10.versic.scias etiam, & Bart.in l.1.C. de relatio. & uidetur non posse constare nisi per scripturam,nã si nuntius postea vellet notificare citasse,& fecisse relationẽ,sibi nec iudici crederetur, quia non põt probari nisi per scripturam, cum sit de actis, ut supra dixi de electione Sindicorũ, & tradit Corol.Grassel.ubi supra,d. 8. iur. car.89.Anchara.in clementi.2.nu.9. ut lite pendente.car.23.Abbas cõsi.84.nu.11.uol. 2.Marsi.singula.462.Ruin.consi.16.num.4. vol.5.consl.68.num.16.17.uol.1. licet possit probare amissionem citationis,uel positionem relationis apud acta per testes,& alia argumenta,ut per Bar.in l. cum quærebatur.in fi.ff.de re iudica.& ponderanda sunt adducta per Mãdosi.in sua praxi ciuili.tit. de inhibitio.q.40.car.15.Quartò queritur, ꝙ si alter est allegatus suspectus,ꝙ alius illius loco de uoluntate domini iusdicentis constituatur, & non a Dominis Prioribus sine consensu, & uoluntate Domini iusdicentis, ut aliquando ignoranter fit, nam ita vult statutum, & dat pro forma ad hoc vt iste electus dicatur Sindicus sta
10 tuti, † & omnes qualitates statuti ad unguem debent verificari,& obseruari, aliàs statutum non haberet locum, & Sindici non essent sindici,sed priuatę personę.tex. in d.l.quid tamen.ff.de recep.arb.pulchrè Ang.de Gambilio.consi.42. numero11. & seq.car.176.Rimi.sen.consl.180.nume.12.& 13.volum.primo.Rolan.consilio 76.numero 20.& seq.volum.primo. Bar. in l.1.§.ait prætor.ff. ne quid in loco publico.Dec.cõsi.261.numero 2.& Parisl.consilio 12.numero 45.& seq.volum. 2.& in consilio 10.numero 17.volum.4. cum mille similibus, & infra dicam. Quintò requiritur quòd
11 coram dictis Sindicis porrigatur, uel reproducatur, et exhibeatur parte citata illa talis,qualis petitio, et responsio producta coram D. Potestate ad hoc ut ipsi possint scire super quo debeant iudicare, et ire ad locum differentiæ, ut supra dixi, et sentit Corn.consi.157.lit.C.uolum.3.Brun.consl. 108.col.8.Lanfranc. in clementi. sæpe. de uerbo.signifi.Bar.in l.qui bona.§.huic stipulationi,nu.1.et 2.ff.de damno infe. nam quando iudicium mutatur ad hoc ut acta facta coram uno iudice facient fidem corã alio,et ualeant,debent reproduci,et reexhiberi alias non ualerent, et non probarent.
12 † hinc est quod sententia lata ex actis nulliter actis, si petitur confirmari per alium iudicem constito de iustitia circa merita causæ,debent de nouo illa acta reproduci, & reexhiberi coram nouo iudice, aliàs nõ posset sententiam confirmare, quia esset sententia lata sine libello & actis, ut per Dec. in consilio 549.numero 4. Afflict. decisio.262.& Hiero. Gabri. consilio 49. & consilio 50.Alex.consilio 66.uolu.5.consilio 181.uolum.6.& Sebastia.Vanti.de nulli. quib. mod.sent.nul.dife.numero 129.uers. erit etiam consilium. car.272. Hiero. Gigas consilio 83.colum.7.& 8.car.113.vbi
* dicit ita IVDICATVM * Romæ. Similiter appellans tenetur omnia acta facta
13 coram iudice a quo exhibere,& reproducere coram iudice appellationis,si uult sententiam reportare in eius fauorem, aliàs sententia lata sine dictis actis factis tam ad eius instantiam,quàm aduersarii, ipso iure erit nulla tamquam lata sine libello & processu,ita dicit Sebastia.Vanti.tit.a quo, & quib.mod.nulli.proba.pos. numero 21. & titulo,quot, & quib.mod. nulli. propo. posl.numero 127. Rebuf.in commenta.tomo 1.tract. de euocatio. art.1. numero 81. car.446.Carauita in ritib magnæ curiæ,ritu 96.car.60. ubi dicit ꝙ origina lia debent remanere penes primũ iudicẽ,& Ceph.cõsl. 35.n.4.& 5.car.36.& faciunt tradita ꝑ Crauet.consilio 48. nu.5. uol.1. Roman. consi. 519. & uidetur tex. in c. cupientes. de electio.in 6.ibi cum omnibus actis, iuribus,&
14 monumentis. † Nam sine petitione, & quæstione ac processu substantiale sententia talium Sindicorum erit ipso iure nulla,vt dicit Bar.in prolatam.col.2.uers. dico quod illud,& ibi Bal.col.1. uersi. item præmitto.C.de senten. & interlocu. omni.iudic.idem Bal.in consilio 363.in 4. par. & in
15 consi.340.in 1.par.& † est tantæ importantiæ ista petitio, quòd nõ potest per partes, nec per Sindicos,nec per Iudices remitti, quia hoc est introductum in fauorem, & utilitatem publicam, & sic est de substantia iudicij.Cardinal.clementi.sæpe.q.12.de uerbo.signi.Alex.consl.36.in fi.uol.2. & Sebast.Vanti. de nulli.ex defe.procesl.nu.9. & seq.& nu.18.& seq.uersl.libelli itaque.uide

Perusi.

Perusi.c.dilecto.num.153. de appella.limi. 8.oblatio,vbi dicit communem.

Sextò requiritur ꝙ sniã sit lata sup sol la,aqueductu,itinere,actu,uia,confinibus, terminis mòtis,cloachis,necessarijs,acqua rolis,putredine,seu turpitudine,& non su
16 per alijs differentijs,† quia solū in expressis habent isti Sindici limitatã iurisdictionē a statuto,& in alijs nō expressis nō possunt se intromittere, & cognoscere,aliàs sniã tanquã a persona priuata lata non ualeret. d.l.quid tñ.ff.de recep.arbit.Ange. de Gambilio. d. consi.42. nu.11.& seq. & per Sebastian.Vanti.de nulli.ex defe.iurisdi. ordina. car.78.nu.43.versic.His tamen.Rom.consi. 101.nu.8.& seq.cons.332 nu.17. & Afflict. decisio.117.nu 1.& 2.Perusi.in c. cū in ecclesia sub nu.10.de appella. & in primis, & ante oīa debet de hac qōne,& iurisdictione apparere, quod ex uerbis petitionis & re-
17 spōsionis colligi poterit,† & si eēt dubiū, non possent sindici peti donec per iudicem fuerit interloquutū an cã,& quæstio sit de rebus expressis a dicto statuto, cū sint isti Sindici iudices cōstituti a statuto nō ad uniuersitatē causarum, sed ad causas particulares,ita declarat Dominic.in c. accusatus.§. sanè, de hære.in 6. sequitur Nicola. Arelata.in tracta.de hæreticis.notabi.3.num.3. car.mihi 119. per tex.& ibi scribentes in l. 2.ff.si quis in ius uoca. non ier.

Septimò requiritur ꝙ snia sit lata cum
18 iuramento, † sic iurant Sindici se credere iustè iudicare,aliàs nō ualeret snīa, & esset cōtra formã statuti lata,ut p Paul.de Cast. in cons.424 nu.2.in prima par.Alex. consil. 212.sub nu.12.cons.164.nu.4.uol.6. cōs.81. uol.5.Bal.cons.139.sub nu.4.uol.2. cōs 194. uol.4.Paul.de Cast.& Alex.in l.3.ff.de iureiuran.Abba.& Fely.in c.licet,de testib.Soc. cons.136.in prima par.Ruin. cons. 73.sub nu.5.uol.5.Anchara.consi.166.Gozadi.cōsil.72.in princ.cons.101.nu.5. & pars debet citari ad uidendū deferri tale iuramētum, & iurari.Crot.cons.112.nu.5.uol.1.& Purpura.cons.282.num.29.uol.1.

Octauò requiritur, ꝙ infra quindecim dies a die pcepti dati dēant sniare, & aliàs expirat eorum iurisdictio, quia sunt iudices delegati,& subrogati in locū iudicis or-
19 dinarij.† & ideo snia deinde lata est ipso iure nulla.Sebastia.Vāti. de nulli.sent. ex defe.iurisdi.ordina.num.118. versi. in primis namque.Rimi.iun.cos.203.nume.94.uol.2. car.254.& Riminal.sen.cons.418.nu.3.uol. 3.facit Soc.iun.cons.132.nu.7.& cons.133. uol.2.Fely.in c.cum inferior, sub nume.5. uersic.sed si delegatus esset datus ad tēpus. extra de maiori.& obedien.Et etiã quia statutū dirigit uerba ad iudicē, & ad iurisdictionē,& officium eorū,quia dicit ꝙ dēant sententiã,& differentiam,& sic causam finire,& ferre intra quindecim dies,quo casu sententia lata extra dictū tempus est ipso iure nulla,ita dicit Sebastia.Vanti.in loco supracitato,nu.120.uersi.idem foret ēt, & etiam quia non fuit petita sententia a parte intra dictum tempus,quo fit,ꝙ extra tempus lata non ualet non obstante pęna, quia per actorē dicitur stetisse.Cattel Cotta in memorial.in uerbo,statuto Mediolani,& Grammati.consil.54.numer.6. & seq.
20 † vnde apparet, quod ad hoc ut Sindici dicantur sententiare ut Sindici statutarij, debere ad unguem obseruare omnes supradictas qualitates a statuto deductas, & nominatas, quarum una solum cessante, totus actus corruit,& tota eorū iurisdictio, quia in indiuiduo,& copulatiuè est sibi ipsi a statuto attributa, & ideo omnia concurrere debent,ut per Plot.in l.si quando,nu.35. & nu.345.uersi.immo.C.unde ui. Alexan.cōs. 138.nu.5.uol.7.Rolan.consil.72.num.58.& seq.uolum.3.& Petr. Anchara. Regiens.q. 9.nume.5.& seq.in prima par. & in indiui-
21 duis & factis in fraudem legis utile per inutile uitiatur.Ruin.consil.65.numer.7.uolu. 5.& in consil. 109. numero. 27. uolum. 4.
22 ubi in proposito, & quod omnes qualitates a statuto deductas,& nominatas debeat adimplere, & uerificare,qui uult benefitio statuti uti,& a statuto comprǣhendi, ultra supra allegata tradit Plot.in d.l. si quando, nume.354.& seq.& nume.852. C.unde vi. Paris.consi.24.nume.10.& 11.consi.49.nume.19.uolum.3.consil.95.nume. 7.& 9.uolum.1.consil.12.nume.45.& 46.& seq.consil.20.nume,43.& 44.& consil.27. num.75. uolum.2.consi.10.nume.17.uolum.4 Dec. consil.49.colum.2.uersi.& cum statutum loquitur, consil.261.numer.2.Octauia.Pedamonta.decisio.169.num.12.& seq. decisio. 172.Iul.Clar.practi.crimin.§.fin.quæst.85. uersi.ubi agitur.car.211. Cepha.consi.601.

mer.16.& seq.uolum.4.car.642.Rimin.iun. consilio 139.nume.30.& 31.uolum.2. Rota Luca.decisio.2.nume.10.& seq.in 1. par. Rolan.consilio 57.nume.46.uolum.1. consilio 72.numer.51.& seq.uolum.3. Ripa responso.13.nume.13.& seq.lib.1. de legib.& longa consuetu.car. 20. in parua impressione,& Angel.de Gambilio. d.consil. 42. numer.11.& sequen.car.177.ubi la'è. unde si secundum supra narrata fuerit sententia lata per Sindicos,dicetur sententia lata secundum formam statuti,& erit sententia Sin-
23 dicorum, † & qui uoluerit se appellare, uel recurrere ad iudicem ordinarium propter dictam sententiam dicendo illam iniquam, & iniustam uel super facto principali, necesse habebit primò soluere Camerario communis libras decem, & reficere omnes expensas factas parti obseruare uolenti dictam sententiam, aliàs denegabitur ei audientia, & non poterit agere,& si fuerit oppositum, & processum ad ulteriora processus erit nullus ipso iure in totum,ita Bald.in l.uniuersa.C.de precib. Impera. offeran tracta.statuto.in verbo,Gabella.versic.statutum dicit, quòd de contractu celebrato.colum.3.in fin.car.97. Alex.consi.84. numer.6 & 7.uolum.4. & Dec.consil. 276. numer.3. Adeo quòd si deficeret unus numus, non ualeret processus. Bald. in d.tracta.de statut.in uerbo, Gabella.uersic. statutum cassat contractum colu.1.in fin.car.99. Anchara.consil.167. uisis.colum.fina.in fi. Ias.in auct.Qui rem sub nume.15.C.de sacrosanct.eccle.Tiraquel.de retract.§.4. glo. 6.nume.25.in fi.& in tracta.de iudic.in reb. exigend.uersicu.trigesimosextò.car.53.facit Riminal.sen.consil. 418. colum.1. & 2. uolum.tertio.

24 Si † uerò sententia fuerit lata non seruatis supradictis omnibus ad vnguem qualitatibus sententia huiusmodi non erit Sindicorum nominatorum a dicto statuto, sed sententia lata extra statutum non nominata a dicto statuto.d.l. quid tamen. ff. de recep. arbitr.additio ad Capella. Tolosa. decisio.114.colum. 2. uersicu. Non enim iudex, & decisio 490. colum.2.Roman. 412. pro habenda substantia,nume.5.& sequen. Cephal.consil. 601. numer. 16. & sequen. uolum.4.Riminal.sen.consilio 180.numer. 12.& 13.uolu.1.& erit talis sententia nulla ipso iure,tanquam lata a personis non habentibus authoritatem ita sententiandi, cum excesserint eorum iurisdictionem sibi traditam a dicto statuto.d l.quid tamē, ubi arbiter si nō seruauit formā compromissi, non dicitur sententiasse ut arbiter,& Sebastian.Vanti.de nulli.ex defe.iurisdi.delega. numer. 93. uersic.erit etiam uidendum, & Roland.consil.76.numer.20. & sequen.uolum.1.cum alijs supra allegatis.

25 Nec † poterit benefitio dicti statuti uti, qui obtinuit sententiam in fauorem contra, & propter formam dicti statuti, quia secundum statutum non fuit IVDICA-
* TVM * & statutum suis,& non alienis præstat auxilium,nec benefitio legis gaudet, qui delinquit in lege, Ancharan. consil.140. præsupponitur. columna secunda, Felyn. consilio uigesimoquarto, numero undeci- consil.uigesimoquinto, numero uigesimoprimo. Paris. consil. uigesimoseptimo, numero 75. consil. 20. numero.43.& 44. uolum.2.consil.158.nume.24 consil.10. num. 17.uolum.4. Calcan.consi.7.nume. 16. Roland.consi.63.numer.2.uolum.1.Mari.Anguffol.consil.276.nume.16.& 17. lib. 1. Riminal. sen.consi.180.nume.4.in fin. uolum. 1.Riminal.iun.consi.203.nume.94. uolum. 2.car.254.Cæpol.consi.44.colu. 1. & 2. car. 46. in ciuilibus. pulchrè Roderic. Soarez in leg. post rem iudicatam, in decima limita. de re iudica.car.623.

Si non potest benefitio statuti uti, & iuuari, sequitur quòd pars non potest obijcere contra appellantem a dicta sententia, uel decentem de nullitate, quod non debeat audiri, nisi soluat libras decem Camerario communis, & reficiat expensas, quia dicta exceptio prouenit a statuto & non a iure communi, nam de iure communi non est prohibitum se appellare, & dicere de nullitate absque eo quòd soluat dictas libras decem, & reficiat expensas, ut toto titulo, de appella.& ideo potest audiri, qui se appellat, & dicere de nullitate, & contradicere dictæ sententiæ, & formæ non seruatæ absque
26 eo quòd soluat, & reficiat expensas, † sicut potest cridis,& follis contradicere post quindecim dies non obstante statuto nostro Fiuizani, quando folla non est facta, secundum mentem,& formam statuti Rui.

consil.

conf.123.numero 14. uol.2. pulchre Dom. Bursat.consi.66.numero 5. car.20. volu.1. Plot.in repertorio suo, in rub. de bonis ad cridas ponendis.versicu.decretum volens. car.49. Roland. consilio 72. numero 54. & seq. uolum.3. Franc.Becci. consilio 12.numero 53.& seq.uolum.primo. Roma.consilio.412.pro habenda.numero 5.& sequen. Pau.de Castro consilio 165.uisis,& ponderatis,in fi.uol.2. Dec. consilio 38.& Roderic.Soarez d.limi.10.car.613.in fi. quod est notandum per illos de Vendasio contra illos de Momio, qui semper hac de causa annullarunt illorum follas, ut supra decis. 5.numero 24.& etiam quia tale statutum, quòd non debeat audiri nisi soluat libras decem Camerario, & reficiat expensas, loquitur solùm de sententijs sindicorum la-
27 tis secundum formam dicti statuti, † & sic de sententia ualida, & non de nulla, & inualida, & lata contra formam statuti.l.si se non obtulit.§. condemnatum. ff. de re iudica.& ibi Bar. in fi. & apostilla ibi ad Bar. in uerbo,incontinenti,in fi.& Bal. Ripa, & Docto.Afflict.decisio.21. numero 13.decisio.283.numero primo,Bald. consilio 369. uolum.primo,Roma.consilio 42. numero 3.consilio 78.licet numero 3. & 4. consilio 443.numero 7. consilio 412. pro habenda. numero 5.& seq.Rui.consilio 144. uolum. 4.Dec.consilio 360.nume. 2 Ioan.de Ana. in consilio 104. Corne.consilio 143.lit. L. uersi.unde,in fi.uolum.2.Cępol.d.consilio 44.numero 3.car.46.Neuiz.consilio 70.numero 1.Rota Perusi. decisio. 62. in fi. in 2.
28 par. † & cum hæc exceptio (quòd non audiatur nisi solutis libris decem, & refectis expensis)procedat solum a dicto statuto,illo sublato,tollitur & exceptio.Cattel. Cotta in suo memoria.in verbo,actus nullus.colu.2. uersi.& ideo. & in uerbo,mendax.col.1.Alex.consilio 105.uolu.5.car.84. & seq. car.176. dixi supra,in decisio.5. numero 30. Quibus sic præmissis,& declaratis non solùm pro materia præsentis statuti, sed cuiuslibet alterius plures qualitates continentis,fuit dictum, dictam sentẽtiam dictorum Sindicorum, & positionem terminorum non fuisse sententiam,nec terminationem Sindicorum, nec ipsi uti Sindici iudicasse,& terminasse,& cõsequenter sententiam & positionem terminorum fuisse, & esse ipso iure nullam, & reuocãdam absque aliqua solutione librarum decem, & refectione expensarum, nam isto casu non apparet aliquam fuisse porrectam petitionem super aliqua quæstione,nec quòd Sindici fuerint petiti per partẽ, nec quòd fuerit factum præceptum dictis Sindicis a Do-
29 mino Potestate, uel eius Notario † nec ꝙ pars fuerit citata, uel præsens, aut contumax,ut in simili habetur per Ias.in l.elegãter.ff.de cond.indebi.vbi dicit, ꝙ compromissum fiendum ex forma statuti in arbitros debet peti, & concedi parte præsente, vel citata,& ideo dictum,& practicatũ fuit, ꝙ statutum Dominorum Patialium Fiuizani disponens,ꝙ qui petierit Patiales debeat accipere literas a Domino Potestate, & se cum dictis literis infra tres dies repre sentare coram Patialibus,& incipiant currere dicti tres dies a die receptionis literarum a Domino Potestate,debere dictas literas præsentare coram dictis Patialibus parte citata ad hoc specialiter, adnotata ẽt per eundem Ias.in l.admonendi.in fi.uersi. confirmo.ff.de iureiuran. Ruin.consi.173. nu.16.& 17.uol.1.Alex.cons.81.viso instrumento.uol.1.Plot.in l.si quando,num.483. C.unde ui.& Rota Bononi.decis.55. & ra-
30 tio potest esse,† quia omnis actus iudiciarius uitio nullitatis subiacet, si ad illum actum uocatus non fuerit is, cuius interest, l.nam ita diuus.ff. de adoptio. & l. de unoquoque.ff.de re iudic. nam quæ causæ cognitionem desiderant, aut partim lædere possunt parte præsente, uel legitimè citata sunt agenda,aliter actus sunt nulli,ut inquit glo.& ibi tex.in l.2.in fi. C. si propter publi.pensit.facit tex.in l.in causæ. §.causa cognita,ff.de minorib. & tradit Guid.Pap. in consi.119.numero 2. nec apparet Sindicos iurasse in positione terminorum, & eorum sententia, quo casu sententia fuit
31 nulla per ea quæ supra dixi,nu.18. † Nam iuramentum requisitum in actu aliquo vr̃ requiri pro forma, ut per Pau. de Cast. & Alex.in l.3.ff.de iureiuran. Fely. in c.dilecta,uers.quintum signum, de rescri.Bal.in l.cessante,C. qũo,& qñ iud. tradit Alex.in consi.212.sub nu.12. uolu.6. & Rui.consi-
32 lio 73. sub numero 5.uolum.5. † & etiam apparet dictam sententiam extra bãchum iuris in loco priuato in die Dominico fuisse la-

ſelatā,ut ex lectura ſnīæ dignoſcitur, quo caſu ſnīa non ualet,nec conſuetudo in cõtrariũ,ut l.fi.C.de feri.c.fi.eod.tit.in 6. Ma-
33 ran.Specu.aur. † Apparet etiam ſententiam,& terminationem fuiſſe factam,& latam parte non citata ad locum differentiæ, nec monita ut compareat tali die in dicto loco cum omnibus eius iuribus & probationibus,& ad videndum,& dicendũ quicquid voluerit ſuper dicta quõne,& dñia,vt requiritur ſecundũ Hiero.de Mõte, in tracta.fini regundo.q.30. & q.31. & ẽt apparet ſnīam latā extra tẽpus quindecim dierũ Sindicis conceſſum a ſtatuto ad ſnīandum,
34 quo caſu dicitur pro forma traditum, † & ſnīa extra d.tẽpus lata eſt ipſo iure nulla,& lata a priuata perſona non hñte amplius iuriſdictionẽ,Rim.ſen.conſ.418 nu.3.& ibi apoſtilla.uolu.3.Alex.conſ.136.vol.2.Bald. conſ.101.nu.15.conſi.169.nu.5.uol.3. Soc. iun.cõſ.169.uol.1.& ſupra dixi,n.19. Nulliſſima ẽt apparet ſnīa, quia abſoluerunt D.Catherinā a dãno dato,& ſic ab accuſis, & cauſis criminalibus,& ultra petita,ac eorum authoritaté:nā D.Catherina eſt accuſata de dãno dato,& ipſa abſq; aliqua qõne ciuili,& petitione, ex abrupto petit ſindicos ut faciunt ignorantes procuratores vulgares Fiuizani, quos aliquando (cā occulta) ſequuntur illi,qui parũ guſtarunt de brodio iuris, & nunquam voluerunt videre tex.in c.1.de ſen.rei iudic.in 6.& l.obſeruandũ.ff.de offi.pſi. iuncta notata pulchrè per D.Iac. de Bellouiſu. in ſua pract. iudicia.tit.quotuplices ſint cauſæ,n.169.& ſeq. verſ.ſola enim iuſtitia. car.76. quæ iura, ſi quilibet bonus iudex perlegeret ante prolationẽ ſnīæ non dubito,quin præualerent calũnijs, fraudibus, & cautelis, ac cauillationibus hominũ, & ipſi Sindici abſq; eo, ꝙ cognoſcant,& videant an ſit eorũ iuriſdictio & forma ſtatuti ſit ſeruata vadunt ad locum,bene comedunt,& bibunt,& poſtea iudicant nulla iuris,& ſtatutorũ forma ſer
35 uata tanquam priuatæ perſonæ, † & ſe intromittunt in cauſis criminalibus in damnum fiſci fiſco non vocato,quod facere nõ poſſunt,ut per Alex.in l.acta.nu.8.& 9.ff.de re iudic.tetigi ſupra,deciſ.5. nu.34. Nã iſti Sindici ſunt ſolum iudices cauſarũ ciuiliũ, & non criminalium,vt colligitur ẽt ex illis uerbis,differentia,qõ & petitio,nā important ciuiliter agendo in iudicio per litis cõteſtationẽ,vt dixi ſupra nu.6.& 7. & Io.de
36 Amic.conſ.93.col.2. † & iudex cauſarũ ciuiliũ non põt ſe intromittere in cauſis mixtis & criminalibus, quia non poteſt excedere formā petitionis,& illius iuriſdictionis, ut pulchrè per Sebaſtia. Vanti. de nulli. ex defe.iuriſdi.delega.nu.91.& ſeq.uerſ.ſextò principaliter,ubi in fine,nu.93.dicit, diligẽter inueſtigandum erit, nunquid exceſſum fuerit ratione rei,loci,tpis,&perſonarũ:at hic exceſſit ratione rei, & perſonarũ, ideo ſnīa nulla, quia non poſſunt de accuſis criminalibus cognoſcere iſti Sindici. Bar.cõiter approbatus in l.cũ creditor, §.qui furẽ, n.4.uerſ.tertiò habetis,& ibi Alex. in apoſtilla.& Bal.in l.ſi quis ad ſe fundum, C.ad leg.Iul. de ui.idem Bal.in l.data opera.ſub nu.6. uerſ.nunc de ſecundo, C. qui accuſa. non poſ. & in terminis loquitur Sebaſtian. Vanti.de nulli.ex defe.iuriſdi.ordina.n.45.
37 & ſeq.verſ.factum igitur a iudice. † & quãdo proceditur per uiā accuſationũ & damnorũ datorũ,dr̃ criminaliter agere pp pœnā,quæ fiſco applicatur, & naturā accuſationis,Fel.in conſ.23.nu.5. Pet.Ancha.Regienſ.q.1.nu.6.in 1.par.Corſet.ſing. in uerbo,querela.Bar.in l.prætor ait, in princ.ff. de ſepul.viola.& ibi Alex.in apoſtilla. lit.F. & G.Corn.conſi.119.in cā accuſæ. uolu.3. Gab. Saray. in addi.ad Matheſila. ſingu.70. nota ꝙ ſi ſtatutũ, ubi dicit cõem. & dato ꝙ eſſet mixta pp intereſſe partis,tamen non poſſunt cognoſcere Sindici pp intereſſe fi-
38 ſci, † & ſtatutũ loquens de cauſis ciuilibus, & ſimplicibus, nõ hẽt locũ in cauſis criminalibus,Hip.in pract crim. §.expedita, nu. 78.ſing.467.nu.8.Pet.Duena reg.36. nu.5. & 9.in uerbo, affines, & Pet.de Rauen.ſingu.832.quæro,dicit ſtatutũ.nec hẽt locũ in cauſis mixtis, maximè quando ſumus in odioſis, & pœnalibus, vt in caſu iſto, ubi pœna imponitur pp delictũ, & dãnũ datũ, Alex.in l.ſi dignũ.nu.3.ad leg.Fal. in l.cætera igitur,§.ſed ſi parauerit,n.5.ff. de leg.1. & in l.certi condictio.§.quoniam.nu.8.ff.ſi cer.pet.Maran.Spec.aur.in 6.par.in 2.actu. nu.32.in 16.limi.Rom.conſ.294. hæc cõfeſſio,nu.4.& ibi Mandoſi. conſ.259. in caſu, col.fi.& Tiraq.de legib.connubial.gl.5.nu. 70. & 71. car. 274. & cum iſti Sindici ſententiauerint, & terminauerint ita ex abrupto,

rupto, & non seruatis qualitatibus statutarijs, de quibus præsumitur habuisse, & hēre
39 scientiā, & notitiā, † posteaquam authoritate dicti statuti officiū gerunt, dolosè hoc fecisse prȩsumitur, vt ꝑ Bar. in l. ꝑꝑ veneni. §. nec. ff. ad Syllania. Afflict. cōstit. qui dolo sè, in fi. & sic mala fide, & nō bona fide tulisse hmōi sn̄iam. l. iubemus. C. de testa. glo. in l. 1. C. de fide instru. li. 10. ubi Bar. & alij cōiter. idē Bar. in l. cum plures. §. quæ bona. ff. administ. tuto. notat Abbas. in c. si diligenti. de foro cōpe. & tradit Boeri. decis. 1. nu. 54.
40 † & tulisse talē sn̄iam, & processisse uti priuati, & nō uti iudices, per Bar. in l. iustè possidet. ff. de acq. pos. Hippol. latè. in l. cædē. ff. ad leg. Cor. de sicar. Dec. in l. factū a iudice. ff. de reg. iur. Soc. in cōs. 32. col. fi. uol. 1. Hippol. singula. 354. & supra sæpius dixi. nu. 24. Nec obstat dicere ꝙ de electione, de præcepto, de petitione, & alijs substantialib. appa ret ꝑ sn̄iam, ubi dicitur, uisa petitione, ele-
41 ctione, prȩcepto, &c. † qa dicta uerba non probant talia interuenisse cum non simus in antiquis, & pars non fuerit præsens, & fuerit dictum de nullitate intra decē dies, quo tp̄e oīa silent, ut ꝑ Perusi. in c. dilecto, de appella. Felyn. & Docto. in c. qm̄ contra, de proba. Alex. cōs. 222. uol. 2. cons. 147. nu. 5. & seq. uol. 6 cons. 213. nu. 4. uol. 7. & consi. 6. nu. 5. & 6. uol. 1. Dec. cons. 603. nu. 14. Arc. consi. 68. excellens. col. 2. uersi. primò ꝙ ut. Bal. cons. 399. Nec præsumitur. uol. 4. Bart. in l. sciendū. ff. de uerbo. obligat. Alexan. de Neuo, consil. 21. nume. 4. car. 24. Sebastian. Vanti. de nulli. ex defe. proces. num. 14. uersic. & quo ad primum satis expeditū est, latè Carol. Grassel. in regali Fran. lib. 1. ius. 8.
42 car. 90. † & quia non præsumitur pro iudice, quando non seruauit ordinē iuris, & statuti, Stepha. Aufreri. in additio. ad Capel. Tolosa. decisio. 490. in fi. car. 188. Bald. in l.
43 sancimus. num. 19. C. de iudic. † nā debent fieri, & scribi oīa relata in dicta sn̄ia prius in actis summariè, ut de illis quandocunq; possit apparere, & qūo facta sint, ita etiam uisitatio loci, & summaria informatio testiū debet in actis, & scriptura redigi, aliàs non præsumitur, nec creditur iudici, & nō ualet, per tex. in d. c. qm̄ contra, & ibi Inno. & Docto. de probatio. Bar. in l. fi. C. de edicto diui Adri. tol. & pulchrè in l. qui bona fide. §. huic stipulationi. numer. 1. & 2. ff. de damno infe. Ioan. de Arno. in problem. 97. Hippo. in rubri. de probatio. nu. 22. Dec. cōsil. 366. pro declaratione. num. 13. uersic. & ideo quando duo contendunt, & Cuma. consil. 50. stante statuto. col. 2. propè finem. car. 21. & in proposito Hier. de Monte de finibus. c. 31. num. 1. & seq. & dixi supra decis. num. 24. & etiam ex processu & actis ꝓductis hoc clarè apparet, ꝙ non constat de petitione, prȩcepto, reproductione processus, citatione, nec de alijs substantialibus,
44 qualitatibus, † & isto casu etiam probatur negatiua, hoc est processum, & acta nō interuenisse, ut per Bar. in l. fi. C. de reb. credi. latè Dec. in l. iustā. C. de eden, in consil. 558. in causa. sub nu. 6. uersi. sed in his difficultatē, Imo. in consi. 10. Ceph. consi. 133. nume. 126. & seq. uol. 1. Rimi. in consi. 269. nume. 33. & seq. uol. 3. Lup. in c. per uestras. §. 1. nu. 5. & seq. car. 240. de dona. inter uir. & vxor.
45 Nec obstat allegare, † quod est consuetū, & de stylo Curiæ, Sindicos ita procedere, & ferre eorū sn̄ias, & obseruari, ac exequi. adnotata latè per Rotam Luca. decis. 36. in 1. par. quia hic nō sumus in modo procedendi, sed decidendi, & in substantialibus statuti: nec sumus in stylo, sed in consuetudine, quia stylus cōcernit modum scribendi, & ordinē iudicij in procedēdo, cōsuetudo uero modū decidendi, quæ accipitur pro iure non scripto, & ista differūt, Bar. in l. de quibus. nu. 10. ff. ad l. Falci. Fely. in c. 3. uersi. stylus. de rescript. Alex. cons. 36. uiso themate.
46 nu. 11. & 12. uol. 2. † ubi agitur de consuetudine ꝓbanda, quæ respicit decisionē causæ, & litis, quæ in facto consistere uidetur, illa plene dēt probari, ut ꝑ Bar. in l. de quibus. col. 12. uers. & probatur cōsuetudo per testes. ff. de legib. & in l. 2. in 28. quæsti. in fi. C. quæ sit longa consuetu. & talis probatio dēt fieri cum oībus qualitatibus suis, ut per Soc. cōs. 111. uol. 4. & in tali probatione q̄ plura requirūtur, adeo ꝙ difficilis reputatur talis ꝓbatio, ut latè tradūt Docto. in d. l. de q̄bus, & in d. l. 2. Dec. cōs. 215. cōsi. 4: o. sub nu. 8. cons. 483. cons. 538. Roch. de Curte, in trac. de cōsuetudi. i 6. q. c. fi. Alex.
47 consi. 173. uol. 6. † & cū sit contra ius, & sic contra statutū, nō ualet, nec debet attendi, Dec. cōs. 11. cōs. 49. col. 1. cōs. 677. in fi. Plot. in cōs. 13. nu. 34. uol. 1. & Alexand. consi. 36. in d. uol. 2. Brun. cons. 8. nu. 10. Marc. Mantua sin-

tua singula.291.Soc.iun.consil.2.sub nu.7.
48 uol 2. † & debet præscribi per spatiū quadraginta annorū, cū sit contra mentem, & formam iuris, & statutorum, & non sufficit tempus decem annorum, ita dicit Are. in consil.23.colum.4.vers.sed quando vniuersitas, & consi.115.sequitur Crau. de antiq. temp.in 4.par.in princ.in 4.& 5.differentia, nume.7.& seq.car.132.Petr. Duena regula. 140.in verbo, consuetudo.car.73.quia vniuersitas Groppi Sancti Petri, & Fiuizani, ac totius Capitaneatus Fiuizani, non hēt authoritatem inducendi consuetudinem, nec faciendi statuta sine approbatione Superio
49 ris, † & qui non potest absolutè condere statuta, non potest etiam contra ius inducere consuetudinem sine sciētia Superioris, & maximè absente Superiore. Alex. latè in consil.173.nume.8.uolu.6.Cor. consil.293. colum.10.lit.A. versic. nec etiam obstat dicta obseruantia.uol.3.Natta consi.574.nu. 14.uolu.3. nec potest interpretari statuta. Alexand.d.cons.173.sub nu.8.Crot.consil. 112.nu.17.& seq.uol.1.Bal Angel.& Alex. in l.ex facto.ff.de vulga.& pupilla. nec etiā potest reuocare statuta, & ius commune tacitè, & expressè, Bello.consil.37. nume.9. Ratio est, quia populus tenetur habere approbationem, & confirmationem statutorum a suo Superiore, ut disponitur per capitula reformationum Capitaneatus Fiui-
50 zani, & sic est de substantia actus, † & ubi agitur de substantia contractus, & statuti, stylus, & consuetudo in contrarium non procedit. Alexand.consil.28.uolum.2.Dec. in l.ut liberis.num.18.C.de collatio. ubi dicit communem, & ideo requiritur præscriptio, ut per Barto.in consil.136.cap.5.in fine.Crot.in d.c. fina. de consuetudi. & Soc. iun.consil.101.sub nume.7.uolum. 2. dixit quòd cōsuetudo quæ sit contra ius scriptū, & præiudicet tertio in iure suo quæsito potest dici nulla, & inualida, & non admittenda, & facit Villalob.in suis commu.opinio. in verbo, consuetudo, nume.183.& dixi latè de materia ista in meo tracta. de tutore. nume.44.& seq. uersic. & corroborantur supradicta, car. 29. in 1.par. At in casu nostro non fuit probata hæc obseruantia, consuetudo, nec præscriptio, ergo &c. immo apparet ex libris sententiarū banchi Groppi Sancti Petri & Fiuizani contrarium esse obseruatum, & obseruari, & quando esset etiam de facto aliquando per ignorantes, & miseros iudices obseruatum, tamen per hoc non diceretur introducta ob-
51 seruantia; † nam non inducitur consuetudo, stylus, & obseruantia ex vario modo seruatis; nec potest allegari, quādo actus sunt difformes, sed reuertitur ad statutum, & ad ius commune, Bar.in d.l.2.in princ. circa finem.ff.solut.matri.Rimi.iun.cons.257. numer.49.& consil.264.nume.28.& 29.uolum.3.& Riminal.sen.consil.737.nume.36. consil.747.nume.1.& dato quòd esset probata, non ualeret per supradicta, nec atten-
52 di deberet, † quia attendi debet id, quod est de iure, & non quod de facto factum est de præterito, ut dicit Abbas in c. cum causam, de electio.ubi dicit, quòd hoc facit cōtra fundantes se super obseruantia.refert, & sequitur Afflict.in constit. dilationes. in 4.gloss.& in consti.humanitate, sub num. 24.ubi dicit, nota contra ignorantes, & miseros iudices, qui fundant se super obseruatione, & consuetudine, siue stylo, qui vel est contra constitutionem regni, uel contra rationem, nam ipsi sunt oues errantes, & quod deterius, errorem transferunt in abusum, & uolunt idem error in alijs personis seruetur, & dicit Hippol.in l.vnica. sub nume.130.C.de rapt.uirgi. & in practi. crimin.§.postquam, num.48. in fi. Rota decisio.412.num.2.in nouis, quod attendi debet quod de iure fit, non quod de facto fit;
53 † vsus enim imperitorum non facit ius, ut dicit moder. Gall. in consuetudi. Parisi. in §.53.sub nume.8. quia mala practica nō est obseruanda, ubi habemus legem in contrarium, Bald.in l.sed licet.ff.de offic. præsid.& dixit D.Henningi. in sua practica ciui.rubri.13.num.12.in fi. q̄ non est attendēdum quod factum est, seu quod fit per impios, iniustosque iudices, sed quod fieri debet secundum leges, & canones expressas, & quod legibus, & non exemplis iudicandum est, per text.in leg.nemo.C.de sent.& interlocu.omni.iudic.& dicit Boeri.in consilio. 4. numero 47. quòd aliqui aduocati Curiæ Romanæ, quando deficiunt eis iura dicunt: Ego uidi sic obseruari, & interloqui per Papam, & ideo non sunt audiendi. & in consil.8.numero 7. & sequen. Gramma.decisio.40.nu.1. Nec tenetur soluere

uere dictas libras decem Camerario communis, & reficere parti expensas dicendo de nullitate dictæ sententiæ ex causis supra deductis, & in decis.5. sub num.25.& seq.
54 † quia tale statutum denegans audientiã, appellationem,& recursum, non loquitur de sententia nulla, & lata, & contra formã dicti statuti,& a persona priuata, sed de ualida & lata seruatis omnibus qualitatibus prædicti statuti, licèt iniqua sit & iniusta, ut dicit Pau.de Cast.cõs.165.ad fi.in 2.par. Roma.consilio 42.numero 3. consilio 412. nu.5.& seq.consilio 443.num.7.Afflic.decis.21.nu.13.decis.183.num.1.Bal.consilio 369.uol.1.Dec.consilio 360.numero 2.Maranta in sua disputa.6.numero 33.Rol.consilio 46.nu.39.& 40.consi.28.nu.39.& seq. uol.1.Rimin.iun.consilio 269. numero 76. & seq.consi.273.nu.44.uol.3. Cephal.cõs. 270.nu.100.& seq.vol.3.Io.de Anan.consilio 104.& Perusi.in c.dilecto, numero 117. & nu.123.q.49.in fi. de appella. & nedum habet locum appellatio,& nullitas, quando statutum in totum non denegat audientiam (vt est in casu isto) sed etiam, quando in totum denegat, & simpliciter disponit, quod a sententia arbitri & Sindicorum nõ possit appellari, nec recurri ad iudicem ordinarium, ut loquuntur Doctores supra allegatis,& Soc.consilio 46. numero 5. & seq. uol.4. Dec. in c.ex parte il 2. numero 24.& 26. de offic.& potesta.iudi. delega. & ibi Fel.& Cęsar Contard.in l.unica.limita. 7.numero 63.& seq.C.si.de momenta.possess. car.162. Immo si tollit etiam nullitatem, & sic prohibeat dici de nullitate, non censetur tollere nullitates præcedentes defectu iurisdictionis, substantialium,& formæ non seruatæ; Fel. & Dec. in d.c. ex parte,il 2.Ale.consi.77.n.12.uol.2. latè Perus. d. c.dilecto. q.56.n.133.&n.181. & seq. de appel.Rol..cõs.76.nu.20.& seq.uolu.1.car. 380.Rimi.iun. cons.273.nu.44.& seq.uolu. 3.Soc.sen.cons.83.nu.26.uol.4.car.74.Hiero.Gab.cõs.75.col.1.& alij supra mox alle-
54 gati, † nisi statutũ permittere appellationem,& nullitatem posse dici intra certum tẽpus,ut puta intra quatuor, uel sex dies, quia tunc statutum prohiberet appellationem,nullitatem,& reductionem,ac recursum etiam a qualibet sentẽtia nulla ex defectu euidentis nullitatis, iurisdictionis, inepti libelli, & formæ non seruatæ, Alexand.consilio 105. ponderatis,uolum.5. Paul.de Cast. consilio 16. si ponderentur, numero 9.& seq. uolum.1. Ruin. consilio 37.numero 7.& 15.consilio 36. numero 6. uolum.5.Rolan.consilio 83.num.16.& 17. uol.1. car.411. ubi dicit ita Senatum IV-
* DICASSE, *sequitur Paris. consi.95. nu.35.uol.1.& Plot.in repertorio.tit.de appellat.C.unde ui.car.66.licèt Rui.cons.29. nu.1.& 2.& cons.36.nu.1.2.& 5.uol.5. uoluerit contrarium,& malè,ac contra communem,nisi defectus nullitatis procederet ab eodem statuto,qui prohibet nullitatem post tempus, nam tunc dictum statutum non haberet locum etiam post tempus, cũ esset sublatum per formam statuti non obseruatam, ut per Alex. in cons.105. col.fi. uol.5.car.84. dixi supra decis.5. nu.30.nec per uiam exceptionis posset isto casu dici de nullitate, alias statutum parum, aut nihil operaretur, quia obtinens sententiam nullam contra, posset tacere,& non principaliter agere,& postea per uiam exceptionis opponere de nullitate contra executionẽ, ita dicit Pract. Pap. in forma libelli execu.sent.diffini.in glo.sapiens.n.11.uers. quid si statutũ.car. mihi 178. quãuis Paris. cons.95.nu.35. & seq. uol.1. sentit contra-
55 rium Vlterius aduertendum est, † quod statutum de Sindicis non loquitur in casu nostro circa solutionem librarum decem Camerario,& refectionem expensarũ, scilicet quando quis per uiam appellationis, uel principaliter coram iudice ordinario dicit de nullitate, adnotata per Pau. de Cast.d.consi.165.col.fi.uol.2.car.73. & Rimin.iun.consi.273.nu.54.uolum.3.car.185. Sed quando quis se appellat a dicta sententia ualida, vel recurrit super ea ad iudicem ordinarium, uidelicet per restitutionem in integrum, per uiam reductionis ad arbitriũ boni uiri, uel per uiam officij iudicis, aut querelæ contra sententiã ualidam, sed in-
56 iustam, † quia recursus est species appellationis, ut per Docto.in rub. de appella. ubi Dec.nu.13. & Hiero.Gigas in addi. Crot. consi.179.num.6.uol.2.bene facit Cæpola consi.16.nu.2.car.17.in ciuilibus, Rota Luca.decis.27.nu.42.car.156. quæ omnia cessent in sententia nulla, quia in ea dantur remedia nullitatis, pro qua, & de qua potest

test dici quinque modis. Primò appellando a sententia nulla, secundò incidenter, & accessoriè ad ipsam appellationem, cum in omni appellatione tacitè includatur nullitas. Tertiò dicitur de nullitate simul, & unà cum appellatione expresse in eodem libello dicendo sentẽtiam nullam, & si qua est appello. Quarto potest dici principaliter de nullitate sine mixtura appellationis per uiam querelæ. Quintò per uiam exceptionis, cum petitur executio, ut hęc omnia declarat Perusi. in c. dilecto. q. 56. num. 159. de appella. sentit Paris. consi. 95. nume. 35. & seq. uol. 1. Et ꝙ recursus non includat
57 nullitatem patet, † quia ubi statutum etiã tollit omnem recursum, non censetur tollere nullitates supradictas, Fely. & Dec. in d. c. ex parte, il 2. nu. 24. & 25. de offi. iud. deleg. Alex. consi. 77. nu. 12. uol. 2. Soc. d. consi. 46. eleganter, nu. 5. & seq. uol. 4. Perusi. d. c. dilecto, nu. 117. nu. 184. & nu. 185. de appella. Pau. de Cast. d. consi. 165. uisis. col. fi. uersic. Nec obstaret statutum, uolu. 2. & Rimi. iun. consi, 273. nu. 44. & seq. uol. 3. Maximè quando incontinenti appareret notoriè, & euidenter de huiusmodi nullitate ex actis, ut per Cæsar. Contard. in d. l. unica. in limita. 7. nu. 55. & seq. & limita. 12. nu. 1. & seq. car. 190. C. de momenta. poss. & per ea, quę supra dixi decis. 9. nu. 43. Stante ergo huiusmodi nullitate iurisdictionis, forma non seruata, & substantialium, clara sequitur communissima conclusio apud Doctores intelligentes, graues, & conscientiatos, ꝙ dicens de nullitate per exceptionem, aut per uiam principalis petitionis debet audiri non solutis dictis libris decem & expensis, tanquam casus a statuto non comprehensus, & contra statutum executus, posteaquàm non potest beneficio dicti statuti se tueri iste, qui contra statutum fecit, ut dixi supra, num. 25. & clarum est ꝙ per uiam exceptionis potest audiri, & impediri executio talis nullæ sententiæ, & in perpetuum potest excipi absque aliqua solu-
58 tione, & refectione expensarum: † nam statutum loquens in agente, non habet locum in excipiente, ut in proposito loquitur Paris. consi. 95. nu. 35. & seq. uol. 1. Dec. in d. c. ex parte, il 2. num. 25. de offi. iud. delega. Perusi. d. c. dilecto. q. 54. nume. 162. & sequen. uersicu. his sic præmissis. columna quarta, de appella. similiter per uiam principalis petitionis potest dici de nullitatibus supradictis, & debet audiri sine dicta so-
59 lutione, & refectione expensarum, † nam de cõtractu, & actu nullo non soluitur Gabella, neque aliquæ reficiuntur expensę ut consuluit in proposito, Roma. consilio 78. licèt communi iure, & ibi Mandosi. in additio. ubi dicit, quòd potest agere contra instrumentum nullum, licèt non sit soluta gabella secundum formam statuti, quia statutum non loquitur de instrumento nullo, sed de ualido, sequitur Tiraquel. de retract. tit. 1. §. 1. glo. 2. numero septimo, & sequen. Pau. de Castro in l. licet pretoris. §. si filiusfamilias. numero 2. ff. de pecul. Bal. in tract. de statut. in uerbo, Gabella. Catel. Cotta in memori. suo, in uerbo, actus nullus. col. 2. uersicu. Hinc & tertiò infertur. ubi subiungit, quòd ex prędictis infertur ad statutum Mediolani, disponens quòd quando res habet originem a contractu non possit criminaliter procedi, quod hoc statutum debet intelligi de contractu ualido, secus si contractus esset nullus. Riminal. iun. consilio 273. nu. 68. uol. 3. et dixit Perusi. in d. c. dilecto. numero 133. de appella. quòd statutum tollens, et prohibens appellationem, nisi soluatur decima, uel gabella non habet locum in nullitate, et Bal. in l. eos. §. nec temere. C. de appella. sentit Dyn. in regula, scienti. ubi addentes, de regul. iur. in 6. ubi dicunt quòd statuta, et iura pęnalia loquentia in appellatione, non habent locum in nullitate, et hoc demonstratur palpabili, et marmoreo argumento: nam quòd iste, qui dicit de nullitate, non debeat audiri nisi solutis libris, et refectis expensis, procedit a statuto de sindicis loquente, in fine, et cum ipse non obseruauerit pro parte sua dictum statutum, factus fuit reus dicti statuti, et beneficium illius amisit, ergo non potest se tueri dicta exceptione statutaria, ut dixi supra, d. nu. 25. et hęc exceptio procedens a statuto, illo sublato per contrauentionem tollitur et exceptio, Cattel. Cotta in suo memoria. in uerbo, actus nullus, col. 2. uers. et ideo, et in uerbo, mẽdax, col. 1. Alex. cõs. 105. in fi. uol. 5. si statutũ est sublatũ, et exceptio annullat, quõ põt beneficio, et exceptione dicti statuti se iuuare? minimè, nequa-

quaquam, nisi arte magica, & partu suppo sito, quia non entis nullę sunt qualitates, & ita conclusi supra in decis. 5. nu. 30. car. 69. unde mi iudex Fiuizanensis ex alijs paleā,
60 ex istis collige grana, † & tanto magis in casu isto, ubi statutum absolutè, & simpliciter non denegat audientiam, sed casu quo non soluantur libræ decem, & reficiantur expensę, quo fit quòd processus ualet si nō fuerit oppositum ante litem contestatam, quia est exceptio, quæ impedit litis ingressum, nam intelligitur tale statutum denegare audientiam ope exceptionis; secus si simpliciter, et absolutè denegaret audientiam, ita not. Docto. in l. licet, & in l. ita demum. C. de procura. & in l. 1. §. sublata. ff. ad Trebel. Natta cons. 685. per totum, & nu. 6. & 7. uol. 4. car. 70. & non opposita in causa principali, non potest opponi in causa appellationis. Bar. & Doct. in supra allegatis locis, & per Fel. in c. exceptionem, num.
61 11. de rescript. † & intelligitur tale statutum, ubi tales libræ, & expensę petitæ fuissent, cum tendant etiam ad fauorem ipsius partis, per latè tradita per Ias. in l. uniuersa. C. de precib. Imper. offer. Io. de Amic. consi. 28. Aret. cons. 85. col. 1. uersi. & præmitto, Pau. de Cast. in l. peto. §. fi. uers. quod si cautio. ff. de leg. 2. Arno. singula. 33. Nat. consi. 685. uol. 4. car. 70. & faciunt quę dixi in meo tract. de tutore, nu. 40. car. 25. in 1. par. licet Rimi. sen. in cons. 418. col. 1. uol. 3. uideatur uelle debere solui etiam quod non fuerint petitæ, tamen columna 2. nu. 7. & 8. tenet cum alijs supra allegatis,
62 † & nullus alius potest opponere, nisi ille, cui dictæ librę applicantur, ut per Ias. in l. 2. nu. 6. C. de iure emphi. Rimi. iun. consi. 723. nu. 177. uol. 1. Soc. iun. consi. 130. numero 11. uol. 3. Alex. consi. 211. num. 6. uol. 6. Corne. consilio 150. lit. C. uol. 2. secus si ipso iure essent incorporatę Camerario communitatis absque aliqua petitione, nam tunc uti iam incorporatæ fisco & communitati, quilibet posset opponere de iure tertij, & sic fisci, ita limitat Rimin. sen. cōs.
63 760. numero 15. uol. 4. car. 179 † Qua sententia nulla, & nulliter declarata, statim attentata, & prius facta debent reuocari, & fructus, ac damna, & expensæ sunt resarciendæ, & restituendæ. Cęsar Contard. in d. l. unica. q. 7. nu. 55. C. de momenta. pos. car. 160. Nicola. Mili. in uerbo, attentatorum sententia, per quam mādatur attentata reuocari, & per Alex. consi. 2. in fi. uol. 3. fuit
* tandem IVDICATVM * per D. Potestatem ex relatione sapientis sententiam, & terminationem istorum Sindicorum fuisse
* nullam * de anno 1565. non obstantibus friuolis exceptionibus, & per Rotam Floren-
* tinam confirmatum: * & ita etiam pluries ante, & post in curia Fiuizani obseruatum cum uideantur hæc pati modicam difficultatem, quæ omnia uolui prolixè pertractare, quia sępissimè occurrunt, et inseruiunt omnibus alijs casibus a statutis propositis, in quibus qualitates, et conditiones reperiuntur; ideo tu iuuenis bene omnia considera, & omnes authoritates fac ut minutatim degustes, et perlegas, quia facient tibi honorem.

DE IVDICIIS.

DECISIO XII.

ARG.

Statutum Patialium Fiuizani prohibens appellationem, & nullitatem, non intelligitur de sententia notoriè, & euidenter iniqua, & iniusta, aut nulla.

Agnatus vsq; in tertium gradum admittitur ad retractum virtute statuti Fiuizani.

SVMMARIVM.

1 *Statutum prohibens appellationem ualet, & quomodo procedit, nu. 2. & 3.*
4 *Actore non probante reus absoluitur, & econtra, num. 57.*
5 *Statutum loquens de agnatis masculis, intelligitur de legitimis, quia ius agnationis in legitimis uerificatur.*
6 *Statutum faciens mentionem de filio, intelligitur de legitimo.*
7 *Statutum loquens de agnatis, intelligitur de legitimis agnatis.*
8 *Quis non admittitur, ut talis, nisi probet se esse talem.*
9 *Testes ne sint contrarij, debent concordari et dicere in interrogatorijs, quod dixissent expreße in capitulis.*

Testes

10 Testes deponentes duos esse ad inuicem fratres, & ex eodem patre natos, successiuè deponunt illos esse agnatos, & consanguineos.

11 Frater vterinus, est propriè legitimus frater.

12 Relatum est in referente cum omnibus suis qualitatibus.

13 Testes probantes famam publicam capitulatam a parte esse de capitulatis per eam, magis capitulata probant.

14 Lex in probandis contentatur de duobus testibus.

15 Probata quasi filiatio, vel quasi fraternitas, dicitur probata agnatio legitima, nisi contrarium probetur.

16 Sententia, quæ ex actis apparet falsa, dicitur notoriè iniqua, & iniusta, & nu. 24.

17 Appellari potest a sententia notorie nulla, non obstante statuto auferente appellationem. & numero 59.

18 Probatio nulla melior quàm proprij oris confessio, per quam transfert onus probandi in se, quod a principio non erat. nu. 19.

20 Ponens affirmatiue fatetur, maximè quando iurat, nu. 21.

22 Ponens quem esse filium talis, & duos esse fratres ad inuicem, & natos ex eodem patre fatetur, etiam eos esse agnatos legitimos, & si contrarium dicit, probare debet.

23 Præsumptio est, quòd quis sit potius filius legitimus, quàm spurius, quando quis fatetur talem esse filium talis.

24 Quod colligitur ex actis, dicitur notorium, & non indiget aliqua probatione. nu. 25.

26 Testis probat famam publicam quando dicit, si seppe publicamente, quando statutum ita præsumitur post aliquod tempus quis sciuisse, & quomodo procedit. nu. 27.

27 Testes deponens in probatione præsumptiua super fama, & dicat non recordari a quo audiuit, probat.

28 Defectus personarum suppletur super probatione præsumptiua, per argumenta probabilia.

29 Testi unico contra producentem probat, & ratio ibi. nu. 30.

31 Absoluitur ab expensis ob consilium domini aduocati.

32 Fundans se in qualitatibus statuti, eas probare debet.

33 Pars una statuti, aliam declarat.

34 Statutum loquens de uenditione, de uera, quæ fit cum certo, & limitato pretio intelligitur.

35 Testis responsio facta, interrogationi debet esse conformis, ne sit sibi contrarius.

36 Testis non dicitur probare uenditionem perfectam cum suo pretio, nec uerè, nec præsumptiuè, probando tantum actum uenditionis.

37 Lex, uel statutum ponderans scientiam actus respectu certe qualitatis, actum, & qualitatem quis probare debet.

37 Agnatus non dicitur scire, quando scit actum, & ignorat eius qualitatem.

37 Scire quis non dicitur, quando scit tantum actum, & ignorat eius qualitatem.

38 Destructo principali fundamento, omnia inde ædificata corruunt.

39 Testi sibi uario, & contrario non creditur.

40 Pars producens, non dicitur approbare dictum testis sui deponentis super interrogatorijs partis aduersæ, sed tantum eius personam, ex communi.

41 Testis de auditu alieno deponens non probat, præcipuè quando audiuit a parte.

42 Testibus non creditur, quorum repelluntur auctores.

43 Testis unicus producentis contra producentem non probat, quando concurrunt duo specialia, ut primo sit unicus secundo, ut deponit de auditu. num. 44. & 45.

46 Consequens quando est falsum, est etiam falsum eius antecedens.

47 Præsentia arguit scientiam, & quando procedit. num. 48.

49 Ignorantia semel, semper illa præsumitur, nisi probetur contrarium.

50 Præsumptio una fortior tollit aliam, & plures uincunt minores. nu. 51.

52 Fama publica uniformiter quomodo probari debet per testes.

53 Statutum requirens probationem, non habet locum in probatione præsumptiua legis.

54 Statutum permittens aliquid cum qualitate, id cum qualitate specificè probari debet, & non sufficit aliqua generalis præsumptio.

55 Litigans iniuste debet condemnari in expensis, maximè, quando sententia retractatur ex eisdem met actis.

56 Fratres ad inuicem sunt in secundo gradu.

58 Sententia ex falsa causa lata, dicitur iniqua & iniusta, & est ipso iure nulla.

60 Verba, de bono & æquo, de iure & de facto, summariè & de plano, sine strepitu & figura iudicij, sola facti ueritate inspecta, & nulla iuris,

iuris, aut statutorũ solẽnitate seruata, et prout & sicut ipsis iudicibus, seu bonis viris videbitur, & placebit, posita in statuto, procedunt circa solemnitates, & ordinatoria iudicij, & non circa decisoria, & merita causæ.

61 *Statutum prohibens appellationem, respicit decisoria & merita causæ, sed actus appellandi respicit ordinem iudicij.*

DECISIO XII.

STatutum Fiuizani sub rub. de venditione fienda in agnatos, & confines, c. quarto, disponit quòd si quis vult vendere aliquam domum, ædificium, terram, seu possessionem, teneatur volens vendere dictam domum, seu alia supradicta vendere proximiori agnato masculo vsque in tertium gradum, secundum ꝙ decreta disponunt, & idem teneatur vẽdere confini post agnatos; & qui emerit, teneatur restituere proximiori agnato, & confini intra mensem a die scientiæ alienationis prædictæ.

EVenit ꝙ Bartolomæus della Santina egit contra Baptistinum detto Patto, ne emptorem cuiusdam cellæ vinariæ venditæ per Baldassarem eius fratrem ad retractum virtute dicti statuti, & causa commissa ad Magnificos Dominos Patiales, sapiẽs retulit Baptistinum emptorem reum conuentum fore, & esse absoluendum a petitis, a qua sententia fuit appellatum, & de nullitate dictum, & per partem appellatam fuit oppositum appellationem fore frustratoriam, & non esse admittendam virtute statuti, sub rubr. de modo eligendi Patiales, vbi disponitur, ꝙ a sentẽtijs Patialium non possit appellari, supplicari, querelari, de nullitate dici, vel reductio ad arbitrium boni uiri peti, ut dixi etiam supra, decis. 10. fuit per appellantem replicatum potuisse appellari, & dici de nullitate euidenti resultante ex iisdemmet actis, & processu, ac iuribus allegatis, & per Dominos Priores iudices appellationum fuit assignatum tẽpus partibus ad allegandum super d. articulo. Magnificus Dominus Dionysius frater meus honorandus Aduocatus dicti Bartolomæi appellantis causam dixit, & defendit appellationem esse admittendam non obstante dicto statuto, & Bartolomæum clientulum suum fouere iustitiam circa merita causæ, & perperam iudicatum, his sequentibus allegationibus.

Dico pro iustificatione dictæ appellationis interpositæ, ꝙ iste articulus, & nullitatis appellatio pendet ab eisdem actis, & processu, & iuribus allegatis in motiuis ꝑ Dominum Relatorem: quæ omnia, si reperiuntur vera esse, prout fuit præsuppositũ, & secundum illud allegatum, vtique statutum prouidet & oppositio interposita non est admittenda. Si verò deducta, & allegata iuxta præsuppositum deductum non sint vera, & contrarium colligitur ex eisdemmet actis, & processu, & iuribus allegatis, sanè statutum istud non viget, & appella-
1 tio interposita est admittenda. † Quia licèt hoc statutum de bonis uiris prohibens appellationem ualeat, ut in terminis uoluit Dom. Bald. in consilio 148. colum. 3. lib. 1. & in consilio 187. columna secunda, libro 2. Cuma. consilio 60. col. prima, Barba. consilio 79. col. 4. lib. 3. Paris. consi. 46. col. 1. lib. 1. Rolan. a Valle, post prædictos, consi. 29. numero primo, libro primo, & ego dixi in mea decisio. 10. numero 27. car. 128. & per Alexand. consilio 105. numero 6. uolum. 5.
2 † Attamen illud uerificatur circa appellationem friuolam interpositam aduersus sententiam iuridicè latam, & ex actis iustificatam, ita Bar. in l. 1. §. interdum. ff. a quibus appella. non liceat. Barba. consi. 51. colum. 24. in fi. lib. primo, & alios citat, & tenet Meno. de arbitra. iudi. casu 197. per totum, lib. 2. Secus verò, quando relatio, seu sententia non est iuridica, & non iustificatur ex actis, prout in casu nostro, ex quibus totum contrarium compræhenditur, quia tunc a tali relatione, & sententia continente grauamen notorium (non obstante ta-
3 li statuto) potest appellari, † eo quia constat de tali notorio grauamine appellãtis, ita est glo. in c. ex conquestione, de restitu. spoliato. quam sequitur Alexã. in consi. 77. col. 4. numero 17. libro 3. vbi allegat Perus. in c. pastoralis, in fi. de appella. Marsi. in l. 1. numero 158. C. de raptu virgi. Rui. in consi. 101. in fi. libr. 5. Francis. Becci. in consilio 12. numero 55. libro primo, Roland. d. consilio 29. numero 37. & Rimi. iun. in consilio 48. numero 59. & 60. uolum. primo, vbi dicit, quòd

ꝙ (non obstante statuto) auferente appellationem a sententiis iustè, uel iniustè latis, & etiam si fuissent latæ duæ sententiæ conformes, nihilominus ab eis potest appellari, quando continent notorium grauamen, & dicta appellatio est admittenda, præsertim quia tale statutum, ita fuit aliàs interpretatum, vt est videre in processu modò agitato, & dixi in d. decisi. 10. numero 3. & numero 18. & decisio. 11. numero 54. His sic præmissis modò, ad cognoscendum ueritatem dictæ appellationis interpositæ, an verè sit reijcienda, vel admittenda, opus est venire ad merita causę, & motiua dicti Domini Relatoris allegata in medium adducere, & unicuique distinctè respondere, ex quibus postea clarè dignoscetur, per D. iudicare debentem, quorum alterum prę-suppositum sit verum, vel falsum. Igitur primum motiuum Dom. Relatoris est pũctualiter istud, quod Bar. actor suam intentionem non probauit, † & actore non pro-
4 bante reus absoluitur, l. qui accusare, C. de eden. l. ei qui incumbit, vbi glo. ff. de prob. quod autem Bar. non probauerit, ex eo apparet, quia egit vti agnatus, virtute statuti Fiuizani, quod expressè de agnatis masculis loquitur, & solum probauit, se esse fra-
5 trem, non autem agnatum, † quę agnatio requirit personam esse legitimam, & ius agnationis in legitimis uerificatur, & non competit illegitimè natis, ita dicit Bar. in l. tutelas. ff. de cap. diminut. in l. pronunciatio. §. familię. ff. de uerborum signifi. Bald. in l. fi. in uers. sequitur uidere. C. unde legit. Anto. de Butr. consi. 54. Alexand. cons. 2. in princ. libro primo, Barto. in consilio 229.
6 † ubi concludit, ꝙ quando in statuto fit mẽtio de filio, intelligitur de legitimo, & non
7 illegitimo, † sicuti quando statutum loquitur de agnatis, intelligendum est de legitimis agnatis, Dec. plenè in consilio 471. Tiraq. de utroque retract. lib. 1. §. 1. glo. 8. numero 6. Si igitur Barto. uolebat uti agnatus consequi prerogatiuam a statuto agnatis tributam, tenebatur probare non solum se esse agnatum, sed etiam esse legitimè agnatum, quia non debet quis admitti ut talis, nisi probet, se esse talem, Bar. per illum tex. in l. non ignorat. C. qui accusa. Dec. in prę-citato consilio 471. numero 20. & in c. 5. cõtinetur, Ioannem Lazarum decessisse, relictis Baldassare, fratre Leonardo, & Bart. suis filiis legitimis, & naturalibus, nihilominus omnes testes dicunt se scire Ioannem Lazarũ reliquisse prędictos filios fratres ad inuicem, sed nesciunt, uel nihil dicunt ꝙ sint legitimi, uel ꝙ habeantur, uel reputantur legitimi: *ma solamente, che sono fratelli & figliuoli di Gio. Lazaro, & solamente dal lato di padre*. Et hęc sunt, quę punctualiter continentur in dicto primo motiuo Dom. Relatoris, cuius quidem opinionem circa allegata, nos quoq; esse ueram, sanè fatemur. Pręsuppositum uerò suum, de non probata agnatione legitima requisita a statuto esse uerum omninò, & expressè negamus. Idque ex isdemmet actis, & processu, clarè ex infrascriptis ostendemus: & primò, quia Dom. Relator tantum considerauit, ut colligitur ex eius pręsupposito, & allegatis in motiuo, capitula Bartholomęi, & quę per eum erant probanda parte negante, & non quomodo eius intentionẽ probauit: Nos uerò considerauimus, nedũ illa facienda pro parte Bartolomęi, uerum etiam, & multò magis positiones iuratas partis aduersę productas, & quę fuerunt probata per eam ad fauorem dicti Bartholomęi, quę modo in medium deducam, ex quibus rectè intueri dignoscetur Bartholomęum agẽtem optimè probasse, se nedum fuisse & esse fratrem, sed etiam agnatũ legitimum dicti Baldassaris uenditoris, & sic fuisse in casu uictorię. Et quod modò pręsuppositum ipsius Dom. Relatoris sit a uero alienum, & nostrum sit omninò uerum; patet, quia dictus Bartolomęus in quarto, & quinto capitulis suis posuit, & capitulauit, Ioannem Lazarum patrem decessisse, ac reliquisse post se tres filios legitimos, & naturales, uidelicet Baldassarem, fratrem Leonardum, & Bartolomęum prędictum, super quibus negatis, a parte fuerunt examinati tres testes deponentes Ioannẽ Lazarum patrem mortuum fuisse, & reliquisse dictos tres filios articulatos, qui erant tenti, appellati, ac reputati filij Ioannis Lazari, reddendo bonam causam scientię. & licèt primus, & secundus super interrogatorijs dicunt, nihil aliud scire: & tertius dicat, *non saper se sono legitimi, o naturali*: attamen primus, & secundus probãt: & quia licèt super interrogatorijs respicientibus legiti-

legitimationem, deponunt, *non altro sapere,* & super capitulis dicant, dictum Ioannem Lazarũ reliquisse dictos filios articulatos, tamen debent intelligi, & super interrogatorijs, quod nil aliud sciunt, nisi prout in capitulis deposuerunt, vt concordentur, & nõ sint contrarij, ut est tex. vulgatus in c. cũ tu, secundum intellectum vnum, glo. de testib. qui, ad hoc est singularis, secũdum Io. And. & Imo. ibi, & no. glo. in c. testes. 4. q. 3. not. Bar. in l. Labeo. ff. de suppellect. leg. c. ex literis, de proba. post citatos, alios allegat, & sequitur Alex. in consilio 24. numero 21. libro 2. consilio 99. numer. 24. libro 5. Igitur probant eos esse filios Ioannis Lazari, & tentos, appellatos, ac reputatos pro filijs,
10 † & eos esse ad inuicem fratres ex eodem patre natos, & successiuè agnatos, & consanguineos, vt dicit Inst. de legit. agnat. tute. post prin. versi. sunt autem agnati, & §. 1. Insti. de legiti. agnato. successio. ubi habetur, quòd nati ex eodẽ patre, sunt fratres, agnati, & consanguinei, nec requiritur, an
11 eandem matrem habuerint, † quia & frater uterinus est proprie legitimus frater, Bar. & cæteri in l. Gallus. §. instituens. de lib. & posthu. Soc. sen. in consilio primo, numero 6. libro primo, Ceph. consilio 499. numero 30. libro 4. Item dicti duo testes probant alia ratione, quia referunt se ad contenta in capitulo dicendo, *ha lassato doppo di se li tre figliuoli articulati.* idest legitimi, & naturali, quia ita legitur in capitulo quinto; & uerbum, articulati, id refert, quia relatum est in referẽte cum omnibus suis qualitatibus. l. asse toto, ff. de hæred. insti. l. si ita scriptum, ff. de condi. & demonstra. Dec. consilio 47. numero primo, consilio 63. numero 6. Paris. consilio 21. numero 37. & seq. uolu. 3. Nam in tali casu, etiam quod verè sint tales filij ad inuicem fratres carnales ex eodem patre, id utique satis apparet per discursum eorum examinis factæ tùm super capitulas agentis, tùm super interrogatorijs partis aduersæ ita fatentis,
13 † & per publicam uocem, & famã, quam duo testes eam probant, quæ ualde eorum dictum super dicta agnatione, & legitimatione corroborat, vt tenet post tradita Dec. in consi. 272. num. 4. adeo quod negari non potest, quin filiatio, & fraternitas ista non sit legitimè probata, saltem in quasi filiatione, & fraternitate, cum testes isti duo deponunt, & probent de vtraque ut supra
14 dixi, quod sufficere uidetur, † quia sunt, duo testes, de quibus lex contentatur, l. ubi numerus, de testib. cum similib. item, quia probata quasi filiatione, & quasi fraternitate, tunc filius aut frater pręsumitur agnatus legitimus, nisi ex aduerso contrarium probetur, l. non epistolis, l. nudis, ubi Bar.
15 C. de proba. Cepha. consi. 540. col. fi. num. 116. & 117. & consi. 608. num. 6. uol. 4. Alex. consi. 181. consi. 195. uolũ. 7. consi. 51. nu. 7. uol. 1. Alcia. de præsump. regu. 3. præsump. 38. num. 8. Tiraq. in tract. de retract. lignagier, §. 1. glo. 16. numero primo, & seq. car. 117. & cum sint in tali quasi possessione, dicuntur legitimi, ut sentit idem Bar. in l. 1. §. ad quæstio. in fi. ff de quæstio. & post prædicta pulchrè per Dec. in consi. 54. nu. 1. in fi. & numero 2. uersic. & prædicta maximè. & in consilio 153. ergo ex eisdemmet actis, probationibus, & processu apparet præsuppositum Dom. Relatoris esse contrarium
16 facto, † & relationem suam fuisse notoriè iniquam, & iniustam, & nullam ex communi, de qua, post late tradita, attestatur Vanti. de nulli. ex defe. procef. nume. 127. fol. 437. Rolan. consi. 76. numero 27. & 28. libro primo, Natta consilio 217. numero 3. uol. 1. Alex. consilio 63 numero 17 uolũ. 4. Franc. Becci. consi. 35. numero 18. & facit tex. in 2. q. 6. c. diffinitiua, & Rota Perusi. de-
17 cisio. 2. nu. 41. in 1. par. † A qua propterea (non obstante allegato statuto) potuit appellari, per ea quæ allegaui in prin. numero 2. & 3. & pulchrè facit Io. Anchara. Regiens. in q 43. numero 5. 8. & 9. in 1. par. & ego dixi supra decis. 10. numero 2. car. 121. Secundò, quia & si prædicta non obstarẽt, prout obstant, nihilominus hæc relatio, & sententia sustineri non potest ex alio capite. Quia Bartolomæus actor, multo magis probauit se esse fratrem Baldassaris, & ex eodem patre natum, ex propria confessio-
18 ne partis aduersæ, † quæ probatio dicitur melior, quàm alia probatio. l. vnica. C. de confes. Maran. de ord. iudic. in 6. par. in rub. de confessio. numero 22. & est talis po-
19 tentiæ, † quòd sicuti ante cõfessionẽ erat præsumptio pro se, & contra Bartolomæũ ꝙ nõ fuisset talis, qualem se fecit, adeo q̃d necesse habebat probare, se non solum fratrem,

trem,verum etiam agnatum legitimum.l. ei incumbit. de probat.cũ alijs supra adductis per D.Relatorẽ in motiuo, modo post confessionem suam,illam præsumptionẽ a dicto Bartholomæo abdicauit,& in se transtulit, ex qua de reo ipsamet pars aduersa fecit se actorem & onus probandi Bar.non esse agnatum legitimum Baldassaris eius fratris in se trãstulit,& hoc patet,quia pars aduersa fatetur in sua prima positione,qualiter veritas fuit,& est,Bartholomæũ prædictum esse filium Ioannis Lazari,item super quinta positione fatetur Baldassarem esse filium d.Ioannis Lazari,item super secunda & decima,& alijs reiterando fatetur Bartholomæum, & Baldassarem esse fra-
20 tres ex eodem patre natos, † & est certũ, ꝙ ponens affirmatiuè fatetur,ita est tex.expressus in l.cum pretium.de liber. causa,in l.2.C.de institu.& substitu.Innoc.in c.cum olim, de censi. Spec.in tit. de positio.§.1. vers. quid si actor. Alex.pulchrè cons.83. nu.2.uersi.pondero,lib.1.cons.71.col.2.nu
21 mero 4.uers.uenio,lib.3. † maximè qñ ponens iurauit positiones esse ueras, prout in casu nostro reperitur iuratum ad tradita per Pract.Pap.ĩ forma libel.positio.in §.ponit,in principio, & bona additio ibi litera
22 B,† & ponendo,& fatendo esse filios Ioannis Lazari patris,& ad inuicem fratres natos ex eodem patre,ex consequenti fatetur ponens eos esse ad inuicem agnatos legitimos,quos desiderat lex,ita est tex.clarus in d.§.1.Institu.de legiti.agnat.succes.ubi habetur,ꝙ nati ex eodem patre, sunt fratres agnati,& consanguinei,idem dicitur in Institu.de legiti.agnat.tute.post princip.ibi, agnati sunt fratres,& legitimi, & per Dec. in d.cons.54.nu. 2.uersicu.& prædicta maximè, & uolens postea dicere illegitimum,
23 id probare debet, † quia stat præsumptio pro Bartholomæo in tali casu,quòd sit potius legitimus frater,quàm illegitimus,ita potius filius, quàm spurius, Dec. in l. nuptias,nu.2.ff.de reg.iur.& in c.ecclesiæ sanctæ Mariæ.nu.44.uers. in septimo casu, extra de constitu.post Abb.in c.lator.qui filij sint legit.& alios per Dec. citatos sequitur Cephal.cons.608.nu.7.lib 4.Menoch.cons. 60.nu.34 lib.1.idem Cephal. consi.185.nu. 12.lib.2.cons.223.nu.9.eod. lib. Roland.a Valle consilio 49.nu.50. lib.1. imputat igitur sibi pars aduersa,si fecit positiones iuratas releuantes ab onere probandi actorem, & in se contrarium transtulit, quod contrarium postea non probauit,ut digno scetur ex processu.Igitur ex supradictis, & eisdemmet actis apparet actorem probasse eius intentionem,& præsuppositum D.Relatoris non esse uerum, suamque relationem, & sententiam fuisse, & esse notoriè iniquam, & iniustam, & per consequens nullam ex communi,per Vant.de nulli.ex
24 defect.proces.d. nu.227. † quia quod colligitur ex actis,dicitur notorium, Innoc.in c.per tuas,de in integr.resti.sequitur Bal.in c.1.§.iudices.col.4.de pace iur.firm.Dec.in c. ex insinuatione. num.7. de appella.quod non indiget aliqua probatione.l.emptorẽ in princip.& §.1.& ibi Bar.ff.de actio.emp. & a sententia notoriè iniqua, & iniusta,& nulla resultante ex actis,& processu,ut in casu præsenti, potuit, & potest appellari, & uenit admittenda (non obstante statuto precitato) per ea,quæ latè deduxi & princip.numero 2.& 3. in hæc sufficiant, quantum ad primum motiuum D. Relatoris:
25 † Quantum uerò ad secundum motiuum, quod secundum statutum,absens censetur sciuisse, si infra sex menses venierit in patriam, & publica uox & fama fuerit in uicinia de alienatione facta,& ĩ processu per depositionem Gabrielis Antonij probatur, *che publicamente si diceua di questa*
26 *uendita*, † quæ uerba probant publicam vocem, & famam, cum simus in probatione præsumptiua, in qua satis est, quòd sequatur probatio per solam iuris præsumptionem,ut per Bal.in c.preterea, de testi. quem sequitur Paris. in consilio 52. in fi. uolum.3. ubi dicit Roman. curiam seruare hanc Bal. opinionem, & Anchar.in c. ue-
27 niens de uerbo.signifi.in 6.tenet, † quod licet in probanda communi opinione testes debent dicere se a multis audiuisse, quos interrogatus nominaret, bonum erit,si tamen respondeat, non habere memoriam de aliquo quia non recordatur, sed dicat, quòd communiter dicebatur,testimonium nihilominus valet,per l.in summa.§.item Labeo.ff.de aqua plu. arcen.ita tenet Hieroni.de Monte in tract.de fi.c.56. per totum, & præsertim procedit ista conclusio,quia fama in præsenti casu, confir-

matur

matur ex uerisimilibus, & probabilibus coniecturis. Quia tunc testis etiam interrogatus non habet dicere a quibus personis audiuit, cum fama potuit habere ortum a coniecturis, & argumentis probabilibus,
28 † nec requiritur tunc originem famã habere a prouidis, & honestis personis, sed defectus personarum suppletur per argumenta probabilia, ita cõcludit Hieron. de Mõte in præcitato c.56.nu.9.10.& 11.Bal.in l. ea quidem, nu.60.C.de accusatio. ubi dicit, quando famę assistunt aliqua uerosimilia, ualet fama probata sine origine; sed in casu nostro coniectura est Bartholomęum sciuisse, quia habitauit, & habitat in eadem domo, in qua habitabat Baldassar, & D. Tomasia; secundò, quia cum aliam partem dictę cellæ uinarię Baldassar Baptistino uendiderit, fuit ei facta notificatio, & eã eme-
29 re recusauit, † & dicto Gabrieli (licèt unicus) fides est pręstanda, cum sit a parte inductus, & sic approbatus. Soc.iun.consilio 69.num.11. volum.1. Angel. in l.cum pretium.C. de libera. cau. Rota Pedem. decis. 39.numero 23. Roman.consilio 104.Crau. consi.201.nu.5.& seq. uol.2. Bursat.consilio 97. numero 25. uolumine 1. ratio est,
30 † quia producens dicitur approbare omne, quod testis deposuerit. glo. Maria. montitio testi. uers. testis unicus contra produ-
31 centem, fol.mihi.190. † ab expensis duxi Bar. absoluendum ob consilium Domini Aduocati, iuxta tradita per Asini. in praxi. §.32.c.de expensis, limit.2.uersi.10.principaliter limitatur, & limitatio.3.fol.448.& hęc quidem sunt, quæ punctualiter secundo motiuo fuerunt allegata per D. Relatorem contra Dominum Bartholomęũ agentem: cuius quidem opinionem, secundum præsuppositum factum, & eius allegata, nos quoque pariter in tali casu illam esse ueram asseueramus. Sed tale pręsuppositum, quòd sit probata fama in uicinia dictę scientiæ, allegatæ venditionis, ex unico teste, etiam a parte producto, & allegatæ coniecturæ corroborantes illum sint uerę, & sufficientes ad excludendum Dominum Bartholomæum agẽtem sanè, & expresse, uerum esse in casu nostro negamus, & illud ex allegatis, & ex processu pariter contrarium esse ueritati impugnemus. Et primò, quia statutum præcitatum, quod absens censetur sciuisse si infra sex menses uenerit in patriam, & publica uox & fama fuerit in uicinia de uenditione facta, quæ probatur ex d. Gabrielis Antonii, licèt unicus, eo quia fuit productus fuit a Bartholomæo, qũa sup ultimis capitulis d. Bartholomęi examinatus, rectè respondit, & super interrogatoriis partis aduersæ super secundo capitulo interrogatus de publica uoce & fama dictæ uenditionis in uicinia, respõdit, *si seppe publicamente*, qui propterea contra partem producentem probat, per supradicta. nu.29. Respondetur primò ꝙ tale præsuppositum in iure, non est uerum, quia scientia in uicinia uenditionis prædictæ per famam nullo modo dicitur probata,
32 † quia qualitates statuti super allegata scientia & fama publica non fuerunt probatæ per partem aduersam fundantem in statuto, quæ uti fundamentum ipsius erãt probandę.l.2.de proba.l.qui accusare.C.de eden.l.1.§.ait prætor.ff.ne quid in loco publico, cũ similibus adductis per D. Riminal. iunior.consi.44.nu.68.lib.1.ergo relatio, & sententia iniqua est & iniusta, & nulla, et per consequens appellatio interposita ab ea, non obstante statuto DD. Patialium, est admittenda de iure, & successiuè adhuc esse locum dicto retractui, fatendum est, ut supra dixi, num.2.& 3. Secundò, quia testis iste (licet productus a parte) non probat cõtra producentem, quamuis multi teneant contra, ut per Fel. in c.causam, quæ de re iudica. in princip.& in c.ueniens, sub nu.16. de testib. Bar. in l. si quis testibus. C. de testib. maximè si impugnat testes. Rui. consi. 21.nu.6. uol.1. tamen quia statutum facit mentionem de uenditione facta inscio agnato, ibi in §. si alienatio facta esset. item facit mentionem de eius pretio limitato ibi, in uersi.& hoc si ipse agnatus petierit, & obtulerit realiter & cum effectu pretiũ quod solutum fuerit, & ibi in uersi. Si uerò contigerit, quod pretium non foret solutum in totum uel in parte, apparet ꝙ statutum uult, quòd probetur fama in uicinia de uenditione cum sua qualitate pretij limitati, ut afficiat agnatum scientem: quia licèt statutum mentionem non faciat de pretio ibi in §.& intelligatur sciuisse si probatum fuerit fuisse publicam uocem & famam in uicinia, quod dicta domus, seu

pos-

possessio fuerit uendita, nihilominus intelligitur de utroque, videlicet de conditio-
33 ne, & suo pretio certo, & limitato, † quia pars una clara statuti aliam partem magis dubiam declarat, ut per D.Paris.in cons.110. numero 34.lib.3.Alba.consilio 88.numero 9.consi.50.nu.3.& Cepha. consi.526.num.
34 10.lib.4.& ratio est in casu nostro, † quia statutum loquens de uenditione, intelligitur de uera, quæ sine prætio certo, & limitato non ualet, §.pretium, Inst.de emptio. & uendit.l.2.ff.de côtrahen.empt.l.empti. & l.fi.C.eo.tit.Roman.singula.749. consilio 30. consilio 305.& ibi Mandosi.& Dec. consilio 75. sub numero 5. At iste testis respondendo ad interrogata, uidelicet, *si seppe publicamente di detta uendita*, non probat, nec plenè, nec præsumptiuè scientiam dicti pretij per famam, quod sanè requiritur præcise scire agnatos retrahere uolentes, ut possint formam statuti obseruare, hoc est infra mensem a die scientiæ talis pretium certum, & limitatum realiter, & cum effectu deponere, ut statutum præcitatum disponit ibi, in d.§. si alienatio, in uers. & hoc si agnatus, & per Hippoli. singula.38. Tertiò, quia hæc scientia per famam, alio capite non dicitur probata per dictum testem (licèt productus a parte) quia super interrogatorijs, respondendo simpliciter, *si seppe publicamente*, deponit, tantum de sciêtia actus uenditionis, quæ absque eius qualitate necessaria pretii limitati, quod dat robur uenditioni, & afficit agnatum, sanè non operatur eius effectum, prout supra dixi, & multò magis, quia non potest dici, quòd testis iste deponat etiam super pretio, quia super interrogatoriis respicientibus secundum capitulum, ultimo loco productum ad repulsandum testes, nullum uerbum de pretio, sed tantum de
35 actu uenditionis; † & certum est, quòd responsio interrogationi factæ debet esse conformis, ne testis sibi sit contrarius, ut dicit Hieroni.de Monte, dicto tract. de finib. reg.eo.c.56. sub numero 6. At in interrogatoriis tantum continetur, *se è sano che subito, che detto Battestimo hebbe compro la detta volta, & cantina l'anno 75. & mese di Febraro, si seppe publicamente, per la terra, & nella contrata del detto Bartolomeo, che tal uendita fosse stata fatta*, vnde sibi imputat pars aduersa, si nesciuit formare interrogatoria sua ad probandum scientiam per famam publicam in uicinia dictæ uenditionis, quia ad eam probandam, opus erat, quòd diceretur in interrogatoriis, an sciuerit publicè in uicinia dictæ uenditionis factę pro tâto pretio certo, & limitato, quia si testis responderit, *si seppe publicamente*, tunc esset conformis eius responsio interrogationi, de uenditione, & certo pretio per ea, quæ supra dixi, & per Alexan. consilio 35. numero 11. uol.7. & consilio 75. numero 5.
36 uol.4. † Quo uerò non facto testis iste illam non plenè, neque præsumptiuè probauit, ita not.Iacob.de Are.& Rayn.in l.1.C. de contrahen.& commit.stipula.& hoc firmant per dictum §. pretium. Institu. de emptio.& uenditio.& ita sequitur Alex.in consilio 20. incip. in causa appellationis, sub numero 9.uers.præterea, lib.4. ubi allegat Bar.in l.sciendum, in 1. col. ff. de uerb. obliga.sequitur post prędicta Marsi.in singul.38. incip. empt. ubi dicit, tene menti, quia pauci sunt dies, quòd istud euenit in
37 causa satis ardua, & ratio est clara, † quia lex, uel statutum, quando ponderat scientiam actus respectu certæ qualitatis, prout in casu nostro, ubi ponderat actum uenditionis respectu eius certi pretii, quòd conualidat eam.dicto §.pretium.Instit.de emptio. & uendit. tunc ille agnatus non dicitur scire, qui scit actum, & ignorat eius qualitatem, ita est glo.notab. in c.concertationi, de appellatio. lib.6. de qua facit festum ibi Dominic.de Sancto Gemin. qui dicit esse notandum pro statutis, post prædicta alios plures congerit, & sequitur Anton. Corset. in singul.in uerbo, sententia, numero 11. per totum, Bar. Cassane.in consuet. Burgun. rubrica des iusticiers, si droict. uersi.13.fallit, colum.fi.in princip. fol.mihi 200. latè de ista scientia loquitur Octauia.Pedamon. decis.174.num.3.& 4. car.711.Rota Luca. decis.52. nu.20. & seq. in 1.par.ergo non probata scientia per famâ publicâ in uicinia dictę qualitatis pretii certi, & limitati dictæ uenditionis, iuxta dispositionem statuti præcitati, super quo fundatur pars aduersa, utique relatio, & sententia est iniqua, iniusta, & notoriè nulla, appellatioque ab ea est admittenda, & locus est dicto retractui, non obstante

statuto

ſtatuto prohibente illã, per prædicta. Quartò, quia iſte teſtis, licèt productus in parte, deponat, *ſi ſeppe publicamente*, cui concurrunt duæ coniecturæ allegatæ per Do. Relatorem in ſuo motiuo dicentem, ob id teſtem probare famam publicam, abſq; aliis requiſitis ad eam probandam, nihilominus rectè intuenti talis teſtis non probat quomodocunque, minimeque afficit partem producentem, vt ex aduerſo præſupponit idem Dom. Relator, quia tale eius præſuppoſitum ex eius allegatis minimè verifica-
38 tur, † quo propterea ſublato, tota machina eius opinionis ſuper eo ædificata corruit, Bal. conſilio 245. libro 5. Crauet. conſilio 6. numero 36. Iacob. Port. conſilio 2. numero 66. conſi. 4. num. 11. conſi. 92. num. 25. conſi. 167. numero 34. Et quod hoc ſit verum patet, & primo, quia dicto teſti non creditur, cum ſit uarius, & ſibi contrarius, nam in primis ſuis examinis ſuper 12. c. cōtinente Bartholomæum eſſe confinem dictæ cellæ vinariæ venditæ, examinatus rectè reſpondit, & ſuper interrogatorijs partis aduerſæ reſpicientibus publicam uocem, & famam reſpondit, *hauere inteſo più uolte ſei meſi ſono, dire dal detto Batteſtino, che haueua compro detta parte di cantina, & altro non ſapere*, ergo de publica uoce, & fama neſciebat quicquam, & ultimo loco reproductus ad repulſandum teſtes partis aduerſæ uper interrogatorijs reſpicientibus ſecundum capitulum, & publicam uocem, & famam, tantum reſpondit, *ſi ſeppe publicamente*, ecce quod primo loco dixit neſcire de publica uoce & fama, & ultimo loco dixit ſcire de ea, quæ ſanè ſunt inter
9 ſe diuerſa, † & teſti uario, & ſibi contrario non creditur, nec probat. Pract. Pap. in forma libel. oppoſitio. contra teſtes, in §. ſunt uarij, Bero. in conſ. 201. num. 32. lib. 3. Secundò quia dato quòd poſſet reduci ad concordiam, ut probaret dictam ſcientiam per famam, attamen ex alio capite non
10 probaret contra producentē, † quia pars producens non dicitur approbare dictum ſui teſtis producti deponentis ſuper interrogatorijs partis aduerſæ, ſed tantum eius perſonam, contra quam obiicere non poſſet quicquam, ſecus contra dictum ſuum, ita tenet D. Abb. in c. præſentium col. 3. & 4. de teſtib. Tob. Non. conſ. 24. nu. 22. & ſeq. Maran. de ordi. iudic. in rub de repulſa. nu. 12. & communem dicit abſolutè Nat. in cōſilio 31. lib. 1. ubi pulchrè. num. 4. Hippol. ſingul. 92. per quod videtur declarari dictum, & allegata Domini Relatoris, & Roma. in conſi. 104. circa fi. & Iaſ. in rubrica de iureiur. & in conſi. 57. col. 4. lib. 1. tenentes teſtem productum contra producentē deponentem probare, qui poſſunt ſaluari, & intelligi, dummodò quicquam deponeret teſtis ſuper capitulo, & non ſuper interrogatoriis contra producentem, quia tūc vt approbatus a parte optimè probaret, per Doct. ſupra citatos, qui in capitulis propriè uidentur loqui, ſi rectè digeruntur eorum dicta, & hæc fuit, & eſt mea inueſtigatio a nullo quem uiderim uſque adhuc tacta. igitur iſte teſtis non probat quomocunque, quia eius dictum deficit, ut ſupra dixi, eo quia non deponit de qualitate pretii dicti actus venditionis, licèt deponat tantum de actu, ſeu uenditione. Tertiò non probat iſte teſtis in ſuo ſecundo dicto ſuper interrogatoriis facto, ubi tantum deponit ad interrogata, *ſi ſeppe publicamente*, quod dictum regulatur & interpretari debet ſecūdū primū eius dictū factū ſuper īterrogatoriis, reſpiciētibus 12. c. ubi aliàs dixi, deponit de auditu a Baptiſtino, emptore parte aduerſa, ne ſibi aduerſatur,
41 † qui teſtis de auditu alieno non probat. glo. & Docto. in lege teſtium. C. de teſtib. Dec. conſi. 153. columna penul. cum vulg. ſequitur Thobi. Noni. in conſilio 24. numero 23. maximè quando a parte aduerſa audiuit, vt per eundem Thobi. ibi numero 24. uerſi. & præſertim, qui circa dictum Roma. in d. conſilio 104. ſe exagerat abundè, idem facit perbellè Rimi. iun. in conſi-
42 lio 60. nu. 2. 3. 4. 5. & 6. lib. 1. † vbi dicit, ſicuti non creditur patri, ita minus creditur teſti, quia teſtibus non creditur, quorum repelluntur auctores, etiam contra producentem, & alijs medijs declarantem, Roma. & Iaſ. locis ſupra citatis. Quartò, etiam nō probat iſte teſtis contra producentem, q̃a
43 ſi diceremus quòd teſtis probaret, † duo concurrerent ſpecialia circa idem, quod quidem non eſt dicendum. l. 1. C. de dot. pro
44 miſ. l. & magis. ff. de ſolu. † primum ſpeciale eſſet, q̃a unicus teſtis contra. l. vbi nume
45 rꝰ. ff. d̃ teſt. alterū, † q̃a ꝓbaret teſtis de au

ditu alieno,contra not.in d.l.testium.C.de
testi.sed consequens est falsum.l.1.ubi Bal.
C.de dot.promis.ergo falsum est eius ante
46 cedens, † quod iste testis probet maximè
deponens de auditu a parte, ut per Thob.
numero 24.& Riminal.iun.numer. 5.& 6.
locis supra citatis, ergo præsuppositũ D.
Relatoris non est uerum,neque sunt vera.
Quintò,quia dato & non concesso, quòd
prædicta non obstarent,ut uerè obstant, ni
hilominus iste testis, etiam cõcurrentibus
duabus præsumptionibus allegatis ad eius
corroborationem per D. Relatorem , non
probat famam publicam contra produ-
centem fuisse in vicinia de dicta uenditio-
ne,& eius pretio certo,quia coniectura pri
47 ma habitationis , † quæ fundatur in eo
quod habitans dicitur præsens,& præsen-
tia arguit scientiam,Bal.in c.1 col.1.uersi.
nota ex præsentia,si de inuesti.do.& vasal-
lis ori.l.testium.C.de testi. & Bar. in l.1.
§ fi.ff.de author. iudic. procedit , quando
actus non potest celebrari inter absentes ,
uel in absentia tertij secus si potest, ut in
48 casu nostro, † quia tunc habitatio domus
post actum in absentia habitantis celebra-
tum,non arguit scientiam dicti actus cele-
brati,ut per Ruin.in consilio 131.uisis sub
nu.4.lib.1. sequitur Thobi. Noni. consi.1.
nu.2.uersi.Respondetur & de absentia di-
cti Bartholomæi, quando actus uenditio-
nis primæ partis cellæ uinariæ fuit cele-
bratus , cognoscitur aperte expositioni-
bus,& processu partis aduersæ,igitur talis
præsumptio & coniectura non aduersatur
casui nostro, contra quam tamen repu-
gnat alia magis uerosimilis,& fortior præ
sumptio pro habitante,quòd sicuti a prin-
cipio & in præteritum propter eius absen-
tiam nesciuerit actum uenditionis celebra
tum, ita etiam de præsenti per eius reditũ
& habitationem domus , minimè illum
49 scire potuisset, † quia semel ignorantia ,
semper præsumitur illa,nisi probetur con
trarium.l.super seruis,& ibi Bar.C.qui mi-
lit.pos.lib.12.& Bar.in l.si cui.§.1.ff.de ac.
& in absente dicit c.fi.qui matri.accusa.nõ
pos.l.Titius.§.Lucius.ff.de liber.& posthu.
Bar.& Doct.in l.is potest.ff. de acquir.hæ-
redi.Dec.consi.460.nu.27.Craue.cõs.226.
50 numero 2.lib.1.& certum est, † quòd una
præsumptio fortior, tollit aliam debilio-
rem,Cephal.consil.306.nume.4.lib.3.cons.
51 475.nume 33.lib.4. † & plures uincunt mi
nores,Corne.consil.211 numer. 18. libr.2.
Secundò coniectura altera allegatæ notifi-
cationis factę sub die 21. Ianuarij 1574.di-
cto Bartholomęo agnato , & confinanti de
uẽdenda altera parte cellæ uinariæ, utique
non producit effectũ suum contra Bartho-
lomæum,ut pręsupponit D.Relator.quini-
mo eius effectum optime produxit contra
notificantem, quia per notificationem illã
præsumitur statim uenisse in cognitionem,
& scientiã primæ partis uenditę, postquàm
a principio erat absens,& ignorabat,& uen
ditor frater possidebat, & possedit illam,
usque ad eius mortem , & adhuc possident
filij, & hæredes dicti fratris uenditoris, ac
Domina Tomasia eius uxor,& nunquã em
ptor possedit eam actualiter, per quam po
tuisset iste Bartholomæus venire in scien-
tiam prædictæ uenditionis , & eius neces-
sariæ qualitatis pretij certi, & limitati:me-
ritò si istæ coniecturæ, & præsumptiones
uti ueriores , & fortiores præualent dictæ
coniecturæ notificationi allegatæ longè de
biliori,per ea quę supra allegaui,unde ces-
santibus coniecturis supra a D.Relatore al-
52 legatis,testis iste,ut nudus,† minimè pro-
bat scientiam per famam publicam,cum fa
ma aliter probari debet,iuxta communem
opinionem Bar.in l.de minore.§.plurium,
nume.10.de quæstio.quam communem di
cit & sequitur in tali casu idem Hiero.de
Monte, dicto capitulo 56. in principio , &
nu.7.Alex. consil.20.nu.11.uol.4.Dec.cõs.
37.nu.8.& 11.Paris.cõs.154.nu.12.seq.uol.
4.Roland.consi.3.num.48.& seq. uolum.1.
quia opin.Bal.firmata per eum cõtra Bart.
in nume.9.& 10.super qua fundauit inten-
tionem suam idem D.Relator, cessantibus
illis coniecturis casui nostro adaptari non
potest, Menoch.consil.175.num.100.lib.1.
car.241.ergo pręsuppositum D. Relatoris
ex actis & allegatis non verificatur, quin-
imo ex eisdemmet actis processu & iuribus
allegatis per eum arguẽdo a contrario sen
su, nostrum omnino pręsuppositum ueri-
ficari uerum fatendum est, quòd testis iste
non probat scientiam hanc a statuto requi
sitam per famam , per ea quæ latè supra in
unoquoque capitulo deduxi igitur relatio
& sententia iniusta , ac notoriè nulla ap-

pellatioque ab ea interposita est admittenda non obstante statuto præcitato illā prohibente.

Sextò est ultimò, dato etiam, sed non cōcesso, quòd præsuppositum Dom. Relatoris procederet eo modo, quo deduxit in motiuo, attamen non aduersaretur casui nostro, quia illud est fundatum in probatione præsumptiua, vt ipse fatetur, quæ nō procedit in statuto nostro requirente probationem veram de venditionis, & pretij scientia in vicinia per publicam vocem & famam, ad hoc ut afficiat agnatum retra-
53 here volentem, † & quando statutum requirit probationem, non habet locum in probatione quæ fit per præsumptionem legis, quia illa non est vera probatio, sed impropria, & consequenter non habet in statutis locum. l. vnica. ff. si tab. testa. nullæ extab. & per Cepha. consi. 54. numero 24. uol. 4. car. 274. Roma. in l. 1. C. de milita. testa. quem allegat, & alios & sequitur Natta in consilio 581. numero 9. 16. 18. & 20. ubi
54 pulchrè, & d. nu. 20. dicit, † quando statutum concedit, uel promittit aliquid cum sua qualitate, debet illa qualitas specificè probari, & non sufficeret generalis præsumptio, & ibi num. 21. lib. 3. Dec. cons. 37. num. 8. & 11. Ancha. Regiens. q. 55. in 2. par. cum igitur statutum nostrum ponderat scientiam venditionis cum sua qualitate pretij limitati ad hoc ut agnatus possit a die sciētiæ infra mensem deponere illud actualiter & cum effectu, utique requirit veram probationem famę prędictę, & non sufficit generalis & indiscreta prẹsumptio, ergo res nostra uidetur in tuto, & prę suppositū prẹsumptionis Dom. Relatoris de iure nō procedere, eiusque relationem, & sententiam Dom. Patialium notoriè iniquam iniustam ac nullam, appellationemque ab ea interpositam esse admittendam nō obstante allegato statuto contrarium disponente, & successiuè in melius dictam sententiam reformando per Do. Iudicem ad quem, declarando appellationem admit-
55 tendam, † locum esse adhuc retractui isto, & bene appellatum per dictum Bartholomęum, ac malè, iniquè, & iniustè iudicatū per Dominum iudicem a quo cum victoria expensarum iuxta l. eum quem. ff. de iudic. l. properandum. §. sin autem alterutra, ubi Doct. pręcipuè Ias. C. eodem tit. præsertim id fieri deberet, quia dicta relatio, & sentētia uenit retractanda ex iisdemmet actis, processu, & allegatis per Dom. Relatoré:
56 † ex quibus actis, nedum probatur fraternitas, & agnatio, quæ est in secundo gradu quam desiderat statutum, l. Iurisconsultus. §. secundo gradu. ff. de gradi. affinit. & Institu. de gradi. cognatio. §. secundo gradu. uerumetiam Bartholomæum esse confinem, ut expresè omnes testes probant, imò pars aduersa in suis positionibus, ex quo solo capite saltem Dom. Relator debebat refer-
57 re ad fauorem illius: † quia actore probante, reus est condemnandus, argum. contra l. 2. de prob. l. qui accusare. ff. de eden. cum si-
58 mi. † & talis relatio, & sententia ex falsis allegationibus & cū expssa falsa lata est ipso iure nulla, Gozad. consilio 2. numer. 24. Meno. de adipis. pos. remed. quarto. numero 891. car. 73. & iniqua ac iniusta, ut per Cæsar Contard. in l. unica, limitatione nona, numero 41. & seq. uers. succurritur prę terea victo. C. de momenta. pos. car. 179. ubi
59 latè, & dixi supra numero 3. † a qua potuit appellari non obstante statuto prædicto appellationem prohibente, ut supra dixi in prin. numero secundo, & tertio, & optimè post tradita tenet Alexan. in consilio 113. numero octauo, & nono, columna secunda & tertia, lib. 5. & Cæsar Contard. ubi supra, numero 41. & seq. quæ opinio procedit, non obstantibus quibuscunque uerbis positis a statuto in §. qui quatuor uiri, ubi habetur, ꝙ ipsi possint ferre eorū sententiam de bono & æquo, de iure & de facto, summarie, & de plano, sine strepitu & figura iudicii, sola facti ueritate inspecta: & nulla iuris aut statutorum solemnitate seruata, & prout & sicut ipsis Patialibus, seu
60 bonis uiris uidebitur, & placebit: † quia unumquodq; uerbum, seu unaquæq; clausula, licèt significat amplam potestatem, tamen procedit circa solemnitates, & ordinatoria iudicij, & non circa decisoria & merita causæ, ut est uidere Barto. in tract. ad reprimendum, per discursum, & præcipuè in uerbo, uidebitur, Corne. consi. 65. quoniam, num. 3. libro 4. latè decisio. Pedam. 1. per totum. Nat. cons. 585. per totum, lib. 3.
61 & dixi in decisio. 10. num. 35. † & statutum prohibens appellationem respicit decisoria

ria & merita causæ, ut per Perus. in c. si duobus. §. denique. nume. 4. & c. ut debitus honor, nu. 15. & seq. de appel. † & actus appellandi respicit ordinem iudicij, ita Marian. Soc. sen. in c. licet ex suscepto, nu. 12. uersi. quia appellatio, de foro comp. c. quod clericus. eo. tit. & ita ex doctissimis allegationibus honorandi fratris mei Do. Dionysij fuit IVDICATVM * ex consilio sapientis, uidelicet, appellationem fuisse admittendam, & bene appellatum, & de nullitate dictum, & malè iudicatum, ambas partes ab expensis absoluendo die 8. Februarij 1579. a natiuitate, a qua fuit appellatū ad Dominos Iudices Rotæ Florentinę, qui confirmauerunt hanc sententiam condemnando uictum in expensis die 22. mensis Augusti 1579. & conferunt huic decisioni, quæ dixi supra decis. 10. & 11.

DE IVDICIIS.

DECISIO XIII.

ARG.

Folla, seu bannimentum, & crida bonorum facta contra formam statuti, & non vocatis vocandis, est ipso iure nulla.

Accusationes damni dati factæ contra formam iuris, & statutorum, non valent.

Obseruantia, & stylus non inducitur a populo, qui non potest absolutè condere statuta.

SVMMARIVM.

1 *Folla est prohibitio non intrandi in bonis alicuius vniuersitatis, vel particularis.*

2 *Folla ad hoc vt valeat, debet fieri secundum formam statuti ad vnguem, aliàs ruit. nume. 18. 23. 43.*

3 *Forma statuti non seruata, actus est nullus, quia importat substantiam actus. nu. 18. 23.*

4 *Folla dicitur probata nulla, statim quòd est oppositum non esse factum secundum formam statuti & per legitimam personam. nu. 21.*

5 *Statutum loquens de folla, quod debeat intra quinque dies contraditi ab interesse prætendente, non intelligitur de folla nulla & facta contra formam statuti. nu 18. 29. 41. 43.*

6 *Mandatū speciale requiritur in prohibitis fieri.*

7 *Actus factus nomine alterius nō valet, si non doceatur de eius legitima persona, & mādato.*

8 *Mandatum non præsumitur etiam per centum annos, & semper potest opponi de defectu personæ, & mandati, intellige vt ibi, & nume. 9. & 10.*

11 *In pari causa melior est conditio prohibentis.*

12 *Verba statuti vbi sunt clara, vlterius non est quærendum, sed illud est obseruandum.*

13 *Bona aliena, & communia nemo follare, & bannire potest sine interuentu, & consensu domini, aut consocij, nec alienare, aut pignori dare.*

14 *Socius communis potest intentare possessorium contra emptorem, & possessorem bonorum sibi communium pro suo interesse.*

15 *Qui est in possessione, vel quasi lignandi, pasculandi, eundi, vel alicuius iuris, non potest molestari, nec accusari de damno dato, sed debet ordinario iure conueniri, & quomodo procedit. nume. 16.*

17 *Possidens si molestatur, & accusatur de damno dato ab alio, potest turbatorem, & accusatorem accusare.*

19 *Nemo debet admitti vt talis, nisi probet se esse talem.*

20 *Qualitas, in qua actus geritur, attendi debet, & debet adesse tempore actus.*

22 *Nullus potest se ipsum eligere.*

24 *Assumens sibi nomen saltuarij & procuratoris, cum non sit, potest de falso puniri.*

25 *Iuramentum videtur requiri pro forma, quando a statuto est introductum.*

Saltuarij non possunt accusare sine iuramento.

26 *Statutum, quod credatur iuramento accusatoris, & domini, intelligitur, si erit bonæ conditionis, secus si esset infamis, aut periurus.*

27 *Item si iurauerit in die iuridico.*

28 *Qui facit actum sine solemnitatibus, dicitur in mala fide, & in dolo.*

30 *Accusator cum iuramento, & propalans debet dicere vidisse damnum dare, vel inuenisse a persona uidente, & non deponere de auditu auditus. nu. 50.*

Iuramentum debet esse de proprio facto, uel de uisu.

31 *Cōsuli dato ad inquirendum & inueniendum damnum non creditur cum iuramento, sed testibus*

testibus ab eo nominatis creditur, secus quando est electus ad referendum. idem in officiali curiæ. nu. 53.

32 Consul, cui fuit factum præceptum inueniendi per apodixam damnum datum, non potest inuenire damna post apodixam data, sed ante præceptum.

Limitata commissio limitatum ponit effectum.

33 Condemnatus in expensis, intelligitur de iam factis, non etiam de fiendis.

34 Nullitates procedentes ex defectu formæ statuti non seruati, non censentur exclusæ a statuto excludente nullitates.

35 Lite pendente nihil debet innouari.

Idem lite pendente super inhabilitate personæ.

36 Attentatum debet reuocari per viam nullitatis instantia perempta.

37 Transactio, & conuentio facta in fauorem vnius consocij prodest alteri, non autem ipso non citato.

38 Priores Fiuizani non possunt obligare bona, & iura communalia villarum, nec particularium personarum, nec contra statuta, aut præter.

39 Vbi sunt plura corpora villarum, & personarum vnita simul, non potest aliquid disponi, nisi interueniat maior pars cuiuslibet corporis.

Villa aliqua quando est vnita cum alijs non potest quidquam disponere sine interuentu maioris partis aliarum.

40 Contrahentes censentur contrahere secundum dispositionem iuris, aut statuti.

Dispositio quælibet intelligitur secundum mentem statuti.

41 Statutum loquens de Consule & Saltuario, intelligitur de vero, & non falso facto contra formam statuti.

42 Instantia perempta pereunt ordinatoria acta, non probatoria, & quomodo.

Effectus nullitatis sollare non perit perempta instantia. nu. 44.

Attestationes non publicatæ pereunt perempta instantia.

Declara, ut ibi.

45 Præscriptionis interruptio non annullatur per desertionem instantiæ.

46 Iurisdictio ordinaria, & delegata non perit perempta instantia.

47 Instantia perempta possunt opponi omnes exceptiones de nouo perinde, ac si iudicium nunquam fuisset intentatum.

48 Pro actu non præsumitur facta oppositione.

49 Statuto sublato, tollitur & exceptio.

51 Testis etiam ex officio examinatus non probat, si non est repetit us probat, si non est repetitus parte citata.

52 Statutum quòd accusator, dominus, & Consul possit accusare & denuntiare, intelligitur cum iuramento parte citata, nu. 55.

54 Statutum quòd credatur accusatori usque ad libras tres, debet accusator exprimere certam æstimationem damni, aliàs non valet accusatio, & potest fieri coaceruatio summarum ad excludendum accusatorem.

56 Accusatio ad hoc ut ualeat, debet habere diem, mensem, & annum.

57 Accusatio facta post tres dies a statuto limitatos, non ualet.

Tempus a statuto positum, dicitur peremptorium, & pro forma.

58 Consul & officialis non potest accusare de maleficio facto tempore sui officij post eius officium.

Quid in nouo Consule, & officiali.

59 Iudici non creditur de informatione recepta super stylo, & obseruãtia, nisi ex actis apparet.

60 Obseruantia, & stylus contra statutum attendi non debet, maximè quãdo respicit decisoria.

61 Priores Fiuizani, & iudices non possunt introducere obseruantiam & stylum contra statutum, & iura.

62 Assessores iuuenes sæpe errant in practica.

Et dicuntur confusores litium.

63 Iudex non debet attendere intereße domini sui contra ius, etiamsi timeret expelli.

DECISIO XIII.

IN hac nostra Curia Fiuizani duo reperiuntur statuta, quæ multum frequentantur, & singulo anno super illis disputatur propter frequentiam casuum. Primum est sub Rub. de Saltuariis, Consulibus, & accusatoribus, c. 20. alterum sub Rub. de Follis fiendis. c. 19. primum ita breuiter disponit.

STatuimo, et ordiniamo a causa che li danni sia custoditi, che per li Priori di Fiuizzano, & Corte si faccino, et eleggano duo Saltari, siue Guardiani per la terra di Fiuizzano, & vno per ciascuno Cõsolato delle Ville, quali possano, & debbano accusare per tutti li danni si faranno per tutta la

Corte di Fiuizzano, & ciascun di detti Saltari cō suo giuramēto habbia da accusare, & denuntiare, & siali creduto, & tale accusa, o denuntia habbiano a fare fra tre giorni dal dì del danno dato, & si poßano anchora ricercare i danni dati per poliza in questo modo, cioè, che ciaschuno Consule, che habbia commandamento di ricercare i danni dati di alcuno sia tenuto dare sacramento a ciascuna persona della sua Villa, cioè, a raportare tal danno secondo la uolontà de chi hauera patito il danno, & non altrimenti, sotto pena di soldi 40. Secundum statutum de Follis fiendis, ita similiter disponit.

Statuimus, & ordinamus, *che gl'homini del Commune di Fiuizzano, & sua Corte possano fare decreti circa le Folle per danni dati accordandosi li dui tertij del Commune, & s'intenda, che ciascuna Villa, & Commune de quella possino detti decreti deliberare fra gl'huomini di detti Communi, & Ville, & ciaschuna de quelle da per se, & che tutte le Folle, che si faranno debbano essere scritte nelli Atti della Corte di Fiuizno, & si debbano gridare publicamente in su la Piazza di Fiuizzano in GIORNO DI MERCATO. Et sia assignato termine cinque giorni a qualunque uolesse contradire a dette Folle. Et se infra detto termine non saranno contraditte non poßano più essere reprouate, se non per li Priori di Fiuizzano, & sua Corte. Et non si poßano follare se nō campi seminati, vigne, prati, orti, canepari, selue de castagni, & boschi, che fussero in chiusura, & ciaschuno poßa da ogni tempo follare ogni suoi beni doue foßero arbori de castagni, anchora in tempo che non foßero su frutti.*

Euenit quòd illi de Momio habentes cōmunalia pro indiuiso cum illis de Vendasio, & Vercusio, ac alijs uillis fecerūt follare, & ad cridas ponere quędam bona cōmunalia dictarum uillarum, uidelicet Andreas vti, Cōsul, & Bartolinus uti procurator uillę Momij absque consensu, & requisitione illorum de Vendasio, & Vercusio, deinde cum illi de Vendasio, de Vercusio, & de cęrris irent ad pasculandum, & lignezandum in nemoribus communalibus nulliter follatis, dictus Andreas, ut Consul: Bartolinus, ut procurator, Io. Pellegrinus, Luchinus, Bernabeus, Bertolinus, Petrus, Gimnesius, & alij de Momio, uti Saltuarii accusarunt illos de Vendasio, Vercusio, & de cęrris pluribus accusis, ex eo quia damnum dederunt in bonis follatis dictæ communitatis, & Dominus Iudex absoluit a quibusdam accusis illos de Vendasio, & consortes, & ab alijs confirmauit accusas, & illas taxauit, a qua condemnatione fuit appellatum, & dictum de nullitate per illos de Vendasio, & consortes tam ex capite nullitatis follarum, quam accusationum verum quia pro illis de Momio nulla apparet bona causa, & ratio defendendi tales accusas, & follam tam ex defectu inhabilitatis personę, quàm formę statuti non seruatę per ea, quæ latè dixi supra decis. 11. quę multum, & ferè omnia conferunt huic decisioni, ideo ad nullitatum causas deueniam, ut uideri possit an talis sententia in totum sit annullanda, & illi de Vendasio, & consortes sint absoluendi.

Et primò quoad follam gridatam per Andream assertum Consulem, & Bertolinū procuratorem illi de Vendasio, & consortes dicunt fuisse, & esse ipso iure nul-
1 lam, nullius ualoris, & momenti. † Nam folla nihil aliud est, quam prohibitio, & bannimentum non intrandi in bonis alicuius uniuersitatis, seu loci particularis, ut per Brun. in consilio 85. viso statuto. in fi. uersi. item considerata, & consi. 101. quod
2 possumus, † & ad hoc ut uoleat, debet fieri ad unguem, secundum formam statuti aliàs una ex qualitatibus statuti deficiente tota folla, & machina talis ędificii ruit, & in nihilū redigitur, ut pulchrè per Abba. in consilio 93. duo sunt, nu. 1. uol. 1. dixi supra decis. 11. nu. 10. 20. & 22. Primò ergo dicebant dictam follā nullam, quia non fuit facta seruata forma statuti, sub rub. de follis fiendis, quia non apparet quòd fuerit scripta in actis antequàm gridaretur, sed solum apparet quòd fuit decreta inter homines uillę Momii nec per duas partes hominum, sed solum apparet quòd ad instantiam Andreæ asserti Consulis, & Bertolini asserti procuratoris uilla Momii fuit gridata, & in follam fuerunt posita bona, de quibus in ea, & per talem gridam, & proclama non probatur quòd folla fuerit decreta, nec de aliqua deliberatione talis follę facta inter homines, & personas dictæ uillæ, & per duas partes non fuit decretum, nec facta fuit, nec etiam apparet, quod illa fuerit scripta in actis antequàm gridare-

daretur, ut requiritur ex forma dicti statuti, nec etiam apparet, quod fuerit gridata in die Mercurij, cum non fuerit dictum, nec deductum, quo die mercatum fiat in terra Fiuizani, ut etiam statutũ requirit, & ideo apparet quod ista folla, de qua agitur fuit nulla, quia non seruata forma statuti facta
3 fuit, † & forma statuti non seruata, actus est nullus, l. cum hi, §. si prætor. ff. de transactio. c. Pisanis. de resti. spolia. c. cum dilecta, ubi Fely. in uersic. gesta, de rescrip. latè ponit Brun. in tract. de forma, & solemnita. in art. de implemento formę, & solemnitatis, in ultimo effectu, nam forma statuti importat substantiam actus, & ideo actus est nullus, substantia sublata, Dec. consilio 583. Laur. de Pinu, consi. 18. numero 12. & seq. car. 31. dixi in tracta. de usufruct. mulie. relict. numero 89. car. 445. & numero 127. car.
4 540. † Et quod talis forma non fuerit seruata, dicitur statim probari eo ipso quòd fuit oppositum contra talem follam de prædictis requisitis non seruatis, & non apparet doctum ex aduerso de eis, ut per Bart. in l. fi. C. de reb. credi. & in l. Titia textores, ubi Ias. ff. de legatis primo, Abbas in consilio 93. numero primo, uolu. primo, & per Dec. in l. iustum. C. de edend. & dixi supra,
5 decisio. u. numero primo, † & de tali nulla folla statutum non loquitur, quod post quinque dies non possit reprobari. ut dicit Frãc. Becci. consi. 12. nu. 53. & seq. dixi decis. 11. numero 26. & infra dicam. Secundò deducebant nullitatem follæ eo, quia fuit petita gridari per dictum Andream assertum Consulem, & dictum Bertolinum assertũ procuratorem dictæ uillæ Momij, & fuit oppositum, quod ipsi non erant tales, quales se fecerunt, & de consulatu Andreas non docuit ullo modo, & Bertolinus non docuit
6 sufficienter de eius mandato, † quia speciale mandatum in his prohibitis faciendis uidetur requiri, ut per Soc. iun. cons. 92. nu
7 me. 4. uol. 3. † & nulli dubium est, quod actus factus nomine, & uice alterius, non ualet, si non doceatur de eius legitima persona, potestate, & authoritate actum faciendi, ut habetur in c. Nicolao, de appel. & Maranta in Spec. aur. 16. distinctio. numero 13. uersicu. Nonò dicitur, car. 97. Paris. consi. 100. numero 51. & 52. uolum. 1. Ripa responso primo, de senten. & re iudica. Hippo. singu
8 la. 487. numero 2. † quia mandatum non præsumitur etiam ex diuturnitate longissimi temporis centum annorum, quo casu semper potest opponi de defectu personæ non legitimæ, & mandati non sequuti, ut notat Bald. in l. 2. C. si ex fal. instrumen. tradit Alex. in l. sciendum. colum. 4. ff. de verb. oblig. Afflict. decisio. 345. numero 7. Crot. consilio 15. numero 19. uolum. primo, Prosper Paset. consilio 200. numero primo, latè Cagn. in l. uelle, numero 17. & seq. ff. de reg. iur. car. 57. & esse crebriorem dicit Cepha. consilio 311. numero 11. consilio 441. numero 72. & 73. uolum. 3. & magis communem dicit Menoch. consilio primo, numero 79. libro primo, licèt nulli tenuerint per tempus quadraginta annorum præsumi mandatum, & solemnitatem extrinsecam, ut est videre per Viui. commu. opinio. in uerbo, mandatum, car. 148. Natta cõsilio 636. numero 185. uolum. 4. Gozad. consilio 73. per totum, & numero 27. & per Steph. Lamberting. in tract. de contracti. eorum, qui sine cer. solemni. §. consensus. numero 63. 67. & seq. car. 246. tamen vt dixi in mandato, magis communis est in contrarium, etiam quod in sententia, uel aliquo actu enunciatiuè esset relatum, & Notarius diceret, per me uisum, & lectum, uel a me rogatum sub tali die, Dec. consilio 522. col. 2. Rolan. consilio 15. numero 21. uolum. 1. Purpura. consilio 374. numero 33. uolum. primo, Grat. consilio 122. numero 18. volu. 2. & Prosper Paset. consilio 12. numero 3. & idem si iudex hoc in iudicio enuntiaret parte absente, secus parte præsente, & tacente. Alex. consilio 147. Visis, numero 5. & seq. consilio 213. numero 4. uolum. 7. cõsilio 6. numero 5. & 6. uolum. primo, Afflic. decisio. 273. numero 3. 4. & 5. Cur. iun. consilio 312. numero 49. & seq. uolum. 3. Go-
9 zadi. consilio 96. numero 11. & seq. † & maximè in præiudicium tertij, quia quando præsumeretur mandatum ex diuturnitate temporis enunciatiuè, cum persona fidedigna. & ratificatione tacita, id procederet inter contrahentes, non autem quo ad præiudicium tertij non interuenti in illo actu. Ceph. cons. 133. numero 126. & seq. uolu. 1. consilio 441. numero 72. & seq. & numero 98. uolum. 3. Alexã. consilio 76. numero 16. uolum. 3. Menoch. d. consilio primo, sub nu

mero 79.& seq.uolum.primo, Cur.iun.cōsilio 312.numero 49.& seq.uolum.3.Plot. consilio 13. numero 20.& 22. uolum.1.& * ita fuisse IVDICATVM * dicit Affli. d.decisio.173.& Octauia. Pedamonta. decisio.173.numero 4.& 7.et decisio.181.num. 3.et per totum,car.705.et decisio.171. col.
10 fi.et latè per Bero.consilio 32.uol.1. † q.a licèt qualitas et solemnitas mandati extrinseca præsumeretur ex diuturnitate temporis,tamen mandatum ipsum non præsumitur,ut per Ale.consilio 191.nu mero 4. uolu.6.Crot.consilio 384.numero primo,uolum.3.car.149.& per alios supra allegatos. Tertiò talem follam afferebant esse nullā, quia bona communalia non existentia in chiusura,siue sæpibus non circundata, follari non poterant,nec possunt ex forma statuti prædicti de follis fiendis, ut dixi supra in principio.colū.1. & nihil in contrarium
11 fuit probatum per illos de Momio, † quo casu uidetur melior conditio prohibentis, & contradicentis. c.in pari causa, de regul. iur.in l.Sabinus.ff.commu.diuid. Dy.regula,in re communi,& ibbi addentes, de reg.
12 iur.in 6. † & vbi verba statuti sunt clara,vlterius non est quærendum, & illud tenaciter est obseruandum,Rui.conf.61. num.12. vol.3.etiam ꝙ verba essent dura.Crau.consi.4.nume.21.lib.1. & inanis est disputatio, vbi stat decisio statuti,Rolan.consi.39. nume.40.& seq.uol.4.Rim.iun.consi.178.nume.36.& seq.conf.226.num.37.& 38.& cōsi.228.nu.15.uolu.2. Quartò fuit nulla talis folla, quia talia bona posita in tali grida dictæ follæ,vt bona insolidum existentia ꝓpria, & possessa per vniuersitatem Momi fuerunt follata,& fuit negatum esse talia, sed spectare, & spectasse etiam ad alias uillas eiusdem Montis clari, & ipsas semper fuisse,& esse in possessione talium locorum lignandi,pasculandi,& ruscandi,& ita probatum uidetur per plures testes pro parte agentium de nullitate, & nihil probatum
13 fuit pro parte illorum de Momio, † & bona aliena nemo follare potest, nec etiā cōmunia sine interuentu,& consensu alterius socij,& ius habentis,vt habetur per Bar. in l.in concedendo. ff. de aqua plu.arcen. per Ias.in l.rescriptum,C.de precib.Impera.offer.facit tex.in l.quod nostrum est, vbi etiā Cag.numer.23.& seq.ff.de reg.iur.glo.in l. cum proponas,C.de pact.l.1. & ibi Bart. & Bal.C.si res communis pig. da. fuer.l. nemo,ff.pro socio.Corne.consi.199.lit.F.uol. 3.Dec.conf.282.sub num.5. uersi. sequitur tertium dubium,Areti.in l.si socius.in fi.ff. si cer. peta. ubi non potest etiam alienare,
14 nec pignori dare, † & potest socius communis intentare possessorium reintegranda contra possidentem,& occupantem bona communia pro suo interesse, Beltrand. consilio 264.uolu.3. Simon de Prætis consilio 95. numero 4. libro primo, car.176.& Bero. q.116. habens partem, car.123.& in folla loquitur Crau.consi.4.nume.6.7.lib. primo,Brun.consilio 85.col.1.& Dec.consi.221. numero 7. & col. fi. qui loquitur in
15 pasculis. † Et etiam,quia qui est in possessione lignandi,& pasculandi,nō potest molestari donec legitimè conueniatur coram ordinario iudice petitorio,vel possessorio plenario,siue possessio fuerit iusta, siue ēt iniusta.l.iuste.ff.uti possid.l.1.§.hoc interdicto,& ibi Bar.ff.de itine.actuq; priu.Bru. d.consi.85.Crau.latè,d.conf.4.nu.6.& seq. Plot.in l.si quando,nu.97. versic.& etiam, & nu.seq.C.vnde vi.tradit Calca. conf.100. num.8.9.in consilio 116. numero 11.Dec. consilio 191.numero 9. Afflict.in constitu. violentias.col.16. versicu.septimò, & ultimò. & idem est in quolibet alio, qui sit in quasi possessione alicuius iuris seruitutis siue pasculandi, siue lignezandi, siue eundi,siue iurisdictionis, siue alicuius etiā dignitatis,qui non potest molestari, donec legitimè conueniatur coram iudice ordinario,ut per Docto.d.§.hoc interdicto, & ibi Bar.& in l.1.ff.de aqua quotid.& æsti.idem Bar.in conf.189.num.16.Rui.conf.154.uolum.4. Achil.Persona.Mirandulens. in tracta.de adipiscen.pos.num.21.& nu.28. car. 10.& propterea recurritur talibus casibus ad confessoriam,vel negatoriam actionē, & non per viam accusationis, adnotata per Pract.Papien. in for. libel. actio. confessor. pro serui. & in actio.negatoria. in glo.per quasdam.numero 4. & Io.de Amic. consi. 35.col.5.& faciunt quę dixi in tract.de vsufruct.num.15.car.328.quia possidens quoquomodo accusari non potest.l.1.ff.uti possid.& in l.2.eodem tit.l.1.ff. de itine.actuque priua.Brun.d.consi.85. col.prima,& in tract. de constitu.decre.& statut. in uerbo, damnum.

damnum, uersicu. statutum de damno dato, Cæpol. in tract. rusti. prædio. c. 1. de seruit. itine. numero 36. Alex. de Neuo, consilio 77. per totum, & in fi. car. 88. Plot. in l. si quando, numero 817. versicu. decimonono limita. numero 820. versicu. vigesimosecundo limita. numero 823. uersicu. uigesimotertiò limita. C. unde vi. Calcane. consilio 100. numero 8. 9. & seq. Parisconsilio 112. numero 73. & 74. uolum. primo. consilio 272. uolum. 4. & Rota Perusi. decisio. 69.
16 numero 18. in 1. par. † adeo quòd duo copulatiuè requiruntur ad hoc, ut quis possit alterum de damno dato accusare: vnũ, quòd ipse solus sit in possessione rei accusatæ tempore litis motæ, aut accusationis, nam si per prius possedisset, & tempore turbationis, allegatæ aut accusationis non possedisset, non posset accusare, sed remedio supradicto agẽdum esset, vt per Achil. Persona. ubi supra, d. numero 21. & numero 28. car. 10. & per supra allegata, sequitur Bar. in l. 1. §. ait prætor, § quod ait prætor. ff. vti possid. Rolan. consi. 9. numero 7. numero 18. seq. uol. 3. consilio 46. numero 25. uolum. 2. Pract. Papi. in for. libel. turba. posses. in glo. hodie tener, & possidet. Ripa responso 20. numero 1. de interd. posses. uolum. 2. car. 74. Paris. d. consi. 112. nu. 64. & seq. & numero 73. & seq. uolum. 1. Purpura. consilio 14. numero 15. & seq. uolum. 1. Natta consilio 70. numero 45. uolum. primo, Alexã. consilio 80. uolum. 2. Plot. in l. unde ui. numer. 83. & seq. & numero 99. C. vnde ui. Dec. consilio 222. numero 7. col. fi. Rota Perusi. decisio. 69. numero 18. in prima par. Rolan. consilio 46. numero 25. uol. 2. Alterum, quòd accusatus non habeat ius possessorium, & sic non possideat tempore accusationis, uel litis motæ; aliàs si quoquomodo possideret, non posset accusari, sed ciuiliter conueniri negatoria, uel confessoria, aut alia actione deberet, vt dixi supra, & per Achil. Persona. vbi supra, d. num. 21. & nume. 28. car. 10. quod est valde notandum per causidicos uulgares nostræ curiæ, & Notarios iudices Potestariarum Capitaneatus Fiuizani, uidelicet *Pietro del Turcone, Salustio, Isolano, Ser Raffaello, Ser Clemente, Ser Gianludouico, Ser Tonacino*, & similes, qui parum gustarunt de istis distinctionibus, & terminis, & aliquando iudices no

lentes quærere ultra columnas Herculeas his authoritatibus obliuiscuntur, prout di
17 cit Bal. in consi. 285. in fi. uol. 1. † immo ille, qui possidet, uel est in quasi possessionẽ si accusatur, uel molestatur, potest aduersarium accusare tanquam turbatorem suę, uel quasi pacificæ possessionis, ut latè consuluit Cæpo. cons. 3. in cã querelæ Ricij, in criminalibus, sentit Bar. cons. 81. Martinus
18 uol. 1. † Cũ igitur isti de Momio nõ obseruauerint formã statuti de follis fiendis, & nõ legitimauerint eorũ ꝑsonas, seqtur clara conclusio, ꝙ folla fuit ipso iure nulla, & potuit post quinq; dies reprobari, q̃ a nõ d... folla facta a statuto, sed a priuatis ꝑsonis de Momio, ut supra dixi. n. 2. & 3. tradit Rom. cons. 42. nu. 3. cons. 100. Rui. cons. 123. nu. 14. uol. 2. Burs. cons. 66. nu. 5. car. 200. uol. 1. Rolan. cons. 72. nu. 54. & seq. uol. 3. Plot. in repe. in rub. de bonis ad cridas ponendis. uers. decretum uolens. car. 49. Franc. Becci. consilio 12. numero 53. & seq. & dixi supra, decisio. 11. numero 26. Quo uerò ad nullitatem accusationum factarum pendente lite super confirmatione follæ, & contradictione eius per dictum Andream, ut consulem per uiam relationis inuenti damni per polizas, & per Io. Pellegrinum, Luchinum, Cechinum, & alios de Momio, ut Saltuarios uillæ Momij, dicebant similiter isti de Vendasio, & Vercusio satis euidenter de nullitate accusationum apparere, & maximè ex infrascriptis: & primò, quia per ipsos accusatos fuit oppositum contra tales accusas, quod dictus Andreas, & dicti asserti Saltuarij non erant tales, quales se faciebant, & nullo modo probaue-
19 runt se fuisse tales, † & certum est quòd non debuit, nec debet admitti, ut talis, qui non probat se esse talem, Bar. in l. non ignorat. C. qui accusa. pos. & in l. falsus tutor. ff. de fal. tuto. c. Nicolao. de appella. Dec. cõs. 61. & in consi. 321. & in proposito tradit Abbas in consi. 93. num. 1. vol. 1. Plot. in l. si quando sub num. 827. in 29. limita. C. unde vi. & apostilla ad Pract. Papi. in for. respon sio. rei in glo. iurisiurãdi. in uerbo, iuramento, faciunt quæ dixi supra, in decis. 11. nu. 1.
20 † Nam qualitas, in qua actus geritur, attendi debet, cum in ea intẽtio alicuius fundetur, ut per Fel. in consi. 23. numero 3. Bal. in consilio 431. uolumine 5. & Pau. de Cast. in

BIBLIOTECA UNIVERSITARIA SEVILLA

Cast.in cons.224.vol.1.& requiritur q adsit tempore, quo de tali effectu talis qualitatis agitur, nec validat actum prius nullū, vt habetur in l.sciendum.§.fin.ff.qui satisda.cogant. & ibi notat Angel. & per Ias.in l.1.§.veteres,nume.32.ff.de acqui.posses. & facit quod habetur per Afflict.in decisi.73. nume.4.& 5.& per Bernar.Diaz. in regula
21 632.† & eo ipso quòd non apparet de saltaria sua, dicitur probatum de eorum inhabilitate, & de non mandato,& sufficit,ut per Sebastian.Vanti.de nullita.ex inhabilita.& defe.manda.num.62.& faciunt quæ dixi supra,decisio.11.nu.44.Secundò, quia ex forma statuti Saltuarij debent eligi per Dominos Priores Fiuizani,& eius curiæ,ut patet in d.statuto de Saltuarijs, & Consulibus,& accusatoribus, & isti asserti Saltuarij non apparent electi per eos, nec per aliquem
22 alium: † & certum est,quòd homines villæ non possunt se ipsos eligere, vt Abba.in cap.cum in iure.nume.5. & seq. de electio. & Cæpol.caute.96.vidimus pridie. sed debent eligi ab habente authoritatem vigore statuti, cum in hoc statutum sit exorbitans
23 a iure communi, † & quæ contra statuta fiunt, pro infectis habentur.cap. qui cōtra, de regul.iur.in 6.dixi supra, decisio.11.nu.10.& 22.Tertiò, quia ex forma dicti statuti non possunt eligi Saltuarij, nisi unus pro qualibet villa,ut in statuto dicitur,& isti apparent plures esse, qui ut Saltuarij denuntiauerunt,seu accusauerunt, & ferè omnes de dicta villa se Saltuarios fecerunt, & qua authoritate hoc facere potuerint non ap-
24 paret, nec ullo modo docuerunt.† Immo ut falsi Saltuarij mererentur puniri tanquā assumentes sibi nomen, & officium publicum,ut tradit Sebastian. Vanti. de nullita. ex defe.manda.compa.nume.68.Paris.consil.uigesimoquarto,num.39.uolum.3. Bar. in l.Titio.num.3.& 4.ff.ad municipa.Quartò,quia Saltuarij habent accusare cum eorum iuramento,& aliter accusatio non ualet,nam in statuto prędicto dicitur, *quali Saltari possano, & debbano accusare per tutti li danni si faranno per tutta la Corte di Fiuizano, & ciascheduno di detti Saltari con suo giuramento habbia d'accusare, & denuntiare*, & isti asserti saltuarij accusauerunt, & dictas accusas fecerunt sine aliquo iuramento, ut patet in ipsis accusis,in quibus dicitur simpliciter,Luchinus Saltuarius Communis Momij accusat, Ioan.Pellegrini Saltuarius accusat, Gimnesius Saltuarius accusat, & sic de alijs, & nemo accusauit cum suo iuramento, nec tempore factę accusæ,nec po-
25 stea tale iuramentum ullus pręstitit, † & tale iuramentum uidetur requiri pro forma a statuto, tum quia statutum imponit necessitatem quòd habeat accusare cum iuramento, tum etiā quia requiritur ad probationem damni dati, ut credatur ipsi Saltuario de tali damno dato, Hippoli.singula.402.& requiritur in actu faciendo, quo casu dicitur requiri pro forma,ut per Pau. de Cast.& Alexan.in l.3.ff. de iureiuran.per Abba.& Felyn.in c.licet, de testib.Felyn.in cap. dilecta, uersic.quartum signum,de rescript.Bal.in l.cessante.C.quomodo.& quādo iudex tradit Alexan.in consilio 212.numer.12.uolum.6.Ruin.consil.75. numer.5. uolum.5.dixi supra, decisio.11.numer.18. & numer.51.& Hippoli.in consil.51.num.
26 61.uolu.1.† & debet esse persona bonæ conditionis, & famæ,& non infamis, nec periurus, aliàs ei non crederetur etiam cum iuramento, cum iuramentum habeatur loco testis,ita pro singulari tradit Arnon. singula.45. Plot. in l. si quando. numer. 722. & sequen.C.unde ui.Barto.in l.qui accusare, de accusa.Iacob.Nouel.in tracta. ad defensam.in §.quoniam satis.numer. 2.& in pract.crimi.in uerbo, sciendum.numer.17. Hippoli.singula.74.& in pract.crimin.§.diligenter numer.103.Mathesila.singula.51.
27 & ibi addentes.numer.14.& 15.† & debet iurare in die iuridica, & non in die Dominica, nec in die festo in honorem Dei, quia iuramentum nihil ualet,& nihil operatur. Plot.in d.l.si quando,nume.756.C.unde ui. & dixi supra,in decisio.9.nume.31. Et cum dicti asserti Saltuarij non fuerint electi per Dominos Priores, & quamplures, & omnes ferè de dicta villa se fecerint Saltuarios, & nullus cum iuramento accusauerit, apparet quòd nihil fecerunt ex defectu potestatis,& inhabilitatis eorum personæ,
28 † & quod fuerunt, & sunt in dolo, quia fecerunt actum sine solemnitate requisita ex forma statuti, quo casu mala fide dicuntur fecisse.l.iubemus.C.de testa.& est glo. in l.1.C.de fide instrum.lib.10. & ibi Bart. & alij.dixi in meo tracta.de tutore,nu.166.

ear.

car.166.& isto casu nedum fuerunt in mala fide, sed etiam in dolo, cum scirent nõ fuisse electi, & debere iurare secundum formã statuti, & non habere potestatem accusandi, quia sciens factum, & faciens cõtra ius, præsumitur esse in dolo, ut per Bartol. in l. propter ueneni. §. nec quis. ff. ad Syllania. & dixi supra, decis. 11. nume. 39. Et cum dictæ accusationes appareant factæ sine iuramento, & mala fide, & a personis non electis secundum formam statuti, nec alio modo, iure ualido apparent nullæ, & inualidæ ipso iure, & non debent attendi,
29 † quia statutum de accusationibus damni dati, intelligitur de ualidis, & factis a ueris Saltuarijs, & non falsis, quia statutum, & quælibet dispositio loquens de aliquo actu, intelligitur de ualido, & non de nullo, l. statutis. C. de sent. ex peric. recita. & l. 2. §. 1. ff. quemadmo. testam. aperi. Plot. in l. si quando. num. 253. & sequen. C. unde ui. Ioan. de Anan. consil. 140. & dixi latè supra, decisio. 11. nume. 10. nume. 18. 24. 26. 27. & per totum. Quo uerò ad accusas, & denuntiationes factas per dictum Andream assertũ Cõsulem, ultra quòd non docuit de eius consulatu, nec de folla legitime facta, ut dictum est, quinto loco illi de Vendasio, & Vercusio dixerunt fuisse, & esse nullas alijs etiam de causis: nam licèt dicatur in statuto quòd damna possint perquiri per apodixam hoc modo, quòd quilibet Consul, qui habeat pręceptũ a Domino Potestate pro quęrendis damnis datis alicuius teneatur dare iuramentum cuilibet personę suæ uillæ, & referre tale damnum secundum uoluntatem damnum passi, tamen inuentio, & relatio talis Consulis debet esse iuridica, quòd inuenerit damnificantem per legitimas probationes, uidelicet per personas, quæ cum iuramento dixerint se talem damnum dedisse, uel se uidisse talem dedisse illud damnum, & non per personam, quæ de auditu alieno, quod audiuerit a tali talem dedisse damnum,
30 † quia iuramentum debet esse de facto proprio uisus, uel facti, ut per Crau. consil. 157. nume. 17. lib. 1. Bart. in consi. 89. uolum. 2. & consil. 113. Plot. in l. si quando. nume. 828. uersicu. trigesimo. limita. & numer. sequen. & num. 672. C. unde ui. Soc. sen. consil. 194. colum. 2. uolum. 2. uersicu. quinta ratio est Ias. in l. admonendi. num. 4. & seq. ff. si cert. peta. Afflict. decisio. 169. nume. 3. apostilla. ad Pract. Pap. in for. respõsio. rei. glo. iurisiurandi. in uerbo, iuramento aliàs quis de facili posset damnari, & indebitè, quod non est dicendum sensisse statuentes, & sic talis relatio debet esse certa, & continere quomodo inuenit, & per quas personas nominando eas, quia talis perquisitio solum uidetur fieri ad inuestigandum, & reperiendum damnificantẽ, & personas, quæ uiderunt tale damnum fieri,
31 † quo casu dicto Consuli non creditur cum iuramento denuntiatum dedisse damnum, sed per testes ab ipso repertos uidisse dare damnum probabit damnum secus quando ipse denuntiat suo iuramento se uidisse damnum, quia tunc deponit de damno inuento in officio, ita in proposito distinguit, & declarat Natta consil. 550. nume. 7. 8. & 9. uolum. 3. Grat. consil. 47. num. 8. uolum. 2. car. 56. & solum tale præceptũ, quod fit ad instantiam alicuius, quod Consul habeat perquirere quis dederit damnũ, operatur quo ad damnũ, quod dicitur tũc
32 tẽporis fuisse datũ, † adeo quod Consul uigore talis apodissæ, seu pręcepti non censetur habere potestatẽ perquirendi, & denuntiandi damna, quæ tunc temporis facta nõ fuissent, & sic nõ extẽditur eius ptãs ad perquirendum, & denuntiandum dãna futura post præceptum, sed damna pręterita data ante præceptum, prout in effectu limitatiuè ei imponitur in præcepto de damno dato, & non de dando, quia limitata commissio limitatum parit effectum, & nõ extenditur dispositio ad futura. l. in agris. ff. de acq. rer. domi. & facit Boeri. consilio 27.
33 viso pdicto reclamationis processu, † ubi condemnatus in expensis, intelligitur in iã factis, & præsentibus, & non futuris, & sentit Alba consilio 4. numero 2. & Anto. de Fano de pig. in 3. par. 2. memb. sub numero
ran.& clarè ex actis apparet,d. D.Antoniā fecisse pluries mentionem de secundo testamento, uidelicet reductione, executione, & appellatione, immo apparet quòd in appellatione uerbis illud exhibuit, & constat ex literis Ser. Iusti. quòd habuit copiā dicti testamēti ante petitam executionem, & appellationem interpositam, quo casu non datur restitutio in integrum per supra scripta, & per tradita per Rotam Bononi. decis.69.agebat. quia uidetur non per desidiam,& pigritiam suam destitisse,sed propter dolum, quo casu non auditur,licèt audiri possit, quando dolus abesset in laudo, Grat. consi.18.numer.22.lib.2. Roma.sing. 189.nunquid & ibi addentes, & Federi. de Sen.consi.237.& Anto. Blanc. de compromis.in 10.quęstio.titu. de appella. & redu. car.733.nume.21.uersic. sententia arbitrorum, qui faciunt differentiam inter laudū, & sententiam,quamuis in sententia etiam communiter tenetur, quòd per instrumenta de nouo reperta sentētia retractatur per restitutionem in integrum, ex clausula generali, si qua mihi iusta causa,ut sequitur Paul.de Cast.consil. 257. in causa.uolum.2. Alexand.consi.69.in causa.nume.4.uolum. 3.Ripa.in l.admonendi.numer.48.& seq.ff. de iureiuran. & est magis communis opinio, ut per Soc.iun.consi.128.numer.158. uolum.1.Gabr.in suis commu.opinio.lib.2. de restit.in integrum.conclusio.2.car.214. ubi ponit limitationes. Plot.in l.si quando, sub numer.729. uersicu. & in tantum.C.unde vi.addentes ad Capel. Tolosā. decisio. 55.colum.3. Hippoli. sing. 229. sententia, quæ transiuit, & Boeri. decisio.307.colu. 2.in fine. & Iafred. decisio. 23. centuria. 1. car.15.Misinger.decisio.60.& 61. centur.4. & ideo facto suo & malitia propria uexauit d. Dominam Mariam magnis sumptibus, & sic iustè fuit condemnata in expensis.cap.1.de elect.in 6. in fine, & Doct.in l. properādum.§.sin autem alterutra.ubi Ias. de iudic. & supra dixi & nemo dēt præmiū suæ malignitatis cōsequi.l. si legatarius.C. de dolo.Preterea dato, & non concesso, q̃ ista restitutio esset p̄ uiā iustitiæ, & nō merę gratiæ, tamen ad expensas nō retrotra-
32 heretur, † tanquā quid diuersum,& separatum a re petita, & talis restitutio limitata dēt restringi ad illud,quod loquitur per suprascripta,& q̃ sit quod separatū, & distinctū a re petita, tradit Paul.Grilā.de relaxa. car.cer.tit.de expensis,in fi.car.312. Misinger.centuria.3. obserua.91.in fi.Franc.Marci.decisio. 391.in 2.par.faciunt notata per Lanfranc.in c.quoniam contra, de probat. tit.de expensis.num.17.uers. notandum est, car.192.& Ang.in l.terminato. C. de fruct. & lit.expens.ubi expensę taxatæ in interloquutoria non ueniunt in sententia diffinitiua,& appellatione damnorum,& diminutionis patrimonij, non ueniunt expensæ. c.fi.ubi Abb.de rescript.Nicol. Pig. in addi. ad Roma.sing.346.nunquid. & quæ ueniūt appellatione expensarum, notat Alexand. consil 77.capio primum,nu.4.& seq.uolu. 4.Lanfran.in c.quoniam contra,de probatio.c.9.de expensis.Plot.in l. si quando. nu. 773.nume.674.C.unde ui.& Rebuf. in suis commentar.Tom.3.de expensis.glo.unica, artic.5.car 449.& colligitur ex traditis per decisio. Tolosa. q.5. & ibi Steph. Aufrer.
33 † ubi dicit ita uidisse seruari, uidelicet q̃ si lite pendente actor conueniat cum parte conuenta ut sibi soluat id,quod principaliter petitum est, quòd hoc non obstante potest actor petere expensas, si de illis non est facta mentio in conuentione, & solutione.& idem si fuit renunciatum liti per partem aduersam, Guido Papæ sing. 91. si fiat.Hippol.sing.251.nume.2.& in l.patre, uel marito.num.66.ff.de quæstio. uide eundem in rubrica de fideiussorib.numer. 190. uersic.quod uendita uacca.Misingeri.centuria.3.obserua.91.si inter,& centuria. 4. ob-
34 serua.48.& etiam patet, † quia si in lite,& causa non est facta mentio de expensis, iudex non tenetur uictum condemnare in expensis,licèt possit de authoritate propria, si uult condēnare.Perusi.in cap.sæpe.quæst. 16. sub numer.52.de appellati. uide Franc. Marci.decisio.58.in 1.par.Didac.pract.quæstio.cap.27.nu.5. uersic. septimò tunc, car. 744.Et hoc est, quod dicere uoluit Nel.de bannit.ubi supra, quæstio. 10.uersic.sed aduertendum, & Plot.l.si quando. sub nume. 10. C.unde ui, Vlterius facit, & hoc ponit securim ad radicem, quia hic non agitur de restitutione rerum D.Antoniæ ei sublatarū,sed de restitutione expensarum d. D. Mariæ factarum in causa inter ipsam,& D. Antoniā,q̃ culpa ipsius D.Antoniæ fuerunt

sibi restitutæ mediante iustitia, supra demonstraui, & ideo de uno ad aliud non bene infertur.l.continuus.§. cum ita.ff.de ver
35 bo obliga.† d.D.Maria & in casu succũbentiæ esset obligata restituere solum, quod de nouo disponeret sententia ferenda, & sic bona ei sublata per primum testamentum, & expensas si in illis esset condemnata, & non expensas iam solutas in anteriori causa, cum sint de bonis proprijs ipsius D.Mariæ exactis ab ipsa D.Antonia, & prius expensis facto a culpa ipsius D. Antoniæ, & cum sint bona d.D. Mariæ, nondum potui videre quemquam Doctorem asserentem illas venire in restitutione, sed solum bona, damna, & interesse, ac alia propria ipsius D.Antoniæ: quia cum appareat innocens, & fouere iustitiam, statim colligitur a Doctoribus, quòd iustè fuit in illis bonis condemnata, & sic ꝙ aliqua damna non dedit, quod quid mali non fecit, & quòd bona fuerunt in alterum iniustè deuoluta, & ideo non est mirum si etiam in preiudiciũ tertij extendatur talis restitutio ex iustitia, quia nemo debet locupletari iactura alicna, & reg.locupletari, de reg.iur. in 6.sed per hoc quòd foueat iustitiam, non sequitur quòd non possit condemnari in expensis, uidelicet differendo causam. ut per Maran.in Spec.aur.in 6.par.in 7. memb.num. 2.& Cagnol.in l.qui in alterius. sub nume. 24.25.ff.de reg.iur.cum simili.ergo ex alia causa fuit condemnata in expensis, quam uirtute testamenti primi producti, & ob id non restituitur ad illas expensas, ut sentit Plot.d.l.si quando.nume.10. uersic. sed ad gesta. C.unde ui.& supra fuit dictũ, quãdo distulit producere processum, testamentũ & instrumenta, & hoc sentiens Maran. in sua pract.aur.in 5.par.num.32.& 33. & 11. & 12.limitati.car.mihi 109.dixit, ꝙ si culpa, & defectu d.D.Antoniæ talis restitutio fuerit concessa, & insufflata a Principe, qđ expẽsæ debent restitui ab illo, qui obtinuit gratiam, & restitutionem, & sic loquitur in proprio casu nostro, & Carauita in Ritib. Magnæ Curiæ, dicto Ritu 248.num.5. & 6. car.140. Nec ullo modo est dicendum culpa, dolo, calumnia, & defectu d.D. Mariæ
36 hoc euenisse, † cum produxerit primum testamentum & non secundum, de quo uerosimiliter habuit, & potuit habere scientiam, cũ sit filia, & sic de .descendentib. per l.octaui.C.unde cogna.Bart.in l. is qui hæres.ff.de acquir.hæred.Deci.consil. 64. sub nu.5.quia non est uerum, quando non fuit pręsens testamento, ut per l. qui Romæ. §. duo fratres, & ibi Docto.ff.de uerbo.oblig. Aret.consil.93.colum.3.not. Bartol. in l.is potest.ff.de acquir.hæred.Corne.consi.77. lit.C.in 4.par.Deci.consi.495.num.2.Petr. Due.Reg.125.coniunctus.in 5. ampliat. & Bald.in consil.403.Ioannes.consil.404.uolum.3.ubi dicit ꝙ præsumitur filium adiuisse ab intestato, & non ex testamento, Rota Perusi.decisio.19.nu.19.& seq.in 1.par.Bertrand.consil.20.uolum.3.Octauia.Pedamõta.decisio.112.nu.12.& seq. & Paris.consil. 63.nu.21.uolum.1.Nec tenebatur credere d.Dominæ Antoniæ de secundo testamen-
37 to, † quia pluralitas testamentorum non præsumitur.Crauet.consil.198.nu.1.Ias.in l.2.num.7.& num.15.C.de bon.pos. & Soc. consil.129.nume.3.uolu.4.Nec ultimò obstant, quę ultimo loco fuerunt deducta per aduocatum d.Dominæ Antoniæ, respondendo dubijs, quia non est uerum ꝙ rescriptum concessum ad appellandum sit per uiam iustitiæ concessum ex eo, quia allegat Princeps causam, quę motus fuit ad ita rescribendum, uidelicet (*Hauendo ritrouato noue ragioni rimettasi nel buon dì*) & sic ex nouiter repertis: nam illa causa licet fuerit sufficiens ad ipsum inducendum ad ita rescribẽdum, tamen non fuisset sufficiens ex iustitia, quia de iure communi non competit restitutio in integrum aduersus instantiam desertam ex testamento de nouo reperto. Primò, quia de tali instrumẽto, & testõ nõ fuit facta mentio in prima instantia in sñia arbitrali, quo casu non succedit limitatio. 3.Ias.in d.l.imperatores.ff.de re iudi.ut ita sentit ibi.nu.7.Secũdò, quia nõ docuit d.D. Antonia se nõ potuisse habere copiam dicti testamenti in causa reductionis, & executionis, ac etiam appellationis, & quod fecit totum suum posse pro habendo copiam, ut ibi dicit Ias.nume.6.d.3.limitati quia apparet quòd fecit mentionem de illo in causa reductionis, & quod durante huiusmodi causa, poterat ire ad inueniendum dictum Ser Iustum ubi erat, & facere sibi dare copiam, sed uoluit mittere literas post festum, & copiam habuit post laudũ latum, & redu-

& reductionem petitam ante executionē, & appellationem, ut supra demonstraui, & sic non fecit omne illud, quod tenebatur
39 facere, † & ideo fuit negligens, & meretur pœnam, & restitutio non competit, ut per Ias. supra per partem aduersam allegatum in d.l. imperatores. d. 3. limitati. & per supra, nume. 31. & faciunt tradita per Deci. consil. 439. nume. 8. Dec. & Cagnol. in l. impossibilium. ff. de regul. iur. & dixit Bart. in
40 l. is, qui reus. in fi. ff. de pub. iud. † quòd ille, qui detinetur in carceribus propter aliquā condemnationem, si citatur, & non compareat, imputatur sibi, cum possit comparere per procuratorem, & idem dicitur in relegato parum distanti, & Ang. in consi. 65. ubi consuluit de illo, qui erat in stātijs Florentiæ, & fuit citatus, quia poterat mittere procuratorem, & est communis opinio, ut per Aret. consil. 130. & Fely. in c. accedens. il 2. ut lit. contesta nume. 8. in fin. & habetur per Ripa responso. 44. lib. 1. & ideo ista fuit diligentia crassa, & impedimentum supinum, quòd pro impedimento non habetur, per supradicta, & Rota Bononi. d. decis. 69. & decisio. 71. & latè per Tiraquel. de retract. lignag. §. 35. numer. 34. & seq. & sic restitutio nullo modo competere poterat de iure communi, cum fuerit negligēs suo facto proprio, ut etiam latissimè consuluit Crauet. consil. 225. uersicu. uenio nunc ad secundum, num. 7. & seq. qui loquitur etiā in fortioribus terminis, uidelicet in uniuersitate, & etiam quia in causa executionis & petita poterat hoc testamentum producere ad impediendam executionem, cum illud præ manibus haberet, & etiam in causa appellationis, & illud non produxit, sed bene allegauit, ut etiam sentit Iac. Nouel. Reg. 29. in integrum restitutio. in 3. limit. Paul. de Castro d. consi. 257. in causa. uol. 2. & etiam apparet quòd rescriptum est concessum per uiam meræ gratiæ, & non iustitiæ, ut sentit Ias. in d. l. imperatores. sub nu. 9. uersic. quartò ampliat. & hoc est, quod tenuit Rota Bonon. decis. 78. lata sententia,
42 in fi. ubi dicit, † ꝙ fuit lata quędam sententia, a qua non poterat appellari, a Princeps commisit causam reuideri post tempus decē dierum, ꝙ ex quo non poterat a principio appellari, nō retardatur exequutio causæ principalis, ex sententia Bal. in auct. quæ supplicatio. C. de preci. Imper. offer. præstita tamen fideiussione de restituendo in casu succumbentiæ. Afflict. decisio. 341. nume. 3. Ruin. consil. 59. num. 9. uolum. 5. Maran. in Spec. aur. in 6. par. in uerbo, appellatio. nume. 16. car. 225. Hiero. de Monte in tractā. de finibus. cap. 108. nume. 13. & seq. Misingeri. centuria. 1. obserua. 48. & sic non est uerum, quòd retardetur executio per tale rescriptum, & maximè cum fuerit pronunciatum super exequutione facti, & pars aduersa iā fuit grauata & pignorata, ut Abb. in d. §. suscitata. colum. 5. de in integ. restit. allegatum pro parte aduersa, & per Boer. decisio. 284. num. 24. seq. latè Franc. Marci. decisio. 53. nume. 18. 20. 21. in 2. par. Bello. consil. 18. numer. 22. Mari. Angullo. consil. 140. numero 91. & sequē. uolum. 1. car. 299. Apostilla Domini Vber. de Bonacursio in practica ciui. rubrica de impedi. execut. sub numer. 9. lit. A. colum. 2. car. 127. Rota Bononi. decisio. 85. nume. 13. & 14. Nec est uerum, quòd reus appellans, uel petens reductionem causæ, si causam non fuerit prose-
43 quutus, & fecerit expendere actorem, † ꝙ non debeat condemnari in expensis, si ex iusta causa se appellauit, quia Dec. in d. c. interposita. §. ille denique. numer. 6. uersicu. item in reo, de appel. tenet contrarium per eum ibi allegata, & sequitur ibi. numero 8. uersicul. tertiò conclusio procedit. & Abb. in cap. finem litibus, de dolo, & contuma. ad quem Deci. supra se remittit, loquitur in prima instantia, & non in causa appellationis, & reductionis, ut ibi est uidere per eum, & colligitur ex traditis supra per me in primo argumento pro parte affirma-
44 tiua. numer. 8. † & etiam quia in isto casu non apparet quis earum fuerit a principio actor & reus, cum unanimiter fecerunt compromissum de hæreditate earum auiæ, & matris respectiuè, iuxta latè tradita per Plot. l. si quando. nume. 96. uersic. & ubi nemo. C. unde ui. imò si actor dicitur ille, qui prius alium inuitauit ad iudicium, ut per pupillo. §. si remissionem, & §. si procurator. ff. de no. oper. nuntia. Dec. c. intelleximus. numer. 9. de iudic. dixi supra decisio. 5. nume. 18. apparebit d. D. Antoniam fuisse illam, quę primò petijt reductionem, & sic contra eum retorquentur, ut per Cumiam de Ritibus Siciliæ, cap. 4. numero. 23. 24. car. 35.

car.35.Roma.consi.142.versic. cum autem. Accedit, quod fuit supplicatum per Dominam Antoniam posse de nouo appellari a senté tia arbitrali, non obstantibus fatalibus decursis, & Princeps rescripsit, *sia rimessa nel buon di*, uidelicet ad appellandum, & non
45 ad petendum reductionem, † quia rescriptum debet intelligi secundum supplicata, & secundum illa debet declarari, quando generaliter est concessum, ut per Ias. in l. lites, & causas. C. de transact. in l. 1. C. de diuer.rescrip. & in l. iustitia. ff. de iust. & iure. secus si non esset generale, sed aliqua supplicata tantum nominaret, nisi adesset clausula, & cætera, ut Rota decis. 379. & decisio. 378. in antiq. Alexã. consilio 84. numero 4. uolum. 1. consilio 94. uolum. secundo, Pau. de Castro consilio 181. numer. 4. uolum. 1. Fely. in c. super literis. sub numero 10. de rescrip. Crot. consilio 8. numero 10. uolu. 1. Bellamera decisio. 394. Paris. consilio 45. numero 11. volum. 4. & Maranta in Specu. aur. in 4. par. in 9. distin. numero 4. car. 75.
46 † & cum petierit reductionem coram iudice ordinario, non dicitur adimpleuisse gratiam, & rescriptum, sed uia ordinaria uti uoluisse, & ideo frustra quæritur, an rescriptum, & restitutio sit facta per uiam iustitiæ, aut meræ gratię. Bero. consilio 207. numero 61. uolum. 3. consilio 88. numero 6. uolum. 1. Franc. Becci. consilio 21. numero 11. & seq. cum ista restitutio ad petendã reductionem non fuerit petita, & inordi-
47 natè petita talis reductio, † & non sit ita fauorabilis, sicut illa quæ conceditur per uiã iustitię, ut supra demonstraui, & tradit Iac. Menoc. in d. remed. 10. numero 101. & seq. & loquuntur alij supra per me allegati, & sic ista Domina Antonia defecit in salutari suo, & ideo dixit Pau. de Castro consilio 16.
48 si ponderentur. in fi. volum. primo, † quod ad cognoscendum aduocatum, an sit peritus, uel non, colligi potest ex modo proce-
49 dendi: † & ex supradictis constat talem reductioné de iure non posse amplius peti. Primò, quia semel fuit petita. Secundo, quia non habuit, nec habet iustam causam eam petendi; & etiam quia non fuit petita restitutio in integrum, nec doctum summariè de lęsione, vt requiritur, per suprascripta allegata, & per Bello. d. consilio 18. numero 19. & seq. & per ea, quę dixi in tracta. de tutore. numero 143. car. 136. Rota Bonon decisio. 84. dubitabatur. numer. 8. & ita fuit
* IVDICATVM * Petrasanctę de anno 1567. de mense Octobris, uidelicet expensas esse reficiendas, non obstante dicto rescripto, cui sententię pars acquieuit.

DE IVDICIIS.

DECISIO XV.

A R G.

Victum victori in expensis còndemnatus pro rata victoriæ, quomodo, & quando dicatur victus, & victor, & quomodo fiet compensatio expensarum.

Condemnatus in expensis a primo iudice, si simpliciter absoluitur a iudice appellationis, an intelligatur absolutus etiam ab expensis primæ instantiæ.

Expensæ, quomodo taxantur, quomodo dicantur iustæ, & legitimę, & multa de expensis.

SVMMARIVM.

1 *Vbicunque est diuersitas facti non potest dari certa, & simplex responsio.*

2 *Doctori distinguenti magis est credendum tam quam appropinquanti veritati.*

Magis placet vna bona declaratio, quàm plures confusæ remissiones.

3 *Quando est decisio in specie, & opinio communis in genere, standum est iuribus in specie potius quàm in genere.*

4 *Decisiones, quæ sunt in terminis, securiores sunt, & ibi cessant argumenta, & decisiones regulares.*

Doctores debent in actu practico inuenire decisiones, vel distinctiones in terminis, quia hoc est doctissimi Doctoris.

5 *Iudex appellationis potest condemnare in expensis eum, qui habuit primam sententiam pro se, si ex iisdemmet actis succubuerit.*

6 *Idem si probauerit, & illud concerneret ius, aut factum appellati.*

Idem si ille appellans perseueraret vsq; ad fine.

Idem

7 Idem si sententia primi esset fundata super nullo processu, & inualido.

8 Appellatus potest adhærere appellationi quo ad expensas, quando iudex non condemnauit, nec absoluit ab expensis appellantem.

9 Iudex condemnans victum in expensis, sed insufficienter, vel absoluens in totum, victor debet se appellare ab illis expensis absolutis, aut insufficienter taxatis, aliàs non poterit adhærere appellationi appellantis, quia iudex aliquid pronuntiauit.

10 Victus, & succumbens si se appellat a sententia in facientibus contra eum tantùm, victor debet se appellare ab absolutione expensarum, & non potest adhærere appellationi appellantis, quia appellatio fuit limitata.

11 Expensæ sunt accessoriæ causæ principali, non connexæ.

12 Iudex iudicans super vno capitulo ommissis alijs, appellatus potest adhærere appellationi factæ super illo capite, & facere iudicare super omnibus capitulis.

13 Iudex condemnans victum uictori in expensis pro rata uictoriæ simpliciter, talis sententia dicitur insipida, & nulla, & quid importat, & num. 19. & nu. 20.

Et quomodo debet condemnare.

14 Sententia lata contra rem iudicatam, & aliam sententiam, non ualet, & nu. 18.

15 Appellatione deserta, causa reuertitur ad primum iudicem, & potest iudex sententiam exequi, ac si non fuißet appellatum.

16 Iudex appellationis potest condemnare in expensis factis coram iudice a quo.

17 Iudex appellationis si simpliciter condemnat in expensis, an intelligatur etiam de expensis factis coram iudice a quo, & quando, ac quomodo.

21 Habens seruitutem itineris, & uiæ alicuius domus, & seruitutem hauriendi aquam ex puteo uicini, dicitur habere seruitutem usus personalis, & non potest uti nisi pro se, & eius familia etiam aucta.

22 Expensæ restituendæ solùm restitui debent iustæ, & legitimę, & non superfluæ factę.

23 Expensę legitimę, moderatæ, & iustæ, quę dicantur.

24 Expensæ factæ, & præsentes ueniunt in condemnatione, & non futuræ, & fiendæ.

Futura non censentur regulariter comprehensa in simplici dispositione, transactione, & condemnatione.

25 Expensæ taxari possunt appellatione pendente. Fallit, quando est inhibitum.

26 Expensæ, quomodo debent taxari ad hoc ut peti possint, ubi tria requiruntur.

27 Reus priuilegiatus, si in actis exigendis debet solum soluere medietatem mercedis, & sit condemnatus in expensis, non tenetur soluere, nisi tantum, quantum ipse expendißet in illis actis, licet actor non sit priuilegiatus. idem econtra.

28 Expensæ litis poterunt peti non obstante accordio, uel renunciatione facta uiri de re principali.

29 Expensæ promissæ in contractu debent refici, etiam quòd uictus habeat iustam causam litigandi.

Idem si fuerit reus absolutus ab expensis.

30 Statuto stante, quòd uictus uictori debeat in expensis condemnari, intelligitur etiam si habuerit iustam causam.

Contra, secundum aliam magis communem.

32 Reus non debet in expensis condemnari, quando actor obtinuit per unum testem, & iuramentum suppletorium.

Et quid si in uno capitulo obtinuit uirtute dicti iuramenti, & in alio per plenas probationes.

33 A taxatione expensarum non potest appellari, sed bene ab exceßu.

34 Reus non tenetur reficere expensas instrumentorum leuatorum & scripturarum ante litem motam, si uult soluere, & non contendere.

35 Condemnatus in expensis litis non potest agere de nouo, nisi prius refectis expensis si sunt taxatæ, si non sunt liquidæ sufficit deponere aliquid & fideiubere de residuum soluendo illis taxatis.

36 Iudex non condemnans in expensis condemnandum facit litem suam, & tenetur de suo reficere eas, etiam si fuerit appellatum.

DECISIO XV.

Riccius, & Achilles Fabri lignarij litigabant de anno 1577. Achilles seruitutem itineris, & uię per scalam Riccij ad eius cęllam uinariam, & puteum, Riccius seruitutē hauriendi aquam ad puteum positum in staLa dicti Achillis, & finaliter causa missa ad consilium sapientis. Excellens Dom. Io. Baptistam Asinius iudicauit ad fauorem utriuſ-

utriusque, & uictum uictori in expensis cõdemnauit pro rata uictoriæ, & fuit controuersum coram Dom. iudice Fiuizani, an Achilles obtinuerit, & potuerit petere executionem expensarum pro tota summa, vt prætendebat, existimans fortasse habere iudicem propitium, uel Riccius fuerit uictor pro maiori parte: uerum quia sententia nõ erat multum clara, dedit causam edicto, & ideo ad hoc ut hæc materia in futurum magis certa, clara, & distincta appareat, existimaui plures elicere conclusiones ad hoc ut dignosci possit, quisnam fuerit uictor, & uictus, & in qua summa: † quia ubicunque est
1 diuersitas facti, non potest dari certa, & simplex responsio, ita dicit Boeri. decisio.44. sub numero 6. columna 3. & dixit Sylua nuptial. lib.5. numero 32. car.450. † ꝙ Docto-
2 ri distinguenti magis est credendum tanquam appropinquanti ueritati, & qui nescit distinguere, nescit soluere, & qui omnia indistinctè uult intelligere, confusè, ut intelligat necesse est, cum per diuisiones, & interpretationes congruentes omnium telorum euitatur amaritudo, Ang. conf.376. Philosophice. columna secunda, & magis debet placere una bona declaratio, quàm plures, & confusæ remissiones, maximè his nostris temporibus ob tantorum Doctorũ opiniones. ita dicit Crau. de antiquita. tempo. in 4. par. sub numero 86. in fi. car.215. & dixit Alphon. de Mendoza in tracta. de benefi. compatibilita. & incompatibilita. in 2. par. c.12. numero 26. & 27. car.144. quòd
3 † quando habemus communem opinionẽ in gñe, & a remotis, & in specie, uel in indiuiduo habemus aliquam auctoritatem, tunc temporis communis opinio a remotis, & in genere attendi non debet: nam potius standum est iuribus in specie, quàm in genere, ut dicit Alex. in d. l. sed si quis. §. q̃situm, columna fi. numer. 15. in fi. ff. si quis cautio. nam dixit Grat. in consilio 105. incipien. uidetur treugam. columna prima, numero 7. libro primo, quòd quando est communis opinio in limitatione, & magis communis est in regula, seu pronunciato generali, attendenda est communis opinio limitationis, dummodo Doctores limitantes tot, & ij sint, ut faciãt communem opinionem, & sequitur Alphon. Mendoz. ubi supra numero 27. car. 144. columna 3. & 4.

4 † Nam bonum est hodie habere decisiones non solùm legis, sed etiam alicuius Doctoris in terminis, etiam sine lege loquentis, ut dicit Ias. de Paulo de Castro in l. non est minus. in fine. C. de procura. nam decisiones, quæ sunt in terminis, sunt securiores, & ibi cessant omnia argumenta & decisiones regulares, ut dicit Alber. Brun. in tract. de statu. exclud. fœmi. art.6. q.2. unde dixit Ange. in cons. 14. Nos conclus. columna 2. quod allegare regulas generales, ubi est decisio in terminis, est pauperis Doctoris: & ideo in actu practico laborandum est, ut inueniamus decisionem, uel distinctionem in terminis, quia talem inuenire est doctissimi Doctoris, ut dicit Fely. in c. cum ordinem, de rescrip. & plura ad propositũ adducit nouissimè etiam Mathe. Vesembeci. Oltramonta. in consilio 19. numero 63. uersi. quia in practica. columna 635. Fely. in c.1. nume.6. de præscrip. & faciunt adducta per Ceph. consilio 363. in fi. uolum.3. Calcane. consilio 62. sub numero 10. uersic. & inquit Bal. Roland. consi.69. numero 25. uolum.3. Rube. Alexan. consilio 2. numero 24. consi. 63. columna prima, Fernã. Vasq. lib. primo, §.10. rub. de testam. potesta. sub nume.70. circa finem, uersicu. & id uerissimum puto, car.142. sub numero 70. Gomesi. reg. Cancella. reg.1. q.16. & Lancellot. Galia. in consuetu. Alexan. prohi. mari. relinqu. uxor. in præfatio. nu.11. car.35.

5 Prima igitur erit conclusio, † ꝙ iudex appellationis potest in expensis condemnare eum, qui obtinuit primam sententiam pro se, etiam cum uictoria expensarum, si in causa appellationis ex eisdem met actis succubuerit, nihil de nouo probando, producendo, & faciendo appellans contra uictorem, & isto casu prima sententia eum nõ excusat, & habet locum dispositio. l. properandum. §. sin autem alterutra. C. de iudic. ita dicunt Docto. in d. §. sin autem alterutra. ubi latè per Ias. numero 42. Bar. in l. generaliter. § 1. in fi. C. de reb. credi. Panorm. in c. finem litib. sub numero 25. de dolo, & contuma. Fely. in consilio 23. & Capel. Tolosa. decis. 222. Alex. consilio 179. in fi. uol. 7. in consilio 138. in fine. uolum.2. & Corne.
6 consilio 181. lit. R. uolum.3. † Quod procedit, etiam si appellans aliquid probaret, & deduceret contra primam sententiam in

causa

causa appellationis casu, quo illud productum, & probatum concerneret scientiam, aut factum proprium dicti appellati victoris, nam isto casu sententia non præberet ei iustam causam litigandi, & non excusaret ab expensis. ita notat Bald. in auct. hodie. §. cautione. nume. 4. C. de appella. pro singulari tradit Mathesila. singula. 82. Nota practicam. Guido. Papę decis. 137. sed quid dicemus, circa finem. Stephan. Aufreri. in addi. ad Capel. Tolosa. d. decis. 222. ubi latè. Iafred. decisio. 8. quod dicitur. car. 8. Hierony. Gabri. consil. 19. colum. fina. Prosper Carauita in Riti. Magnę Curiæ, Ritu. 297. nume. 21. car. 181. & Guido Papæ decisio. 436. numer. 55. ubi dicit idem, si non continerent factum proprium, sed ille perseueraret us-
7 que ad finem, † quod videtur corroborari ex adductis per Dec. & Cagno. in l. qui in alterius. ff. de regul. iur. & Roma. singula. 401. & singula. 402. & etiam procedit, quando prima sententia esset fundata sub nullo, & inualido processu, ut dicit Afflict. decisi. 70. nume. 4. & Dec. consil. 302. nume. 7. Gramma. decisio. 83. Paul. de Castro consil. 463. nume. 1. in prima par. Secunda est conclusio, quòd si iudex omittit in sententia expẽsas non condemnando, neque absoluendo uictum in & ab expensis, si uictus se a dicta sententia appellauit, victor non habet necesse se ab illa omissione expensarum appellare, & si se appellaret, aliqui dicunt ꝙ
8 frustratoriè se appellaret, † quia potest uti appellatione appellantis, & petere expensas, & iudex appellationis ut iudex totius causæ poterit condemnare supplendo dictũ appellantem in expensis, text. est in l. omnẽ honorem. C. quando prouoc. non est neces. & ibi Bar. Bal. & Doct. & in isto casu loquitur Lanfranc. in c. quoniam contra. in uerbo, expensis. nume. 15. uersic. iuxta præmissa quæro, de probatio. car. 191. col. 4. Spec. tit. de appella. §. in quibus. uers. trigesimoquartò. nume. 23. car. 173. in 2. par. Rota decisio. 353. si auditor, in nouis. car. 71. Franc. in c. sæpe, de appella. nume. 52. quæst. 0. 17. colum. 2. & 3. car. 4. & Fely. in c. significauerunt. nume. 1. & nume. 3. in 3. limita. de exce-
9 ptio. Tertia est conclusio, † quòd iudex a quo si condemnat uictum in expensis, sed sufficienter, ut puta a die publicationis ꝓcessus citra, cum deberet condemnare a die litis motę citra, uel in decem, cum deberet condemnare in viginti, aut uictum ab expensis absoluit, & uictus se appellat a sententia contra eum lata, tunc uictor debet se appellare ab illa absolutione expensarũ, vel ab insufficienti condemnatione expensarum, & idẽ si uictus se non appellat, aliàs sententia illa absolutoria, & condemnatoria expensarum transibit in rem iudicatam, & non poterit appellatus uti appellatione appellati, quia isto casu aliquid est dictum a iudice a quo in prima sententia, & nõ habet locum d. l. omnem honorem. C. quãdo prouo. non est neces. ita dicit Spec. d. rubrica de appella. §. in quibus. uersi. trigesimoquarto. numer. 23. & ibi Ioan. And. in addi. in uerbo, appellare intendit, ubi dicit ita communiter tenere Docto. & hoc sequitur Philip. Franc. in d. c. sępe. d. quæst. 17. nume. 53. ibi, posset etiam ipse uictor appellare & hanc distinctionem, & conclusionem firmat Prosper Carautta in Riti. Magnæ Curiæ. Ritu 297. nume. 5. uersi. iuxta prędicta. car. 180. ubi illam defendit ab impugnationibus Abba. in c. significauerunt, de exceptio. & certè habet authores magni ponderis, licèt Felyn. in d. cap. significauerunt, tenuerit pro ista opinione nume. 2. in prima limit. & postea sub numer. 5. titubauerit. & uide Alexan. consi. 37. uol. 2. num. 26. & seq. uiso, & opportunè discusso. Quarta est cõ-
10 clusio, † quòd uictus si se appellat a sentẽtia in facientibus contra eum solum, tunc victor debet se appellare ab insufficienti cõdemnatione expensarum, uel ab absolutione expensarum, aliàs sententia absolutoria expensarum transibit in rem iudicatã, & non poterit amplius uictor illas petere. ratio est, quia non se simpliciter appellat, sed limitatè, & sic non deuoluit totam causam ad iudicem appellationis, sed solum articulum contra eum facientem, & absolutio non deuoluta, non intelligitur a iudice appellationis nominata & iudicata, & isto casu non potest uictor uti appellatione appellati: quia, ut dixi, tota causa non fuit deuoluta ad iudicem appellationis, ita tenet Abb. in c. significauerunt, de excep. & ibi latè Felyn. nu. 5. uersic. hanc. & pulchrè: Philip. Franc. in d. cap. sæpe. num. 53. quæst. 17. uersic. aliquando contingit, quod sentit Spec. titu. de expensis. §. nunc uidendum. numer. 16.

mero 16.ibi,ideoque cautus aduocatus debet.car.203.columna quarta, & hæc conclusio est communis, & indubitata, ut per Docto.in d.c.significauerunt, & per Ioan.
11 de Amic.consi.92.quia punctus, † quia expensæ sunt accessoriæ causæ principali,non connexæ, ut dicunt Docto.supra allegati; ideo prædicta nota tu,qui obtines sententiã in fauorem, ut intra decem dies appelles in partibus præiudicialibus, ne transeat in iu-
12 dicatum. Quinta est conclusio, † ꝙ quando plura sunt capita in una sententia,& iudex solum iudicat super uno,& uictus se appellat ab illo capite simpliciter,uictor tunc potest uti appellatione appellantis, & petere iudici,ut reformet dictam sententiam, & super omnibus iudicet, licèt non se appellauerit ab illis omissis.Rota decisio.365.
13 si a diffinitiua.in nouis.car.73.† Si uerò iudicat super omnibus,& dicat,uictum uictori pro rata uictoriæ in expensis condemnamus,non nominando personas,& quantitatem,ac summam ratæ,tunc talis condemnatio uti incerta,& nulla,non ualet.doctrina est Bar.in l.legatario. §.cum is,cui. ff. de fideicommis.liberta.quam refert,& sequitur doctus & practicus Mathesila.in l.3. numero 8.C.de sent.& interlocu.om.iudic. & ideo practicus iudex deberet iudicare, ita ambas partes a tertia parte,uel a medietate expensarum absoluimus ob mutuam uictoriam compensatione habita: a residuo uero expensarum talem uictum uictori in expensis condemnamus, ita dicit Lanfran. titu.de expensis,in c.quoniam contra, numero 13.uersicu.sed dubio retento.de proba.car.191.& Mathesila. in d. l. 3. uide pulchrè addi.ad Mathesila.sing.3. Nota quod si actor.

Prędictis conclusionibus ita firmatis uti separatis & distinctis clara colligitur conclusio in casu nostro, quòd expensæ petitæ taxari per Achillem contra Riccium, non ueniunt in condemnatione expensarum fa-
14 cta per Dom.iudicem appellationis,† tum quia non expressit dictas expensas, cum ẽt quia si expressisset non ualeret talis expressio,& condemnatio, tanquam sententia in hoc lata contra rem iudicatam.l.1.ff.quando prouoca.non est neces. Rota Perusi.decisio.72.numero 30.in par.& infra, numero 18. Quod autem non ueniant in dicta condemnatione expensarum,& ꝙ non debeant taxari, patet ex libello appellatorio dicti Riccij, & declaratione eo magis facta in aliis suis scripturis,ubi se appellauit a sententia lata per Dom. iudicem a quo in partibus contra eum facientibus tantùm, & ẽt patet ex sententia iudicis a quo,ubi ambas partes ab expensis absoluit. patet etiam ꝑ condemnationem iudicis ad quem,ubi uictum uictori pro rata uictoriæ in expensis condemnauit nõ nominando personas,neque specificando ratam, & summam:unde ex prædictis conclusionibus patet, ꝙ dictæ expensæ non debent taxari:aliàs esset uenire contra rem iudicatam, & contra appellationem dicti Riccij, & nullitatem condẽnationis per suprascripta. Nec habet obstare quòd Achilles se appellauit a sententia iudicis a quo circa illum articulum, quòd Riccius possit uti seruitute dicti putei pro haurienda aqua, & ab absolutione expensarum quo ad partem Riccij,quia iste Achilles non fuit prosequutus appellationẽ suã, sed Riccius bene præsequutus fuit eius appellationem limitatam, & produxit suum processum, & solum appellatio dicti Riccij fuit transmissa ad consultorem,& de illa solùm fuit facta mentio in sententia DD. Priorum, & in relatione sapientis, & non potuit uti appellatione dicti Riccij dictus Achilles ex causis suprascriptis, nec aliqua fuit facta mentio de appellatione d.Achil-
15 lis in dicta sententia & relatione,† quo casu fuit deserta appellatio, & causa reuersa ad primum iudicem in illa parte,& sic fecit transitum in rem iudicatam, & poterat, ac potest exequi per iudicem a quo ordinarium perinde ac si non fuisset appellatum, Boeri.decis.206.num.11.Alex.consi.72.numero 3.uolum.septimo,Bald.in l.si contra, C.de appella. Cepha. consilio 266.numero septimo,uolum.2.consilio 185.numero 44. & seq.eodem uolum.2. Maran. in Spec.aur. in 6.par.in 2.actu princip.numero 188.uersicu.decimononò limita.car.177.& Philip. Franc.in c.ex ratione,numero 94 de appella. car.15.ubi allegat tex.in l.si contra maiorem.C.de appella.& Bero.q.120. nu.1.& cum non sit facta mentio de appellatione d.Achillis,qńo potest dici iudicem appellationis,& sapientem intellexisse de expensis factis corã iudice a quo,postea quàm iudex

a quo

a quo absoluerit, & appellatio Riccij non fuerit facta quo ad absolutionem expensarum ad eius fauorem factarum, cum non entis nullæ sint qualitates, vulgatis iuri-
16 bus. † Et dato q iudex appellationis possit condemnare in expensis factis coram iudice a quo, tam ante litem cotestatam, quàm post litem, ut dicit Philip.Franc.d.c. sæpe.nu 42.quęst.7.de appella.car.39. col. 4.& ibi Dec.num. 11. & Stephan. Aufrer.
17 in addi.ad Capel.Tolosa.decisi.465.† Tamen est uidendum, an condemnare dicatur, quando simpliciter dicit, uictum uictori in expensis condemnamus, & in hoc distinguo, aut iudex a quo omisit condemnare in expensis nihil de expensis dicendo, aut condemnauit, sed insufficienter, uel absoluit. Primo casu uidetur condemnasse etiam in expensis factis coram iudice a quo, quia causa etiam super illis fuit deuoluta ad eum, per d.l.fi.C.quando prouoca.non est neces.& per allegata in secunda conclusione, & ita loquitur Carauita in Riti.Magnę Curiæ, Ritu 297.nu.5. & Dec. in c.repræhensibilis.nu.91.& in c.sæpe.numero 11.de appella.& Hippol. sing.684.& faciunt notata per Rota in decisio.365.si a diffinitiua, in nouis. Fel.in c.significauerũt. numero 7.uersi.demum circa.extra de exceptio.Secundo casu intelligitur solùm de expensis factis in causa appellationis, & ratio est quia cum ab absolutione non fuerit appellatum, & dictum male appellatum, & bene iudicatum, non potest dici sensisse de expensis absolutis, quia non esset bene iudicatum, & talis sententia contineret contrarietatẽ.ita in indiuiduo consuluit Rapha.Fulgosi.consilio 158. Domina Grauolina, pro singulari tradit Pau.de Cast.in singu.1.& addi.ad Mathesila.sing. 3.in fi. ex præsupposito per eos notato, alias expensę primæ instantiæ non computarentur cum expensis secundæ instantiæ, ut uolunt computari, & sentit a fortiori Hieron. Gabriel. consi.19. columna fi. & etiam, quia esset sententia contra sententiam transactum in rem iudicatam, si non esset appellatum ab expensarum absolutione, uel non prosequuta appellatio, per ea quæ supra dixi in tertia, & quarta con-
18 clusione, † quo casu non ualeret. Roman. consilio 410.ut clarior. colu.2. numero 4. Sebast.Vant.de nulli.ex defe. proces.ac solemnit.numero 125. car 233. & Niconi.c. quoniam contra.de proba.car.153.per tex. in l.1.C.senten. rescin. non pos. & hoc colligitur etiam ex traditis per Carauit.d. Ritu 297. numero quinto, ad hoc ut illius uerba non sint contraria uerbis per eum incontinenti dictis postea numero 16.&su-
19 pra dixi, nu.14. Reliquũ est uidere, † quomodo intelligantur illa uerba, uictum uictori pro rata uictoriæ in expensis condemnamus, & in qua parte obtinuerit Riccius, & in qua parte Achilles? & breuiter dicendum est, q attendi debent capita prolata in sententia iudicis a quo, & a quibus, quis se appellauit, & in quibus obtinuit in causa appellationis: nam si in eodem libello erũt inserta plura capitula, & unus in uno, alter in duobus obtinuerit, tunc primus in una parte expensarum, alter in duobus recuperabit expensas, seu prima illa pars compensabitur cum altera parte alterius, & tertiam partem, & si unam partem ex tribus restituere uictori in duabus, ita sentit & notat Spec.d.tit. de expensis.num.16. uers.item si ex diuersis.car.203.col.3.in fi. sentit Lanfranc.licèt confuse, in d.c. quoniam contra, de expensis. nu.13.14. uersi. sed dubio retento.car.191.Bal. in auct.generaliter.sub nu.11. uersi. iuxta hoc quæritur.C.de episco.& cleri.in prima par.& in l. terminato. sub numero undecimo, uersicu. quęro, iudex in sententia. C. de fructi. & lit. expens. in 4. par. bene Gabriel. Saray. in additio. ad Mathesila. d. singula. 3. ubi computant expensas primę instantię, cum expensis secundę instantiæ, alias non possent computari, sed omnes soluere teneretur succumbẽs in causa appellationis, si intellexisset de expẽsis utriusque instantiæ, & iudicij. Si aũt capitula nõ essent separata, sed connexa, tunc solũ inspicitur quis nam illorum habuerit iustam causam litigandi, & ille debet, & dr̃ obtinuisse etiam q solum in octo ex uiginti obtinuisset, doctrina est Bal.in auct.hodie.§. cautione.nu.1.col.2.C.de appel.car.106.in
20 4 par.uers. sed quid si iudex. † Quamuis Bar.in d.l.si legatario.§.cum is, cui.ff.de fideicommis. liberta. dicat, q iudex taliter pronuntiando nõ dicit bene, quia illa uerba nõ releuant, nisi declaret, quis nã istorum

rum sit uictor, & ideo dicit Mathesila. in d. l. 3. nume. 8. C. de senten. & interlocu. omni. iudi. q̃ talis pronuntia est nulla uti incerta respectu personæ, & expensarum. & idem Mathesila. sing. 3. No. quòd si actor. & dixi supra, nume. 13. In casu isto apparet Ricciũ reportasse sententiam contra coram iudice a quo, uidelicet puteum esse d. Achillis, & Riccium habere seruitutẽ hauriendi aquã, & bona Achillis esse libera ab omni seruitute, & Achillem habere aditum eundi per Scalam Riccij, ut se conferat ad eius mansiones inferiores, in fauorem habuit quò ad expensas, & quò ad seruitutem putei pro hauriendo aquam ex dicto puteo, dictus Riccius se appellauit in partibus contra eum facientibus, & sic quo ad seruitutem putei, quo ad transitum per eius scalam, & quo ad bona d. Achillis libera ab omni seruitute pro hauriendo aquam ex dicto puteo, Achilles se appellauit in partibus contra eum facientibus, hoc est ab absolutione expensarum quo ad dictum Riccium, & a seruitute putei pro hauriendo aquam, ex eo quia in prima instantia, & in causa appellationis semper negauit Riccium, & eius uxorem habere ius aliquod in dicto puteo, neque ire debere ad dictum puteum, & non esse de compræhensis in laudo, & sic apparet quòd Achilles se appellauit quo ad duo capita distincta, & separata, & Riccius quo ad tria, ut etiam in scriptura postea producta per d. Ricciũ clarius apparet, & Magnificus D. Ioã. Baptista Asinius ad fauorem Riccij pronuntiauit puteum communem, bona Achillis non esse libera, casu quo puteus non sit connexus, idest *attaccato*, & contiguus, ac unitus cũ muro Riccij, prout ostensum fuit non fuisse, nec esse, & Riccium posse transire per bona d. Achillis, & posse ire ad puteum pro hauriendo aquam, & Achillem condemnãdum in expensis in istis capitulis, Riccium uerò teneri aperire ostium, & Achillẽ posse transire per dictam scalam, & Riccium in isto capite esse condemnandum in expẽsis, & sic apparet, Ricciũ in tribus, uel quatuor capitibus obtinuisse, & Achillem in uno uel duobus ad plus: & ideo miratus fui ex tot rationibus supra deductis quòd Riccius ita iniustè fuerit uexatus, & molestatus, cum sit potius uictor, quàm uictus, per supradicta. Et etiam si uolumus inspicere primum iudicium, apparebit Ricciũ obtinuisse quo ad seruitutem, & quo ad aquã hauriendam, & Achilles quo ad seruitutẽ scalæ: nam Achilles negabat Riccium & uxorem esse de compræhensis in laudo, & non habere ius eundi ad puteum, neque ad aquam hauriendã, & sic omni casu pro Riccio stat uictoria, sed debemus, non initium, sed capita sententię iudicis a quo inspicere, & uidere a quibus Riccius se appellauit, & in quibus obtinuit, ac succubuit, ut dixi distinguere, & dicere Spec. in d. titu. de expensis. §. nunc uidendum. uersic. item si ex diuersis. nume. 16. uersic. quod si sententia, cum alijs supra allegatis, & per Gabriel. Sarai. in addi. ad Mathesila. sing. 3. No. q̃ si actor. Capel. Tolosa. decisio. 222. an ille, qui obtinuit, & ibi Stephan. Aufrer.

21 † Nec possunt Riccius, & Achilles uti seruitute itineris, & uiæ per scalas, & loca alterius, nec haurire aquam ex dicto puteo nisi pro se, & familia domus eorum etiam aucta, cum sit seruitus usus personalis. l. qui fundũ. ff. quẽ admo. seruit. amit. Cæpol. de seruit. urbano. prędio. cap. 2. in Rubri. de seruitu. reali. Cepha. consil. 273. uolum. 2. Ioan. Fab. in §. æque. 51. Instit. de actio. ubi Ias. nume. 18. & nume. 33. uersicu. an autem si concessi. Cæpol. de seruitu. rusti. prædio. cap. 4. de seruitu. aquæ ductus. in 8. quęst. principa. numer. 47. car. 83. & c. 7. de seruitu. haustus aquę. nume. 7. Alexan. consil. 21. & 4. par. & facit Hippol. Riminal. consi. 24. nume. 7. uolum. 3. & ita uidetur etiam declaratum per D. Iudicem de anno 1577. aut 78. quod est notãdum per Riccium, & eius successores. unde finaliter facto calculo expensarum fuit IVDICATVM ad fauorem Riccij p̃ Magnificum D. Iudicẽ Fiuizani de anno 1577. mensis Decembris, quia Achilles non habuit executionem expensarum, prout petierat taxari, sed solum Riccius refecit libras sex compensatis compensandis.

---

22 QVando † expensæ litis sunt restituendę debent restitui legitimè solum, & iustè, & nõ quas expendit uictor superfluè, & plus quàm de iure debebat, ut dicit Bartol. in l. 1. ff. ubi pupil. educ. pos. facit Franc. a barel. consilio quinto, uacante monasterio,

23 rio,† & quæ dicantur iustę, moderatæ, & legitimæ, notat Corne. consil. 301. sub nu. 11. uolum. 3. Paul. de Cast. consi. 16. sub nume. 9. uersic. pone igitur. uolum. 1. in l. desti tisse. num. 4. & 5. in l. quem temere. ff. de iudic. Bar. in l. properandum. §. & si quidé. nume. 7. C. de iudic. Ioachi. Misinger. centuria 1. obserua. 2. Plot. in l. si quando. nume. 674. uersicu. trigesimonono. C. unde ui. Prosper Carauita in Ritib. Magnę Curiæ, Ritu 298. nu. 10. & seq. car. 183. Boeri. consil. 27. Guido Papę singul. 388. Boeri. singul. in uerbo, expensæ. numer. 9. & 10. Alexand. consi. 77. numer. 8. uolum. 4. addentes ad Mathesila. singul. 82. numer. 1. & latè per Cagnol. in l.
24 qui in alterius. nume. 24. & seq. † & in condemnatione expensarum ueniunt solũ præteritæ, & factæ, & non fiendæ, quia intelligitur solum de præteritis & præsentibus, & non futuris, & fiendis, ut per Boeri. consi. 27. uiso prædicto, facit Ant. de Fano de pignoribus. in tertia par. 2. memb. sub nume. 13. car. 199. Mandosi. in sua practi. ciui. tit. de commissio. executori. in glo. factas. car. 103. Nam futura non censentur regulariter compræhensa in simplici dispositione, transactione, concessione, condemnatione, & conuentione, ut per Afflict. in constitu. Circa uiolentiarum, in 4. notab. sub nume. 5. car. 80. Crot. consil. 120. nume. 43. car. 142. uolum. 1. latè Cagnol. in l. fi. num. 105. & seq. & num. 229. & sequẽ. C. de pact. car. 33. & dixi supra; decisio. 13. numer. 32.
25 & 33. † & possunt taxari appellatione pẽdente, quia per hoc non dicitur innouatum. Nicola. de Miluo in uerbo, appellatio non impedit car. 16. Maranta in Spec. aur. in 2. actu principa. in 6. par. nume. 186. car. 239. Fely. in c. significauerunt. de exceptio. & in consil. 13. car. 29. Prosper Carauita Ritu. 298. numer. 24. car. 183. Bartol. consil. 95. numer. 5 uolum. 1. Capel. Tolosa decis. 465. an iudex a quo, & ibi apostilla, licèt multi teneant contrarium, quod appellatione pendente si iudex a quo taxat expensas dicatur attentare, & præcipuè si ei est inhibitum, ut per Lancellot. in tracta. de attenta. in 2. par. cap. 12. limita. 11. car.
26 264. † & in taxatione expensarum tria debent concurrere, aliàs taxatio est nulla: Primò lista producta iudex taxat illas, & reducit ad summam sibi honestam, & uerosimilem: secundò uictor iurat se tantum expendisse: tertiò iudex post iuramentum condemnat reum in dictis expensis executiuè soluendis. ita dicit Alex. consilio 37. uiso opportuno, columna fi. numero 29. uolum. 2. Prosper Carauita in ritib. magnæ curiæ, ritu 310. numero 10. car. 189. Practi. Papi. in forma actio. real. in glo. & expensis. numero 10. car. 48. Didac. pract. quęst. c. 27. numero 6. uersic. octauò est omnino, Lanfranc. in c. quoniam contra, de probatio. c. 11. de expensis. numero 7. uersic. & notate. car. 190. Maran. in Spec. aur. in 6. par. uersi. iuramentum. numero 22. Aret. §. in duplum. numero 6. Insti. de actio. sentit Menoch. de arbitr. iudic. casu 208. colum. 2. in primo exemplo. car. 289. & ita etiam damna, & interesse minoris, & alterius debent taxari, per supradicta, & per Areti. in §. actionum autem, numero 21. Insti. de act.
27 † & si priuilegiatus reus non solueret nisi medietatem mercedis scripturarum, actor solùm medietatem soluere teneretur: & si soluit plus, sibi imputet, & reus non erit obligatus illud plus soluere, ut dixi supra, & in proposito propter ęqualitatem iudicij loquitur Ioan. de Amic. consi. 92. uersic. & in tantum est ęqualitas, quòd uidetur mirabile dictum, per tex. in l. in sacris, in uersic. quoniam. ubi Lucas de Penna. C. de proxim. sacro. scrinio. libro 12. faciunt adducta per Bar. sing. 143. & ibi addentes. & Barto. de Capua. singu. 104. nec etiam priuilegiatus potest taxare, ac si non esset priuilegiatus, ut per Mandosi. in pract. ciui. tit. de commis. executori. in glo. factas, car. 107. colum. 4. uersicu. quęro, an expensę, quod est notandũ in curia Fiuizani propter pri-
28 uilegia militum. † & licèt fuerit renuntiatum liti, aut factum accordium super re principali, tamen expensę poterunt peti tanquam diuersę a causa principali, ut dixi supra, decisio. 14. numero 33. & sequitur Mathe. in addi. ad pragmaticam Regni Neapolis. in uerbo, relatione, colum. 1. car. 411.
29 † & quando sunt promissę in contractu aliquo, semper debentur, etiam si reus haberet iustam causam litigandi. Alexand. in l. emptores, columna prima, ff. de uerborũ obligatio. Ias. in l. uenditoris, columna secunda, numero quarto, & columna prima, uersicu. contrariam opinionem, ff. de uer-

borum obliga. Alexand. consi. 37. colum. fina. uolum. secund. Rolan. consil. 62. uolum. 4. Celsus in addi. ad Lanfranc. in cap. quoniam contra. titu. de expensis. sub numero tertio, immo si a iudice fuisset uictus absolutus ab expensis, posset uictor postea iure actionis illas petere, quia solum intelligeretur absoluisse ab expensis, quæ debentur officio iudicis, ita pro singulari tradit Hippoli. singula. 237. expensæ conuentionales. in fi. Aret. in §. hæc autem. numer. 1. in fin. uersic. aduertas tamen, Instit. de pœna teme. litigan. pulchrè Natta consil. 232. uolu. 1. Riminal. iun. consi. 67. nume. 46. 47. uolu. 1. Roland. d. consil. 62. uolum. 4. practi. Pap. in for. actio. real. in glo. & expensis. numer. 9. car. 48. Riminal. sen. consil. 255. numer. 9. & sequen. uolum. 3. car. 132. & bene facit Ang. de Gambilio. consil. 140. numero decimo, & sequen. car. 525. quod uidetur secus, si statutum diceret quòd uictus uictori in
30 expensis esset condemnandus: † nam licèt Hippoli. in practi. crimin. §. opportunè. numer. 43. & seq. dicat communem, debere cōdemnari in expensis etiam quòd habeat iustam causam litigandi, & magis communē dicit Roland. consil. 62. numer. 12. & seq. uolum. 4. tamen contraria opinio uidetur magis æqua, & magis communis, ut dicit Rota Perusi. in decisio. 52. in 1. par. ubi ita IV-
* DICAVIT * & si fuerit absolutus, non poterit illas petere actione ex statuto: secus si fuerit absolutus, nec condemnatus, Mathesila. singul. 80. & ibi addentes. Boeri. consil. 27. Misingeri. centur. 3. obserua. nonagesimoprimo; & quando sunt plures cō-
31 sortes, † cum expensæ litis sint personales, quilibet tenetur solum pro sua rata, moder. Parisi. in consuetudi. Paris. §. 11. nume.
32 27. colum. 4. car. 145. † & quando actor semiplenè probauit, & sibi in supplementū probationis defertur iuramentum, nunquam potest repetere expensas, Curt. sen. in l. admonendi. colum. nonagesima sexta, de iureiuran. Lanfranc. d. c. quoniam. titu. de expensis. numero quinto, uersicu. quintò dicitur. Hippoli. singula. 485. memini. & quando in uno capite obtinuit, quia plenè probauit, in alio quia iurauit, uide Spec. in tit. de expensis. §. penult. & Alexand. in l. properandum. §. alterutra. C. de iudi. & an
33 possit appellari a taxatione expensarum, uide quando excedit, Maran. in Spec. aur. in 6. par. nume. uigesimosecundo. car. 266. Roma. singula. 85. nota. ultimo. Lanfran. ubi supra, tit. de expensis. sub numero septimo, car. 190. Franc. Marci. decisio. 388. nume. 5. in prima par. Roman. consil. 357. dicitur. & consilio 358. & aduerte quòd sæpe occur-
34 rit, † quòd actor ante litem motam extrahere facit instrumenta a Notario, & alias scripturas, & lite mota a principio reus cōparet, & nō uult litigare, sed soluere, & actor non uult facere confessionē, & quetantiam, nisi sibi soluat expensas dictorum instrumentorum, & scripturarum, & uidetur debitorem non teneri ad dictas expensas, cum statim cedere uoluerit, ut per Hierony. Gig. in tracta. de pensio. quæstio. 77. numero tertio, & Alexand. de Neuo. in cōsil. nonagesimoquinto. numero uigesimooctauo, car. 110. sentit Cumia. de Ritibus Siciliæ, cap. uigesimoquinto. numero 46. car. 141. Dec. in l. qui in alterius, numero septimo, & ibi addentes, & latè Cagnol. numero uigesimoprimo, & seq. ff. de regul. iur. Roman. 401. & singula. 402. Mathesila. singula. 82. Felyn. in c. nouit ille. in fin. extra de iudic. & ibi Abbas, colum. fin. numero 62. Purpura. consil. 116. colum. 1. & 2. uolum.
35 1. car. 121. † & quando sunt taxatæ, non potest condemnatus de nouo agere ex eadem causa, nisi restitutis prius omnibus expensis, iuxta tradita per Docto. in l. edita actio. C. de eden. & ibi Dec. nume. 93. Dec. cōs. 34. colum. penult. nume. 6. si uero non sunt taxatæ, & liquidæ, potest deponere certū quid cum satisdatione de restituendo residuum, & tunc poterit audiri, & impediri non poterit. Deci. in d. l. edita actio. nume. 94. Rota Bononi. decisio. 77. nu. 8. Crauet. cons. 223. nu. 7. lib. 2. & in proposito Boeri. decis. 326. numer. 3. & decisio. 65. nume. 11. Afflict. decisio. 70. & Alexand. consilio 24. inspecto. colum. fi. nume. 9. uolum. 4. Ioseph Cumia. in Ritibus Siciliæ, cap. 93. nu. 12. & seq. & nu
36 me. 20. car. 438. † & iudex, qui non condemnat in expensis condemnandū, facit litem suam, & tenetur reficere de suo, etiā si fuerit appellatum per partem, Ancharan. consil. 182. Practi. Papi. in for. actio. real. in glo. & in expensis. nume. 8. uersic. sed quid si iudex. & Franc. Marci. decisione quinquagesimaoctaua, in prima parte.

DE

DE IVDICIIS.

DECISIO XVI.

ARG.

Executio contra bona per tertiũ possessa, illo non uocato non potest fieri, etiam quòd tertius dicta bona emerit pédente iudicio, quia prius agendum est reuocatoria.

Expensæ ordinatorij iudicij solum sunt restituendæ in peremptione instantię, & non quæ respiciunt merita causæ, probationes.

Expensæ contumaciales ueniunt in restitutione antequàm audiatur agens de nouo, & quæ sint.

SVMMARIVM.

1. *Possidens bona immobilia, si timet alium exequi sententiam in dictis bonis, cautela est, & uadat ad iudicem, & protestetur, qualiter dicta bona sunt sua & illa possedit, & q non exequatur ipso non citato, & non uocato.*
2. *Executio facta nomine Titij in bonis per tertium possessis ipso non citato non ualet, nec tenet.*
3. *Bona data in dotem æstimata, si maritus est soluendo, non ueniunt in restitutione, sed prætium æstimatum.*
4. *Maritus, & eius hæres non est obligatus in restitutione dotis restituere dicta bona æstimata recepta in dotem, sed solum æstimationem, idem in uxore, & eius hęrede in receptione.*
5. *Mulier rustica dans lectum, uestes, & mobilia æstimata pro dote, non tenetur recipere mobilia, sed æstimationem.*
6. *Maritus data securatione dotis receptæ per hypothecam, aut fideiussionem, potest de dote recepta ad eius libitum disponere, quando non est fundus dotalis.*
7. *Bona alienata lite pendente possunt eadem sententia recuperari contra singularem successorem ipso etiam non uocato, & idem quando in fraudem alienasset.*

Executio in re litigiosa potest fieri contra quemlibet successorem, etiam ipso non citato.

8. *Executio non potest fieri in bonis alienatis lite pendente contra tertium possessorem, quando lis non erat super dictis bonis, & alienatio non fuit facta in fraudem, & alienans est soluendo, & agendum est prius reuocatoria contra possidentem.*
9. *Sententia lata extra petita, est nulla, quando petitum potest adimpleri.*
10. *Hæres recipiens aliquid, quod non sit hæreditarium, non tenetur illud restituere, sed solum ius hæreditarium.*

Acquisita post aditam hæreditatem non ueniunt in restitutione.

11. *Hæres obligatus restituere, si reemit bona alienata per testatorem post tempus datum ad reemendum, non erit obligatus illa restituere fideicommissario, secus si intra tempus reemit.*
12. *Possidens non potest querelari, nec molestari de facto, sed iudicio ordinario debet conueniri, & nume. seq. in fi.*
13. *Continuans suam possessionem non dicitur alterum turbare, nec contra præceptum inhibitorium facere, sed suam deffendere possessionem, etiam si contra eum lata esset sententia.*
14. *Condemnatus in expensis litis per sententiam diffinitiuam, intelligitur in omnibus expensis utiliter factis a die litis usque ad sententiam condemnatus.*
15. *Condemnatus in expensis propter desertionem instantiæ, non intelligitur condemnatus, nisi in expensis factis circa acta ordinatoria iudicij.*

Acta ordinatoria iudicij, quę sint, uide.

16. *Acta probatoria iudicij non pereunt perempta instantia.*

Expensæ factæ circa acta probatoria non restituuntur perempta instantia.

Acta probatoria iudicij, & respicientia merita causæ, quæ nam sint, uide numero 10.

17. *Contumax non auditur, nisi refectis expensis, & quas expensas reficere teneatur.*
18. *Expensę contumaciales, & peremptionis instantiæ debent peti declarari uenire in condemnatione intra annum, & non ultra, & ad hæredem non transeunt, cum sint pœnales declaratione non facta.*

19 *Expensæ, quę debentur virtute statuti, veniunt condictione ex statuto, & sunt perpetuæ, & possunt peti vsque ad annos triginta.*

DECISIO XVI.

IAcopinus Manfredi mouit litem contra Petrum de Verucula occasione medietatis dotis Iuliæ defunctæ: iudex condemnauit Petrum non in quantitate, sed in petia terræ *del Ponticello, & di Vada*, quam petiam terræ *al Ponticello* Reuerendus Dom. Nicola de Rubeis emerat a dicto Petro ante latam sententiam, & illam possidebat ꝑ perceptionem pensionis: deinde d. Iacopinus petijt executionem dictæ sententiæ super dictis petijs terrarum, comparuit R. Dom.
1 Nicola pro omni suo iure, & interesse, † & dixit Domino iudici, qualiter non exequeretur sententiam in dicta petia terræ *al Pōticello*, quia ipse erat Dominus, & possessor, & quod ageret contra eum reuocatoria Iacopinus, si prætendebat habere in ea aliqđ ius, iuxta practicam traditam per Pau. de Castro, Alexan. & Ias. in l. a diuo Pio. §. si super rebus. ff. de re iudica. Gozadi. consi. 103. sub numero 10. Ripa responso 4. de appella. libro primo, Roland. consi. 5. numero 15. & seq. uolu. 2. Beltran. conf. 193. numero 3. uol. 3. Petr. Angusso. lib. 4 consi. 10. car. 106. & in clerico contra laicum loquitur Purp.
2 conf. 26. sub numero 3. & 4. uol. 1. † aliàs ꝙ talis executio erit nulla, & protestabatur de nullitate, ut per Purpura. consi. 141. uolum. primo. Roland. consilio 5. numero 9. & seq. uol. 2. & Beltrand. d. conf. 193. nume. 3. & præcipuè quia Dom. hæres Iacobæ tenebatur solum ad restitutionem dotis Iuliæ in quantitate, & non in specie bonorum, quia Iulia dedit Gregheto Venatori maximo eius uiro supradicta bona æstimata pro scu
3 tis centum, † & promisit non dicta bona, sed dotem restituere æstimatam, quo casu æstimatio fecit emptionem, cum esset maritus soluendo, & in restitutione uenit pretium, & non bona data in dotem etiam per insolutum. l. res datæ. ff. de iure doti. l. si æstimatis. ff. sol. matr. & ibi Imo. Pau. de Castro conf 469. uolu. 1. Ias. in §. actionum. nu. 84. Insti. de actio. Nat. conf. 650. uol. 4. Rube. cō si. 5. Bero. consi. 63. numero 5. & seq. uolu. 3. Soc. consilio 289. colum. 1. uolum. 2. Paris. conf. 64. numero 17. uolu. 4. Rolan. consilio
4 92. numero 10. & seq. uol. 2. † Adeo quòd si maritus, aut eius hæredes uoluissent restituere bona data in dotem, & non æstimationem, & uxor, uel eius hæres non uellet ea recipere, sed pretium, non posset cogi, sicut ipsi heredes mariti non tenerentur restituere dicta bona tanquam amplius non dotalia, cum æstimatio solum ueniat in restitutione. l. plerunque. ff. de iure doti. d. l. si æstimatis. ff. sol. mat. Corne. consi. 92. lit. G. in 4. par. Soc. consi. 289. difficultas. col. 1. uolu. 2. conf. 56. col. 3. uol. 1. Bald. consi. 124. uolu. 5. Afflict. decis. 347. numero 4. & decisio. 270. Thobi Noni. conf. 52. Bero. conf. 165. numero 39. & sequen. in tertio dubio. uolum. secundo, Natta consilio 650. uolum. quarto,
5 † quod est notandum pro rusticis, qui dant lectum, & uestes, ac mobilia in dotem cum æstimatione, nam non tenentur hæredes uxoris recipere illa mobilia, sed pretium æstimatum, ut sequitur, & pro singulari refert Cremen. sing. 142. Petr. de Vbald. in tractа. de duobus fratribus, in 6. par. numero 22. quæstio. 21. car. 73. Christopho. Porci. in §. est & aliud. numero nono, Institu. de donatio. Diaz regul. 278. † & data securatione
6 dotis per fideiussorem, uel hipothecam bonorum, statim maritus est liberatus ab illa dote, & potest ad eius libitum disponere, per supradicta, & per Capici. decisio. 88. nu
7 mero octauo. † Nec habet obstare, quòd Petrus alienauit lite pendente, & sic in fraudem, quo casu uidetur posse exequi etiam contra tertium possessorem, ut per Bald. in l. ob maritorum. C. ne uxor pro mari. Pau. de Castro in d. §. si super rebus. Boeri. decisione 182. numero 49. & sequen. Pract. Pap. in for. execu. senten. in glo. sapiens. numero 18. uersicu. sed quid dices. Dec. consilio 187. numero quarto, columna penultima, uersi. Non obstat quòd iste tertius, Roderic. Soarez in l. post rem iudicatam, in prima limitatio. numero quarto, ff. de re iudi. car. 577. Didac. practi. quæstio. c. 15. numero septimo, uersic. his utcunque præmissis. quia prædicta procedunt in re propria litigiosa, uel quando in fraudem alienasset, & nulla alia bona remansissent, & sic non esset soluendo dictus Petrus: secus, quando a principio uenditionis res non erat litigiosa, sed æstimatio, & uenditor est sol-

est soluendo, ut in casu nostro, ubi Petrus alienauit ex causa necessaria, quando Iacopinus petierat medietatem dotis Dom. Iuliæ, & non bona stabilia, & iudex ultra petita concessit bona stabilia tunc alienata in
8 R.D.Nicolam, † & Petrus erat soluendo, quo casu non præsumitur in fraudem alienasse, & Iacopinus habebat agere cõtra R. Do. Nicolam reuocatoria, si prætendebat aliquod ius in dictis bonis, ita Bar. & Alex. numero 10. in d.l.a diuo Pio. §. si super rebus. ff. de re iud. Soc. consi. 13. sub numer. 1. uolum. 4. Crot. consi. 594. numero 14. uol. 3. car. 95. Purpura. cons. 141. uolu. 1. Gozadi. cons. 103. nu. 10. Rui. pulchrè in cons. 87. in prin. uol. 4. consi. 81. numero 9. uol. 5. Crau. cons. 235. uol. 2. Rolan. d. consi. 5. col. 2. uol. 2. Beltran. d. cons. 193. num. 3. uol. 3. Prosper Pasct. consi. 155. car. 148. Ripa in c. cum M. Ferrarien. nu. 191. & seq. uers. quæritur, de consti. Docto. in §. item si quis in fraudem, Instit. de actio. ubi Aret. Ias. & Gomesi. nu-
9 me. 12. † ideo malè, & nulliter iudicauit, & retulit sapiens iudicando extra petita, cum sit soluendo reus, ut per Pau. de Castro cõsilio 136. in 4. par. Corne. consilio 37. consilio 57. consilio 188. uolum. 3. & in simi-
* li IVDICAVIT * Rota Florentina tempore, quo Excellens Dom. Grimaldus de Nobilibus, & Do. Antonius Subianus, erant auditores, & non obstante dicta nulla sententia non poterat etiam fieri executio in dicta petia terræ possessa a R. Do. Nicola Rubeo ipso non citato, nec conuento reuocatoria per supradicta luce clariora, & in terminis per Crau. consilio 235. col. 1. & pen. & Ceph. consi. 19. numero 5. uol. 1. & licet Greghetta maritus d. Dom. Iuliæ in restitutione dotis dederit dicta bona in dotem recepta, tamen pro hoc non dicuntur illa bona dotalia ipsius Iuliæ, sed solũ æstimatio, & sic quantitas scutorum centũ, & illa bona fuerunt propria ipsius hæredis, & de illis potuit ad eius libitum disponere, posito ꝙ dos ista hæres teneretur tertio restituere: nam sicut fecerat æstimationẽ marito, ita hæredi uxoris in receptione, quia dos non poterat esse nisi de scutis centum, & ideo omne commodum, & damnum in se suscepit hæres Iuliæ, & alteri restituere non tenetur, nisi scutos centum per supradicta, cum ista bona non sint hæreditaria d. Iuliæ, sed pretium, & sic æstimatio dictorũ
10 scutorum centum, † & quando hæres recipit aliquid, quod non sit hæreditarium, nõ tenetur illud restituere, sed solùm ius hæreditarium. l. qui hæredi. §. cum hæreditas. ff. de cond. & demonstra. cum conc. per Corne. in consilio 169. numero 15. uolum. 2. nã quæsita ab hæredibus post aditam hæreditatem non ueniunt in restitutione hæreditatis. Corne. consilio 180. numero 12. uolu. 4. quod procedit, etiam quòd ab hæredibus tanquam hæredibus fuerint acquisita ex rebus hæreditarijs, idem Corne. consi. 304. numero 11. ad finem. uolum. 3. Roma. cons. 276. & per Fran. Mantic. in tracta de coniectur. ultimar. uolun. lib. 7. tit. 8. num. 19. car.
11 155. † & ideo consuluit latè Cur. iun. consilio 200. numero 37. & seq uolum. 1. quòd hęres, qui post tempus transactum de recemendo bona per testatorem alienata cum pacto retrouendendi, & francandi, reemit, & recuperauit bona prædicta, non tenetur illa restituere hæredi grauato, sed sunt effecta sua propria, quia non erant amplius hęreditaria: secus si tempus non esset transactum, quia solùm pretium hæres recuperare posset, ut dicit idem Fran. Mantica. d. tit. 8. numero 20. & 21. Dec. consilio 88. Grat. consi. 160. numero 52. uol. 2. Io. Campe. cõsi. 41. numero 12. uolum. primo. Responsorum, & Tiraq. de retract. conuen. ad finem tituli, numero 87. q. 11. car. 344. cum ergo hæres non teneretur recipere, nisi pretiũ, & non bona, cum receperit bona pro dictis scutis centum, apparet breui manu fuisse factam uẽditionem a dicto Greghetta marito dictæ Iulię de dictis bonis pro scutis centum dotalibus, & sic bona fuisse sua propria, & in restitutionem uenire solum summam scutorum centum tamquam de bonis hęreditariis D. Iuliæ: si D. Iacoba legauit Nicolao Manfredi medietatem dotis D. Iuliæ, cui dubium quòd legauit medietatem scutorum centum, & non medietatem bonorum receptorum pro æstimatione dictorum scutorum centum, quia illa bona non sunt dos D. Iuliæ, sed pretium, ergo & iudex malè iudicauit, & Iacopinus malè egit contra R. D. Nicolam effectum Dominum, & possessorẽ ante sententiã Relatoris sapientis, & cum fuerit Dominus, & possessor non potuit molestari, &

querelari de turbata possessione, ut dixi su-
13 pra decisio.13 nume.15. & 16. † & dicitur perseuerando possidere, & suam continuare, & defendere possessionem, & non dicitur innouare, nec facere cõtra inhibitionẽ, etiam si contra eum lata esset sñia, & appellaret, vt in casu isto. ita Nicola. Mili. in verbo, spoliare non dicitur. Deci. consil. 460. ui so. colum. 3. in fin. Paris. consil. 39. colum. 2. volum. 1. Ripa. responso. 11. nume. 9. & seq. de accusat. car. 83. lib. 2. Plot in l. si quando nume. 105. versi. ubi autem citatus, C. unde, ui. Misingeri. col. 61. num. 44. & sequen. Bello. consi. 18. numer. 23. & 24. Mandosi. in sua praxi. iudicia. titul. de inhibitio. quæstio. 23. car. 10. & quæstio. 29. pulchrè, & in terminis loquitur Crauet. consil. 235. & Paris. cõsil. 272. uolum. 4. Purpura. consil. 14. nume. 15. uolu. 1. Verum quia d. Iacopinus, & D. Iudex non poterant hæc omittere, & soluere, cucurrerunt ad aliud remedium dicentes instantiam fore, & esse desertam, & sic D. Iudex pronuntiauit instantiam esse desertam, condemnando R. D. Nicolam in expensis, & Iacopinus produxit listam expensarum ascendentem ad summam librarum centum, ponẽdo ibi omnes expensas factas in illo iudicio, & R. D. Nicola excipiebat, expensas omnes litis non venire, sed solũ illarum scripturarum, quæ perierunt, & in quibus Iacopinus fuit damnificatus, & ad
14 ostendendum ita esse de iure. † Primò adducebatur, quòd erat differentia inter expensas litis, in quibus quis veniebat condẽnandus per diffinitiuam sententiã, quia nõ probauit, ineptè egit, vel non fouebat iustitiam, & expensas litis propter instantiã desertam. Nam primo casu omnes expensæ a principio litis usque ad finem utiliter factæ ueniunt Bal. in l. si præses. C. quomo. & quando Iudex in l. sancimus. in fi. C. de iudic. & in l. eos. num. 9. & in fi. C. de appellat. Capel. Tolosa. & ibi Stephan. Aufreri. in additio. decisio. 222. Innoc. in c. finem litibus. de dolo & contuma. & dixi supra, decis. 15. nume. 22. & seq. Secundo uerò casu, quando propter desertionem instantiæ expensæ debentur, ueniunt solum expensæ ordinatorij iudicij factæ coram illo iudice, & non probatorij iudicij, & sic expensę illorum actorum, qui erant uiui, sed perierunt per desertionem instantiæ, & non qui non perierunt, & qui nunquam ualidi fuerunt, quia in his non patitur damnum aliquod, cum ualeant in alio iudicio, uel sint inuali da culpa, & defectu suo, quo casu non potest repetere illas expensas. regula damnũ de regul. iur. in 6. & ibi Dy. Deci. consi. 356. Corset. singula. in uerbo, iudex impeditus. Boeri. decis. 247. sub numer. 10 in fi. & Ioã. de Anani. consil. 93. in 5. dubio, & ibi Bologni. & Bartol. in l. edita actio. num. 3. & 31.
15 & ibi Bald. numer. 55. C. de eden. † ideo libellus, pręparatoria, exceptiones, iuramẽtum calumniæ, conclusio in causa, publicatio processus, citationes, & sententia pereunt, & alia acta ordinatoria iudicij perempta instantia. Paris. consi. 116. colum. fi. uolum. 1. Bald. in l. 2. nume. 20. & sequen. C. de eden. Alexand. consi. 35. lib. 1. diuersorũ authorum car. 75. Plot. in l. si quando. num. 185. uers. & quamuis. C unde ui. & dixi supra, decis. 13. nume. 42. & Ioan. de Amic. cõsil. 66. colum. penult. & ista, quia debent de nouo refici, inchoando de nouo iudicium per supradicta, debent refici cum in hoc patiatur damnum uictor, quia si instantia nõ esset perempta, non esset obligatus acta huiusmodi reficere, & sic istas expensas soluere, & hac de causa tenetur soluere, & reficere has expensas, & licet attestationes examinatæ, & non publicatæ pereunt, ut supra dixi, d. decisio. 13. numer. 42. & 43. tamen, quia non culpa actoris, sed ipsius rei non fuerunt publicatæ tempore debito, & sic probatorio, non est inconueniens, quòd reus non sit obligatus illas soluere, quia culpa sua hoc non euenit, ut ibi dixi, d. numero. 42. per d. regulam, damnum, quod
16 quis. de regul. iur. in 6. † alia uerò acta probatoria, quia non pereunt, ut supra dixi, & per Bald. in l. 2. C. de eden. Bartol. in l. cũ lite mortua. ff. iudica. solui. Alexand. consil. 58. numero 3. uolum. secund. Afflic. decisio. 70. nu. 4. Marã. in Spec. aur. in 5. par. nu. 55. car. 112. non patitur in hoc damnũ aliquod, & ideo non est mirum si reficere non sit obligatus, ut dicit Bar. in d. l. edita actio. & ibi Bald. d. num. 55 & seq. uersic. de secu da, & in proposito consuluit Maria. Angusso. consil. 144. nume. 3. consil. 139 numer 2. consil. 232 consil. 241. uolum. 1. sentit Stepha. in addi. ad Capel. Tolosa. decisio. 114. colum. 1. facit, quòd quando quis non vult

compa-

comparere, & sic uult deserere iudicium, & spernere authoritatem iudicis accusa-
17 tur ei contumacia, † & propter contumatiam accusatam, non auditur nisi refectis expensis. Neuizan. consil. 38. nu. 14. & seq. Carauita in Ritib. Magnæ Curiæ, Ritu 298. nume. 9. & nume. 21. car. 183. tamen non tenetur reficere omnes expensas factas in illo iudicio, sed solum expensas contumaciales, per supradicta, ubi Carauita, nu. 10. ponit quænam sint istę expensæ contumaciales, & sequitur Plot. in l. si quando. nu. 673. C. unde ui. Menoc. de arbitr. iudic. casu. 154. car. 217. & Boeri. consil. 27. nume. 10. & nu-
18 mer. 24. † quæ expensę contumaciales in pœnam reo impositę propter contemptum iudicis, debent peti per sententiam infra annum, hoc est quòd declaretur in dictis expensis infra annum, aliàs uti pœnales non possent amplius peti, nec etiam hæres contumacis ad illas tenetur non sequuta condemnatione infra annum. l. 1. §. fin. ubi glo. & Doct. ff. si quis iusdi. non obtempera. pro singulari refert Boeri. singula. in uerbo, expensæ. numer. 6. & car. 385. Plot in l. si quando, nu 673. C. unde ui. uidetur idem dicendum in peremptione instantiæ, cum uideatur contempsisse iudicem, non prosequendo causam usque ad sententiam, per supradicta. Alexand. in l. properandum. §. illo, circa finem, & ibi Bald. C. de iudic. & per Anton. de Butrio in consil. 28. quæ non procederent in peremptione instantię in casu nostro propter statutum Florentinum, disponens quòd instantia perempta reus debeat cōdēnari in expensis, intellige reū, si sua culpa lapsa fuit instātia, si culpa actoris, actor in hoc uti reus dēt cōdēnari, ꝑ supra deducta, q̄a dērentur cōdictione ex statuto & nō
19 officio iudicis: † & actio, quæ oritur ex statuto, est perpetua, & durat per triginta annos, ut per Ioan. de Amic. consil. 110. Phanucci. de lucro dotis. glos. 5. sub numer. 40. car. 285. Afflict. decisio. 139. numer. 6 & decisio. 162. numer. 5. & uide Hippoli. practi. crimi. §. superest. numer. 20. Mathesila. sin-
20 gula. 80. & ibi addentes. † Quę uero dicantur ista acta probatoria, non potest dari certa doctrina, sed sunt confessiones, positiones, capitula, interrogatoria, attestationes publicatæ, instrumenta producta, & omnia, quæ tendunt ad probandum, & faciunt fidem in alio iudicio inchoando illa exhibendo, ut colligitur per Alex. in consi. trigesimoquinto, numero primo, & secundo, lib. 1. Responsorum diuersorum, & Anton. de Prato ueteri in consil. 35. numero primo, & secundo, & in consil 70. colu. 1. eod. lib. Responsorum diuersorum authorum, car. 154. ubi dicit, quæ sint acta iudicij ordinatoria, & quæ acta causæ, & sic probatoria, & respicientia merita causæ, Barto. in l. cum lite mortua. numer. 2. 4. 5. & 8. ff. iudica. solui. Maranta in Spec. aur. in 5. par. nume. 55. car. 111. uersi. istis præsuppositis Alexand. consil. 58. uisa petitione. numer. 1. & seq. consil. 61. colum. 3. in fin. uolum. 2. & pulchrè, ac clarè habetur per Bald. in c. causam, quę. colum. 2. de testibus. car. 299. & ita fuit IVDICA-
* TVM * Parmæ ad fauorem D. Diambri Foliani de anno 1576. & audiui hic Papię, ubi sum Vicarius Generalis Episcopatus Papię in spiritualibus, & temporalibus, ita fuisse
* IVDICATVM * per Excellentissimum Senatum Mediolani, & finaliter ita IV-
* DICAVIT * D. Iudex Fiuizani de anno 1576. taxando dictas expensas solidos quinquaginta in circa, ad quod non aduertunt causidici Fiuizanenses.

DE IVDICIIS.

DECISIO XVII.

A R G.

Ponens bona ad cridas, & faciens follare bona, dicitur actor, & contradicēs cridis, & follis, dicitur reus, si est citatus in specie, uel in genere, etiam per proclama, uel edictum.

Actor dicitur omnis, qui prouocat ad iudicium, etiam ꝙ originaliter esset reus saltem in illo articulo, pro quo cōparet.

Actor quis dicatur, & quis reus in remedio l. diffamari, interdicto unde ui, retinendæ possessionis, in actione dationis insolutum, familię erciscundæ, communi diuidundo, finium regundorum, & restitutionis in integrum, ac nullitatis, hic latè pertractatur.

Causa damni dati, & follæ cridatæ habet instantiam, & perit culpa illius, qui primò prouocat ad iudicium.

Cridæ non comprehendunt absentes, ignorantes, & non subditos, nec prosunt malæfidei possessoribus.

SVMMARIVM.

1 *Instantia perempta iudex potest declarare peremptam & condemnare actorē in expēsis.*

2 *Sententia lata extra instantiam est ipso iure nulla.*

3 *Iudex ferens sententiam scienter etiam iuste, tenetur in sindicatu, etiā si fuerit appellatum.*

4 *Tempus a lege, uel statuto præfixum, est continuum, & currit diebus feriatis, & non feriatis. nume. 22. 23.*

5 *Instantia currit periculo actoris. & nume. 13.*

6 *Actor ille dicitur, qui primò alium prouocat ad iudicium. nume. 15. 27. 29. 34.*

Reus dicitur, qui incidenter venit ad iudicem prouocatus, etiam per citationem generalem. & nume. 13. 34. 35.

Declara, ut nu 7. 8. 9 10. 11. 14. 27. 29. 31.

12 *Idem est dicere, ad instantiam Titij, quod ad petitionem.*

13 *Excipiens dicitur reus.*

14 *Diffamatus si comparet in iudicio, dicitur actor, dum disputatur, an sit diffamatus, post diffamationem efficitur reus. nume. 27.*

16 *Oculus iuris uidet omnia bene acta, & intuetur.*

17 *Qualibet causa, super qua disputatur, etiam summaria, & executiua, habet instantiam.*

18 *Causa damni dati, & follæ cridatæ ac criminalis habet instantiam, quando apparet de legitimo contradictore, & est inter priuatos. Secus quo ad fiscum.*

19 *Instantia regulatur secundum statutum generale de instantia loquens, si in illo casu particulare non reperitur aliquod statutum.*

20 *Instantia statutaria succedit in locum instantiæ triennalis legalis, & eandem naturam sumit.*

21 *Nullus quantumcunque priuilegiatus, restituitur aduersus instantiam desertam in causa principali, secus in causa appellationis.*

23 *Tempus continuum, est illud, quod continuo currit diebus feriatis, & non feriatis, & omni tempore.*

24 *Sententia debet ferri die præcedenti iuridica, quando finis instantiæ cadit in diem feriatam, aliàs non ualeret.*

25 *Dilatio data ad comparendum si ultima dies cadit in diem feriatam, poterit comparere quis die sequenti in tertijs.*

26 *Citationum plures sunt species, ut proclama, bannum, edictum, campana, & citatio specialis.*

27 *Non citatus, nec prouocatus, si post actum perfectum comparet, & petat aliquid annullari, uel fieri, dicitur actor: secus si citatus, uel prouocatus comparet.*

28 *Qui non vult uidere ueritatem, non uidebit.*

29 *Citatus generali citatione si sua putauerit interesse, dicitur reus uoluntarius, & tenetur legitimare eius personam comparendo. numero 30.*

Declara, ut nu. 31. 35.

31 *Reus dicitur actor in probando eius intentionem, & exceptionem.*

Citatus ad certum tempus, non comparens, censetur renuntiare eius iuribus, & audiri non debet amplius. nume. 42.

32 *Possidens iuste, siue iniuste, non potest molestari donec legitimè conueniatur: & idem in quolibet alio, qui sit in quasi possessione alicuius iuris seruitutis, pasculandi, siue eundi, siue iurisdictionis, siue dignitatis. 34.*

33 *Consuetudo, quòd quis in loco alterius pasculet ualet, & quanto tempore præscribatur.*

34 *Actor originaliter, si reus prius comparcat principaliter, & excipiat impediendo actum, potest contradicere, & petere executionem, uel confirmationem actus per uiam petitionis, & ita extinguere impedimentum oppositum a reo originaliter facto.*

36 *Certus possessor, & debitor debet citari in specie, & non in genere, non obstante statuto de citatione in genere loquente.*

37 *Proclamationes, edicta, & banna, non comprehendunt, nec ligant ignorantes, absentes, & non subditos, nec creditores ad tempus, uel conditionales. nume. 38. 39. 43.*

38 *Absens præsumitur ignorare banna, edicta, & proclamationes, etiam si esset absens a ciuitate solum.*

40 *Absentia præsumitur, quando partes sunt diuersi fori.*

41 *Ponens bona ad cridas, si est malæfidei possessor non potest se iuuare beneficio d. cridæ, &*

da, & bonis follatis.

42 *Citatus in genere ad contradicendum bonis cridatis, uel in solutum datis, si non comparet non potest amplius contradicere illo iudicio, sed ut actor potest uia ordinaria agere contra rei uendicatione, uel alia actione sibi competente.*

44 *Folla nulliter facta, poterit iterum post contradictionem fieri seruatis seruandis.*

45 *Iudex, qui tulit sententiam nullam intra tempus instantiæ poterit illam reuocare, & ualidam ferre, si adhuc de instantia remanserit, dummodò in processu non sit defectus insanabilis.*

Secus in delegato.

46 *Iudex ordinarius intra tempus instantiæ, an possit duas ferre sententias circa merita condemnando in decem uirtute unius statuti, & postea in uiginti uirtute alterius. remissiuè.*

DECISIO XVII.

SVPRA decisione decimatertia, fuit latè discussum, illos de Momio non potuisse, nec posse follare, & bannire bona Communalia in præiudicium illorum de Vendasio, & Vercusio: & cum illi de Momio fecerint follare dicta bona contra formam dicti statuti, & cum termino quinque dierum contradicere uolentium, aliàs dicto termino elapso reprobari amplius non possit dicta folla, fuit contradictum per dictos de Vendasio, & Vercusio, & illi de Momio non curarunt facere approbare dictam follam intra tres menses continuos, & sic intra tempus instantiæ a statuto generali prefixum cuilibet causæ, unde per illos de Vendasio, & Vercusio fuit dictum de peremptione instantiæ, & illos de Momio non debere audiri, nisi refectis expensis, & per illos de Momio fuit replicatum instantiam non esse desertam, cum fuerit in causa damni dati, quæ non habet instantiam, & iudex quolibet semestre tenetur ac cusas taxare, & dato quòd haberet instantiam, illam fuisse desertam culpa ipsorũ de Vendasio, & Vercusio comparentium per uiam proclamationis, & citationis generalis, quo casu dicuntur uoluntarij, & nõ necessarij rei, & sic in hoc dicuntur actores, & non rei, vnde cum sub iudice lis esset, per uenerandum Patrem meum, Dom. Carolũ, satis doctè fuit demonstratum, causam dãni dati (apparente contradictore) habere instantiam, & illam fuisse peremptam culpa illorum de Momio.

Nam quòd instantia causæ follæ petitæ gridari per Andream Ioannis Consulem, & Bertolinum Ioannis Mariæ procuratorem communis Momij fuerit, & sit perempta, clarè patet ex dinumeratione mensium continuorum præteritorum a die factæ requisitionis per eos, quæ fuit facta die 28. Februarij proximè præteriti præsentis anni 1565. a quo die currit instantia secundũ formam statuti, sub rubrica, quanto tempore duret instantia cuiuslibet causæ. ubi dicitur quòd instantia cuiuslibet causæ, & quæstionis duret mensibus tribus, & currere incipiat a die factæ petitionis, & citationis subsequutæ, & dictum fuit de peremptione instantiæ die 28. Iunij, & a die dicta 28. Februarij ad dictam diem vigesimi octaui Iunij transacti apparent quatuor menses, nedum tres, qui etiam apparent transacti a die responsionis, & oppositionis factæ per procuratores Vendasij, Vercusij, &

1 aliarum uillarum litis consortium. † & perempta instantia superest officium iudicis in declarando eam peremptam condemnando actorẽ in expensis, ut not. omnes in l. properandum. §. illo proculdubio. C. de iudic. & tradit Alex. in consi. 136. & in consi. 137. in 2. uol. & in consi. 166. nu. 2. & in cons. 180. nu. 1. in vi. uol. Maria. Anguis. consi. 219. nu. 4. uol. 1. & Crau. cons. 223. sub numero septimo, Gramma. decisio. 91. nu-

2 me 5. & 6. adeo, † quod non potest ferri sententia, & si ferretur, esset ipso iure nulla, vt per Alex. in d. consi. 136. Abbas cons. 5. col. 3. uolu. 2. & per Afflict. in consti. hac lege, nu. 2. Sebast. Vant. de nulli. ex defe. iurisd. nu. 116.

3 car. 93. † & iudex tenetur in sindicatu, etiã si tulerit sententiam iustè. ita Pet. de Anch. in c. vnico, de resti. in integ. sequitur Hip. in pract. crim. §. successiuè, col. 2. & Gramma. in uoto 31. nu. 9. & seq.

Et iure non dicitur pro parte illorum de Momio, quod sint deducendæ feriæ, quia statutum clarè loquitur de tribus mensibus continuis, cum solum in eis excipiatur

tur tempus dilationis datæ de foris,& tempus, quo pars impediretur per iudicem ad instantiam alterius partis,quod non fuit in
4 præsenti causa, † & omne tempus præfixũ a lege,vel statuto est cõtinuum, & postquã incipit currere, etiã currit diebus feriatis, vt tradit Ias.in l.contra maiores.numer.6. C.de inoffi.testam. & Paul.de Castro in l.2. C.de dilatio & in instãtia statuti tradit Ias. in l.properandum.§.fi.C.de iud.& Bald.in auth. item si appellatio. sub numero 1. de tempo.appellat.& Paris.consilio 37.numero 26. in 3.par. & faciunt tradita per Alex. in consilio 42.numero 2.3.uolum.3. & Tiraquel.in retract.§.primo,glo.10.nume.79.
5 † & talis instantia currit periculo actoris, vt per Docto.in d.locis,& Soc.consilio 109. numero primo,uol.4. Grammati.decis.91. numero 5. & 6.

ET iure etiam non potest dici, q ipsi de Momio nõ fuerint actores, cum ipsi fuerint primi, qui comparuerunt,& petierunt a iudice committi follam in bonis communalibus,& priuatis communis Momij banniti,& proclamari,cum termini quinq; dierum assignatione cuilibet contradicere uo-
6 lenti dictæ follæ,†& actor dicatur,qui primò prouocat ad iudicium,vt per Bart.in l. libertus, & ibi Docto.ff.de in ius voc.Dec. in consilio 487. numero decimo, & in consilio 686.in fi. & in l.si quis, nec causam. in 4.notab.ff. si certum peta. & in c.intelleximus,numero 9.de iud.& infra dicam.Nam consideratur, an quis principaliter non citatus, aut aliqua de causa non prouocatus comparet,& petit aliquid,vel dicit de nullitate actus,aut incidenter comparet ex aliqua causa prouocatus,&uenit ad iudicium, aut qui uenit citatus,uel alio modo prouocatus ad excipiendum, opponendum, seu contradicendum actui. Nam qui primò,& principaliter uenit ad iudicium, & petijt aliquid reuocari,uel dicit de nullitate, dicitur actor,& qui incidenter uenit, dicitur reus. ita declarat Bar.& communiter Docto.in l. de pupillo.§.si remissionem,& §.si procurator.ff.de no.ope.nun ia.Grat.consilio 3.numero 32.uolum.2. Roland.consilio 10. numero 18. uolum.4. Rimi.sen. consilio 377. numero 21.uolum.2.consilio 682. numero 1.5.uolum.4.Dec.in c.intelleximus,numero
7 nono,de iudic. † unde facta immissione in possessionem ex primo decreto,tertius,qui prætendit sua interesse comparens ad eam impediendam,ne procedatur ad secundum decretum,quia talis immissio habet uim citationis, dicitur reus: sed si comparet post secundum decretum, quia tunc res suũ sortita est effectum, necesse habet comparere principaliter & ordinario iure experiri, ut primo casu loquitur tex in l.a Diuo Pio.§. si super rebus,& secundo casu loquitur tex. in d.l. a diuo Pio. §.si post aditum. ff. de re iud.&tradit Soc.in cõs.158.in 3.casu.col.6. uol.2.post Doc.in d.§.si sup rebus, & d.§.si post aditum.Purpura.d. consi.682. num.3. vol.4.Rimin.sen.consi.682.nu.5. uol.4.car.
8 71. † unde etiam si quis petita executione sententiæ opponit contra sententiam de eius nullitate,dicitur incidenter opponere de nullitate, si uerò nulla petita executione ipse sua uoluntate allegat nullitatem sententię, & petit eam declarari nullam, dicitur principaliter agere, ut habetur in l.3.§ condemnatum.ff. de iudi. & declarat Bar.in l.si expressim. ff. de appellat. Rim. sen.d.consilio 682.numero 5. uolum.4. & per Perusi.in c.dilecto,sub num ... de ap-
9 pellat. † sic in reductione laudi ad arbitriũ boni viri,ut habetur per Pau. de Cast. in consi.255. in 2. par. per Bar.& Bald.in l. scientiam. §. arbitrorum. ff. pro socio, &
10 Bal.consi.57.uol.3. † sic etiam est in restitutione in integrum, ut per Docto. in l.nã & postea.§.si minor.ubi Bar.in versi.secundò potest practicari, ut in eodem iuditio per modum contradictionis petatur restitutio. ff. de iureiuran. & Maranta in Spec. aur. in 6. par. actu principa. numero 101.
11 uers.ultimo possit. car.230. † sic etiam in immissione, quæ peteretur uigore l. fi. C. de edi.diui Adria.tol.ut in d.l.fi.& ibi Doc. & per Pau. de Cast. in consilio 292.numero 8.uers.super septimo,in 2.par.& in casu isto clarè etiam apparet.Primò, quia dicitur ad instantiam, & requisitionẽ Andreæ Consulis, & Bertolini procuratoris com-
12 munis Momij, † & idem est dicere,ad instãtiam,quod ad petitionem,& requisitionem,ut per Rip. in c.cum Marcus Ferrar. sub num.29.de constit.Secundò, quia ipsi de Vendasio,Vercusio, & aliarum uillarũ contradicentes, dicunt se comparere occasione dictæ requisitionis follæ, & banni,

seu

seu proclamatis, & opponunt. Tertiò, quia dicunt in talibus oppositionibus, & saluis omnibus alijs eorum exceptionibus, & defensionibus, & ex his apparet, quòd ut rei comparuerunt, & pro defensione eorum iurium. Quartò, quia illi de Momio confitentur in eorum replicationibus, quòd ipsi contradicentes, ut rei comparuerunt, & exceperunt dum dicunt replicando, causa, & occasione quarundam nullarum, ac inualidarum exceptionum, & ibi de quorũ nominibus constat in assertis exceptioni-
13 bus, & † ibi, respondendo assertis exceptionibus, & excipientes dicuntur rei l. 1. ff. de except. & Inst. de exceptio. & ubi apparet quod quis comparuit, & comparet causa & occasione citationis, præcepti, uel alterius commissionis, & rei, talis dicitur reus, & aduersarius actor, ut tradit Nel. de Ban nit. in 1. par 2. tempo. q. 64. ad fi. uersi. debent ergo. Purpura. consilio 71. numer. 1. & seq. consi. 172. nu. 6. uol. 1. & multum inseruiunt adducta per Soc. in d consi. 94. columna 2. & 3. uol. 3. & per Dec. d. c. in præsentia, num. 5. & 6. de proba. ubi excipiens remanet reus, quando non conuertit exceptionem in petitionem, sed super prouocatione insistit, & prouocans ad ulteriora ꝓcedit, qđ sentit Gabri. Saray. in addit. ad Mathesi. singula 109. numero 2. in fi. ubi dicit, quòd coram eodem iudice secundus prouocans dicitur Reus, Gherar. Mazzol. consilio 14. num. 3. & 4. & in isto casu aperte constat, Andream, & Bertolinum pro communitate Momij fuisse actores, & comparentes pro communitate Vendasij, & Vercusij, & aliarum uillarum fuisse reos, & ideò instantiam perijsse dictis actoribus, ut habetur in l. properandum. C. de iudi. & tradit Soc. in consi. 109. præstantissime Docto. num. 1. uol. 4. & Gramma. d. decis.
14 19. nu. 5. & 6. cum similibus, † & quod qui primò prouocat ad iudiciũ, dicatur actor, procedit etiam in casibus, in quibus talis prouocans alias fuisset futurus reus, ut in diffamato. Doct. in l. diffamari. ff. de ingen. & manu. & tradit Bar. in d. l. libertus, Rota Luca. decis. 32. numero 12. car. 197. & Gherar. Mazzol consilio 14. numero 3. & seq. ubi dant etiam practicam agendi, & libellandi. & Afflict. decis. 268. licet in hoc Alex. consilio 103. uol. 5. teneat contra, & Capici. decis. 18. sequitur latè Bar. Blareri. in repeti. d. l. diffamari, c. 4. car. 39. & Octauia. Pedamonta. decis. 150 car. 622. ubi est speciale in hoc, ut numero 5. & 8. uel melius procedunt istorum dicta, postquàm iudex assignauerit tempus ad agendum, secus ante dum disputatur, an sit diffamatus, ut per Gherar. Mazzol. d. consi. 14. nu. 3. & 4. & per infra proximè alleganda, & faciunt adducta per Docto. in l. cum quędam puella. §. quotiens, ubi Cagnol. numero primo, & sequen. ff. de iurisdi. omni. iudic. & procedit etiam in duplicibus iudiciis, in quibus quis actor, & reus dicitur, ut est in interdicto uti possidetis, in interdicto retinendæ, in iudicio familiæ erciscundæ, communi diuidundo, finium regundo-
15 rum, † & tamen qui prouocat, ipse pro actore habetur, ut per Marsi. singula. 109. & Hiero. in tracta. fini. regund. c. 45. num. 4. & 5. car. 65. Purpura. consilio 71. num. 1. & seq. uol. 1. consilio 445. num. 1. uol. 2. sentit Menoc. de retinen. pos. in primo remedio. nu. 94. & 95. car. 95. Neuizan. consi. 80. numero 35. & 36. & sequen. car. 666. & communem dicit Mathesi. Vesembeci. in consilio 18. numero 14. & 15. car. 590. & Faber in §. tertia, in fi. Insti de interdict. Bero. consilio 77. numero 10. uolum. 3. Federic. Scot. lib. 4. consi. 22. sub nu. 25. uol. 1. car. 384. per gl. in c. ex literis, de prob.

Nec obstat dicere, hanc causam non habere instantiam, sed esse arbitrariam, & qñcunque posse dictam causam iudex sententiare, quia statuentes loquuntur de dãnis datis, & non dant tempus determinatũ ad condemnandum, sed illud in arbitrio iudicis ponunt. Quia respondetur, non esse uerum ꝙ agatur de damnis datis, & de condemnatione fienda eorũ, sed agitur de folla, quæ dicitur facta per agentes communitatis Momij, & petita per Dominum iudicem publicari, seu mandari publicari cum assignatione termini quinque dierum ad opponendum cuilibet contradicere uolenti, secundum formam statuti de follis fiendis, non de damnis datis, quia ista sunt diuersa, & prius ponitur de follis fiendis rubrica, postea rubrica de saltuarijs Consulibus, & accusationibus, tertiò ponitur rubrica de damnis datis, & ista sunt diuersa, & nõ idem, & agitur de primò, scilicet de follis fiendis,

fiendis, & non de tertio, de damnis datis, & tali follæ gridatæ, & bannitæ dicti procuratores Vendasij, & Vercusij, & aliorum litis consortium comparuerunt & excipiendo contradixerunt, & dixerunt de eius nullitate, & inualiditate, quia non fuit decreta, quia bona follata erant communia, uel in eis habebant ius pasculandi, & communalibus utendi, & fruendi, pasculando, lignizando, & ruscando, & in possessione talis iuris semper fuerint, & erant, & ex alijs rationibus, de quibus in dictis exceptionibus, & de tali nullitate ita per uiam exceptionis & oppositionis opposita, fuerat & erat uidendum, & cognoscendum: & cum per talem uiam exceptionis fuerit contradictum, quis est, qui diceret talem sic opponentem, & contradicentem esse actorem, & non reum? nemo profecto, sed bene quilibet iuris non ignarus diceret esse reum, & eum, qui primò comparuit, & petijt follam gridari & banniri cum dicta termini assignatione esse actorem ex proximè supra al-
16 legatis, † quæ in proposito faciunt, si oculo iuris intueatur, qui omnia uidet bene acta, & intuetur, ut dicit Bald. in consi. 141. numero 4. in primo uolum. & stantibus supra dictis non est uerum q; ista causa non habeat instantiam (existente legitimo contradictore) ut in casu. l. fi. C. de edi. diui Adria. tol. & aliis similibus casibus supra
17 deductis, & allegatis, † cum quælibet causa, siue sit sumaria, siue executiua, habeat instantiam sicut ordinaria, ut tradit in qua libet causa Ias. in l. properandum, in princip. ff. de iudi. sub num. 7. & seq. Benedi. de Barz. in tract. Guarent. in 2. par. q. 5. Pau. de Cast. consi. 169. nu. 5. in 2. par. & Roma. in consilio 174. nu. 1. 4. 5. Maran. in Spec. aur. in 5. par. in princip. Lancel. Contard. de officio præto. c. 9. lib. 1. tit. de execut. nu. 23. & Crau. consi. 270. in 2. uol. in quibus locis respondent ibi Docto. obiectis rationibus in contrarium adductis, & quod causa Follæ gridatæ habeat instantiam, quando adest contradictor, & super contradictione disputatur, ultra supradicta est pulchra decis. Pau. de Cast. in l. 1. numero 5. & 6. C. de iureiuran. ubi dicit, quòd quælibet causa habet instantiam, quando super aliqua exceptione disceptatur, & idem in quolibet articulo, ut ibi per eum, & Afflict. de-
18 cisio. 346. † & in damno dato quãdo procceditur per uiam accusationis factæ a priuato, loquitur Rota Bononi. decis. 76. nu. 2. 5 & 6. car. 122. & Rolan. consi. 94. numero 6. uol. 3. ubi loquitur in causa criminali, latè Grammat. uoto. 31. car. 83. ubi non potest amplius conueniri, secus in causa ciuili & secus, quando accusatus non compareret, nam ad beneficium, & utilitatem fisci non currit instantia, & tunc iudex potest quolibet semestre taxare accusas, ut dicit statutum, & ita declarat Rota Bononi. d. decis. 76. num. 2. & 6. & Grammat. d. uoto 31. num. 16. & 17. uersi. sed coram Rege, & quotidie ita obseruatur in curia nostra Fiuizani, quod intra tres menses (stante contradictore, & accusatore) sequitur sententia absolutoria, uel condemnatoria, ut fuit factum de anno 1578. contra presbyterum Ioannem de Cuto, qui fuit condemnatus, & in prima & in secunda instantia,
19 in expensis. Nam † quando non adest statutum particulare super aliquo articulo, tunc recurritur ad statutum generale de instantia loquente, & maximè in curia nostra, ubi statutum dicit, quòd instantia cuiuslibet causę durat per tres menses, quo casu datio insolutum & quælibet alia causa regulatur secundum præallegatum statutum, si non habet instantiam de per se particularem, ut per Alex. consi. 50. nu. 8. & seq. & nu. 18. & seq. uol. 2. Ruin. consilio 123. nu. 10. vol. 5. Abb. consi. 96. Soc. consi. 95. col. 2. uol. 1. Prosper. Paser. consi. 64. lib.
20 1. & dixi supra decis. 3 nu. 24. † & in locum instantiæ triẽnalis est posita instantia a statuto trium mensium continuorum, quæ eandem naturam, & conditionem retinet in omnibus, & per omnia, ut per Alex. in consi. 42. numero 2. & 3. uol. 3. Tiraq. de retract. §. 1. glo. 10. nu. 79. cum simili. & Maran. ubi supra, in d. 5. par. num. 17. car. 108. Pau. de Cast. consilio 42. nu. 3. uol. 1. Rol. consilio 21. numre. 7. uol. 3. & ita IVDI-
* CAVIT * Rota Florentina de anno 1560. die 5. Decembris ad fauorem Ser Nel-
21 li de Zatis Pistoriensis. † Nec aduersus talem peremptionem instantiæ causæ principalis datur alicui etiam priuilegiato restitutio in integrum, ut est tex. in d. l. properandum. § fi. & tradunt Bar. & Bal. in auct. in appellatione. C. de tempo. appellat. &

Roman.

Roman.in d.conf.174 & late Crau.d.conf. 270.Bar in l.1.§ nunciatio.col.fi.ff.de noui.oper. nuncia. Carauita in Ritibus Magnę Curiæ,Ritu.71.nu.5.car.119. Maranta in Spec.aur.in 6.par. in verbo, appellatio. nu.89.car.229.Pau.Cast.consi.37.nu.4.uol. 2.Ruin.consi.119.nu 13.& seq.uol.6. Balb. de præscriptio. in 1. par.5. par. princ. q.6. car. 139. Octauia. Pedamont. decis. 157. Gramma.d.uoto.31. Quæsitum,& Franc. Becci.cons.59.nu.7.& seq.car.108.quod secus esset in causa appellationis propter remedium irreparabile,Soc.consi.299. circa primum. columna prima, uolum. secundo, Alexan.consi.42.nu.13.uol.3..Roma. consi.220.circa primum, Curt. iun. consi. 312.nu.23.& seq.vol.3.Crau. consi.202.nu. 44.lib.2.Crot.consi.344.numero 6.& seq. vol.3.& dixi in tract.de tutore, car.98.nu. 100.& Roland. consi.10. in fi. volumine 2.
21 † & tale tempus continuum postquàm cæpit currer e,diebus feriatis,& non feriatis,semper currere omnes affirmant,ut dixi dicere Ias.in l.contra maiores.nu.6.C.de
23 inoffic. testam. † nam tempus continuum est,quod iuxta sonum uerbi continue currit diebus feriatis,& non feriatis, siue aliquis sit præsens,siue absens in loco,in quo prętenditur tempus labi,& siue ibi possit haberi copia iudicis,siue non, vt per glo. in uerbo,continuo,in clem.unica.de in integ.restit.& ibi Io.de Imo.Cardina.& alij, & glo.1.& ibi Bar.in l.fi.de tempo.in integ. rest.& ita tradit Marc.Ant.Bard.Senen.,in tract.suo de tempo.utili, & continuo,in c.
24 2 sub nu.6.car.13. Adeo † quòd cautus esse debet aduocatus, quod quando instantia statuti finit die ultima feriata, faciat actorem petere a iudice,quòd ferat sententiam die præcedenti non feriata,aliter illa periret,& sententia ferri non posset,ita dicit Bal.in addit. ad Spec. in tit. de appellatio.in uersi. quando tempus pręfigitur instantiæ,& in uersi.quando terminus. Et si per iudicem non stetisset,posset ultima die instantiæ etiam in honorem Dei feriatæ sententiare,& sententia ualeret Ias.in l.1. §.sed excipiuntur,num.3.& ibi Alex.num. 2.ff.de ferijs.Bar.in l.2.nu.4.C.de tempo-
25 ra.appella. † secus in dilatione data a iudice ad respondendum, uel quid faciendũ, nam si cadit in diem feriatam,sequenti die prima hora iuridica poterit comparere,ut per Bar.in d.l.2.num.4.Spec.tit.de dilatio. §.1.nu.4.uersi.sed pone, Lanfranc.c. quoniam contra,tit.de citatione,nu.24.de probatio.Paris.consi.107.nu.95. & seq. uol.3. Alex.in l.1.§.nuntiatiatio, nu.28.& nu.30. ff.de no.oper.nuncia.

Quantum autem ad id, quod dicitur, quòd agentes ad quorum dicitur instantiã, & requisitionem fuisse commissum follam gridari, & banniri cum assignatione dicti termini quinque dierum cuilibet contradicere uolenti, non dicuntur ipsi actores, sed procuratores Vercusii, & Vendasii, qui se opposuerunt, & exceperunt con-
26 tra talem follam cridatam, † eo quia proclama,& bannum factum cum assignatione dicti termini non dicitur citatio,est cõtra terminos citationis, cuius sunt plures species,ut habetur latè per Hippol.in l.de unoquoque.ff. de re iudi. & quodcunque incitat,& prouocat ad comparendum, dicitur citatio,& alia specialis,alia generalis & harum alia uerbalis, alia realis, alia per edictum,alia per proclama,alia per campanam,ut per Spec.in tit. de citatio. §. sequitur uidere.uersi.ceterum sunt quinque,& Alex. in consilio 5. nu.2. uol.2.ubi in proposito,& præcepta,& banna etiam dicuntur comparente reo citationes, quia in uim earum per comparitionem resoluuntur.l.de pupillo.§.meminisse, & ibi Docto. ff.de noui.oper.nuncia. facit dictum Octauia.Pedamonta. decis.150. nu.8.& per assignationem termini,quis dicitur citatus, ut per Iaco.de Beluis.in sua pract.crim.tit. de testib. sub num.89.& Alex. in cons.5.in causa & lite,sub nu.4.& num.5.uol.2.& de singula spetie citationum habetur latè per Bertachi.in uerbo,citatio.

Nec ad propositum facit, quod quilibet sit dominus rerum suarum, & possit sua bona follare, quia hoc non præsumitur, & stante contradictione, de ueritate cognoscendum est priusquam fiat, & qui ut dominus fecit uel petit,stante contradictione habet probare se esse talem, & opponens se habere ius aliquod in re aliena habet docere de tali iure, & interim donec uertitur quęstio nihil potest innouari lite pendente, & talia merita causę respiciunt, & non peremptionem instantię, &

Nelli

Nelli decisio, & alia supra adiuncta clarè demonstrant illos de Momio fuisse, & esse 27 actores, † cum in effectu omnes in hoc concordent, quod ubi quis non citatus, nec aliquo modo prouocatus post actum perfectum comparet, & principaliter dicit de nullitate actus, & petit eum reuocari dicitur actor, ut etiam dixi supra decisio.5.numero 18. Rimin.sen. consilio 304.numero 41.& seq.uolum.2. Prosper Paset.consi.68. numer. 1.& 2.& ubi quis citatus, uel aliquo modo prouocatus ante actum perfectum comparet, & opponit de nullitate, & incidenter petit declarari actum nullum, dicitur reus, ut sentit etiam Dec. in c.intelleximus, numero 9. de iudic. & quòd hoc procedit etiam in illis psonis, quę aliàs essent originaliter rei, ut in exemplo l.diffamari, & alijs supra allegatis, maximè quo ad ordinem processus, & iudicij: licèt quo ad decisoria retinerent priuilegium originis, ut per Mathesila.singula.109.& ibi addētes, & Hiero.de Monte in tracta. fini.regundo. c. 45.numero 4. car.65.& hoc sufficit quò ad peremptionem instantię, & refectionē expensarum, ut per Paul.de Castro in d.l. 1. numero 5.& 6.C.de iureiurand. & Afflict. decisio.346.numero 2.& 3. & sentit Meno. de retinen.posses.remed.1. q.18. nume.94. & seq.car.95.& Purpura.consi.71.nume.1. & seq.uol.1.& Bero.consi.77. numero 10. uolu.3.& Gherar.Mazzol.consi.14.numero 3.& seq. & Federic. Scot. lib.4. consi.22. sub numero 25.car.384.uolum.1. Nam solùm ordinatoria iudicij pereunt, & non decisoria, & expensę illorum actorum solum reficiuntur, ut dixi supra decisio.16. numero 15.& seq.& apparet, quòd illi de Momio dederunt causam edicto, primò comparendo, & petendo follam gridari, & assignari terminum cuilibet contradicere uolenti, & ita fuit commissa gridatio, & assignatio termini, & executa per nuntium curię, & in tali termino comparuerunt dicti procuratores dictarum uillarum causa, & occasione dictę gridationis, & follę gridatę, & assignationis dicti termini saluis cunctis alijs exceptionibus eorum, quo casu clarè apparet, illos de Momio prouocasse illos de Vendasio, & Vercusio ad iudicium, & sic esse actores etiam quò ad ordinatoria, quia originaliter etiam actores semper esse debebant contra istos contradictores possessores, Soc.d.consi.158.in 2.casu, uolum.secundo, cum similibus, & Purpura. d.consilio 71.numero primo, & seq. uolu.primo, Nec uerum est, quòd petierint follam reuocari, sed eam nullam dixerunt, & ita declarari debere per officium Domini iudicis, & dictos assertos procuratores Momij uti temerarios, & calumniosos follatores non audiendos, sed condemnandos in expensis; & ubi etiam fuisset petita reuocatio, per hoc non dicerentur actores, sed rei, q̃a incidenter uenit ad exceptuata, prout quando incidenter deducitur nullitas, reductio, restitutio in integrum, & quodlibet aliud remedium, & beneficium, ut tradunt Do-
28 cto.supra allegati, si uideantur: † quia dicit Bald.in consi.285.uolu.1.quòd qui non uult uidere ueritatem, non uidebit.

Nec minus rei dicuntur isti de Momio eo, quia fuerunt prouocati alij generaliter, non nominatim, per publicum procla-
29 ma, † & tali casu comparens ad opponendum, & contradicendum uideatur defensor, & reus voluntarius, & talis actor dicatur, ut per Afflic.decis.2.nume. 9.Maranta in Spec.aur.in 4. par.7.distinctio.numero 54.car.73. Anchara.cons.333. ad dubia. Cur.iun.252.numero 28. uersicu.ad aliam exceptionem, uolu.3.car.123. Apostilla ad Dec.d.consilio 700. Bar.Blareri. in repeti. l.diffamari.c.4.nu.4.& seq car.39. C.de ingenuis, & manumiss. quia quòd talis actor dicatur non est uerum quò ad ordinatoria iudicij, nam siue quis defensor sit uoluntarius, siue necessarius, semper dicitur reus in ordinatorijs iuditij, & prærogatiuam rei retinet, ut habetur per Bal.in Margarita Innocen. in uerbo, reus. il quarto, & in addi.ad Spec.de citatio. uersicu. quis citatus dicatur reus necessarius, & uoluntarius, allegat Innoc. in c. cum inter, de excep.& ibi tradit Fel.Mathesila.d.singu.109.& Octauia.Vestri.in sua practi.iudi.tit.de dolo, & contuma.lib.4 numero 8. car.84. uersicu.addo quòd minus, & in indiuiduo, quod dicatur reus, & non actor, ita tenet Plot.in rubrica de bonis ad cridas ponendis, uersicu.decreti uigore. car. 52.Roland.consilio 72.numero quadragesimonono, & sequen. uolum. tertio, Dec. cos.70.& nume.4.& seq. & Franc.Becci. in

conf.12.nu.13.& seq.car.22. & dixi supra decis.5. nu.18.& est communis opinio,ut patet ex prædictis,& per Alex.cons.5.numero 2.& 3.uolum.3.Rimin. sen.consilio 377.numero 21.uol.2.& consilio 682.numero 1.& seq.uol.4.Roman.consilio 217. Rolan.consi.10.numero18.uol.4.Neuiza. consi.23.num.6.& seq.sentit Bar. Blareri. in repeti.l. diffamari.c.4. numero 26.car. 43.C.de ingen.& manumiss.Purpura.consilio 71.numero 1.& seq.uolum.1.& per alios supra allegatos,& infra allegandos,
30 † nec Pau.de Cast. in d.l.libertus, dicit contrarium,sed dicit,quòd qui taliter generali citatione citatur, dicitur reus uoluntarius, qui tenetur legitimare personam suam,sicut actor tenetur suam personam legitimare, & docere de interesse suo,ut dicunt Doct.in d.locis, & in d.l.fi. C.de edi.diui Adria.tol.quod secus est in specialiter citato, quia talis eo ipso dicitur habilitatus,& non habet eius personã legitimare,ut declarant Doct. ubi Achil. persona.in trac.de adipis.possess.nu.69.70. car.25.& Rol.consi.29. nu.7.& seq. & nu.
31 18.uol.2. † & omnis reus dicitur actor, quo ad probandum suam exceptionem tantum vt per Afflic. in constit. in ciuili. nu.1.& Andre.de Isernia in constitu.Regni Siciliæ,lib.2.tit.32.num.60.col.1.car. 175.per tex.in l.2.de exceptio.Paset.cons. 52.nu.2.& hoc est, quod uoluit Menoch. ubi supra, remedio 1.numero 94. & 95. car.95.de retin.possess.Rimin.sen.consilio 682.nu.6.uolu.4 prę:erea quòd etiam in casu nostro isti dicuntur rei necessarij, & non uoluntarij,quia necesse habent infra quinque dies comparere ad contradicendum & docendum de iuribus eorum, aliàs transacto dicto tempore censerentur renũciasse eorum iuribus.l. si eo tempore.C.de remiss.pignor. & amplius audiri non deberent,ut uolũt glo.Bal.& Ang. in d.l.si eo tempore,& Bal. in auct. si omnes.C.si se,ut ab hęre.abstin.nu.3.& Imo. Roman.& Aret.in l rem, quę nobis.ff. de acquiren.pos.ubi etiam Ripa,Cor.consil. 109.lit.O.col.pen.uol.2. & Rol. consi.29. nu.19.uol.2.& dictæ follæ nõ possent amplius reprobari,ut ibi dicit statutum,quo fit quòd dicuntur contradictores rei necessarij,ut consuluit Rol.consilio 29. numero 18.& 19.uol.3.& Achil. Persona.in tract.de adipis.possess.num.71.& sequitur Capici.decisio.8. in fi. numero 4. uersi.& aduertat,car. 26.& tanto magis prædicta procedunt, quia comparuerunt illi de Vendasio, & allegauerunt se habere ius in dictis bonis communalibus in folla gridatis, & esse in eorum possessione, sicut homines de Momio pasculandi,lignandi, & ruscandi,ut de tali possessione pasculandi probauerunt, ut patet clarè per testes
32 examinatos ad eorum instantiã, † & qui est in possessione,nón potest molestari donec legitimè conueniatur, siue possessio fuerit iusta,siue iniusta.l.iusta.ff. uti possid.& l.1.§.hoc interdicto,& ibi Bar.ff.de itin.actuq; priuato. Calca. cons.116. sub nu.11.Dec. consi.191. num.9. & Afflict.in constit.uiolentias, col.16. uersi. septimò, & ultimò,& Crau. consi.280 sub num.2. uol.2.Plot.in l.si quando, nume. 97.uers. & etiam C.unde ui.& numero 820.& idẽ est in quolibet alio,qui sit in quasi possessione alicuius iuris,seruitutis,siue pasculandi,siue iurisdictionis,siue alicuius etiã dignitatis,quòd non potest molestari donec legitime conneniatur, ut per Bar.ibi, in d.§.hoc interdicto,& in l. 1. ff. de aqua quotid.& æsti.& in cons.189. sub nu.16.& Rui.cons.154.in 4.par.Plot.in l.si quando nu.817.& nu.820.& nu.823.C. unde ui.& nu.97.& præterea dantur confessoria, & negatoria actiones,ut supra dixi. decis.13.
33 nu.15.& sequen. † Nam ualet consuetudo,quòd quis pasculet in locis communalibus,& etiam in locis alterius.Cassa.consuetudi.Burgun.rub.13.§.2.uersi. Panormitanus.car.367.Dec. consi.212. nu.6.& 7.consi.550.num.1.Gabr.Roman.lib.5.de præscript.concl.1.nu.9.& seq.car.156.ubi nu.12.limitat.& quanto tempore præscribatur,cum sit discontinua possessio. uide Gabri.Roma.ubi supra numer.9 seq.car. 556.Crau.consilio 4.nu.4.& 5.Dec.cons. 550.iuridicam,ubi tempus immemorabile requiritur.& Bello.consilio 49.numero 6.& seq.

Vlterius omni casu isti de Vendasio,& Vercusio dicuntur rei, & non actores per dictã proclamationẽ cũ assignatione termini quinq; dierum ad contradicendum,
34 † qa isti originaliter ẽt rei fuissẽt, & non

actores,

actores, posteaquàm sunt possessores dictorum bonorum, & non potuissent, nec possunt ab illis de Momio priuari sine citatione, & conuentione eorum, & comparendo pro defensione in illo iudicio dicuntur rei, & non actores, ut per Alex. cons. 5. nu. 2. uol. 2. & per Soc. in d. consi. 158. in 2. & 3. casu, uol. 2. ubi latè, & respondendo illi de Momio exceptionibus productis per illos de Vendasio, & litis consortes dicuntur prosequi primam eorum petitionem follæ gridatæ, uel nouam producere petitionem super folla gridata petendo illam confirmari extinguendo exceptiones illorum de Vendasio, adeo quòd instantia, & iudicium potest dici inchoari a die responsionis factę per illos de Momio contradictionibus primis factis per illos de Vendasio follæ gridatę, uel a die proclamationis, aut responsionis, & sic litis contestatæ, adeo quòd omni tempore illi de Momio remanent actores, & procuratores ad iudicium, siue inspiciamus primam instantiã, & petitionem, siue secundam factam exceptionibus, & contradictionibus illorum de Vendasio, & litis consortibus, cum originaliter semper sint actores, & illi de Vẽdasio rei, & possessores, ita pulchrè declarat rectè intuenti Soc. in consilio 94. in causa uertente inter Io. col. 2. & 3. uol. 3. car. 87. pulchrè Dec. in c. in præsentia. nu. 5. & 6. de præsumptio. Paris. cons. 81. in fi. uol. 4. & Apostilla ad Mathesil. in sing. 109. num. 2. & sentit Octauia. Pedamonta. decis. 105. nu. 5. 11. & 12. car. 620. & est pulchra doctrina Bar. in l. nam & postea. §. si minor. col. 1. nu. 1. ff. de iureiuran. Præterea quòd etiam est magis communis opinio, quòd in propriis terminis nostris proclamationis iste qui facit proclamare, & follare bona est actor, & contradicens reus, ut supra allegaui Doctores in proposito loquentes, & maximè stante nostro statuto sub Rubrica

35 de follis fiendis, c. 19. disponente, † quod teneatur qs intra quinq; dies cõtradicere, & si non contradixerit non possint cridę amplius reprobari, & sic imponit necessitatem contradicendi, quo casu dicitur necessarius, & non uoluntarius contradictor, vt patet sensui, & in proposito ita respondet Achil. Persona. Mirandul. in tract. de adipis. posses. nu. 71. car. 26. & nu. 72. Rol. d. consi. 29. nu. 18. & 19. uol. 2. car. 64. & sequitur Capici. decis. 8. in fi. nu. 4. & ideo non fuit mirũ si Florentiæ fuit IVDICA-

* TVM * ad fauorem illorum de Vendasio de anno 1566. & 1567. ut supra tetigi decis. 13. in fi. & ita audiui hic Papiæ ab Excellentissimo Senatu in materia bonorum ad cri

* das positorũ fuisse IVDICATVM. * Et in casu isto res carebat omni difficultate: nam ex tribus supra dictis rationibus illi de Vendasio, & Vercusio erant rei, & nõ actores. prima fuit, & est, quia sunt rei originaliter cum debeant conueniri postea quàm sunt possessores; secunda, quia ita in indiuiduo loquuntur Doctores esse reos, & non actores in istis cridis bonorum, tertia (& iste ponit securim ad radices istius quęstionis) quia tenentur comparere intra quinque dies, aliàs non possunt amplius contradicere, quo casu dicuntur rei necessarii, & non uoluntarii. Quæ omnia bene nota in materia actoris, & rei propter instantiam desertam.

Considera, quod d. proclamationes non afficiunt personas certas, & certos pos

36 sessores, † nam debent in specie citari nõ obstante tali statuto, Alex. consi. 5. num. 4. & seq. uol. 2. Roma. consi. 53. num. 3. Cor.

37 consi. 52. lit. C. & D. uol. 4. † nec ligant absentes, & ignorantes, ut est tex. in l. si eo tempore. C. de remis. pignor. & ibi glo. & Doct. & l. fi. ff. de decret. ab ordi. faciend.

38 † quia absens præsumitur ignorare talia proclamata, banna, & edicta, ut per Bal. in l. planè. ff. de excusa. tuto. etiam si solum esset absens a ciuitate, & esset in comitatu, & in casu nostro, si esset absens a Curia Fiuizani, ut per Bar. & Angel. in l. Titius. §. Lucius. ff. de lib. & posthum. Bar. in l. is potest, ubi Ias. sub nu. 66. & numero 71. ff. de acquir. hæred. & Ias. in consilio 132. col. 4. uol. 4. & in edicto tradit Roman. consilio 59. nu. 5. & quòd proclama non ligat ignorantes pariter & statutum & banna, traditur latè per Docto. in c. 1. de constitu. in 6. glo. & Doct. in d. l. si eo tẽpore, Bal. in auct. si omnes. nu. 3. C. si ut se ab hæredi. abstine. & ibi Pau. de Cast. nu. 4. Ripa in l. rem, quæ nobis. ff. de acquir. posses. & Octauia. Pedamonta. decis. 179. quoniam. nu. 18. & seq.

ſeq. & non ligat etiam non ſubditos, ut habetur per Ioan. Fab. in d.l. ſi eo tempore, Roma. conſ.454. columna ſecunda, Pract. Pap. in for. lib. contra plures reos debi. in glo. quilibet. ſub numero 4. & Egid. Boſ. in pract. crim. in tit. de rapina. num. 20. & ſeq.
40 † & quando partes ſunt diuerſi fori, abſentia præſumitur, ut tradit Alex. conſilio 42. uolu. 5. poſt Ang. & Bal. in l. præſumptione. C. quib. non obſtat longi tempo. præſcri. & idem Alex. conſi. 177. numero 13. uolum. 6. Lanfranc. in c. quoniam contra, in uerbo, teſtium depoſitiones, ſub numero 168. de pba. & latè habetur de materia iſta cridationis bonorum per Plot. in rubric. de bonis ad cridas ponendis. car. mihi 49. ubi col. 2. car.
41 51. dicit, † quòd ſi ponens bona ad cridas eſt malæfidei poſſeſſor, ut in caſu iſto, non prodeſt ſibi hæc crida, & quis poteſt ultra quinque dies contradicere, & idem dicit ibi car. 52. columna prima, & car. 62. columna ſecunda, in fi. & Alc. in c. placuit, ſub nume-
42 ro 82. de præſcrip. † & illa uerba ſtatuti, ſi non fuerint intra quinque dies contradictę non poſſint amplius reprobari, intelligi debent quantum ad contradictorium iudicium, ut non poſſint annullari, & quòd cõſtituant ponentes in poſſeſſione, & de actoribus fiunt rei, & reus fit actor, adeo quòd alio iudicio, & alia actione poterit agere ad rem, non ad follam cridatam, ſicut etiã dicendum eſt in datione in ſolutum poſt quindecim dies ſecundum noſtrum ſtatutũ, quia præiudicat quo ad poſſeſſionem, non quo ad plenarium poſſeſſorium, uel petitorium & hipothecariam, adnotata per tex. & Docto. in d.l. a diuo Pio. §. ſi ſuper rebus. & §. ſi poſt aditum. ff. de re iud. Soc. d. conſ. 158. in 3. caſu, uolum. 2. & conſuluit Rui. conſi. 149. numero 10. & ſeq. uolum. 4. & Bald. in d.l. ſi eo tempore. in fi. C. de remiſ. pig. Alex. conſilio 52. numero 2. & ſeq. uolu. 7. An uerò
43 † creditor conditionalis teneatur intra tẽpus comparere, & contradicere, uide Plot. d. rubrica de bonis ad cridas ponendis, uerſicu. decretum excludens, car. 55. Ceph. conſi. 228. numero 38. uolum. 2. & Octauia. Pedamonta. d. deciſio. 179. nu. 3. 6. & 7. car. 729.
44 † Et quando folla eſt nulliter facta, non ſeruatis ſolemnitatibus ſtatuti, de quibus ſum loquutus ſupra, deciſio. 13. & loquitur Plot. in rubrica de bonis ad cridas ponẽdis, in repeti. l. ſi quando, C. unde ui. uerſi. decretum uolens. car. 49. columna ſecunda, ſi fuerit contradicta, poterit ponens facere de nouo cridare, & follare dicta bona ſecũdum formam ſtatuti & ualebit, ut ex nunc, ut per Soc. conſilio 94. columna 2. & 3. uol. 3. Tiraq. in tract. lignager. §. 8. glo. 7. numero 3. car. 155. ſicut poterit ille, qui contradixit cridis non factis ſecundum formam ſtatuti (ſi iudex confirmauerit follam, & cridam nullam) facere reuocare ab eodem ẽt iudice dictam follam, ſi erit adhuc intra tẽ-
45 pus inſtantiæ. † Nam iudex, qui tulit ſententiam nullam intra tempus inſtantiæ poteſt illam annullare, & de nouo iuſtam ferre ſententiam intra tempus inſtantiæ: ſecus ſi adhuc de inſtantia non erat, & defectus in actis reperiebatur non ſanabilis. l. ſi ut proponis, & ibi Matheſila. numero 3. & 4. C. quomodo & quando iudex. Alex. conſilio 53. quæritur, an ſtante nullitate, nume. 16. columna penul. uol. 5. Sebaſti. Vanti. de nullita. tit. quot, & quibus mod. nullita. propo. poſ. numero 127. uerſicu. nec eſt etiam prætereundum. car. 52. Capici. deciſio. 1. numero 24. & numero 26. Ange. conſilio 207. in cauſa accuſationis, columna 5. uerſicu. quia ergo ſententia fuit nulla. Lanfran. in c. quoniam contra, de proba. tit. de interlocu. & appella. ſub numer. 32. columna tertia. Pet. Calepha. in rubrica de offi. eius, numer. 26. car. 9. Tiraq. in l. boues, limita. 1. numero 55. car. 50. de uerborum obli. Alber. Galeot. in ſua Margarita. c. 24. numero 22. car. 154. Capella Tholoſa. deciſ. 114. Peruſi. in c. dilecto. q. 38. numero 95. de appella. & ita feci
* reuocare * ſententiam ſuam a iudice Fiuizani ad fauorem illorum de Vendaſio contra illos de Momio de anno 1573. de menſe Decembr. quod ſecus uidetur in iudice delegato, ut per Lanfran. ubi ſupra, numero 32. & alios ſupra allegatos. Maran. Spec. aur. in 4. par. diſt. 5. nu. 47. uerſ. uigeſimo ſecundò, car. 53. Stepha. Aufre. in addit. ad d. deciſio. Tholoſa. 114. columna 1. late Hugo. Celſ. conſilio 112. car. 384. Rimin. ſen. conſilio 260. nu. 8. & num. 16. uol. 2. car. 77.
46 † & an iudex ordinarius poſſit eadem inſtantia duas ferre ſententias circa merita cauſæ, puta condemnare in decem uirtute unius ſtatuti, & poſtea in uiginti uirtute alterius ſtatuti, uide Alex. d. conſi. 53. nu. 16. & 17.

& 17.uol.5. Franc. Marc. decisio.392.nu.3. in 1.par.& Hugo.Celf.d. consi.112. numero 1.car.384.

DE IVDICIIS.

DECISIO XVIII.

ARG.

Socius alicuius rei si possidet, potest intentare iudicium communi diuidundo contra alium consocium; si non possidet, agat rei vendicatione, uel alia actione.

Dominium præsumitur ex possessione sola allegatione, quando incidenter deducitur.

Estimum quando probat dominium, & possessionem etiam contra tertium.

SVMMARIVM.

1 *IVdicium communi diuidundo, datur omnibus, & contra omnes solùm pro bonis tentis per eius defunctum, aut per se ipsum proprio nomine cum titulo.*

Iudicium familiæ erciscundæ, datur hæredi contra cohæredes pro rebus remansis in hæreditate, etiam quòd essent alterius, vt puta depositis, uel commodatis.

2 *Socius si non possidet, & intentat iudicium communi diuidundo, & consocius negat esse socium, seu rem communem, & non possidere, debet agere rei vendicatione, si ultra negationem opponit exceptionem præposterationis in forma, uidelicet quòd prius agat rei vendicatione, quam communi diuidundo.*

3 *Socius non possidens potest agere communi diuidundo, & si pars aduersa non negat esse socium, valet iudicium.*

4 *Possidens rem communem si petit diuisionem, rectè agit, etiam si opponatur non esse socium, & non possidere.*

5 *Possidens si petit diuisionem, & negetur esse socium, possidere, & esse dominum, si probat possidere, & allegat titulum, præsumitur dominus, quia incidenter dominium est deductum. Dominium, quando incidenter deducitur, probatur per allegationem, & possessionem rei.*

6 *Possidens dicitur habere fundatam intentionem, quando dicit se hodie possidere, & continuasse suam possessionem.*

Idem in hærede, & successore.

7 *Possidere dicitur ille, qui vltimo anno collegit vuas, fænum, aut terras laborauit, licèt non perseuerauerit ire ad agrum.*

8 *Estimum communis contra communitatem, & omnes illos, qui sciuerunt æstimum fieri, probat dominium, & possessionem.*

9 *Probatio, quæ probat contra defunctum & communitatem, probat etiam contra eius hæredes vniuersales & successores singulares, sicut probat etiam pro hæredibus & successoribus, quæ probat pro defuncto, & authore, donec probetur contrarium.*

10 *Estimum contra tertium facit maximam præsumptionem, adeo quòd transfert onus probandi in aduersarium.*

11 *Sententia absolutoria lata in possessorio, parit exceptionem super eo, adeo quòd non est necessaria executio.*

12 *Sententia lata super possessorio facti, ut est, quando fit præceptum alicui quòd non turbet, & non molestet alium in tali possessione, & est confirmatum præceptum, operatur eum esse in possessione, & effectus est reus, adeo quòd altera pars non potest eum molestare, nisi ordinario iure, ut actor.*

13 *Testes deponentes uidisse tales possedisse nomine communitatis, non probant non docto de mandato communitatis.*

14 *Testes deponentes, tales possidere non probant possessionem communitatis.*

15 *Motiua iudicis declarant animum, & intentionem iudicis.*

16 *Possidens debet intentare iudicium diuisorium, & non rei uendicationem.*

17 *Acta inter partes, & habentes causam ab eis, optimè probant.*

18 *Socius uendens rem communem pro indiuiso, censetur alienasse partem suam tantùm.*

19 *Immissus in possessionem per sententiam iudicis, dicitur iustè possidere, & semper possedisse.*

20 *Sententia de antiquo, præsumitur iusta.*

21 *Socius pro indiuiso non potest prouocari ad diuisionem, si habet bona alterius socij obligata, uel fecerit expensas in recuperandis dictis bonis, donec sit satisfactus.*

DECI-

DECISIO XVIII.

TOnius Rastellini, una cum Lazarotto de Pedreciano habebant, tenebant, & possidebant pro indiuiso unam petiam terrę Boschiuę, & Castaneatæ positam in pertinentijs Fiaciani, *loco detto in faetola*, cum Communitate Fiaciani, qui Lazarottus uendidit sua iura dictę Communitati, & postea dictus Tonius pluries requisiuit homines d. Communitatis, ut venire vellent ad diuisionem dicti nemoris, & semper facere recusarunt. unde mouit iudiciũ coram Magnifico D. Alberto de Albertanis iudice Fiuizani de anno 1567. & intentauit iudicium communi diuidundo, comparuit procurator Communitatis, & negauit dictum Tonium habere aliquod ius & aliquam possessionem in dicta petia terræ, & non esse socium, & quod ineptè egerat, quia debebat agere rei uendicatione, uel aliqua alia actione, & quamuis Tonius probasset possessionem, & incidenter dominium, tamen D. Iudex absoluit Communitatem ab obseruatione iudicij, a qua sententia se dictus Tonius appellauit, & de nullitate dixit, & rectè quidem, ut ex infrascriptis patebit: sed antequã nullitatem, & iniquitatem dictę sententiæ demonstrem ad maiorem enucleationem, & intelligentiam prædictorum operæpretium esse duxi infrascriptas ponere conclusiones, quibus discussis facilè rectus & doctus iudex poterit cognoscere, quàm bene fuerit appellatum, & de nullitate dictum, & malè, ac iniquè iudicatum per D. Iudicem a quo.

1 Prima igitur erit conclusio, † q; non possidens intentans iudicium communi diuidundo (quod datur omnibus solum pro bonis tentis per defunctum, aut per se ipsum nomine proprio cum titulo, ad differentiam familiæ erciscundæ iudicij, quod datur etiam pro rebus, quas constat esse alterius, puta depositis, uel commodatis inter bona sua, aut defuncti repertis, & alieno nomine tentis, ut per Bal. in l. inter cohæredes, in prin. ff. famil. erciscun. & latè per Federic. Scot. in lib. 2. cons. 1. num. 22. &
2 seq. uol. 2. car. 83) † si negatur esse socium, seu rem essem communem, habet agere rei uendicatione, ubi sit opposita dicta exceptio in forma, quod est quando ultra negationem communionis, & quod quis non sit socius, & possessor pro illis partibus, quibus agit communi diuidundo dicit, & opponit exceptionem præposterationis, quod prius agendum sit rei uendicatione, quam communi diuidundo, ita enim habetur per glo. & Bar. in l. 2. C. commu. diuid. & in l. si mancipium. §. 1. de euictio. & in l. 1. ff. famil. ercisçun. ubi Bar. formaliter dicit; Nota istam legem, quia uides quòd in familiæ erciscundæ iudicio opponitur exceptio, quòd non est hæres, & hoc dicit Bar. est, quando unus totam hęreditatem possidet, & per consequens quando alter non possidet, & idem dicit in communi diuidundo iuditio. idem etiam tenet Pau. de Castro in l. si probatum. C. commu. diuidun. ubi dicit: Nota ergo ex prima parte, quòd quando unus de socijs possidet totum rem communem, & negat alterum esse socium, agendum est prius petitorio, & declarandum est ipsum fore socium, si uerò ambo possiderent, licèt alter negaret illum fore socium, non expedit per prius uentilari iudicium petitorium, quia presumũtur ambo domini, seu socij, sicut ambo possident, & idem dicit si unus possideret, & non negaret alterum fore socium, & sic Pau. de Cast. pariter concludit in non possidente, facta oppositione, iudicium non procedere, & idem tradit Salicet. ibi, qui ulterius dicit non sufficere negationem, nisi in forma opponatur exceptio præposterationis, & ita tenet & declarat Alex. in consilio 46. sub numero 18. & 19. in 6. uol. Maran. in Spec. aur. in 4. par. in 20. & ultima distint. numero 9 & 10. & idem etiam volunt Bar. Alex. & Iason in l in prouinciali. §. 1. ff. de noui. oper. nunciatio. Corn. côs. 110. in iudicio diuisorio. lit. A. uolum. 2. Simeon de Præt. consi. 24. nu. 1. & 2. car. 42.

3 Secunda conclusio est, † quòd non possidens intentans communi diuidundo, si ei non opponatur, & sic non negetur esse dominum, & socium pro parte, pro qua agit, rectè dicitur egisse, & iudicium procedit, nec opus est prius agi rei uendicatione ita uolunt omnes Doctores super allegatis, dum dicunt non procedere iuditium si opponatur, unde omnes sentire dicuntur iudicium procedere, si non opponatur, & Pau. de Cast. expresse hoc dicit in d. l. si probatum, ut supra eum retuli, & quam plures

BIBLIOTECA SEVILLA

alij in locis allegatis.

4 Tertia conclusio, † q possidens rem communem; petendo eius diuisionem, rectè dicitur egisse & agere, etiam si opponatur, ut per Doctores in dictis locis allegatis, dum loquendo in possidēte rem totam aliud sentiunt in nō possidente rem totam, & expressè uult Bar. in l. communi. §. inter prædones ff. communi diuidun. & clarè Pau. de Cast. in d. l. si probatum. C. commu. diuid. dum dicit, si vero ambo possiderent, licèt alter negaret, non expedit per prius ventilari iudicium petitorium, vt supra retuli, q̃a tunc præsumuntur ambo domini, prout ambo posſident, per l. 1. ff. famil. ercifcun. Nec huic conclusioni aduersatur ullo modo, quod dicit Bald. in l. post sententiam. C. de sen. & interlo. om. iud. quia ipse Bal. loquitur in terminis supradictæ primæ conclusionis, ut ipse declarat, dum dicit. & licèt dixerim quòd primò debet proponi rei uendicatio a non posſidente: tamen si non excipitur, iudicium procedit, quia oportet agētem communi diuidundo posſidere, & sic uult posſidentem posſe agere communi diuidundo, & idem in effectu uolunt omnes Doctores, dum faciunt differentiam inter non posſidentem, & posſidentem, & Federic. Scot. in lib. 2. conſ. 1. uol. 1. car. 82.

5 Quarta sit conclusio, † quòd ubi intentatur communi diuidundo a posſidente, & negetur per conuentum agentem posſidere, & non esse dominum, sufficit probatio præsumpta dominij, & sic sufficit probare agentem posſidere, qua probatione facta resultat probatio dominij, quia dominium tali casu uenit incidenter, & ubi dominium incidenter uenit, sufficit probatio posſesſionis de præsenti cum allegatione tituli, ut est communis conclusio Doctorum, prout habetur per Bar. in l. quidam in suo. ff. de condi. instr. Bal. & Sali. in l. cum res. C. de proba. Bald. in l. iudicia. ubi in proposito. C. de rei uendica. Canonistæ in c. cum ad sedem, de restitutio. spolia. Barto. in consilio 209. Pau. de Castr. in consilio 113. in prima par. & in consilio 334. in 2. par. & Lanfranc. in c. quoniam contra. uerſ. testium deposi. exēplificat in casu isto in indiuiduo, sub nume. 175. de prob. car. 119. Alex. consi. 10. nu. 3. uolu. 4. Corne. conſ. 47. lit. D. uol. 3. & Pract. Papi in for. lib. in actio. negato. in gl. per quandam, numero 4. Neuizan. consilio 80. & sentit Dec. consilio 267. numero 5. & Federic. Scot. d. consilio primo. columna secunda.

6 Quinta est conclusio † quod posſidens dicitur habere fundatam intentionem nedum quando probat se posſidere de præsenti, sed quando asserit se hodie posſidere, & continuasse posſesſionem, nisi contrarium probetur, quod & procedit in successore, qui asserit continuatam posſesſionem, ut habetur in l. siue posſidetis. C. de prob. tradit Bar. in l. Celsus. columna fi. ff. de usucapioni. Cin. in l. super longi, & ibi Bal. & Ange. C. de præscriptio. long. tempo. Io. Faber Insti. de usucapio. in principio. & tenet Alexan. alias deducens authoritates, in consilio 84. uiso processu, columna penul. uersicu. requiri etiam, lib. 6. & consilio 33. uolu. primo, quod ut dixi, procedit etiam in successore, qui asserit suam continuatam posſesſionem cum defuncto, ut per Barto. in l. Pompo. §. fi. ff. de acquir. posſesſio. sequuntur Clau. Aquenſ. & Ange. Aret. in §. diutina. Insti. de usucap. & Lanfran. in d. c. quoniam contra, vbi supra, & numero 94. car. 116. considera dicta. Simon de Prætis in d. consilio 24. numero primo, & secundo, & Lanfran. ubi supra, sub numero 95. in fi. car. 119. uersicu. attende tamen ad unum nota-

7 bile, † & dicitur esse in posſesſione de præsenti, quando probat ultimos fructus anni percepisse, Cremenſ. sing. 133. si probo. Cæpol. de serui. rusti. prædio. rub. de serui. iur. pascen. nu. 50. car. 104. Plot. consilio 49. nume. 5. car. 239. Prosper Pasct. conſ. 15. nu. 4. & seq. & conſ. 16. nu. 17. & seq. & Soci. consi. 105. nu. 33. & seq. uol. 2 ubi sufficit illo ultimo anno collegisse vuas, secasse fœnum, aut terras laborasse pacificè. Sexta sit conclu-

8 sio, † quod æstimum communitatis probat contra ipsam communitatem, dominium, & posſesſionem, quæ tale æstimum fieri fecit, ut latè tradit Iaſ. in l. decē. & alij sequuntur, ff. de uerb. oblig. & Soc. conſ. 258. col. 2. & seq. uerſ. factis rem. uol. 2. car. 24. Capici. in deciſ. 107. & probat nedum contra cōitatem, sed contra oēs, qui tali æstimo consenserūt, ut per Alex. in consi. 10. nu. 4. uol. 4. & Rui. in conſ. 40. nu. 7. uol. 5. & per And. Barba. in consilio 83. columna fi. in quarto uolu. & Festasi. in tract. de æstimo. num. 39. car.

9 101. & num. seq. Corn. conſ. 2. uolum. 3. † & talis

talis probatio, quæ plenè probat contra Communitatem & defunctum, probat etiã contra eius hæredes uniuersales & singulares successores, Bal.cons.488. uol.4. Capel. Tolosa.decis.211.& ibi addentes.Soc.cons. 249.col.pen.in fi.uol.2.Roland.consilio 71. numero 44.45.uolum.2.& quæ probat per defunctum, probat etiam pro eius hæredibus, ut per Alex.in l.sæpe. numero 126. ff.de re iudi.Ruin.consilio 128. nu.16. uol. 2.consilio 50.nu.13. uol.1. Afflict. decisio. 168.nu.3.per Dec.in l.2.sub numero 63.C. de eden.Bal.cons.389.nu.3.in 3.par.Soc.in consilio 10. sub nu.3. & in consilio 13. sub numero 3.in 3.uolum.& in consilio 50.sub numero 8. in 4. uol. nisi probetur contrarium, Afflict.decisio.233.pater. & quod dicunt Doctores, æstimum non probare dominium, neque possessionem, procedit quantum ad tertium solum, & ita declaratur per Doctores in locis allegatis, nisi essemus in antiquis. Bero. consi.77.num.12.&

10 seq.uol.3. † Imò etiam quò ad tertium tale æstimum facit maximam præsumptionẽ dominij, & possessionis, ut per Dec.in cõs. 428. sub numero 5. & adducit Roma. in consi.127.dicere, quod inuitis dentibus necesse est fateri, quòd faciat pręsumptionem dominij, & primò uoluit hoc Bal.in consilio 37.in uol.5.ubi dicit, quòd licet nõ probet proprietatem, & possessionem: tamen facit quadam præsumptionem super possessione & proprietate, idem uolunt Soc. in consi.46.uersi.præterea, in 3.uol.& Soc. iun.in consi.61.nu.3.& 4.in 3.vol.& Ioan. Bapti.Caccialup.in l.admonendi, sub numero 70.ff.de iureiuran. & Ias. in d.l. decẽ sub numero 38.ff.de uerbo.obliga.ubi concludit facere maximam præsumptionem, & talem quòd sola transfert onus probandi in contrarium, & quod ei standum est, donec contrarium probetur, & sequitur Paris. in consilio 53. numero 21.in 1. uol. Alex.consilio 10.consilio 11. cons.12. uolum.4.Plot.in l.si quando, num.28.uers. & ex libris.C.vnde vi.Petr.Anchara.in q.60. in 1.par. & Hieron. de Monte, de finibus. cap. 64.

11 Septima sit conclusio, † ꝙ sententia absolutoria lata in possessorio parit exceptionem in eo, ut ff.de exceptione rei iudicatæ, per totum.& in l.1.§.si debitorem.ut in possessione legatorũ tradit Bar.in l.miles.§.ꝗ iudicati, nu.2.ff. de re iudicata, ubi dicit ꝙ in sententia absolutoria non est necessaria executio, quia trahit secum executionem, & idem uoluit Bar.& omnes in l.naturaliter.§.nihil commune.ff.de acq.poses.dũ uolunt quod sententia absolutoria lata in possessorio pręiudicet in eo, & non in petitorio, nisi quando habet annexam causam, seu ius proprietatis, ut ibi per eos, & tradit Soc.iun.in consi.182.nu.5.in 2.uol.& facit dictum Soc.consilio 94.colum.2.& 3.uol.3.

12 Octaua sit conclusio † quòd sententia lata super possessorio facti, quãdo sit pręceptum alicui parti ꝙ non turbet, & molestet alium in possessione talis fundi habita summaria cognitione per iudicem, & facta confirmatione præcepti operatur, ut ille ad cuius fauorem, & instantiam fuit factã præceptum, & confirmatum, dicatur fuisse & esse in tali possessione, & altera pars dicatur non fuisse, necesse in possessione, adeo ꝙ ipsi incumbat experiri ordinario iure sũ ꝑ proprietate, uel vera possessione iuris, ut habetur per Dec. in l. fi. C. de edicto diui Adria.tollen. cum similibus ibi per eum & per Franc.Cur.sen. in cons.61. per Ias.in l. quidam æstimauerunt.ff.si cert.peta. & per Ias.& Dec.in l.super possessione.C.de transactio.& habetur per Pau.de Cast. in consi. 5.in 2. par. & per Neuizan. in cons.80. 81. 82.Io.de Amic cons.35.& Marc.Mantuam singula. 118. habemus, & Plot. latè in l.si quando.nu.102.uersi, ubi autem posses. & nu.seq.C.unde ui.

13 Nona sit conclusio, † ꝙ testes inducti ad probandum possessionem uniuersitatis deponentes uidisse tales possidere nomine Vniuersitatis, non docto de mandato, nõ probant possessionem Vniuersitatis.ita tradunt Domini de Rota in decis. 150. Cor. cons.130.& consilio 148.ad finem, & in cõsilio 299.in 1.uolum. in consilio 46.in tertio uolum. Cuma.in consilio 158.columna pen.sequitur Dec.cons.215.sub numero 6. Rube. Alex. consilio quarto, Gozad. consilio 42. sub numero quinto, & Crau. in consilio quinto, numero 16.Bello. consilio

14 49. numero 6. & seq. † & multo minus probant talem possessionem, quando dicunt homines talis loci possedisse, & non dicunt nomine Vniuersitatis & reddunt ratio-

rationem, quia uiderunt eos possidere, quia talis ratio non est bona, quantum ad probandum possessione alicuius uniuersitatis per dictos Doct. in locis allegatis, & tradit Alex. in consi. 98. sub numero 9. in 2. uol. & Corne. in consi. 333. litera Q. R. & S. in dicta prima parte.

Stantibus itaque conclusionibus supradictis ueris, & indubitatis, apparet sententiam Magnifici Domini iudicis fuisse malè
15 latam, † quia ex eius motiuis declaratur, qualis fuerit eius intentio, ut per Alexand. in consilio 192. columna pen. uersicul. nec prædictis obstat, in 6. uolu. & latè per Soc. iun. in consi. 181. numero 80. in 2. uolum. unde cum præsupponat malè actum fuisse, quia debuit agi rei uendicatione, & nõ cõmuni diuidundo, se ipsum decepit, quia ex narratione libelli apparet quod Tonius dixit se possessorem, & ut possidens talem locum, & communem cum dicta communitate, & habente causam ab ea ex iuribus per ipsam cõmunitatem acquisitis a Lazarotto filio, & hærede quondam Mariani Petrizzani de Fiuizzano, qui in tali nemore habebat ius pro indiuiso pro dimidia cũ dicto Tono, & Pierino fratribus & hæredibus ex testamento Fiuizani aliter *detto il Besa* filii, & hæredis quondam Ioan. Antonij dicti Petrizzani, ut patet in ipso testamento, & demonstrat æstimum, & adiudi-
16 catio, † & possidens habet intentare communi diuidundo, & non rei uendicatione, quia illa tunc competit, & intentari debet, quando quis non possidet, ut apparet ex allegatis in prima, secunda, & tertia conclusionibus, & sic casus non erat in non possidente, sed in possidente rem communem, & ita dicentem se possidere, & in communi diuidundo apparet fuisse plenè probatam intentionem actoris probata sola possessione, quia ex ea resultat etiam probatio dominij, quia in tali actione communi diuidundo dominium uenit incidenter, & præsumitur ex tali possessione probata, ut patet in tertia, quarta, & quinta conclusionibus, & quod plenè probatum esset, & fuerit de possessione dicti Tonij patet per æstimũ, & per testes alias inter ipsas partes examinatos super causis uersis super accusationibus, & per sententias in ipsis causis latis, adnotata latè per Alexã. in consi. 103. super eo dubio, uolum. septimo, & Boeri. decisione 105.

Apparet etiam, nullam sententiam per pronuntiam, seu præceptum, & eius confirmationem super declaratione prohibitionis factæ dictæ cõmunitati, & eius agentibus de non molestando, & inquietando dictum Tonium super eius possessione dictæ petiæ terræ *loco detto in Faetolla, seu in co della selua*, & sic in possessorio facti, de quibus in processu, ut patet in 6. 7. & 8. conclusioni-
17 bus, † quę acta inter ipsas partes, & habentes causam ab eis optime probant, ut per Bar. & Doct. in l. naturaliter. §. nihil cõmune. ff. de acq. possessio. & habetur per Doct. in l. 2. C. de eden. Afflict. decis. 40. nu. 5. & seq. Grat. consi. 42. nu. 13. uol. 2. faciunt adducta supra num. 9. & non refragatur, quod ipsi de Fiazzano tentauerunt probare possessionem uniuersitatis insolidũ, quia hoc probatum nõ extitit, tum quia illa nõ probatur per assertos testes pro eorum parte examinatos, quorum aliqui per eos fuerũt producti & examinati in dictis causis accusationum, tum quia deponunt simpliciter de simplici possessione & non nomine uniuersitatis, & quia ubi deposuissent de possessione nomine uniuersitatis, non probato de mandato uniuersitatis, non dicitur probata eius possessio, ut patet
8 ex allegatis in nona conclusione, † & quia ut habens causam a Lazarotto pro dimidia tantum pro indiuiso censetur possidere, cum quo dictum nemus erat commune, & ipse Lazarottus tantummodò ius suum cessisse, & concedisse uidetur, l. qui tabernas. ff. de contra. emptio. Bal. in l. 1. num. 31. C. quan. non peten. par. Franc. Marc. decisio. 574. num. 2. in 1. par. Anto. de Fano de pignor. in 2. par. 3. memb. nu. 36. 37. Bar. in l. consensit. ff. quibus mod. pign. uel hipo. solui per illum tex. cum nemo possit plus iuris in alium tranferre, quàm sibi compe-
19 tere dignoscatur. l. nemo. ff. de reg. iur. † & illa respectu possessionis dicti Tonii uiolenta, & clandestina diceretur, ex quo apparet de eius iusta, & antiquiori possessione, & eius authorum, per dictum æstimum & dictas sententias, & præceptum. c. licet, & ibi Doct. de proba. Alexan. cõsi. 71. sub nu. 9. consi. 105. uol. 7.

Item ex quo etiã apparet de titulo per senten-

sententiam adiudicationis factę de dicta petia terræ in lite inter Marianum, & Io. Antonium antecessorum dicti Tonii ipsis antecessoribus cum dicta communitate Fiaciani super eius contradictione uersa, latā per commissarium tunc temporis excelsæ Reipublicæ Florentinæ, & specialiter in tali causa delegatum, & constat de ipsius sententiæ executione, & immissione facta in possessionem mediante nuntio, & executore, & talis immissus dicitur iustè possidere, & semper possedisse, ut habetur per Bar. in l. meminerint. n. 7. et uers. hoc præmisso. C. unde ui. et sequitur Cur. in l. iustè possidet, in additio. ad Alexan. ff. de acquiren. posses. Pau. de Castro in l. Aquilius Regulus, in fi. ff. de donatio. et tradit D. Anto. de Fano in tract. de pignorib. et hipotech. in 3. par. in 2. membro, sub num. 29. et 22. car. 205. Soc. d.
20 consi. 158. in 2. et 3. casu, uolum. 2. † Et dicta sententia apparet de antiquo lata per quam præsumitur in omnibus, ut per Doc. in l. sciendum. ff. de uerb. oblig. & in c. quoniam contra, de proba. facit Bero. consilio 77. numero 16. & 17. uolum. 3. Roland. consilio 2. numero 59. uolum. 1. Craue. consilio 54. numero 15. uolum. 1. bene, uerum
21 est, † quòd si isti de Fiaciano haberent ius in ista parte Tonii uirtute alicuius crediti, uel expensarum factarum in lite pro recuperandis dictis bonis ab aliis uel melioramentorum, quòd iste Tonius non deberet audiri, nisi refectis dictis expensis, creditis, aut melioramentis. Simeon. de Prætis in consilio 142. numero 25. car. 288. facit Anto. de Fano de pigno. numer. 8. in 2. memb. 7. par. car. 486. & in 2. par. 3. memb. numero 44. car. 54. & ita ex præmissis apparet dictam sententiam dicti Domini Iudicis fuisse, & esse nullam, & iniquam, & iniquè latam, & ut nullam, iniquam, & iniustam reuocari debere, & pronuntiandum esse benè appellatum per dictum Tonium, & malè iudicatum per dictum Dominum Iudicem, & ita IUDICATUM* per Rotam Florentinam de anno 1568. ad fauorem dicti Tonij, & facta fuit dicta diuisio, & hodie ipse dictam petiam terræ tenet, & possidet pro diuiso.

DE IUDICIIS.

DECISIO XIX.

ARG.

Iudex potest super prosequutis, & probatis non petitis ad euitandum circuitus iudicare, maximè quando proceditur summariè, & sine figura iudicij.

Præceptum de disgombrando est executiuum, & summarijssimum possessorium parte contradicente.

Possidens tempore præcepti in possessorio summarijssimo debet manuteneri in possessione, & alter iure ordinario agere, & ita iudicare debet iudex, aliàs malè facit.

Testes singulares non coniunguntur, quando non sunt omni exceptione maiores, quando res est ardua, & quando non est probatum per alios testes de bona illorum qualitate.

SUMMARIUM.

1 *Clausula, si senseris te grauatum compareas, & cætera, quid importat in præceptis.*
Preceptum sine cognitione causæ, an ualeat cum clausula iustificatiua.
2 *Præceptum de disgombrando, est executiuum.*
3 *Possidens tempore præcepti, & molestationis, debet manuteneri in eius possessione, & alter debet agere uia ordinatoria, si quod ius prætendat contra eum. nu. 5.*
4 *Iudex in possessorio summarijssimo debet pronuntiare possessorem manutenendum, & alterum agi debere iudicio ordinario: & si hoc non facit malè facit. ibi. nu. 2. & nu. 5. & ab ista pronuncia non datur appellatio, nec reprobatio testium. nu. 4.*
5 *Positiones, & capitula non dantur in iudicio summarijssimo, nisi pro parte possessoris circa plenarium possessorium, & petitorium ad coadiuuandam suam possessionem contra pariter possidentem.*
6 *Emptor tenetur soluere fructus rei emptę ob pretium*

tium non solutum à die rei possessæ.

7 *Fructus, quando sunt restituendi, compensantur cum melioramentis.*

8 *Sententia debet esse conformis petitioni.*

Fatuus est iudex, qui iudicat extra petita. & nu.5. in fine.

Declara, ut nu.15.

9 *Iudex debet se accommodare negotiis & tempori, sicut medicus in purgandis infirmis.*

10 *Ineptitudo libelli & processus non debet attendi, ubi redditur ius per Notarios, & non iuris peritos.*

Nullitas processus non attenditur, ubi ius redditur per Notarios, & non iuris peritos.

11 *Idem, quando proceditur summariè, sine figura iudicij.*

Declara, ut ibi.

12 *Iudex potest super prosequutis & exceptis, licèt non petitis, iudicare, quando causa est summaria, uel commissa per rescriptum iudicis. nume.10. & 11.13.15.*

Iudex non potest absoluere ab osseruatione iudicij, nisi diffinitiuè, quando causa est sibi causa, ut eam terminet, & super meritis cognoscat. nume.12.

13 *Iudex debet super meritis iudicare, non obstante nullitate processus, quando Princeps ei delegauit causam, ut iustitiam faciat, uel eam finiat. nume.21.*

14 *Præceptum de disgombrando intentans, dicitur intentare possessorium, & interdictum, ne uis fiat.*

16 *Sententia lata super exceptis in causa reali, si super exceptis est prosequutum, iudicium ualet.*

17 *Sententia lata super probatis ualet, licet probatum non sit petitum in libellis.*

18 *Iudex potest condemnare ad pretium, uel æstimationem, si petatur res, & illa non possit restitui, uel eam uendiderit petens. & num.19. & 21.*

20 *Iudex potest super meritis iudicare, quando notoriè ex actis constat de meritis, & sic super illo notorio iudicare.*

21 *Iudex potest ex officio condemnare ad restitutionem rei, pretij, fructuum, uel ualoris bonorum, si ex actis sibi constat.*

22 *Iudex ex actis supplet, etiam parte non petente de his, quæ in iure consistunt, non in facto.*

23 *Testes singulares coniunguntur ad probandum confessionem mutui, uel uenditionis, & sic quid in genere.*

Declara, ut nu 27. & 28.

24 *Testis bis examinatus pro eadem causa, est suspectus.*

25 *Testis pauper, non est integer testis.*

Idem, si non est confessus, & communicatus.

26 *Testis unicus non probat, etiam si esset Imperator.*

27 *Testes singulares ad hoc ut coniungantur, debent esse omni exceptione maiores, & debet articulari hæc qualitas, & probari per alios testes. & nu.28.*

Testis, qui deponit de una summa, alter de alia, dicitur suspectus. nu.27.

29 *Iudex, quando emptor negat pretium rei emptæ, potest uenditorem reintegrare in re uendita, donec satisfit.*

30 *Delegatus a Principe gerit uices Principis, & sententia lata dicitur a Principe.*

31 *Subrogatus sapit naturam illius, in cuius locum subrogatur cum omnibus qualitatibus, & conditionibus suis.*

32 *Iudex bonus debet condemnandum condemnare, & absoluendum absoluere, quando sibi constat ex processu. & nu.9.*

33 *Statutum Fiuizani uult, quòd sapiens referat solùm super meritis, Patiales, & arbitri iudicent solum de bono, & æquo, de iure & de facto, summariè & de plano, sine strepitu & figura iudicij, sola facti ueritate inspecta, & nulla iuris, aut statutorum solemnitate seruata, & prout sicut eis placuerit, & uidebitur.*

Clausula, de bono & æquo, de iure & de facto, summariè & de plano, sine strepitu & figura iudicij, sola facti ueritate inspecta, & nulla iuris, aut statutorum seruata, & prout & sicut placuerit, & uidebitur, quomodo intelligatur, & quid importat. uide nu.33. & 34. ubi iudicium potest incipi a capitulis, procedi super pacto nudo, & ordo processus tantum censetur remissus.

35 *Iudex tenetur sententiare secundum acta, & probata, non obstantibus supradictis clausulis.*

36 *Petens mutuum tanquam coram testibus mutuatum, uel rem tanquam emptam, uel pretium tanquam debitum, si testes probent de confessione mutui, emptionis, & pretij propter clausulas suprascriptas obtinebit.*

DECI-

DECISIO XIX.

BArba Inus de Sancto Secundo iamdiu locauit unam eius domum Maisi Hebræo pro libris quinquaginta singulo anno,& cum post mortem dicti Moisi ipse Inus peteret eius domum hæredibus Moisi, fecit fieri eis præceptum de disgombrando,& dimittendo domum uacuam, & expeditam intra decem dies absque clausula in fine,petens,&c.super quibus, &c. sed solum cum clausula iustificatiua, si senseris
1 te grauatum,compareas tali die,&c. † de qua loquitur latè Plot.in l.si quando.numero 100.& seq.C.unde ui.Ioan de Amic. cōsi.35.Hippo.singula.491.pluries disputaui. Alex.consi.143.in fi.uol.7. Rimin.iun.consi. 337.uolu.3.car.348.Iacob Machel. Patroc. 5.numero 3.& seq.Spec.tit.de senten.§.species.numero 4. & ibi Io.And.in addi. Rimi. sen.consi.270. uolu.2. Ripa in c. si quando, numero 17.de rescrip. libro 2. car.20. Petr. Gherar.sing.4.numero 9. & Maran. Specu. aur.in 6.par. numero 27.28. & 29.car.208. ubi ponunt, an ualeat tale præceptum sine cognitione causæ, & an resoluatur in uim simplicis citationis per comparitionem; & an possit appellari ab eo,& an spretor possit
2 puniri. † Quod præceptum de disgombrando,dicitur executiuum,ut consuluit Alexā. consi.50.uisis actis,sub numero 5. uersi.sed ita est.uol.2. tangit Anto. de Fano de pign. in 3.par.2.memb.sub numero 5.uersi.Nam creditores.car.189.cui præcepto comparuit hæres Moisis Hebræus,& dixit se esse in possessione dictæ domus bona fide, & titulo pro herede, & in ea manuteneri petit & absolui ab obseruatione iudicij, præcipiendo dicto actori, ut agat iure ordinario, si quod
3 ius prætendat contra ipsum, † ut facere debet bonus iudex, quando uidet reum conuentum possidere tempore præcepti, & molestationis, ne iudicium inchoetur ab executione,ut dicit tex.in l.1.§.qui a me ui. ff. de ui,& ui arma.l.colonus. & l.cum fundū. ff.eod.Guid.Pap.decis.578.si agatur,Bar.in l. Carbonianum, §. causę. numero 3. ff. de Carbo.edicto,Pau.de Castro consilio 3.uolum. secundo, consilio 39. uolum. primo, Cur.iun.consilio 207.consilio 213.uolum. 3.Crauet.consi.140. Rota Bononi. decis.73. orta.& decis.79.Rolan.cons.8.uolum.quarto.Hippo.Rimi.consilio 337.numero septimo,& sequen.uolum.3. Plot.d.l.si quando, numero 95.& sequen.C.unde ui. Cumia,de ritib.Siciliæ.c.38.numero 439.& sequē.car. 227.Rota Luca. decisio.20. in prima parte. Cepha.consilio 19.numero quinto, uolum. primo,Rota Perusi.decisio.59.in prima parte,Natta consilio 121.uolum primo,Rimi nal.iun.consilio 134.uolum.secundo,consilio 236.numero 40.& consilio 337.uolum. quarto,cum mille similibus. & si ita iudex non pronuntiat, male facit, & grauat partem,maximè parte possidente,& ita petente,ac instante.ita Bal.consilio 337.statutū, & consilio sequen. uolum.quinto, & Natta d.consilio 121.numero tertio,& undecimo, uolum. primo, quod malè aliquando obseruant incauti iudices in regione nostra
4 causa occulta,† a qua pronuntia non potest appellari,etiam de iure canonico quo ad effectum suspensiuum,nec admittitur reprobatio testium,nec requiritur plenaria probatio,sed summaria informatio absque citatione partis super possessione,tex.in c.cōquestus.in fi.de foro compet. Mari. Angusso.consilio 187.uolum.primo,quia est parui præiudicij, ut etiam dicit Innocē.in c.in præsentia, numero secundo, de proba. car. 151.Achil.Persona.Mirandul. in tracta.de adipis.posses.numero 28.& 29.car.11.& numero 21.& seq.& in tract.quorum bonorū, numero 488.car.393. Zabarel.consi.3. Pau. de Castro d.consilio 39 uolum.primo,Rota Bononi.d.decis.79.Cęsar Contard.in l.unica, de momenta.pos. limita.3. numero 48. & seq.car.140.Rota Perusi.decisio.20.num. 9. & 11. in prima par. & numero 2. & seq. Ange.consilio 46. Maran.in Spec.aur. in 6. par.in 2.actu princip. numero 319. & in 24. limita. numero 305. Octauia. Vestr. in sua pract.Roma.lib.5.in addi.in fi.Didac.pract. quæst.c.17.sub numero quarto, uersicu.septimo.Roma.singul.388. Apostilla ad Pau. de Castro d. consilio tertio, uolu. secundo,
5 cum alijs supra allegatis. † Adeo quòd positiones,& capitula non possunt produci in hoc summarijssimo iudicio, nisi per illum, qui esset in possessione momentanea, & uellet illam corroborare cum plenario possessorio, uel petitorio ad conuincendum alterum, qui prætenderet etiam ipse esse in possessione, ut per Nattam

d.con-

d.consi.121.Bero.consil.116.volum.3. Alba.consil.78.Alexand.consi.99.nume.6.uolum.5.Roland.consil.9.nume.29. & 30.uolum.3.& Angel.de Gambilio. in consil. 19. nume.54.& sequen.car.81.Lap. allega. 58. nume.6.& 7.allega.64.colum.secund.& allega.65.& Prosper Pafet.consil.142. Paris. consi.112.num.73.& 80.uolum.1.Boer.decisio.239.numer.4.& 5.Plot.in l.si quando. num.100.C.unde vi.cum mille milium similibus, & ideo nuperrimè de anno 1580. dixi, Episcopum Papiensem manutenendū in sua momentanea & antiqua possessione ecclesiæ Sanctæ Mariæ de Mortaria, & aliarum ecclesiarum, aquæ Lōgę, & Gamballoti, nō obstante asserta possessione episcopi Vigliuanensis, cum & ratione tituli, & possessionis sit præferendus, stantibus ét protestationibus, ut etiam notat Paris.consil.126.uolum.4.Alba.d.consi.78.numer.1. & seq.Alexā.de Neuo.consil. 77. numer.9. Purpura.consi.14.nume.15.uolu.1.& Lancellot.de attenta.2.par.cap.4.limit.1. num. 87.& seq.car.184.Crauet.consil.4. numero 7.Boeri.decisio.239.numer.6.Bursat.consil. 41.numero 16.17.uolum.primo.Cremens. singula.133. & in materia aquę Longæ uide Dec.in cap.cum & plantare.§. in ecclesijs.nume.22.& seq.de priuileg.& Bero.cō sil.24.numero 8.& sequen.uolum.1.

Attento maximè quod d.domus fuit empta a a dicto Moisi libras nouemcentum, quam dictus met I N V S vendidit, & dictus I N V S negauit uēdidisse, & casu quo apparet nūquam habuisse pretium, & hinc inde super dicta venditione, & solutione pretij, ac locatione, & possessione fuit factus longus processus, & sic iudicium prosequutum super emptione, & uenditione, ac pretij solutione, & cum iudex vellet super meritis, & sic super emptione, & uenditione, ac solutione pretij iudicare, fuit oppositum per partes non posse, quia nulla fuit producta petitio super hoc, & iudex debet secundum petitionem sententiare, quia sententia debet esse conformis petitioni. l. ut fundus.ff.commu.diuid. Rota Bononi. nu. 2.& infra dicam, nume.8.

6 Quod † iudex possit iudicare super uenditione, & pretij solutione omisso præcepto de disgombrando posteaquàm partes processum fecerunt super domo empta, & solutione pretij & fructibus soluēdis a die uenditionis citra ob pretium nō solutum, iuxta text.in l.curabit.C.de actio. empti. & ibi Docto.Iacob.Machel.Patroci.5.latè Didac.uariar.resolu.lib.3.cap.4.sub numer.6. uersicu. duodecimo hinc deducitur. Paris. consil.60.uolum.1.& in proposito loquitur Alexand.consil.21. numer.7. uersicu. ultra prædicta, uolum.4.& consil.181. uolum.2.

7 † & isto casu fructus compensantur cū meliorámentis, si sunt facta, Roland.consil.28. nume.17.uolum.1.Riminal.iun. consil.90. nume.9.& dixi in tracta.de tutore.nu. 166. & sequen.car. 166.in 1.par. ex pluribus apparet non obstante illa friuola, & vulgari

8 regula a iunioribus prolata, † quòd sententia debet esse cōformis petitioni, & fatuus est iudex, qui iudicat extra petita, ut per gl. & Docto.in cap.prudentiam.§.sexta, de offic.delega.Roma.consil.22.Curt. consil.48. num.32.sentit Franc.Niconi.in c.quoniam contra, in glo.petitiones. num. 118. & numer.119.de probatio.& Iacob.Machel. Patroci.2.numero sexto, & Patroci.43. num.

9 4. † Quia Iudex debet se accommodare tépori, & negotijs, sicut medicus in purgandis infirmis, ut dicit Ias.in l.2.de iusti.& iu. & ideo secundum, quod reperitur processus agitatus, debet proferre eius sententiam, & condemnare condemnandum, absoluere absoluendum, ut dicit Pract. Pap.in for.libel.appella.sent.a diffini.in glo.fuisse, & esse, numer.8.uersi. non ergo gaudeant cauillosi aduocati.Riminal.sen.consil.651. nume.3.& nume.6.uolum.4.car. 41.

Prima igitur causa iudicandi super meritis, & exceptis, ac probatis erit, quia iste actor mouit iudicium in terra sancti Secundi, ubi non adsunt neque procuratores, neque aduocati, & ius redditur per Notarium non iuris peritum, & ideo non est mirum, si præceptum fuit factum sine clausula, super quibus ius, &

10 iustitiam, &c.† quo casu non debet attendi ineptitudo libelli, sed super meritis causæ, quoquomodo petitionem, aut exceptionem, uel processum tangentibus iudicari, Alexand.consi.61.in fi.nume.11. uolum.2. consil.61.uolum.6.Bald.l.cum hi.ff.de transactio.Rip.tract.de peste.car. 80. num.223. & Ioan.de Amic.consil.55. colum.5. Ias.in l.1.ff.de offic. assesso.Alcia. in c. quo ad sedem,

dem, nume.92.de offic.ordina.quod est uale notandum per Notarios Fiuizani, qui uadunt ad reddendum ius per castra capitaneatus Fiuizani.

Secunda erit, quia statutum Parmæ, sub quo regitur castrum sancti Secundi, sub rubrica de modo, & ordine in ciuilibus, lib.2. uult quòd procedatur summariè, & sine strepitu, & figura iudicij, & dicit quòd iudex debeat terminare summariè, & quòd debeat admitti libellus uel petitio qualiscunque sit, dummodò sit tolerabilis; Et admissus intelligatur si contineat personam actoris, & rei, & quantitatem, rem seu ius per quæ uerba duabus de causis iudex po-
11 test sententiare extra petita. † Prima est propter illa uerba, summariè & sine figura iudicij, ita Bart.in extrauagan.ad reprimend.in uersi.figura iudicij. sequitur Fran. Niconi.in d.glo.petitiones, in 17.limitatione. numero 121. car.128.Menoch.consilio 92.nume.82.uolum.1.facit Alexan. consil. 175.perspectis, sub numer.5.uersicu.tamen hoc non obstante, uolum.5.Ioan. de Amic. consil.35.colum.3.Roman.consi.519.Laur. Sylua.consil.57.numer.41.car. 275. Rimin. sen.consi.104.numero.7.uol. 1. nisi statutũ daret modum agendi, quia tunc deberet obseruari, quamuis causa esset summaria, & ageretur sine figura iudicij.Dec.in consilio 110.numer.1.& seq.Roman. consil.44. nume.7.Alexand.consil.193.numer. 5.uolum.6 Riminal.sen.consil.418.numer.15.& 16.uolum.3.Octauia.Pedamonta.decisio.1. numer.21.Roman.consil.322.in casu. Fran. Becci.consil.87.numer.8.cart.153.& Paris. consil.131.nume.14.uolum.1.

12 Secunda est, quia statutum dicit, quòd debet iudex terminare: † nam quando statutum, uel rescriptum dicit, quòd Iudex debeat causam terminare, tunc Iudex non potest absoluere ab obseruatione iudicij & reseruare ius iterum melius exigendi, quia non esset causam terminare, ita dicit Alexand.consil.50.sub nume. 5. uersicu. ad illum accedit.uolu.2.& pro singulari refert, & sequitur Arno.sing.65.per regiam, Dec. in c.causam, quæ.nume.2. de testib.dixi supra decisio.10.numer.34.

Tertia erit principaliter, quia Princeps fuit ille, qui causam istam delegauit, & fuit supplicatum, ut ius & iustitia subministraretur, & Princeps ita rescripsit: Auditor noster causam terminet, & iustitiam fa-
13 ciat, † quo casu propter illud uerbum terminare, Iudex delegatus tenebatur diffinitiue super meritis sententiare, ut mox supra dixi, & etiam propter supplicationem, & rescriptum, quod iustitiam faciat, ita dicit fuisse conclusum, Grãmat.in decisio.19. lata sententia, numer.16. Calcane. consil. 61.Prosper Carauita in Ritib. Magnæ Curię, Ritu.241.numer. 2. Afflict. decisio.95. nume.7.& infra dicam.

14 Quarta causa est, † quia actor fecit fieri, præceptum de disgumbrando cum clausula iustificatiua, quod iudiciũ dicitur possessorium, & simile interdicto, ne uis fiat, ut dicit Soc.iun.consil.181. num. 69.& seq. uersic. & illud præceptum de disgumbrando.uolum.2.& comparendo rei, fuit resolutum in uim simplicis citationis, hoc modo, uidelicet, isti actores dicunt quod debeas dimittere, & relaxare ac disgumbrare eorum domum, ut possint de illa disponere, & ista est talis, qualis petitio rei opposuerunt quod sunt in possessione, & quod eam eorum authores emerunt a dictis actoribus de anno 1548.pro libris nouecento, & actores replicarunt, non esset eorum, sed quod eam locarunt Hebræo Moisi pro libris quinquaginta singulo anno, & super hoc fuit factus processus per utranque partem, & probatum (ut mea fert opinio) per actores domum fuisse eorum, & eam possedisse ante Hebræos, & locasse dictis Hebræi authoribus, & postea uendidisse dicto Moisi pro libris nouemcentum, & per dictos Hebræos fuit probatum domum uenditam, quo casu debet ferri hæc sententia, quia super prosequutis dicitur lata, & super tali, quali petitione, & super his, quæ tacitè accedunt li-
15 bello, & super exceptionibus: † nam licèt sententia regulariter debeat esse cõformis petitioni, tamen quando partes tacitè uidentur discedere a directa petitione, & super exceptis & replicatis faciunt capitula, positiones, processum, & probationes, tũc sententia lata super prosequutis dicitur ritè, & rectè lata ita dicit Afflict. decisio.95. numer.8.Paris.consi.90.nume.20.21. uolu. 1.Hierony.Gabri.consil.47. nu.18. pulchrè Grãmat.decisio.19. lata sententia, Roland. consi.41.numero uigesimoquinto, uolu.3.

Crauet.

Crauet.consi.210. in fi.uolum.2. & communem dicit Ari.Pinel.l.2.in 3.par. nume. 26. C.de rescind.uendi.car. 186. bene facit Roman.consi.246.nume.9.in fi. & nume. 10. & sentit Simeon de Prætis consil.152.numer. 43.lib.1.& hoc est, quod dixit Franc. Niconi.in d.glo.petitiones,in 3.limita. num.83. ubi dixit,quòd regula non procedit in his, quæ de nouo emergunt,& 15.limita num.

16 115.neque super probato, † & etiã quia super exceptionibus potest fieri sententia, quando sumus in actione reali, ut in casu isto, ita pulchrè dicit Bald.in l. nam & postea.§.si petitur.uersicu.secundò nota. car. 44.ff.de iureiuran.Roma.d.consil.246. numer.9.10.quia in consequentiam determinat petita, & sic per æquipollens est lata ẽt super petitis: nam si absoluo reum,uel dico rem esse rei conuenti, uideor sententiare, petita per actorem non esse uera, nec admittenda,& super his,quę tacitè accedũt libello iudicare, ideo super exceptis bene potest ferri sententia, ut etiam pro limitatione ad regulam tradit Francis. Niconi.in d.c.quoniam contra de probatio.d.glo.petitiones.in 19.limita.nume.115.car.129. & Cæsar.Contard.in tracta.de momenta.possess.limita.24.numero 29.& seq.car. 240.Bero.consi.108.in fi.uolum.3.& facit doctrina Bald.in l.uinum.colum.penult.uersic.nunc uenio ad sententiam.ff.si cer.peta. & tetigi supra decisio.

17 Quinta, † quia fuit probatum domum fuisse dictorum actorum, & eam uendidisse pro certo pretio authoribus reorum & petita sententia super probatis, quod fieri potest, glo.in l.circa.ff.de probat Franc.Niconi.d.glo.petitiones.in 15.limita. nu. 115. Riminal.sen.consi.14.nu.7. uolum.1.

Et licèt actores petierunt domum,& nõ 18 æstimationem, & pretium : † tamen potest Iudex sententiare ad æstimationẽ, per suprascripta, & infra mox dicenda, & per Plot.in l.si quando,nume.646.uersic.unde, in fi.C.unde ui.

19 Sexta causa est, † quia quando sententia est lata super eo, quod uenit ex natura & aptitudine actionis intentatæ ualet,quia tacitè creditur inesse petitioni: sed in casu isto ex natura,& aptitudine actionis rei petitæ uenit pretium, quando res non debetur,ut quia est uendita,uel perempta.l.curabit,& l.2.C.de actio.empt.l si seruum.§. fina.incip.effectus. ff.de obliga. & ibi Bart. Ias.in l.cum seruus,ad finem.ff.de leg.1.sed in casu nostro domus petita erat uendita, & non poterat restitui & dimitti, ergo ad pretium potuit ferri sententia,Franc.Niconi.d.gl.petitiones.1.limitat.num.109. & 13. limita.nu.113.car.128. Bal.in d.l. uinum. d. uersic.nunc uenio ad sententiam, ff. si cer. petat.& infra dicam.

20 Septimò, † quia quando notoriè constat Iudici ex actis de meritis causæ, ad euitandum circuitus potest ferre sententia super illo notorio, licèt petitum non sit, Franc. Niconi.d.glo.petitiones.21.limitat. sed in casu isto notoriè apparebat, domum uendi tam pro libris nouemcentum & pretium non fuisse solutum, ideo super pretio potest sententiare.

21 Octauò, † quia Iudex ex officio super pretio potest sententiare ad euitandum circuitus, quando apparet rem uenditam pro certo pretio,& illud non fuisse solutũ, quia potest rem uenditam relaxare emptori,& illum condemnare ad pretium,licèt nõ fuerit petitum,& per suprascripta, quia in re uẽdita pretium tacitè inest, ita in terminis loquitur Felyn.in cap. fina. uersic. secunda conclusio.extra de simonia.Grammati.latè in d.decisio.19 Barba.consil.91.colum. pen. post medium,uolu.3.Cephal.consi.407.nume.19.20.uolum.3.Andre. ab Exea, in tracta.de pact.nume.435.in fi. uersicu. ego tamen.car.232. Afflict. decisio.83. numer.9. Ceph.consil.407.nume.19.20.uolu.3. Gramma.decisio.19.& pulchrè per Roderic. Soarez.in repet.l.post rem iudicatam, in declaratione Regni.§ sed pro euidentia.numer. 41.ff.de re iudica.car.651.Riminal.sen.consil.137.nume.9.uolum.1.Simeon de Prętis, consil.152.nume.4. Afflict. decisio.90.num. 7.facit Crot.consil.317.nume.23.& seq.uolum.tertio. & Cepha. consilio 506.uolum. quarto. ubi idem quo ad fructus, & idem quo ad ualorem bonorum,Iacob. Machel. patroci.7.nume.uigesimotertio. car. 48. & pręcipuè, cum hoc eueneri it post litem contestatam, ut per Hierony.Gabri. consi.47. nume.18.& idem, si causa esset terminanda,pro ut iuris fuerit, ut fere omnia rescripta dicunt, Calca.consil. 61.

22 Quia † Iudex ex actis supplet etiã parte non

se non petente. Rom. consi. 227. spectabilis in fine, & maximè super his, quæ sunt de iure, ut dicit Prosper Carauita super Ritibus magnę curiæ, ritu 241. num. 2. car. 137. Cyn. in l. unica. colum. 2. & ibi glos. in princip. ut quæ desunt aduoca. car. 46. Iac. Machel. patroc. 36. nu. 9. & patroci. 2. nu. 6.

23 Quod † domus esset uendita pro libris nouemcentum, uidetur hoc fuisse probatum per plures testes de confessione extraiudiciali facta per actorem diuersis in locis & temporibus, & maximè circa uenditionem per decem testes, & ultra, & etiam per testes dictorum actorum, & circa precium per 2. 4. & 29. testem, & per positiones Hebręorum. numero 7. 9. & 11. quæ confessiones licet singulares, & sine contestibus, tamen coniunguntur, & probant in terris ecclesiæ, ut in casu isto, quia tendunt ad unum finem, & ad probandum quid in genere, ut latè discutit Crauet. de antiqui. tempo. in 4. par. sectio. sed enim. nume. 23. 24. & sequen. Rota Perusi. decisio. 9. num. 4. sequen. in 1. par. Gabri. Roma. lib. 1. de confessis. conclusio. 1. Roland. consil. 82. numero 42. & sequen. uolum. 2. & latissimè per Hippol. Rimin. consil. 7. ubi ostendit hanc esse communem, & pro ista opinione fuisse Ferrarię iudicatum.

Precium non fuisse solutum, nec legitimè probatum, uidebatur ex pluribus: Primò propter rem irreparabilem, arduam, & inhabilitatem testium: nam tres solum testes sunt, qui deponunt de precio soluto, & recepto per confessionem actoris, primus 24 est Martorinus, † q. habet interesse in causa, bis se examinauit pro eadem causa, quo casu est suspectus, uti bis examinatus. Neuiza. consil. 78. num. 35. & nihil etiam probat, quia comparuit in iudicio pro interesse 25 suo contra actores, † Petrus Bozettus est pauper, & nihil habet in bonis, & ideo non integer testis. Alexand. consi. 29. num. 12. in fi. uolum. 7. consi. 18. uolum. 3. Crauet. consi. 6. nume. 29. consil. 9. nume. 13. 14. lib. 1. & non est communicatus, & confessus, quo casu est inhabilis, & nō integer testis. Plot. l. si quandò, nume. 868. uersicu. ultimo. C. unde ui. Lancel. Conrad. de offi. præto. nume. 21. car. 81. & Ioannes Matthęus est ter-26 tius testis, † qui est unicus, & singularis, quo casu non probat, etiam si esset Papa & Imperator. l. maritus. ff. de quæstio. Roma. sing. 707. an Papa Alexand. consil. 82. num. 9. uolum. 4. & Cepha. consi. 141. nume. 15. li.

27 1. † & quando testes non sunt omni exceptione maiores, & integri, non coniunguntur in ista singularitate, ne duo specialia circa idem concurrerent. l. 1. C. de dot. promis. ita dicit Crauet. de antiqui. tempor. ubi supra, nume. 24. 25. car. 194. Bero. consi. 30. nume. 40. 41. uolum. 2. consilio 99. num. 3. & sequen. uolum. 3. Gabr. Roma. conclusio. 1. nume. 31. 34. & 37. 46. Afflict. decisio. 2. Ioann. de Amic. consilio 127. Neuiza. consil. 78. num. 24. & sequen. Ruin. consi. 59. nume. 5. & sequen. & consi. 72. uolum. 4. & Crauet. consil. 9. nume. 12. & facit Cepha. consilio 419. nume. 65. uolum. 3. attento etiam quòd unus dicit de libris octingentis, alter de libris noningentis, quo casu redduntur suspecti. Roma. consi. 30. nume. 3. & præcipuè, quando patiuntur plures defectus, ut in casu isto, quia tunc nullo modo coniunguntur. Gramma. consilio 45. nume. 23. Rolan. consil. 57. nume. 37. & seq. uolu. 4. consil. 3. numero 48. & sequen. uolumi. 3. Anto. Gabr. commu. opi. conclusio. 26. nume. 12. car. 815. Crauet. consil. 6. numero 54. cum

28 similibus, † & de ista integritate, excellentia, & idoneitate in casu isto singularitatis debet articulari, & apparere p alios testes, ut dicit Roland. consi. 3. nume. 56. uolum. 1. Laur. Silua. consilio 3. numero 8. & seq. pulchrè Bero. consilio 87. nume. 44. uolumi. 3. & Cepha. consilio 225. nume. 52. 53. uolu. 2. Roland. consilio 84. uolum. 3. Crauet. consi. 129. numero 13. Cephal. consil. 35. nume. 13. uolumi. 1. possunt etiam actores reintegrari donec de pretio fuerint satisfacti,

29 † quia negãdo precium rei, uidentur spoliare dictos actores, & ideo de ęquitate debent reintegrari ad domum bona fide uenditam, adnotata per Alex. consil. 90. sub nu. 2. & nu. 4. uol. 4. Hiero. Gabri. consil. 48. nu. 5 6 & Hippoli. Rimi. consi. 5. nume. 21. Neuiza. consi. 38. numero 25. & maximè, quia non habuerunt a principio possessionem d. domus causa d. uenditionis, sed uirtute dictæ locationis, uel spolii, ut per Alexand. d. consi 90. per totum, & nume. 5. 6. & ita sentit Hiero. Gabr. d. consi. 48. nu. 5. 6. cum agatur de re non modica, & precium non fuerit solutum.

Patet

Patet igitur ex suprascriptis, hanc sentẽtiam posse ferri super probatis, & ita fieri
30 debere omnino, † quia Iudex delegatus a Principe gerit vices Principis, & lata sentẽtia dicitur a Principe, ut per Afflict. decisio. 383. sub nume. 8. Menoch. consil. 91. numer. 82. consil. 59. sub numero. 10. ibi, quam sane declarationem uolu. 1. sentit. Gramat. d. decisio. 19. & latè Roland. consil. 29. uolum. 1. Bursat. consil. 56. sub nume. 3. uersic. secundum quam, & numero quarto, consi. trigesimosecundo, nume. 28. & cons. 59. nu.
31 29. † quia subrogatus sapit naturam illius, in cuius locum subrogatur cum omnibus qualitatibus, & conditionibus suis, Panormi. in c. 1. in penult. col. de mutu. peti. Alex. 89. uolum. 3. & Ioan. de Amic. consil. 94. colum. 2. & Corset. sing. in uerbo, consilium, num. 2. sed Princeps erat iudex appellationis, & istarum causarum, & eas delegauit: ergo possunt isti iudices iudicare, prout poterat Princeps circa ineptitudinem libelli, petitionis, & processus, & solum circa merita causæ de iure referre, ut dicit Grammat. decisio. 19. & alij supra, nume. 13. allegati, & uide Riminal. iun. consil. 13. nume. 50. & sequen. uol. 1. uide Grammat. voto 31. Rolan. consil. 48. uolum. 3.

Nec modo obstant supra allegata in contrarium, quia loquuntur in iudicibus inferioribus & ordinarijs, & quando possibilitas rei restituendę reperitur, & alia de nouo post petitionem non emergunt, & quã do non adest authoritas procedendi summarie, nec adest uerbum terminare, & per
32 suprascripta, † immo bonus Iudex, quando uidet reum condemnandum, uel absoluendum, debet condemnare, uel absoluere omissis cauillationibus aduocatorum, & nullitatibus processuum ad euitandum circuitus, & expensas, ac lites immortales, ut admonet Practi. Papien. in for. appella. sententia diffini. in glo. fuisse, & esse, numero octauo, uersic. Non ergo gaudeant cauillosi aduocati, & Riminal. sen. consi. 651. numero tertio, & 6. uolum. 4. car. 41. & dixi supra, numero nono, & ita IVDICAVI* de anno millesimo quingentesimo septuagesimosexto, dum ibi eram auditor generalis illustrissimi Trolij Secundi Rubei Comitis S. Secundi.

CONsidera tamen, benigne Lector, omnia supra, quę non habent (meo iudicio) difficultatem propter clausulam, summariè, sine strepitu, figura iudicij, & rescriptum Principis, multo fortius in curia nostra Fiuizani in causis commissis ad Patiales, & bonos uiros; & ad consilium sapiẽtis, ac ad arbitros compromissarios propter sta
33 tuta Fiuizani, † ubi sapiens tenetur referre circa merita causæ, & Patiales ac arbitri iudicare & terminare de bono & ęquo de iure, & de facto summariè, sine strepitu, & figura iudicij, & sola facti veritate inspecta, & nulla iuris aut statutorũ solemnitate seruata, de quibus clausulis latè loquitur Maranta in suo Spec. aur. in 4. par. 9. distinctio. car. 75. & Blanch. de compromis. q. 1. Nam de clausula, de bono & æquo, & alijs, loquitur Bart. in tract. ad reprim. Docto. in clem. sæpe. de uerbo. signific. Alber. Brun. de forma, & solemni. Alex. cons. 113. nu. 12. uol. 6. Ias. in §. in bonæ fidei. nu. 41. Insti. de actio. Bertach. de Gabel. ĩ 3. par. 8. par. nu. 19. Guido Papæ decis. 431. Maran. in Spec. aur. in 4. par. 11. distinct. nu. 12. & seq. de clausula, de plano, loquitur Bart. in l. nec quicquã. §. de plano. in princip. ff. de offic. proconsul. & lega. Paris. de sindica. in c. utrum Iudex, col. 4. de clausula summariè, ultra Marantam, & alios uide Barto. in extrauagan. in §. summariè. Paris. de sindica. d. cap. utrum iudex. Bello. consi. 25. nume. 9. Fely. in c. dilecti. colum. 2. sub nume. 2. de iudic. de clausula, de iure & de facto, loquitur Natta consil. 143. nu. 6. & seq. uolu. 1. Alex. cons. 189. in fi. uol. 6. Ias. consil. 156. quod opus, sub nu. 2. uersi. non obstat, dum primò. uol. 2. Blanch. de cõpromis. quæst. 1. in uerbo, de facto. num. 24. car. 44. Cur. iun. cons. 294. nu. 74. & seq. uol. 5. de clausula, & put, & sicut, loquitur Alexan. consil. 189. nu. 17. & seq. consil. 175. nu. 9. uol. 6. Hippoli. practi. crimi. §. constante. nume. 25. Corne. cons. 238. in princip. uolu. 3. consi. 221. numer. 28. uolum. 2. & Petr. de Vbal. in tract. de duobus fratri. in 8. par. sub nume. 29. quęst. 28. uersi. duodecimo. Cardi. Zabarel. consil. 7. colum. tertia. Curt. iun. d. consil. 294. nume. 75. de clausula, sola facti ueritate inspecta, loquitur Ruin. consil. 38. numero undecimo, uolum. 5. Cur. iun. consil. 2. num. 62. 63. & d. consil. 294. nume-

ro 74.

ro 74.& seq.uolum.3.Roman. consil. 519. in casu,& consi.20.in fi.Dec.consi.449.numer.21.Alexan.consil.80.num.8. uolum.4. Natta consil.252.uolum.2.consil. 585. uol. 3.Riminal.iun.consi.237.nume.62. uolu.3. Ludo.Bologni.consi.37.colum.penult.uersicu.& sola facti, car.41.& in rescripto loquitur Rota Bono.decisio.36. Rolan.consi. 7.nume.30.& seq uolum.3.Octauia.Pedamonta.decisio.1.nume.1.& seq.Bero.consi. 97.nume.3.& seq.uolum.3.Franc.Becci.cōsil.47.nume.15.Plot.in l.si quando, nume. 702.uersicu.& quod plus est.C. unde ui. & Aret.§.& hæc quidem,sub numer. 2. Insti. de testam.ordinan. & Corn. consil. 163. lit. E.consil.105.in 2.par.de clausula, nulla iuris & statutorum solemnitate seruata, loquitur Bart.in l.militibus.ff.de milita.testamen.in l.filius.ff.de donatio.Paris. de sindica.in d.cap.utrum iudex.colum.3. & Bertachi.in tracta.episco.in 1.par.sub nume. 10.
34 lib.1. † quibus in locis concluditur, quòd solum ea, quæ respiciunt ordinem processus, & ius positiuum,comprehendunt, & illa censentur remissa, non autem, quę respiciunt ius gentium, naturale,& diuinū, nec modum decidendi, ut probationes, & attestationes per duos testes, ut dixi supra decisio.12.nume.60.& sequitur Benuenut. Strac.in tracta.mercat.tit.quomodo in causa mercat.proced.sit.num.14.car.278.Sebastian.Vanti.tit. quid sit nulli. & unde dica. num.29.car.7 & tit.quot, & quib.mod.nulli.propo.pos.nume.127.& num.128.car. 51.
35 † & ideo iudex tenetur sententiare secundum acta & probata,non obstantibus dictis clausulis. Ruin. d.consil. 58.numer.11.uolum.5. Roma.consil. 20.in fi. & consil. 519. & Curt.iun.d.consil.294. nume.septuagesimoquarto & seq.uolum.3. Vnde stantibus supradictis clausulis in curia nostra poterit ferri sententia a Patialibus, & sapiente super meritis & super pacto nudo, non obstante nullitate processus & ineptitudine libelli, & super prosequutis, & probatis iudicari, non obstante, quod nostrum statutum de causis ciuilibus faciat omnes causas summarias,& tradat modum procedendi,quia illud statutum habebit locū in alijs causis,nō aūt in istis,quia statutū de cōpromisso,& de Patialibus derogat dicto statuto,cū dicat, & nulla iuris, aut statutorū so-
36 lemnitate seruata, † & etiam poterit procedi super confessione mutui uenditionis, & debiti probata,licet a principio uoluerit probare uenditionem,& mutuum uerum, & non confessionē, quo casu uideretur dictam probationem confessionis non attendendam, uti extra petita, & intentionem petentis,adnotata per Riminal.iun.d.cons. 7.nu.52.car.35.uol.1.Abbas cons.42. uol.1. car.19.Alex.consi.39.nu.5.& 6.uol.5.consilio 128.col.2.uol.2.Hippoli.singula.38.& Dec consi.57.nu.5.quia supradictæ clausulæ contrarium operantur, & ideo bene nota,& considera hæc omnia utilia,quia sæpe occurrunt.

DE IVDICIIS.

DECISIO XX.

ARG.

Forensis non potest conueniri coram Capitaneo Fiuizani, ad banchum Militis Socij, nisi ex pacto etiam executiue si aliqua pronuntia, uel cognitio causæ sit necessaria.

Nouatio dicitur facta per secundum instrumentum, faciens mentionem de primo, quando secundum maiorem summam continet,uel plenius disponit.

SVMMARIVM.

1 *Actor forum rei sequi debet.*
Additio debiti in secundo instrumento, extinguit primam obligationem primi instrumenti.numero 7.
Quid in dote,nu.7.

3 *Instrumentum secundum plenius disponens, dicitur nouum instrumentum,& non confirmatorium primi instrumenti & nu.7.*

4 *Prorogatio compromissi dicitur nouum compromissum, quando in ea aliquid plus additur quam in primo.*

5 *Instrumentum ultimum plus debiti continens, extinguit primam obligationem.*

6 *Nouatio obligationis, stantibus co[illegible]uris in instrumento dignoscitur, & ope exceptionis defen-*

defenditur, & num. 7.

7 *Non appellans a sententia contra se lata, eidem acquiescere dicitur.*

9 *Sententia transacta in rem iudicatam, facit ius inter partes nu. 15.*

10 *Verba sententiæ, sicut contractus, sunt ponderanda, ne superfluè essent posita. nu. 11.*

12 *Equalitas inter partes in iudicio est seruanda.*

13 *Quod quisque iuris in alium statuerit, ipse eodem iure utitur.*

14 *Sententia sapientis est, patere legem quam tu ipse tuleris.*

16 *Quod semel placuit, amplius displicere nō potest.*

17 *Sententia & eius uerba in dubio in fauorem rei sunt interpretanda.*

18 *In maiori summa inest minor.*

19 *In causa summaria deducendo unum, & probando alterum, obtinere debet fallit, nu. 20.*

21 *In causa, ubi summariè proceditur, & sola facti ueritate inspecta, petens unum, & probans aliud, obtinere debet.*

22 *Clausula, summariè, tantum importat breuitatem terminorum, & non aufert acta ordinaria, & probationes circa rem petitam.*

23 *Petens unum, & probans aliud, obtinere debet, procedit ubi affertur libellus, secus in causa executiua.*

24 *Forma statuti non seruata, actus est nullus.*

25 *Nemo sine actione experiri potest.*

26 *Agens sine actione, condemnandus est in expensis.*

27 *Hæres succedens in ius alterius, non debet condemnari in expensis quod procedit, quando est conuentus, secus quando agit. nu. 28.*

Maximè, quando agit de lucro captando. nu. 29.

30 *Actor debet ire instructus ad causam antequàm agat.*

DECISIO XX.

Baptista olim Vincentij de Montignoso malè egit conueniendo Mathæum olim Christophori de Gropulo coram D. Capitaneo Fiuizani & eius Milite Socio & propterea succūbi omnino debet in causa ex infrascriptis.

Primò, quia ipse Baptista, ut actor debebat conuenire dictum Mathæum forensem coram suo Iudice Gassani, & non coram iu-
1 dice Fiuizani, ut fecit, licet nulliter, † quia regulariter actor rei forum sequi debet. l. iuris ordinem. C. de iurisdictio. omni. iud. l. in criminali. eod. titu. l. fi. ubi in rem actio. c. cum sit generale, de foro compe. & in c. si clericus laicum. eod. titu. facit etiam tex. in l. 3. in princip. ff. de alien. iudic. muta. cau. fa. ibi, quia si cum eo, qui alterius prouinciæ est, experiatur in illius prouincia, experiri debeo, & dixi sup. decis. 1. & 2.

Secundo, quia ipse Baptista egit executiuè contra dictum Mathæum vigore instrumenti scutorum 99. facti sub die 24. mensis Iunij anni 1562. & id reperitur extinctum per aliud factum sub die 28. mensis Nouembris de anno 156;. per quod apparet, Petrum filium dicti Mathæi fecisse calculū de omni eius debito cum dicto Vincentio patre dicti Baptistæ, cū pacto q᷑ dictus Petrus curaret Mathæū eius patrē prędictū instrumentum ratificare, ut in eo legitur: ꝑ quod apparet primò dictū Mathęum nō esse obligatum, cum nunquā ratificauit illud, nec minus poterat conueniri vigore primi in-
2 strumenti dictorum scutorum 99. † cum illud sit extinctum per ultimum, in quo plus debiti additur, per quam additionem dicitur extincta prima obligatio, ut in simili dicit Crot. consil. 167. uolu. 2. Goza. consi. 70. num. 6. colum. 1. Maria. Anguffo. cons. 119. nume. 5. Tobi. Noni. consil. 81. car. 153. & latè Brun. in tract. de interitu & perempt. cōclusio. 8. fallen. prima. quem sequitur & refert Ioan. Cephal. consi. 271. nume. 3. uol. 2.
3 & in consil. 35. nume. 52. uolum. 1. † ubi dicit instrumentum secundum plenius disponens non potest simpliciter appellari prioris confirmatorium, sed nouum dicitur instrumentum, & noua obligatio, & dispositio, per l. ius ciuile. ff. de iustit. & iu. & alle-
4 gata per eum, & nume. 53. dicit, † prorogatio compromissi dicitur nouum compromissum, quando aliquid in ea additur, & debet tunc attendi prorogatio, ut nouum compromissum, & noua obligatio, & idem in terminis dicit Bald. in consil. 436. incipit, quæritur si factum, uolum. 1. uersic. prætere-
5 rea, si uolumus sub nume. 1. † & tale instrumentum ultimum plus debiti continens extinguit primam obligationem ex tex. in l. 1. & l. si rem. in fi. de nouat. ponit Barto. l. si cum dotem. ff. solu. mat. sequitur Guido Papæ sing. 997. uide Simeon. de Prætis. cōs. 58. nume. 8. & seq. car. 104. & impedit veteris contractus executionem, Bald. in consil. 210.

silio 210. punctus, numero 3. & seq. uol. 5. & Marian. Angusso. consilio 240. numero 10. car. 440. sentit Soc. consi. 145. circa primam, col. 3. in fi. uol. primo, corroboraturque, q̃a apparet ex uerbis probatis in instrumento etiam de calculo diligenter facto cum nouis conditionibus, pactis, & additione temporis, ex quibus cognoscitur contrahentes ita uoluisse innouare primam obligationē,
6 † qui casus hodie non corrigit, nec facit q̃ n sit nouatio, & defendi possit ope exceptionis, ut per Ange. Aret. Instit. quib. mod. tol. oblig. §. præterea, numero 4. circa fi. uersic. tunc iste casus. ubi dicit ita teneri a Bart. & Salic. in pract. & ipse aliàs consuluit, & obtinuit. & ita est casus noster, cum sumus in reo excipiente, & per Alexand. in consilio 173. sub numero 6. uolum. 7. ibi ex probabi-
7 libus coniecturis constant partes, † & cui dubium ex inspectione uerborum in instrumento positorum, quin ista non sit nouatio inducta per partes, & maximè, quia debitū scutorum 99. specificè compræhenditur p̃ latum in instrumento, & Dom. Ias. in l. cum quis, numero 4. & 5. ff. si quis in ius uocat. dicit propriam esse nouationem sumptā illam, in qua continet id, quod in prima obligatione. cum ergo in secunda obligatione continetur prima scutorum 99. ulterius nō est quærendum, per supradicta, & per Bart. Alex. & ibi Dec. in l. singularia 5. notabi. nume. 5. & nu. 20. ff. si cer. peta. vbi etiam Cag. numero 118. & seq. car. 251. & Pau. de Cast. in l. qui bis. ff. de uerborum oblig. & ibi Docto. vbi dicunt non procedere, quando eadem summa in utroque contineretur, quò verò ad dotem duobus instrumentis constitutam, vide Ioan. de Amic. consi. 115. & Dec. consilio 81. in casu. numero 6. uersicu. secunda quæstio. Apostilla ad Bar. in l. si cū dotem. §. si pater. ff. sol. matrimo. Crau. consi. 157. nu. 3. & nu. 16. Bursa. cons. 60. nu. 8. & 9. uolum. 1.

Tertio (dato, & non concesso, ꝙ suprascripta non obstarent, prout obstant) quia dictus Mathæus alias dicta de causa fuit incarceratus, & habuit sententiam contra se de soluendo certam quantitatem, & pro reliquo, quòd una pars alteri ostendere posset, Dominus iudex reseruauit eorum iura denuò petendi coram eius iudice ordinario
8 quatenus opus sit, † quæ sententia transiuit in rem iudicatam ob nō appellationem interpositam, ob quam partes dicūtur acquieuisse dictæ sententiæ. l. ab eo. C. quomodo quan. iud. latè per Io. Ceph. consi. 235. num.
9 22. uolum. 2. † & sententia transacta in rem iudicatam, facit ius inter partes, cui de necessitate standum est. l. statuliberis. §. Quintus Mutius. ff. de statulibe. Bal. in l. ingenuū, col. 2. uers. concludendo. ff. de statu homin. cum similibus.

Et licet in sentētia adsint uerba, si & quatenus opus sit, quæ uerba uidentur demonstrare Mathæum potius conueniri debere a Baptista coram milite socio, & sic iudice Fiuizani, quàm suo iudice Gassani: ex quo se supposuit dictæ iurisdictioni mediante obligatione Petri eius filij, & procuratoris ad ita contrahendum, & supponendum, ac obligandum, tamen respōdetur quòd dicta verba ita non possunt intelligi, quia nihil operarentur, & frustratoriè essent positæ in
10 sententia, † quod non est dicendum, cum verba sententiæ ponderanda sunt, sicut uerba contractus, ne superfluò essent posita. l. fideiussores magistratuum. §. Aurelius. ff. de fideiusso. sequitur Bal. in l. ab executione. C. quorum appellat. non recipiunt, quæ allegat, & sequitur Ioan. Crot. in consi. 36. numero 13. uolum. 1. Ceph. consi. 257. numero 3. uolum. 2. sed bene illa uerba, ad hoc ut aliquid operentur, ne frustratoriè sint posita, fatendum est importare, & intelligi debere, quòd quilibet alterum possit conuenire, & debet pro consequendo eius credito coram suo iudice per suprascripta: q̃a sicuti ante sententiam Mathæus debitor tenebatur conuenire per apochas repertas, & sic per debitum solutum Baptistam corā suo iudice Montignosi, ita pariter Baptista modò uigore dictæ sententiæ, cui non appellando Vincentius eius pater acquieuit, debebat Mathæum conuenire coram iudice suo Gassani pro credito, & calculo noui-
11 ter facto & reperto, † ut dicta uerba sententiæ, si & quatenus opus sit, aliquid operantur, & ne dicta sententia redderetur frustratoria, quæ esse non potest, glos. Rubricæ C. de executio. rei iudica. & latè tradit Ioan. Cepha. consilio 213. numero 11. uo-
12 lum. 2. † & quia etiam æqualitas inter partes obseruaretur, ut per Aymon. Craue. consil. 70. nume. 1. uolum. 1. allegans l. si id,

quod,§.fi.ff.de rescind.uend.l.fi.in fi. C.cō-
mu.diuidun.Cepha.cons.143.numero 8.uo
lum. 1. et ęquitas est, quod Baptista sicuti
deberet,ut dixi supra, conueniri a Mathęo
coram suo iudice, ita ipse deberet conueni
13 re Mathęum coram suo,† quia quod quis-
que iuris in alium statuerit, ipse eodem iu-
re utatur,toto tit. ff.quod quisque iur. c.cū
14 omnes,de consti. † ubi sententia sapientis
15 est,patere legem,quam tu ipse tuleris, †et
a dicta sententia per dictum Baptistam non
potest discedi,cum ius facit inter partes.d.l.
statuliberis,§.Quintus Mutius. ff.de statu-
16 lib.†et quod semel placuit,amplius displi-
cere non potest.c.quod semel placuit. de re
gul.iur.in 6.l.in diem,de aqua plu.arcen.gl.
in uerbo,consentiente.§.religiosum. Insti.
17 de rerum diuisio. †et quando talia uerba
essent dubia,tamen sententia, et eorū uer-
ba in fauorem rei Mathęi essent interpre-
tanda,vt per Alex.in consi.46.numero 2.uo
lu.5.consi.129.nu.9.lib.4.

Et sic per suprascripta uidentur sublata,
quę a parte opponebantur in processu dum
dicebat,licèt fuisset petitum unum,et pro-
batum aliud uigore ultimi instrumenti,in
18 quo continetur debitum scutorum 99.†cū
in maiori summa inest minor. l. per mino-
rem.ff.de iudic.l.ult. C. de ord.iud.deberet
19 obtinere,†cum causa sit summaria, ut per
Rober.Maran.in suo Spec.aur.in 9.dist. nu.
17.in 4.par.prin.

Quia respondetur primò hoc non esse
20 uerum in casu nostro,† quia egit coram iu-
dice incompetenti per suprascripta. secun-
21 dò, † quia in causa simplici summaria id
non habet locum, sed bene ubi summariè
agitur sola ueritate inspecta,ut per allegata
ibi per Maran. sed quando non agitur sola
ueritate inspecta, sed tantum summariè,
22 † ubi clausula,summariè,importat tantum
breuitatem terminorum,et non aufert acta
necessaria, et probationes directas circa rē
petitam,ut per Bar.super consti.ad reprim.
23 in uerbo, summariè. † item quia doctrina
Maran. intelligitur in causa ordinaria, ubi
requiritur libellus,et non in causa executi-
ua,ut per Maran.dicto in loco, numero 39.
et nu.41. et faciunt quę dixi supra decis.19.

Accedat etiam, quia ipse Baptista licèt
potuisset,prout non potuit conuenire dictū
Mathęum executiuè coram dicto milite
socio, et iudice Fiuizani,tamen malè egit,
quia ipse se supposuit statutis Fiuizani,quę
obseruantur tam a iudice in causa tali exe-
cutiua,quàm in causa, & causis ordinarijs,
& inter cætera extat statutum sub rubrica
16.uolum.2.de executio.instrumento.dans
modum, & formam petendi executionem,
quæ non fuit obseruata a dicto Baptista, cū
in eius petitione, & libello debebat iurare
instrumentum illud non falsum, remissum,
solutum,uel quietatum,ubi disponitur ꝑ
24 forma, † & si dicta uerba non ponuntur in
libello executiuo, actus redditur nullus, ut
ibi legitur & tradunt Docto.in l.1.Dec.con
silio 37.columna 4.consi.53.c.si cui,de ele
ctio.lib.6.c.cum dilecta,de rescrip.l.diligen
ter.ff.manda.Ioan.Cepha.consi.100. nume
ro 28.uolum.primo. & etiam quia non po
terat agere executiuè ad banchum militis
socij, quando aliqua requiritur cognitio
causæ & pronuntia, alias secus, ut merus
executor, ut supra dixi in decisio.1. nu.20.
& decis.10.nu.29.& 30.& decis.11. nume-
ro 4. & seq.

Et ex præmissis satis constat, quantū di-
25 ctus Baptista malè egerit, † & sic absque
actione,sine qua experiri non potest. l.si pu
pill.§.fi.iuncta glo.in uerbo,non habuerit,
ff.de nego.gest l quoties tutor.§.item si in
temporali. ff. de administra.& pericu.tuto.
26 † ideo debet condemnari in expensis, iux-
ta l.eum quem timerè. ff. de iud.d.l.prope-
randum. §. sin autem alterutra. C. eo tit.
27 Nec habet obstare, † quòd Baptista sit
hæres, & succedens in ius alterius, regula-
riter ius ignorat, ideo non mereretur con-
demnari in expensis,cum dicatur habere iu
stam causam,iuxta l.qui in alterius.ff.de re
gul.iur. cum simili.
28 Quia respondetur, †hoc non habere lo-
cum in casu nostro, quia illud procedit in
hęrede conuento ab altero: non uerò si ip-
se hæres alterum conuenit, vt in casu no-
stro.d.l.qui in alterius.ubi Dec.ff.de reg.iu.
29 c.cum quis. eo.tit. in 6. †& maximè,quia ibi
non agitur de damno euitando, sed de lu-
cro captando,ut in casu nostro, ut per gl.in
d.l.in summa.§.si seruum.ff.de cond.indeb.
tradit Dec.d. l.qui in alteris,sub nu.4. uersi.
30 secus si agatur, de reg iur. † quia actor de-
bet ire instructus ad iudiciū, antequā agat.
l.si quando.C.de dilatio.cum simili. allega-
tis

tis in glo. et l. purè. §. fi. de doli excep. Dec. in d. l. qui in alterius, de reg. iur. allegans ul tra adducta, numero 5. c. si autem. de rescr. * et ita IVDICATVM * fuit ex consilio Sapientis, per excellentem Dominum Petrum Anselmum, Aduocatum Florentinum, de anno 1575.

DE IVDICIIS.

DECISIO XXI.

ARG.

Sententia nulla ex defectu iurisdictionis, & euidentis iniustitiæ ac formæ non seruatę, non potest mandari executioni.

Iudex delegatus tenetur obseruare statuta loci, vbi iudicium agitatur quo ad ordinem iudicij.

Rescripti verba non extenduntur vltra in rescripto contenta.

Mandatum cum libera, non extenditur ad illicita, ad damnosa, & ad donationem, nec ad alia multa.

Statutum loci contractus respiciens decisionem causæ, attenditur vbique locorum, aliàs secus.

Statuto prohibitiuo cum clausula decreti annullatiui, & sublata facultate, &c. non potest per partes renuntiari.

SVMMARIVM.

1 *Iurisdictio Iudicis per rescriptum concedens illud quod ius, aut statutum permittit, non dicitur delegata, sed excitata.*

2 *Iudex ordinarius ferens sententiam, vti delegatus, dicitur nulliter sententiare.*
Fallit, vt ibi.

3 *Sententia lata coram uno iudice, & banco, si debebat ferri coram alio, dicitur nulla.*

4 *Ordo traditus a statuto, dicitur traditus pro forma.*

5 *Conditio formam importat.*

6 *Forma non seruata processus, & omnia inde sequuta sunt nulla, non obstante quacumque persona priuilegiata.*

7 *Iuramentum debet proprie deferri secundum formam statuti, aliàs non ualet.*

8 *Iuramentum in dubio non præsumitur delatum a iudice, nec secundum formam statuti, vbi non apparet ex actis.*
Idem in solemnitate.

9 *Dilatio data reo in iudicio ad aliquid faciendum, dicitur etiam in consequentiam actori concessa, nec potest renunciari.*

10 *Sententia lata extra tempus instantiæ est nulla ipso iure.*

11 *Instantia perempta annullat processum.*

12 *Sententia nulla ex defectu potestatis, non potest reformari, nec confirmari.*

13 *Idem in sententia nulla ex defectu libelli inepti, & processus substantialis.*

14 *Idem ob defectum processus propter instantiam desertam.*

15 *Iudex delegatus tenetur seruare statutum loci, vbi causa agitatur quo ad ordinem iudicij.*

16 *Lex, constitutio, & rescriptum, quod causa debeat terminari intra tres menses, loquitur de causa ordinaria, & principali mouenda, & agitanda, & non de causa executiua, & iam decisa.*

17 *Causa executiua dicitur expedita, & non expedienda.*

18 *Statutum, quòd de qualibet causa debeat fieri compromissum, uel causa mitti ad consilium sapientis, aut concedi recursus ad Patiales, non habet locum in causa executiua liquida.*

19 *Causa propriè dicitur ius, quod deducitur in lite decidendum, & non decisum.*

20 *Verba in statutis propriè, & strictè sunt intelligenda.*

21 *Iudicium ordinarium differt a iudicio summario, & executiuo.*
Verba in dubio, de iure ordinario, et non extraordinario intelligi debent.

22 *Intentans viam executiuam, uidetur alijs renuntiare.*

23 *Item videtur se astringere ad eius formam, & qualitatem obseruandam.*

24 *Statuti beneficio quis non potest uti, nisi cum sua forma suisq; qualitatibus.*

25 *Agens ex instrumento debet agere secundum qualitatem instrumenti, & cum suis modis & temporibus.*

26 *Statuta disponentia super tempore, debent ad vnguem obseruari, aliàs actus est nullus.*
Executio petita cum clausula salutari, si instru-

 mentum,

mentum, uel sententia non meretur executionem, poterit iudex omißa via executiua pronuntiare super meritis uia ordinaria absque refectione expensarum, nu 26.

27 Rescripta ad lites sunt stricti iuris, & odiosa, & restringi non autem extendi. & 32.

28 Verba rescripti, & commissionis debent referri ad id, quod principaliter in contractu, seu instrumento fit mentio.

29 Vsuræ sunt odiosæ, & omni iure hodie prohibitæ.

30 Vsuræ, quando a iure permissæ sunt, vsuræ usurarum non debentur, nisi in pupillaribus actionibus.

31 Iurisdictio ad hoc ut sit fundata, attenditur qualitas petitionis.

Iudex datus super summa certa, non potest cognoscere de maiori summa.

33 Processus factus contra, uel ultra uerba rescripti est nullus ipso iure, & idem de sententia.

Intereße, quando petitur de per se, uti separatum a sorte, non dicitur intelligi, nec uenire in rescripto, & petitione super sorte, aliàs secus, num. 33.

34 Instrumentum probat tantum, quantum eius uerba cantant, & secundum eius tenorem.

Fallit, quando aliud ex coniecturis appareret.

35 Sententia executionis super damnis. & interesse, non potest peti aut ferri facta liquidatione.

Nec facta liquidatione, quando non esset promissum, & ueniret ratione moræ, nu. 60.

36 Priuata scriptura etiam a Notario facta, nihil probat, nisi fuerit recognita.

Scripta priuata, ad hoc ut legitimè sit uerificata, plura requirit. remissiuè.

37 Fides facta a Notario de instrumento per eum rogato nihil probat.

38 Interesse non conuentum, quando principaliter petitur, debet probari per testes & non per iuramentum, nec iudex ex officio potest taxare.

Idem in damnis, & expensis. nu. 55.

39 Pœna, quando loco interesse petitur, uel alio modo, debet liquidari per testes, & non iuramento, aut officio iudicis.

40 Instrumentum productum parte non citata, nec cum termino ad opponendum data copia pet enti non probat, nec facit fidem, & nu. 79

41 Iudex, quando potest taxare intereße, damna, & expensas ex officio, debet taxare illud, quod æquum est, & consuetum in illa regione.

42 Pactum de stando simplici iuramento damnum passi super interesse, damnis, & expẽsis, ualet.

43 Procurator extra mandatum non potest obligare dominum, nec quicquam in eius præiudicium.

44 Verba in mandato, eo modo & forma, prout & sicut eidem procuratori uidebitur & placuerit, important arbitrium boni uiri, & circa contenta in mandato & non ultra.

45 Clausula in mandato, ad omnia & singula facienda & gerenda, quæ circa prædicta, uel in aliquo prædictorum videbuntur opportuna, & neceßaria, dando ei circa prædicta plenam & liberam potestatem, important, & restringuntur ad ea solum, quæ in mandato sunt expressa.

46 Mandatum cum libera, idem operatur, quòd mandatum speciale.

47 Mandatum cum libera, non comprehendit ea, quæ dominus verosimiliter non concessisset, nec maiora expressis, nec ardua, nec illicita. num. 48.

49 Quando aliquid est probibitum, censetur prohibitum omne illud, sine quo non potest perueniri ad illud.

50 Mandatum cum libera, non extenditur ad iurandum, nec ad renuntiandum reductioni ad arbitrium boni uiri cum iuramento.

Nec ad renuntiandum exceptionibus peremptorijs.

Nec ad renuntiandum instantię.

51 Nec renuntiare appellationi, nec remittere appellationem.

52 Mandatum cum libera, ad contrahendum, uendendum, & emendum, & iurandum, non excludit dominum a remedio l. 2. C. de rescind uend.

53 Nec extenditur ad eligendum, & declarandum uoluntatem domini.

54 Ratificatio, quę ex facto colligi potest, non operatur nisi quoad talem actum facti, & quatenus ex eo neceßario infertur.

55 Reductio ad arbitrium boni uiri aduersus intereße, & damnum taxatum per iuramentum, potest peti.

56 Debitor, qui est diuersi fori, si promittit intra certã diem soluere, non constituitur in mora, si creditor non fuit in loco debitoris die statuta pro recipiendo creditum.

57 Creditor acceptans literas debitoris, uidetur contenta in eis approbare, & tempus soluendi prorogare, si non protestetur.

58 Mora nulla committitur pendente dilatione, quia non est in aliqua culpa.

Mora

58 *Mora censetur remißa per receptionem solutionis partis debiti.*

60 *Instrumentum non liquidum non meretur executionem ante factam liquidationem.num.35.*

Nec facta liquidatione quoad interesse, quando non est promissum.

61 *Instrumentum emptionis bladorum absque pretio pro quolibet stario, sed in confuso, & sine nomine bladorum, dicitur vsurarium, & non meretur executionem.*

Statutum regij vult, quòd instrumentum uenditionis bladorum celebratum absque nomine bladorum, & pretio stariorum sit vsurarium, & nullum, & non possit per iudices ius aliquod reddi.

62 *Creditor, qui restituere tenetur aliquid, multo magis potest exceptione repelli ad illud petendum.*

62 *Creditor, qui restituere tenetur aliquid, multo magis potest exceptione repelli ad illud petendum.*

93 *Clausulæ omnes dicuntur nullæ, quando instrumentum est inefficax, & nullum.*

64 *Statutum, vel decretum disponens super præsumpto ab eo, operatur quòd talis præsumptio est iuris, & de iure.*

65 *Statutum, quòd instrumentum contra eius formam factum sit simulatum, vsurarium, & nullum, quando ex rationabili causa factum est.*

66 *Statuto prohibitiuo cum clausula decreti annullatiui non potest per partes renuntiari.*

67 *Renuntiatio non potest fieri tacitè, quando expresse est prohibita.*

68 *Forensis præsumitur habere ignorantiam statutorum, & decreti publicati.*

69 *Contractus per procuratorem præsumitur factus secundum tenorem mandati.*

70 *Ignorantia potest probari per iuramentum, quando pendet ab animo.*

71 *Ignorans non uidetur renuntiare iuri, quod ignorat sibi competere.*

72 *Clausula decreti irritantis, & clausula, sublata facultate iudicibus iudicandi, multum operatur etiam in præiudicium tertij propter reuerentiam superioris & annullat actum ipso iure.*

73 *Inferior non potest declarare mentem superioris, donec superior non aperiatur os suum, vt fiat iustitia.*

74 *Clausula, non obstantibus, & decreti irritantis, regulariter non videtur operari in præiudicium tertij.*

75 *Inhibitio canonicè non facta non nocet de iure, nec valet.*

Fallit de consuetudine generali, quia fit sine citatione, & si spernitur pōt puniri. *vide nu.76.*

76 *Inhibitio facta sine citatione potest ēt moderari & tolli sine citatione, et summariè proceditur.*

77 *Statutum Regij, quòd instrumentum sit vsurarium, si in eo non sit expressum certum pretium pro quolibet stario bladorum, respicit decisionem causæ, & attendi debet vbicumque locorum litigatur.*

Statutum respiciens decisionem causæ, debet attendi ubique locorum, & sic extra territorium secus si respiceret ordinem iudicij.

78 *Statutum, & decretum productum in iudicio, parte non contradicente valet, & exceptiones illius operantur eius effectum.*

Exceptiones, & probationes factæ parte non contradicente procedunt, & obstant.

79 *Exceptiones contra instrumentum, aut decretū productum non factæ tempore probationis non possunt fieri amplius post conclusum in causa.*

Tempus dilationum datum ad opponendum non currit nisi a die datæ copiæ.

80 *Statutum Florentinum, ꝙ non posit dici instrumentum vsurarium, nisi certa solemnitate seruata, intelligitur in agente, non in excipiente.*

81 *Item in instrumento rogato intra eius territoriū, & non extra, cum respiciat decisionem causæ.*

82 *Item in instrumento notoriè simulato, vsurario, alids secus.*

83 *Sententia lata extra petitionem, dicitur nulla.*

84 *Iudex, ꝙ pronūtiat extra petita, dicitur stultus.*

85 *Copula (&) ponitur inter diuersa.*

86 *Verbum, residuum, præsupponit aliquam partem solutam.*

87 *Intereße dicitur damnum, & appellatione damni, comprehenditur.*

DECISIO XXI.

IN causa executionis instrī petitæ ꝑ Bartholomeum de Regio contra Bertolotū Francisci de Fiuizano pro summa scutorum 157. pro usuris, et usurarum usuris solutis Lazarino Hebreo Regij, et pro damnis, interesse, et expēsis, et ꝓut in repetitione d. Bartholomei, lata fuit snīa per Magnificum D. Capitaneum Fiuizani, de consilio

filio Dom.Fabritij de Maradio eius iudicis, & assessoris, in qua pronũciatum fuit in effectu, instrumentum esse exequendum pro summa scutorum 59.pro residuo,& interesse passo,& pro summa scutorum 40.pro dãnis & expensis,in totum pro summa scutorum 99.& prout in ipsa sententia. A qua sententia fuit dictum de nullitate & appellatum in forma communi. Et nunc disceptãdum uidetur coram Magnifico & Excellentissimo Dom.iudice appellationum ciuitatis Florentiæ de uiribus dictæ sententiæ, ꝓcedendo breuiter, & conclusiuè de duobus uidendum duxi.

PRimò, quomodo nullitas dictæ sententiæ iustificetur.

Secundò,quomodo inæqualitas,& iniustitia eius depræhendatur.

Et quantum ad primum, nullitas dictæ sententiæ ex pluribus uidetur iustificari.primò, quia causa fuit commissa dicto Magnifico D. Capitaneo iudici ordinario cognoscenda summariè,&c.

1 Et † ista cognitio ei competebat iure ordinario, quia uigore statuti Fiuizani habet potestatem cognoscendi causas summariè, simpliciter,de plano, sine strepitu, & figura iudicij,ut patet in statuto,sub rub.de causis ciuilibus, & sic per hoc non fuit alterata, nec diminuta eius iurisdictio, quo casu solum excitata dicitur iurisdictio sua, & non facta delegatio, c.licet,& ibi latè Fely.de officio iudi.ordi.Doct.in l.more,ff de iurisdi. om.iud.& Roma.in consi.285.numero 2.& tamen processit,& tulit dictam sententiam, ut iudex delegatus,& non ut iudex ordina-

2 rius, † & processus factus, & sententia lata per ordinarium,qui per errorem processit, & iudicauit vt delegatus litigatoribus scientibus est nullus,& nulla,ut Spec. de senten. prolatio.§.quoniam. uers.quod si dixit Bal. Imo.Abb. & alij in c.cum ex officij. de præscrip.Bar.in l.1.C.qui pro sua iurisdi Abb. Imo.& Ant.in c.P.& G.de offi.delega. Laur. Calca.cons.92.nu.5.Rom.cons.343.num.5. Bal.Nouel.in l.1.§.si quis ita. ff. de uerborum oblig.& Hippo.in sing.262. nu.3. Purpura.cons.453.nu.11.& 12.uolu.2.nisi processum, & iudicatum fuisset, omni meliori modo,&c. Roma.cons.496. numero tertio, Riminald.sen. consilio 575.numer. 8.uol.3. Crau.consi. ...

Secundò,quia processus,& sẽtentia fuerunt gesti,& lata ad Bancum Caualerij, seu militis socij dicti Dom.Capitanei,& per ipsum Caualerium processus factus & sententia scripta, & rogata,ut patet in eis,& causę ciuiles,& criminales debent fieri per Notarium Actuarium Banci Fiuizani,& eius Curiæ,ut patet in statuto de officio Notarij,& in statuto de damnis datis,uers.item statuimus,& etiam in capitulis nouę reformationis. Nam Magnificus Dom. Capitaneus in ciuilibus, & criminalibus reddit ius hominibus Fiuizani, & Curiæ ad eius Bancum: in criminalibus uerò,& causis appellationũ aliorum castrorum Capitaneatus Fiuizani reddit ius ad bancum dicti sui Caualerij, seu Militis socij hominibus dictorum castrorum, ut patet in reformatione dicti Capitaneatus, & iste Caualerius, & dictus iudex dicti Magnifici Dom. Capitanei (quia participant de lucro scripturarum) omnes causas uolunt censeri delegatas recipiendo emolumentum alterius Banci Curiæ Fiuizani,quod nullo pacto tolerandum est ꝑ Magn. Dom.iudicem appellat.in casu isto,

3 † & clarum est, quòd sententia lata coram uno iudice, & Banco, cum deberet ferri coram alio, est nulla, & qui usurpat iurisdictionem alterius,uenit puniendus, ut dixi supra,in decisio.10.nu.28.&seq.

Tertiò,quia dictus Bartolomæus non uidetur elegisse uiam dictæ commissionis,q̃a specialiter intentauit beneficium statuti Curiæ Fiuizani sub rub.de execut.sent.instru. & ultimar.uolun.& eius formam non uidetur obseruasse: Nam statutum uult, quòd petens executionẽ instrumenti,primò ostẽdat illud iudici,& iurat antequàm iudex cõmittat citationem ad Sancta Dei Euangelia, corporaliter manu tactis scripturis dictum instrumentum non esse falsum,remis-

4 sum solutum, & quietatum, † & talis ordo a statuto censetur traditus pro forma,quãdo loquitur conditionaliter per ablatiuum absolutum,iurante dicto actore, & cęt. qui importat conditionem. l.ab emptione,ff.de pact. & l.a testatore. ff.de condi. & demon-

5 stratio. † & conditio formam importat, ut per Bald.in authen.matri & auiæ.in uersicu.sed hic quæritur.C.quando mulier tute.offic.fun.potest, & in auth.præterea, C. unde uir,& uxor.per Alexand. & Ias. in l.1. ff. de

ff.de liber.& posthum.& per Fely.in c. dilecta.colum.6.uersi.secundum signum,de re-
6 script. † & forma non seruata processus,& oīa inde secuta,sunt nulla,Bal.in l.ambiguitates. C.de testam.cū simili.ibi per Alex. & p Dec.in cōs. 532.n.3.dixi in tracta.de vsu-
7 fru.num.130.car.542.in prima par.† & tale iuramentum non apparet, nec fuit pręstitum, & requiritur præstari a Iudice, & ab eo recipi, & secundum modum, & formam traditā a statuto extensè, ut per Soc. in consil.24.colum.7.in lit.C.uersic. nec uidetur,in primo uolum. & habetur in l.3.in princ.& in §.fin & in l.sequ.ff. de iureiu.&
8 tradit Iaf.in consil. 87.in 1.uolu † & in dubio non præsumitur delatum a Iudice, nec secundum formam statuti, ubi non apparet de aliqua præstatione data per Iudicē, aut Notarium de eius cōmissione: nec ubi lex,& statutum exigit certam formam iurandi tactis scripturis,ut habetur per Doct. in c.fraternitates.de testib.& in Rub.de iureiur.& Lanfrā.in c.qm̄ contra,uersic.in testium deposit.nu.4. de pba.& Rui.cōs. 103. nume.12.in 4.uol.Cephal. consil.441.nume.88.uolum.3.& Bero.cons.19.nume.14. & consil.90.numer.4.uolum.3.faciunt quæ dixi supra decisio. 10. numero 10. & 31. & ideo mandatum, & solemnitas extrinseca non præsumitur interuenisse ex longinquitate temporis,quando in instrumento non apparet: secus si in eo legitur interuenisse, ut per Cephal.consi.316.numer. 27. & seq. uol.3.Riminal.sen.consil.461.nume. 13.& seq.uolum.3.Ancharan.Regiens.quæst.24. numero decimo,& seq.in prima par.Purpura.consil.408.nume.7.uolum.secun.& Ferrant.Gargia,Patroci.28.nume.38. Item statutū,cū petitur executio instrī non liquidi, uidetur uelle q̃ fiat talis liq datio infra tp̄s sex dierum, infra qđ vult reum posse exce-
9 ptiones suas uerificare,† quia talis dilatio, licèt detur reo,tamen communis etiā actori uidetur,ut per Iaf.in l.in pecuniarijs.numer.3.ff.de feri.in l.si domus.§.in pecu.nume.7.ff.de leg.1.& Angel. Aretinus in §. si minus,sub nume.11.Institu.de actio.Ioan. de Amic.consilio 92.Nec potest alter in pręiudicium alterius ei renuntiare, ut per Iaso.in l.1.nume.54.ff.de adopt.post Bald.in l. petendæ.C. de tempor.in integr.restitut. & Paul.de Cast.in consi.233.in 2.par. Aretin.d. §.si minus.d.numero decimo, & undecimo, & ista non fuerunt obseruata, unde gesta non obseruato ordine, & forma, sunt nulla, ut supra dictum fuit.

Quartò dicta sententia fuit nulla, quia fuit lata extra tempus statuti prædicti præfixi ad finiendas, & terminandas causas executionum. Nam executio prędicta fuit petita uigore dicti statuti simpliciter intentati, ut dictum est, sub die 23.Iulij, & sententia lata sub die 12.seu 15. mensis Septembris, & tempus instantiæ est solum unius mensis.Nam statutum dicit, quo termino, seu tempore dato ad probandum elapso, teneatur Dominus iusdicens infra tempus instantiæ dicti mensis pronuntiare instrumenta, sententias, & ultimas uoluntates exequenda,ut exequendas esse, uel non. & licèt ibi dirigantur uerba Iudici, tamen dicit. infra tempus instantiæ dicti mensis, instantia autem dicti mensis fuit posita in statuto ibi pręcedenti incontinenti posito sub Rubr.quanto tempore duret instantia cuiuslibet causæ, ubi dicitur: At in quæstionibus executionum secundum formam statuti positi sub Rubr.de executio. senten. instru. & ultimarum uoluntatum, unum mensem duret, & incipiat currere a die depositionis depositæ, & citationis quomodolibet legitimè subsecutæ, & per dicta uerba apparet, quòd tempus etiam est appositum instantiæ, & constat, quòd nedum unus mensis præterierat,sed 20.dies ultra dictum mensem, ex quo executio fuit petita,die 23.Iulij, & die 15.Semptembris lata
10 fuit sententia, ut dictum est, † & clarum est, quòd sententia lata extra tempus, instantiæ,est ipso nulla, l.properandum, ubi omnes.C.de iudic.tradit Alex.in consi.136. in 2.uolum.in consil.42. in consil. 82. in 3. uolum.in consil.24. in fine. in 4. uolum. in consil.63.& in consil. 165. in 6. uolum. & Afflict in constit.hac lege,sub nume.2.Bal. in consil. 179. & septuagesimosecundo, in
11 primo uolu. † Nam talis instantia perempta annullat processum, ut dicit Afflict. in decis.70.dixi supra decisio.11.nume. 19. & decisio.16. nume.15.& 16.& decisio.17.nume. 1.& 2.
12 Et † quando sententia est nulla ex defectu potestatis, non potest reformari, nec confirmari etiam de consensu partium, ut

tradunt Abb.Fely.& ibi Deci.sub.num. 24. in c.prudentiam.de offic.& potest.iudi. delega.& dicit Perusi.in cap.dilecto.sub num. 19.de appella. quod est impossibile confirmari talem sententiam, tradit Bald.in consil.101.num.decimoquinto, volum.3. & in consil.228.in fin.uolum.5. & in consil.331. in 2.par.uide latè infra decis. 25.

13 Similiter † sententia nulla ob defectum processus substantialis (vt est ordo traditus pro forma, aut libelli ineptitudo) non potest reformari, sed dumtaxat pronuntiari nulla, ut uoluit Abb. post alios in 3. & 4. not.in cap.cũ dilecti, per illum tex.de emp. & vendit.Alexand.in consil.79. in 2.uolu. & Deci.consil.483.2.colum.uersic.ex prædictis, & Fely.in c.in literis,colum.pen. uers. tertia declaratio.de officio delegati. Crot. in consil.238.nume.9.& 10. Mari. Angusso consil.145.numer.5.uolum.1.per rationem.Crauet.consil.273.nume.7.lib.2.

14 Et † similiter ob defectum processus ꝓpter peremptionem instantię sententia nulla non potest reparari, sed omnino pronunciãda est nulla, ut lata a iudice non habente amplius in ea causa iurisdictionem, ut tradit Bal.in d.consil.298.in fin.in 3. uol.& in alijs supra allegatis, & Alexand. in l.iudex.post Salyce.& Imol. ff.de re iudica. & latè ponit, & sequitur Crauet.cõsil.270. in 4.dubio, & ex supradictis,& per Craue.ibi patet, hanc esse communem opinionem,& non contrariam, ut attestantur nonnulli moderni, qui solum allegant Alex.in quibusdam consilijs relatis etiam per Crauet. in d.consil.270.ubi dicit Alexand.debere intelligi renouata instãtia, aliter malè in hoc locutum fuisse; uide tamen infra d.decisio. 25.ubi latè distinctè,& Hiero.Gig. in consil.83.col.7.& 8.car.113.

Nec ei, quod dictum est de peremptio-
15 ne, obstat, † quod iudex delegatus non uideatur ipse astrictus ad obseruantiam instantiæ dicti statuti, ut uoluit Ang. in l.ius autem ciuile,ff.de iusti.& iure.& Bald.in c. licet ĩ corrigẽdis de officio ordina. & Imo. in cap.cum ex officij de præscriptio. Quia immo etiam delegatus tenetur obseruare statuta loci, ubi agitur iudicium in procedendo, ut tradunt Doctor. in rub.de consuetu.& latè tradit Roch.in c.fin. in quæst. 16.in 3.amplia. de consuetu. ubi ex relatis per eum patet, hanc esse communem opinionem, & ita etiam tenet,& dicit communem Alex.in consil.164.in 6. uol. & patet ex deductis per eum, & ulterius ita tenet Pau.de Cast.in cõs.140.nu.4.& in cõs.310. in 1.par.Gozadi.in cõs.69. & ĩ cõs.101.nu. 2.& 10.& nouissimè ita sequitur alios citãs Sebastia.Vanti.de nullita. ex defectu processus, sub nume.56.& 67.& Corne.uoluit in consil.43.in fi.in 3.par.latè Roland.consil. 48.uolum.3.

Nec habet obstare, quòd in casu isto uideatur specialis prouisio Serenissimi Magni Ducis Etruriæ Domini mei, quòd omnes causæ iustitiæ intelligantur habere, & habeant tres menses instantiæ a die præsentatæ commissionis, intra quod tempus Serenissimus Magnus Dux vult tales causas iudices debere terminasse sub pena scutorum 25. auri.

16 Quia † talis prouisio loquitur in causis, de quibus committitur fieri iustitia, & debet ferri diffinitiua sententia super iustitia causæ,& sic in ordinarijs, in quibus quãdo committitur iustitia fieri, debet ordo iuris seruari, ut per Deci.in consi. 483. nisi committatur summariè,& cęt.quia tunc talis iustitia summariè iuxta tenorem supplicationis & commissionis agitari & fieri potest, ut ibi latè per Deci.& per ea, quę supra dixi decisio.14.nume.45.& in decis. 19.
17 nume.12.& 13. † Non autem loquitur in causis executiuis, in quib. causa dicitur expedita non expedienda, & terminanda, ut tradit Bar.in l.post rem.ff.de transact. & in quibus iudex non dicitur diffinire & iudicare, sed diffinitum & iudicatũ exequi, iuxta tradita in l.a Diuo Pio. ff. de re iudica. & causa executiua non dicitur propriè causa,
18 sed cum adiuncto executionis † & statutũ loquens de lite, quæstione, & causa simpliciter, non procedit in tali causa executiua, ut per Iaf.in d.l.post rem, & in l.eleganter. ff.de condicti.indebiti,& in l.causa cognita. C.de transact. Alexand.consil.82.in 1.uolu. dum concludunt, quòd statutum, quod de omni causa, lite, quæstione, & differentia debeat fieri cõpromissum, uel causam mitti ad consilium sapientis, non habet locum in causa executiua,& Barba.consil.53.colum. 4.uolum.4.Alexand.consil.145. uiso, colũ. fina.uolum.5. Hippoli.sing.467. uiget.numero

mero 2.Bald.consil. 152. uolum.4. Roma. consil.262.colu. 1. Barto.in 1.constit. C.nume.6.& ibi.Bal.in §.quibus.nume.8.in fi.& ideo semper dixi, & obseruatum fuit statutum de Patialibus, nõ habere locũ in causa executiua liquida, vel liquidata ante petitionem recursus, quia Patiales nõ possunt exequi sententias, & instrumenta liquida, ut per Maran.in Spec.aur.in 6.par. in uers. executio, num.5.car.265.Pract. Pap.in for. execu.sent.diffini.in glo.sapiens, sub num. 13.car.178.Rui consil.113.nume.10.uol.4. sentit Roderic.Soarez in l.post rem iudicatam,in declarat.Regni. uersic. circa iudicẽ. ff.de re iudica.car.698.Borrel.de compromis.§.3.glo.4.nume.84.car.133.Secus si nõ esset liquida, per supradicta, quia possunt isti boni uiri pronuntiare exequendum, facta coram eis liquidatione,vel liquidatis liquidandis,per tradita per Brun. de forma, & solemni. articu. quis possit dare,& tol. formam, col.penult.Tiraq.de retract. conuentio. §.fi.sub numer.55. Ias. in l.a Diuo Pio.§.sententia uerò.ff.de reiudic. P. M. in Responso.188 uolum. 1.

19 Et † quia causa ꝓpriè dicitur ius, quod deducitur in lite decidendum,& non decisum,per tradita in l.properandum, in princip.C.de iudi.& in l.postquam liti,ubi Pau.
20 de Cast.& Alexand.C.de pact.† & in statutis propriè uerba sunt intelligenda.l. quicquid astringendæ.ff.de verb.obliga.cum si-
21 mili.ibi per Iaso.& † alia est causa,seu iudicium ordinarium, alia summaria, & alia executiua,quæ extraordinaria dicitur, ut per Marant. in Spec.aur.in 9.& 10.distinct. & in quolibet uti diuerso consideratur instantia,ut per Ias. in l. properandum, sub nume.8.& 9.C.de iudi.& uerba etiam in dubio de iure ordinario, & non extraordinario intelliguntur, ut per Barto.in l.Scia.§. medico.ff.de annu. leg. cum concordantibus, & per Deci. in cap. inter cetera, in 3. colum.de appel.Roma.consil.262. numero
22 secund.† & ulterius,ex quo simpliciter intentauit istam uiam executiuam dicti statuti, uidetur alij uiæ sibi competenti uigore d.cõmissionis renunciasse.c.ut qui duas, de electio.in 6.& cap.1.de post prælato.Maran.in Spec.aur.in sua disputa.6.numer.24.
23 car.291.† & intentans unam uiam, uidetur se astringere ad eius formam,& qualitatem obseruandam, quia tenetur ea uti cum omnibus suis qualitatibus.l. Pomponius.§.cum quis, ubi Docto.ff. de acquir. possess.Maran.in Spec.aur.in 6.par. octauo actu.nume.14.car.186.unde utens statuto, debet eo uti, prout loquitur,ut per Dec.in l.cum fundus.§. seruum tuum imprudens, sub numero.13.ff.si cert.petat.& in c.ecclesiæ Sanctę Mariæ sub num.71.de constitut. & tradit Ripa in responso.8.nume.2.de iu-
24 re dotium,lib.1.car. 16. ubi dicit, † quòd statuti beneficio quis non potest uti, nisi cum sua forma, suisque qualitatibus. Soci. in consilio nonagesimoseptimo, colùm.2. uolu.1.Rapha.Cuma.in consil.36.& in cõsil.85.post colum.2.ubi dicit, quòd uolens uti statuto, debet eius formam & mentem seruare, & Ias.in auct.quæ supplicatio,post numero quinto, C.de precib.Imper. offeren.dicit, quòd statuta ubi aliquid disponunt, tam in tempore, quàm in forma, debent omnino seruari,& facit quod tradit Boer.in decisio.23.sub nu.31. ubi dicit post
25 Bald.per eum ibi citatum,† ꝙ agens ex instrumento,debet agere secundum qualitatem instrumenti cum suis modis & temporibus: qui enim non obseruat tempus, non dicitur obseruare formã,ut per Bald. & Ias. in d.auct.quę supplicatio, & per Iaso. in l. qui Romę,§.Calimacus.nu.13.ff. de uerb. oblig.& in consi.157.colum. fin. in 2.uolu.
26 † & statuta,quę aliquid disponunt in tempore,sunt seruanda ad unguem,& si fiat cõtra,est irritum ipso iure,Bald.in l.ordo,circa medium.C.de executio.rei iudic.Socyn. consil.91.colum.2.uol.4.& sequitur Ias.ubi sup. faciunt quæ dixi in tracta. de tuto. nu. 249.car.237.& supra decisio.11.& 13.Et ꝓpterea cum positum sit tempus unius mensis ad pronunciandum instrumentũ esse exequendum,& in dicto mense dicta pronuntia facta non fuerit,sed post per 20.dies,illa fuit,& est nulla per prædicta, cum & ut ordinarius, & ut delegatus tenebatur instãtiam prædictam obseruare, & uiam,quam sibi elegit, ei patere debet: Cautela tamen est,ut petas in libello executionem,& dicas, & casu quo non mereatur executionem,peto pronuntiari diffinitiuè ordinario iudicio me esse uerum creditorem de summa petita, & reum cõdemnandum in sorte cũ expensis, ponẽdo clausulas salutares,petẽs

ius, &

ius,& iustitiam, & omni meliori modo, &c.quia tunc dictum iudicium executiuũ transibit in ordinarium absque refectione expensarum,vt dixi supra decis.1. nu.16.in fi. & facit dictum Roma.consi.496.col.1.& 2.& ibi Mandosi.& Crau.cons.162. num.4. lib.1.Quintò etiam,ubi causa esset delegata,sententia uidetur nulla, quia commissio est super credito scutorum centum instrumenti,& uidetur referri ad principale debitum, & non ad id,quod accessoriè ueni-
27 ret, † quia rescripta ad lites,sunt stricti iuris.Ias.in l.beneficium,in princip.C.de constit.princ.Abb.& Dec.in c.significante,&in c.sedes, de rescript. Rimin. senior consilio 410.nu.2.uol.3.Burs.consi.73. nu.6. uol.1. Corne.cons.211.lit G.in consi. 282. uol.3. & in consilio 163.& 247.lit.A.in 2. par.& Afflict.decis.366. nu.3. Derogant enim iurisdictioni ordinariæ, & ideo sunt odiosa, vnde non debent extendi sed restringi, ut per Ias.in l.serui electione.nu.18.ff. de leg.
28 1. † & uerba commissionis debent referri ad id,quod principaliter continetur in cõtractu, seu instrumento,de quo fit mentio. l.si quis nec causam,ubi latè Ias.ff.si cer.petat. facit quod dixi supra, decisio.14. num. 46.& maximè, cum principale debitum esset quasi in totum solutum, & non sit uerosimile, quod si expressum fuisset Principi talem solutionem, & quod prætendebat talia scuta centum non pro sorte, sed occasione vsurarum, & pro vsuris vsurarũ;
29 quod hoc concessisset, † ex quo vsuræ sunt odiosæ,& omni iure prohibitæ, ut not. in auct.ad hæc.C.de vsur.& in l.1.C. de summa Trinit.& fide cathol.latè Crau.consilio 189.uol.1.& Rolan.consi.55. vol.2. Octauia.Pedamonta.decis.137.nu.6.& Iul.Clar. pract.Crimi.§.vsura. col.2. uers. sciendum est,car.44. ubi dicit esse magis communẽ, & ex quo talia in eius dominio non sunt solita peti,nec solum nedum sub nomine vsu-
30 rarum, sed nec sub nomine interesse, † & quando usura loco interesse deberetur,tamen vsuræ vsurarum nunquam debentur nisi in pupillaribus actionibus,quando debentur,Iodoc.in tract.de tuto. interesse,c. 1.nu.43.& 44.car.130. dixi in tract. de Tutore,sub nu. 116.car.109.uide Laur. de Pinu,consi.112. car.143. & nisi interesse iam esset calculatum, & positum in creditum, & ut sors deberetur,aliàs secus,ut sequitur Ruin.consi.55.nu.15.& sequen.uol.2.Ias.in l.cum fundus.nu.5.ff.si cer.pet. & Beneuenut.Strac.in trac. de mercatu.tit. de contracti.mercator.numero 3. & 4. car.78. Et tale rescriptum uidetur limitasse concessionem ad summam centum scutorum expressam,& fuit facta petitio de summa scutorum centum quinquaginta septem,ad quã
31 iurisdictio delegata non se extenderet,† & in fundanda iurisdictione qualitas expresse,quantitatis in petitione attendi debet, ut supra dixi decisio.3. numero 17 car.42. & iuxta tradita per Docto.in l.1.§.stipulanti.ff.de uerb. oblig. ubi Iudex, cui data est potestas cognoscendi de certa summa,non potest cognoscere de summa maiori petita,sed illius cognitio spectat ad iudicẽ de-
32 putatum in maiori summa. † Nec rescripta ad lites patiuntur estensionem ultra eorum uerba,& mentem delegantis,ut per Doct.in rub.& in c. super literis, & in c. fi. de rescript.Rimin.sen. consi.295. nu.5.& 6. uol.2.Fel.in c.examinata.num.11.de iudic.
33 Burs. consi.73. nu.6. uol.1. † Et ubi causa non comprænhenditur sub verbis rescripti, & commissionis, processus est nullus ipso iure,& pariter sententia est ipso iure nulla,ut per Innocen.in d.c.super literis, Pau. de Cast.in consi.254.sub nu.23.in 1.par.& Fel.in c.sedes,in fi.de rescript.& Rui.in cõsilio 37.sub nu.9. in uersi. quo uero ad tertium, in 5. uol. & quòd istud interesse non comprændatur in rescripto, apparet, quia in precibus nulla est facta mentio de interesse isto, & cum debeatur principaliter,& non accessoriè,& ut separatum a capitali petatur, dicitur uenire de per se, & non comprehendit in constitutione, & rescripto aliàs secus, ut per Octauia. Pedamonta.decis.129.num.16.circa finem, car. 521.facit Bero.consi.200.nu.4.5.19. & sequen uol.1 Rimin.iunior consi. 67. numero 36.uol.1.consi.346.uol.3.& faciunt,quæ dixi supra,in decis.14.& Rui.d.consi.55.numero 18.ibi,nec obstat ille textus,uol.2.

Circa uerò secundum, quomodo iniquitas,& iniustitia deprænhendatur. Primò uidetur deprænhendi, quia petitio facta pro usuris,& earum usuris,non uidetur potuisse fieri,quia instrumentum,cuius petita est executio,in sui tenore non habet,nec contines

tinet

tinet aliquam promissionem,& obligationem usurarum; non enim dicitur, quòd possint accipi pecuniæ ad vsuras, nec sub cam-
34 bijs; † & instrumentum tantum probat, quantum eius uerba cantant,& non plus.l. interest multum.ibi, quantum lectio probat, & quod ibi Ang.& l.pecunia.C. de solutio. & l.cum precibus,C. de probatio. & ubi instrumentum non cantat,nec ego cantabo,dicit Bal.in c.per uenerabilem,de electio. & ubi instrumentum non loquitur, nec nos loquimur, dicit Bal. in c. Rodulphus, de rescrip. & instrumentum probat secundum eius tenorem, non præter, aut contra tenorem, ut dicit Bal.in l.ad probationem,la prima,de proba. & tradit prædicta Beltran.in conf.202. sub nu.1. & Andr. Tiraq.alios citans,in l.si unquam,§. libertis,sub nu.6.C.de reuocan.donat.nisi ex cõiecturis aliud clarè appareret, quia in contractibus potius attenditur uoluntas contrahentium,quàm uerborum conceptio,& potius causa finalis, quàm uerba, & ideo aliquando uerba impropriantur: & uerbum,uendidit,accipitur pro reuendidit,& ex tractatibus declaratur conclusio in dubio,& ex coniecturis,Bal.in l. multum,C. si quis sibi,uel alteri.Eucrar. consilio 150. Dec.consi.150.nu.9. col.fi. consi.160.col.1. conf.374.nu.1.consi.350.nu.4.& conf.351. nu.4.& 5.Crau.consi.202. num.37. & seq. Rol.consi.69.nu.41.& seq.uol.3.Paris.consilio 20.nu.61.& 62.uol.1.consi.72. nu.52. seq.uol.4.

Quatenus autẽ facta est petitio pro damnis, interesse, & expensis, uidetur de iniquitate apparere in tali instrumento. Primò,quia nulla qualitas exprimitur certa,
35 † & ubi debet peti executio super damnis, & interesse, debent prius talia liquidari, Bal.in l.2.circa fi.C. de executio. rei iudic. in consi.99.& in consi.242.in 5. uolum. & Dec.in consi.251.sub nu.6.Rui.conf.29 plura,nu.1.uol.5.Pau.de Cast.consi.229.num. 2.uol.2.Cur.iun.consi.239.in fi.uol.3. Rolan.consi.30.nu.29.uol.2.Et licèt potuisset peti executio, & postea fieri liquidatio in ipso processu executiuo ad euitandum circuitus,ut per Octauia.Pedamonta.decisio. 129.tamẽ talis liquidatio facta nõ uidetur. Nam produxit quasdam fides in forma priuatæ scripturę Ser Hieronymi Pagani,qui
36 scripserat dictum instrumentum,† & tales fides nihil probant, tum quia priuata scriptura quantumcunque a Notario scripta, nihil probat,ut per Alex.in consi.48.numero primo,5.uolum.Dec.in consi.407. numero 6.Bald.in conf.438. in 3.uolum. & Cagno. in l.si librarius.sub numero 40. ff.de regul. iur.& potissimè,cum fuerit contra eas oppositum, & non fuerint uerificatæ, ut per Doct.in l.scripturas.cum auth.ibi posita,C. qui potio.in pig.habean. Afflict. in decisio. 80.in fi.& quàm plura requiruntur ad uerificationem illius Soci.consil.274.uolum.2. Afflict.decisio.181.Rui.consi.46.numero 3. 4.14 consi.79.numero primo, uolum.4.Roland.consi.84.uolum.3. Purpura.consi.462.
37 uolum.2.† immo ubi Notarius facit fidem de instrumento, & contentis in eo a se rogato non probat, quia de illa fide non est rogatus, Alex.in conf.147.numero 5. in 6.uol. Corne.in conf.93.in fi.in 4.par.in conf.73.in 2.par.Cag.in l.si librarius, sub numero 40. ff.de reg.iur. Dec. consi.551. numero decimo, Purpura.d.consi.462.numero 2.Fulgo. in consi.195.& Alex.in consi.36.sub numero 6.uolum.2.Bald.consi.438.uolum.3.Rube.consi.94.numero 2.Pau.de Castro consilio 301.numero 4.in fi.uolum.primo, Rui. consi.134.num. 3.uol.5. consi.147. numero 12. uol.1.

38 Et clarum est, † quod ubi de certa quantitate non est conuentum, & talia damna, interesse,& expensæ ueniunt, seu debentur ex contractu, si petuntur principaliter, debent liquidò probari per testes, & alias legitimas probationes,& maximè, quando a principio lex non declarat,aut non approbat,nisi cum causa, Alexã conf.141. col.1.in 5.uol. post Docto.in l.1. C.de sent.quæ pro eo,quod interest. & tradit Plot.in l.si quando.numero 452. & seq. C. unde ui.Crauet. consi.89.Paris.conf.60.uol.1.Dec.& ibi Cagno.in l.quatenus.ff.de reg.iur.Ceph.consi.290.numero 14.& 15.uol.2.conf.133. numero 130.& seq.uolum.1.Anchar. consilio 150.est glo.no.in c.dilecti, de foro compe. & in §.non solum,Insti. de uerborum obliga.& tradit latè Rimi.iun.consi.52.numero 31.& seq.uol.1.& conf.304.numero 8. & sequen.uolum.3.Crauet. consi.189. nume.7. libro primo,& Dec.in conf.119. col.3.uers. sextò ad hoc,& tradit Ang.Aret.in d.§.non solum,

39 solum, † & idem dicitur de pœna etiam, quando loco interesse ponitur, ut in d.§. nō solum, & in l.fi. C.de præto.stipula. Nam liquida probatio requiritur, ut pœna committatur, ut per Alex. in consi.51.in 4.uol. & per Dec.in conf.380.Iaf.in l.admonendi. numero 291.ff.de iureiurand. Nec habent obstare quædam instrumenta, quæ dicun-
40 tur fuisse producta, † quia fuit uerbalis ꝓductio, & parte non citata, & non sibi data copia cum termino ad opponendum, ideo non probant, per tradita per Hippo.in sing. 81.& Ripa in respon.17.de rescrip. & Soci. iun.in conf.134.uol.2.Lancel.Conrad.de officio præt.rubr.de instrumen. num.2.& seq. car.144.& extra tempora statuti, Hippo. in singu.170.& tertiò non nocent, Dec. consi. 407.numero 4.& conf.348.in fi.Iaf.in consi. 36.in 3.uolum.ut latè de omnibus loquitur Lancel.Conrad.de officio prętoris, lib.1.c.9. rub.de instrumen.numero 2.& seq.car.144.
41 & infra, num.79. † & ubi iudex potest ipse taxare talia damna, interesse, & expensas, eius arbitrium debet esse æquum, & iustū, & secundum quod interesse soluūtur in regione tantum pro centenario, & non ad rationem, qua soluuntur usuræ Hebręorum, quæ sunt prohibitæ, Iul.Clar. ubi supra.§. usuræ, columna 3. uersicu. hæc autem, car. 45. quia in primis inspiciendum est, quod actum est, & postea quod in regione illa frequentatur, ut dicit tex. in l.semper in stipulationibus, & ibi latè per Dec. & Cag.ff.de reg.iur.Rota Luca.decisio.21.numero 35.& 36.car.130.& prout fecit sacrum consilium Neapolita.ut per Afflict. in decis.91. & decis.284.Didac.uaria.resolu.lib.3. c.10. nu.2. Rui.consi.224.numero 13.14.uolum.1.Cepha.consilio 506.uol.4.Rimi.sen.conf.318. numero 32.uolu.2. Nec modò uidetur obstare, quòd in instrumento fuerit conuentū de stando simplici dicto creditoris de dictis
42 damnis, interesse, & expensis, † & talis conuentio ualeat, ut per Bar.in d.l.fi. de præto. stipu.& Ang.Are.in d.§.non solum, & Iaf. in l.iurisiurandi. ff. de iureiuran. Afflict. d. decis.91.numero 9.& numero 10.& sequē. Alex.consi.54.numero 1.& 5.uolum.2.Barto. in l.uideamus. §.deferre. sub numero 8. in fi.ff.de in lit.iuran. quia hoc procederet, ubi talis promissio, & conuentio fuisset facta a domino, ut loquuntur Docto.uel a ꝓcuratore habente ad hoc speciale mandatum: sed in casu nostro dicta conuentio, & promissio fuit facta per Ioannem Mariam procuratorem, qui in hoc non habebat speciale mandatum, nedum ad ipsam conuentionem, sed nec ad promittendum dicta dā-
43 na, & interesse, † & procurator extra mandata non potest obligare dominum, nec q̄cquam facere in eius præiudicium.l.in re mādata.ff.mandati, & c.cum dilecta, de rescri. & ibi Doct.

Quod autem non haberet hæc in mandato, patet ex lectura ipsius mandati, in quo apparet cōstitutus procurator ad emēdum & mercandum tantam quantitatem frumenti, seu fabarum, seu aliarum bladarum, quæ ascendant ad quantitatem, & precium scutorum ducentorum quinquaginta de auro, & illis, & pro illo pretio, & pretijs, & sub illis modis, & formis, & cum illis cautelis, & eo modo, & forma, & prout, & sicut eidem procuratori uidebitur, & placuerit. Item ad contractum obligationis usque ad dictam summam scutorum 250. faciendum, & ad obligandum se nomine ipsius Bertoloti principalis in qualibet forma, usque ad dictam summam, & quantitatem, & ad confitendum & recognoscendum se dicto nomine debitorem pro dicta summa, & ad omnia, & singula facienda, & gerenda, quæ circa prædicta, uel in aliquo prædictorum uidebuntur oportuna, & necessaria, dans ei circa prædicta plenam, & liberam potestatem, &c.

Et ex præmissis apparet quòd solum habebat potestatem emendi, & mercandi usque ad dictam quantitatem scutorum 250. & pro dicta summa, & non ultra, & obligādi dictum Bertolotum usque ad eam, & pro ea, & non ultra, & ad confitendum, & recognoscendū se debitorem pro dicta summa.

44 Et † licèt potestas emendi, et obligandi data fuerit sub illis modis, et formis, et cū illis cautelis, et eo modo, et forma prout, sicut eidem procuratori uidebitur, et placuerit, tamen prædicta uerba non uidentur data ad obligādum Dominum ad alia, quàm ad summam prędictam, quia important arbitrium boni uiri, ut per Bar.in extrauag. ad reprimendum, in uerbo, uidebitur, ut ꝑ Are.in §.in bonę fidei, Insti.de actio.et latè per Georg.Nattam in clem.sępe, de uerbo. signifi.

signifi.Blanc.de compromiss.q.prima. & tetigi supra decisio. 19. & tale arbitrium intelligitur circa mandata inefficaciter obligando dominum, circa mandata, & commissa,non autem ad alia, & sic ad damna,& interesse nõ comprehensa in mandato. nec uidetur etiam obstare, quod dicta potestas fuerit etiã data ad omnia,& singula facienda, & gerenda, quæ circa prædicta, uel in aliquo prædictorum uidebuntur opportuna & necessaria dando ei circa prędicta ple
45 nam,& liberam potestatem. † Quia per dicta uerba, circa prędicta, uel in aliquo prędictorum, talis libera potestas restringitur ad ea solùm, quę in mandato sunt expressa, ut tradit Bar.in consi.6.& 7.in 2.uolu.Pau. de Castro in consilio 335. in prima parte, & latè Parif.in consi.45.in 1.uolu. & Rui in consilio 67.consilio 93.numero 5.uolum 5. Alex.in l.rescriptum,§.plerunque, numero 8.C.de pact.Turzan.commu opi. q.16. & q.
46 82. † Imò ubi mandatum non fuisset restrictum ut supra, quamuis tunc mandatũ cum libera operetur idem, quod mandatũ speciale,& paria sint habere alterum corũ, ut in l.procurator,cui.ff.de procurato & latè per Didac.uaria.resolu.lib.1.c.6.numero 3.Alexand.consilio 44.numero 2.uolum.2. & Ias.in l.si procurator.ff.de cond.indebiti. tamen non uidetur quòd possit dominus obligari ad interesse regulandum secundũ
47 cursum usurarum Iudęorum, † quia hoc uerisimiliter dominus in specie non concessisset,& hoc in tali mandato non uenit.c.in generali concessione, ubi Din. & Io.An.de reg.iur.in 6 & per Bar.& Alex. in l.generale.§.uxori.ff.de usufr.lega.Bar.& Docto.in l.iubemus nullam.C.de sac.san.eccles.Bero. q.25.cons.25.numero 13.& 14.uolu.3. Rota Perusi. decis.35. numero 3.in prima par. sed tantum ad interesse, quod in regione frequentatur,quod est ad rationem septem, uel octo pro centenario,quia hoc actum uidetur,ubi in mandato obligatio ad interesse contineretur. d.l. semper in stipulationibus.ff.de regu.iur.& ibi Docto.Rota Luca. decisio.21.numero 35.& 36.& de frequentato, & solito ordinariè non extra ordinariè, ut per Dec. consilio 430. numero 5. & per Plot. in l.si quando. numero 182. in 6.
48 & 7.casu,C.unde ui.& etiam † quia in generali mandato cum libera, non ueniunt maiora expressis,nec ardua,nec illicita,unde potestas donandi, & dilapidandi non cẽsetur in eo concessa. l. contra iuris regulas. § primo.ff.de pact.Dec.consilio 402.numero 9.& tradit Ias.in d.l.si procurator.in tertio notab.& Abb.in c.sedem,de rescrip.Bero.d.q.25.Sebastia.Vanti.de nullita.senten. ex defe.inhabili.numero 75.& seq. Tiraqu. de iur.consti.in tertia par.limita.13. numero 4 & 5.Franc.Marci decisio.481. numero 6.in prima par. & cum non ueniant prędicta,non uidentur etiam uenire ea, per quę
49 prędicta sequi possent,† quia cum quid nõ censetur concessum, sed prohibitum, non censentur concessa, sed prohibita ea,per q̃ deueniretur ad illud.l.2.ff. de iurisd.om.iudic.cum similib.ibi per glo.& Doct.Paul.de Castro in l.si unus,ff.de serui.rusti.prędi. & Crau.in rub.ff.de legatis primo,num.191.&
50 seq.Hinc est, † ꝙ tale mandatum cum libera,non extenditur ad iurandum,ut per Anto.Baue.in tract.iuram.in 54.specia. per Paris.in d.consilio 45.uolum. primo, ubi fortius dicit, ꝙ mandatum ad iurandum, non extenditur ad renuntiandum reductioni ad arbitrium boni uiri cum iuramento.unde multo minus,ubi non est iuratum,& tradit Rui.consilio 214.numero 2.in 1.uol.post Bar.& Alex.in l.qui bona.§.si alieno. ff. de damno infecto. Nec tale mandatum nõ extenditur ad renuntiandum exceptionibus peremptorijs, Paul. de Castro consilio 196. sub numero 2.in 2.par.& Lauren.Calcan.in consilio 25.sub numero 14.Nec etiam uigore talis mandati procurator potest renunciare instantię.Soc.iun.in consilio 18. in fi-
51 ne,& in consilio 24.uolum.primo.† Nec potest pacisci, ꝙ a sententia non appellabit, nec remittere appellationem, & ius dicendi de nullitate, Ripa in l.nemo potest, sub numero 88.ff.de legatis primo,Bero.in q.famil.q.33.& ibi quòd non possunt fieri, quę principaliter aduersario, & non domino sunt fauorabilia, nec maiora expressis, sed minora,uel similia,& q.25.Hinc est etiam,
52 † quòd tale mandatum quantumcunque etiam datum ad contrahendum, uendendum, & emendum, ac ad iurandum, non excludit dominum a remedio, lege secunda, C. de rescinden. uenditio. Afflict. in titul. de pact. iur. fir. in tertio notab. nu-
53 mero 28. † Nec extenditur ad eligendum,

dum,

dum,& declarandum uoluntatem domini, vt per Euer.in sua Centur.in loco,ab usitato,in 1.limita. & per Parisiensem in consuetu.Paris.§.14.sub nu.11.

Et eisdem modis,& rationibus, quibus ad prædicta tale mandatum non extenditur, dicendum est non extendi isto casu ad dicta damna,interesse, & expensas: nec ad standum simplici dicto creditoris, nec ad non petendam reductionem ad arbitrium boni uiri, ut in instrumento continetur. Quia pariter hoc non est uerosimile, & uidetur illicitum, arduum, & sapit donationem, & dilapidationem, & est præiudiciale domino,& fauorabile aduersario,nec arbitror quenquam recti iudicij aliter posse sentire,ut etiam per Alex.d.cons.40.col. 2.uol.7. Nec dici potest, quòd Bertolotus ratificauit ipsum contractum per acceptationem bladarum, & solutionem earum, adnotata per Dec.in l.semper,qui non prohibet,nu.7.ff. de reg.iur. vide Dyn. in reg. ratum,col.1.eo.tit. in 6. quia hoc intelligitur in mandatis, & non extra mandata, & quatenus instrumentum quoad mandata se extendit,& non ultra, cum nihil unquã actum fuerit circa talia damna,& interesse

54 per supradicta, † & quia ratificatio, quæ ex facto colligi potest,nõ operatur nisi quo ad talem actum facti, & quatenus ex eo necessariò infertur,ut per Dec. in consi. 560. nu.7.Pau.de Cast.in consi.334. sub nu.5.& in consi.412.in fi.in 1.uol. & per Alex. in l. 1.§.excipitur.nu.3.ff.de feri. & faciũt, quæ dixi in meo tract.de tutore, nu.75. car.56. & seq. & sic dicta conuentio non obstat,

55 nec præiudicat domino, † & debebat fieri liquidatio alio modo per testes,uel instrumenta, ut supra dictum est. numero 38. & per Plot.in l.si quando,numero 452. uersi. ubi uero,& num.seq.C. unde ui. Anchara. Regiens.q.33.numero 4.in 2.par.& ubi fuisset facta a domino, merebatur taxatio ista reduci arbitrio boni uiri ad æquum & honestum,iuxta tradita per Afflict.in d.decis. 91.nu.10.& 12.& per Paris. consi.60. sub nu.5.in 1 par.Abb. in c.dilecti filij, nu.11. de foro compet.Perusi.c. ad hoc, col.1.de appel.& Rol.consi.87.uol.4.

Secundò,quia ad talem liquidationem, licèt dies solutionis posita sit in instrumento,uidetur quod debebat probare,Bertolotum fuisse in mora, quia sunt debitor,& creditor diuersi fori, & solutio promissa est cum clausula illa,quam quantitatẽ pro-

56 misit soluere Fiuizani, &c. † quibus casibus dies non constituit in mora debitorẽ, sed bene creditorem, qui debuit ire ad domum debitoris,uel in loco destinatæ solutionis,& interpellare debitorem,quod sibi soluat,ut tradit Bar.in l.item illa.ff.de constitu.pecun.Soc.iun.consi.136. col. 1.uol.2. Rol.d.consi.87.nu.17.consi.57.nu.26.uol.1. & Bal.in l. acceptam, C. de usur. & Ias. in consilio 8.sub numero 3.in 1.uol. Bero.consilio 126.nu.20. uol. 1.Nec est necessariò facienda protestatio, de qua per Bar. in d.l. item illa,nu 9.& 10.sed fit ad cautelam, ut tradit Rim.senior consi.72.uolum.1.& late Dec.in consi.566.sub nu.5.& Ruin.in cons. 150.nu. 2.& consilio 151.nu.6. in 1.uol.& in consi.32.sub num.5.in 5.uol.Petr. Duena, reg.161.in uerbo,creditor.Rol. consilio 14. uol.1.Euerar.consi.68. col.8. nu.30. & nu. 40.car.245.secus si essent eiusdẽ fori, quia debitor incideret in pęnam, & moram etiam, quòd creditor non daret fideiussorem, uel pretium non inuestiret, ut promisit, quia ipse prius tenetur soluere,uel offerre,& statim alter adimplere pro sua parte, ut per Bero.conf.136 nu.7.& 8.uol.2.Soc.iun.cõs. 128.col. pen.& fi. uol.3. Panciro. consi.40. nu.23.24.& Burs. consilio 184. num.48.& seq.uolumine 2.

Nec uidetur obstare,quod dictus Bertolotus uidetur interpellatus per literas ei scriptas per dictum Bartholomæum, quòd pararet, & mitteret ei pecunias debitis temporibus, & ipse Bertolotus responderit se excusando non posse ea soluere rogando eum, ꝙ expectaret etiam per aliquod tempus, & quod tunc non deficiet soluere, & prout in literis eorum, quia per talem interpellationem factam per literas non uidetur committi mora, & quis in ea constitui,tum quia non tenebatur Bertolotus pecunias mittere dicto Bartholomæo in ciuitate Regij, sed ipse tenebatur uenire Fiuizanum ad eas accipiendum ad domum Bertoloti, adeo ꝙ eius præsentia erat necessaria,& quòd peteret, & esset paratus recipere per prædicta, & tradita per Docto. in dictis locis,

57 † tum etiam,quia acceptando literas Bertoloti, uidetur ei gratiam fecisse

tempus

tempus petitum prorogandi.l. filiusfamil. ff.ad Macedo.& ibi Bar.Dec.consil.632.numer.16.Boer.decis.283.nume.9. & sequen. & per Ias.in consil.47.nume.2.& 3.in 1.uo-
58 lum.dixi in responso.139.lib. 1. † & pendente adhuc dilatione, nulla mora committitur.l.lecta.§.sed cũ sortis.ff.si cer.pe.Plot. in l.si quando,nu.451.C. unde ui ille enim, qui non soluit pendente dilatione, non potest dici in aliqua culpa, ut tradit Paul. de Cast.in l.Iulianus.§.ex uendito.ff. de actio. empti.& tradit. plenè Socin. in consil.109. sub nume.3.& in consil.179.in 1.uolum.& in consi.130.colum. 1.in 4.uolum. & Ruin. consil.45.nume.10.uolum.5.Crauet.consi. 179.sub nume.7.uolum.1.Deci.consil.119. pro tenui.colum.3.uersicu.in oppositum.& ubi aliqua mora fuisset incursa (ex quo dies non operatur isto casu effectum interpellationis) sed fuisset commissa per inter-
59 pellationem factam per dictas literas,† talis mora uidetur fuisse remissa per receptiones solutionum partis debiti de tempore in tempus simpliciter factas, ut patet per receptionem dictæ solutionis dicti debiti nũc in totum soluti, ut conclu.dit Rui.in consil. 155. nume.6.in 5.uol.Rimi.iun. consil. 67. nume.24.& 46.uolum.1. & faciunt quæ tradit latè Crauet. in consil.106.sub numer.2. & 3.Deci.consi.309. nume.8. & seq. Octauia.Pedamonta.decisio.139.numer.29.car. 563.& sic ratione non factæ liquidationis de prædictis, apparet de iniustitia dictæ sen-
60 tentię, † quia instrumentum ex eius tenore non liquidum nõ meretur executionem ante factam liquidationem, & nulla executio fieri potest.l.hæc autẽ §. j. ff. ex quib. caus.in possess.eat. Alexand.in l.1. ff.de leg. 1.Docto.in l.1.ff.de eden. & tradit Crauet. in consil.163.sub nume.3.& Deci. in consil. 322.& in consil. 682. Nec facta liquidatione pro interesse, quando non est promissum, & ueniret ratione moræ, ut per Ias. in l.certi condictio. sub numer. 11. ubi dicit esse communem.ff.si cert.petat.& per Dec. in cap.translato.de constit.Galiau.in l.1.sub numer.9.ff.de uerbo.oblig.& Moder.in l.insulam.ff.eod.titul.quod esset in casu isto,remota promissione procuratoris uti inualida per supradicta, uide Octauia. Pedamonta.decis.129.numer.12.& sequent.car.520. vbi uidet ur quasi semper hoc conuentum in instrumentis. Tertiò de iniustitia patet, quia fuit oppositum, quòd dictum instrumentum non meretur executionem, quia
61 est usurarium, & nullum, † & ita patet in eius tenore, ex quo est de confessione uenditionis factæ bladorum non expresso precio pro qualibet stario,nec expressa qualitate bladorum, sed generaliter, in confuso,adnotata per Natta consi.670.uolum.4. Alexand.consil.72 nume.1.uolum. 1. Crauet.consil.145.numer.22. & est instrumentum factum, & rogatum in ciuitate Regij, & ibi extat decretum, & statutum ciuitatis Regij,quo disponitur, quòd talis contractus censeatur usurarius, & non ualeat, ut patet in tali statuto,& Decreto ubi dicitur.

Che se intendano contratti illeciti, & usurarij tutte le uendite de biade d'ogni sorte, de quali non sia espressa la quantità del pretio in particulare per ogni staro, & anco quando sia espressa, & siano uendute a credenza per piu di dui caualloti per staro di quello, che corre il commune pretio.

Et dictum Decretum decernit talem cõtractum, & instrumentum quantumcumq; iuratum esse nullum, & inualidum, ac inefficax, & nullius momenti, & in tali casu iuramentum positum præsumi, & fingi dolosum, fraudulentum, meticulosum, ac simulatum,& quòd uirtute talis instrumenti per aliquem iudicem,& officialem non debeat administrari ius aliqđ, sed totaliter sit reiectus a iudicio, & quòd in tali casu iudicans non intelligatur habere aliquam iurisdictionem. Et ulterius dictum decretum etiam disponit, quòd habeat locum in contractibus nondum finitis, nec extinctis, factis etiam ante dictum decretum,& eius publicationem: & tali casu vult, & declarat, quòd qui fecerint tales contractus non extinctos, qui durent, teneantur infra terminum unius mensis post dictam publicationem reuocare, & annullare tales contractus effectualiter, & liberare debitores ab usuris, & interesse promissis, & ea restituere si habuerint, & receperint, aliter intelligantur incursi in pœnis, de quibus in eo, ac si fecissent tales contractus, & exegissent tales denarios, usuras, & interesse post dictam publicationem, & prout in dicto Decreto.

Et ideo

Et ideo cum dictus contractus nō continet expressam quantitatem precij pro quolibet stario, ut dictum est: apparet fuisse, & esse illicitum, vsurarium, & sic nullum, vt decretum dicit: & quod licèt factus fuerit ante publicationem prædictam, tamen per eam factus est inefficax, & non potest ex eo tales usuras, & interesse petere, sed tenetur, qui recipit eas, contractum reuocare, & annullare, & tales denarios usuras, & in-
62 teresse restituere, ut statutum dicit, † & qui tenetur restituere, multo magis repelli debet a petitione, & competit exceptio, & retentio debitori. l. inuitus. §. cui damus. ff. de regul. iur. tradit Deci. in consil. 298. columna secunda, in consil. 300. numero decimo, & in consil. 231. numer. 3. Crauet. consf. 148.
63 nume. 2. & Boer. in decis. 43. numer. 55. † & dictum instrumentum, seu contractus, cum sit factus inefficax & nullus, omnes clausulæ in eo appositæ censentur usurariæ, inefficaces, & nullæ, ut habetur per Bartol. in l. nemo potest, & ibi Doct. ff. de leg. 1. p Ias. in l. si ita stipulatus, §. Grisogonus ff. de uerbor. oblig. per Deci. in consil. 687. uersic. ultimò nō obstat, & Afflict. in constit. qui frequenter, in princ. ante primum notabi. Maranta in sua disputatione. 6. numer. 29. car. 293. Roman. consil. 171. numer. 4. & consil.
64 246. nume. 2. & ibi Mandosi. † & ex quo decretum disponit super præsumpto ab eo, talis præsumptio uidetur iuris & de iure, ut tradit Bald. in l. siue, C. de probatio. & in l. fina. C. de hæredi. instit. & Barto. in consi. 100. & tradit Alciat. in tracta. de præsump.
65 in 2. par. † & tale statutum valet, uti ex rationabili causa factū, ut per Mathesila. singula. 23. ubi addentes nnmer. 3. 4. & 7. Alex. in consil. 18. sub nume. 3. in 6 uolum. Bero. consil. 49. nume. 1. & 13. in fin. & nume. 14. uolu. 1. Roland. consil. 99. nume. 20. & seq. uolum. 3. aliàs secus, ut ibi per Roland. numer. 17. Paris. consil. 97. uolum. 1. Crauc. cō sil. 48. numero septimo. Balb. de præscript. in 2. par. 3. par. 2. limita. nume. 9. 10. 11. car.
66 61 † & tali statuto, & iuri competenti eius uigore non potuit, nec potest renuntiari, quia respicit principaliter vtilitatem publicam, & communem prohibendo vsuras, & contractus illicitos, & simulatos, ut per Vital. in tracta. clausula, in Rub. quib. iurib. renunti. possit, per Felyn. in cap. si diligenti. nume. 19. de foro competen. Crot. consil. 393. nume. 2. & 12. & 13. & per Doctor. in l. nemo potest, ff. de leg. 1. post Barto. in l. ius publicum, ff. de pact. Abbas, in cap. si diligēti. colum. 3. de foro compet. Boeri. decisio. 1. nume. 47. 48. Mari. Angusso. consil. 168. uolum. 1. Ias. in l. sciēdū, nu. 11. de leg. 1. Adeo quod non pōt dici Bertolotū tacitè per solutionem sortis censeri approbasse contra-
67 ctum, † tum quia si non potest fieri expressè renuntiatio, non potest etiam, & multo minus fieri tacitè, l. cum quod, ff. si cer. petat. Crot. consil. 393. nume. 2. uolum. 3. Bal. in l. si patruus. nume. 13. C. cōmunia utriusque iudic. & ideo dixi minorem hæredem tacitè non remisisse confectionem inuentarij, & satisdationem usufructuario, cum & expresè remittere non possit sine solemnitatibus, adnotata per Menoch. consil. 81. nume. 64. uolum. 1. Capici. decisio. 14. numer. 19. Afflict. decisio. 365. Crauet. consil. 103. numer. 16. uolum. 1. & ita limitantur quæ dixi in tracta. de usufru. num. 149. car. 600. in prima parte, & ita sentit Riminal. sen. cōsil. 693. numero 15. 16. uolu. 4. car. 83. licèt Riminal. iun. consi. 321. nume. 10. uolum. 3. teneat contra, & malè, cum per aditionem iam esset ius quæsitum minori, & induceretur donatio, tum etiā quia Bertolotus igno-
68 rabat tale decretum extare, † & cum sit forensis illius habuisse ignorantiam præsumitur, non obstante publicatione, ut per Dec. in l. si per errorem, in fin. ff. de iurisd. omni. iud. & per Ripam in tracta. de peste; de remed. conseruand. Vberta. nu. 121. post Alexand. in consil. 86. in 4. uolum. Roland. consil. 42. nume. 27. uolum. 3. & ignorabat etiā qualitates dicti instrumenti, nec unquam de eis habuit scientiam, nisi post petitā exe-
69 cutionem, & eius productionem: † credebat enim contractum factum fuisse iuxta eius mandata, & non præter, & contra, &
70 ita præsumitur. l. uerius. ff. de proba. † & etiam sufficit probasse eam per iuramentum, quia hoc pendet ab animo, donec contrarium probetur, ut per glos. in §. aliæ, Instit. de actio. & ita regulariter ꝓbatur ignorantia, ut not. in cap. præsumitur, de regul. iur. in 6. & in c. pastoralis, de exceptio. Roland. consil. 87. num. 9. uolum. 4. & per Dec.
71 in cap. omnes; de constitut. † & ignorans non uidetur renuntiasse iuri, quod ignorabat

rabat sibi competere, l. maritus, ubi Barto. ff. de inoffi. testam. tradit Alex. in consi. 14. columna pen. in secundo uolum. & in consilio 105. columna 4. in 3. uolum. Paris. consi. 20. numero 29. uolum. 1. dixi in tracta. de tutore, numero 146. car. 144. in prima par.
72 Et † cum tale statutum habeat clausulam derogatoriam cum decreto irritãte, & clausula, sublata facultate iudicibus, & alijs iudicandi, &c. Apparet quòd ullo modo non potuit, nec potest concedi talis executio, nã talis clausula multum operatur, & annullat ipso iure actum, ut per Menoc. consilio 83. uolum. primo. Gomesi. in tracta. de gratijs expecta. numero 18. & 19. Marian. Angusso. consilio 168. columna 2. Abb. numero 8. & Fely. in c. cæterum, numero 19. de rescrip. Doct. in clem. cum ei, de concessio. præben. & Crot. consi. 220. colum. 2. & 3. uolu. 2. Dec. consi. 275. numero 5. Bursa. consilio 82. numero 21. uolum. primo, Vesembeci. consi. 5. numero 39. car. 255. Vergi. Boccaci. in consti. Egidia. car. 220. numero 43. & præiudicat etiam tertio per indirectum propter reuerentiam superioris eam concedentis, ut de clausula decreti irritantis, & sublata facultate, &c. apposita in rescriptis, & concessionibus Summi Pontificis, declarat Rui. consilio 21. numero 16. libro
73 primo, † & inferior non potest declarare mentem superioris, donec superior nõ aperiat os suum, ut per Rebuf. in suis concordan. Franciæ, in rub. de firm. & irreuoc. concord. stab. car. 759. col. 2. uersic. octauò uult iudices, Gomesi. de anna. posses. q. 4. car. 240. facit Fely. in c. super literis, numer. 17. uersicu. decima regula, de rescrip. & ita iudicauit Rota Roma. de anno 1577. mensis Iunij, ubi iudicauit processum nullum ꝑ clausulam decreti irritantis, & annullantis actum, clausulam, sublata facultate omnibus iudicibus iudicandi, & hoc in præiudicium etiam tertii, donec Summus Pontifex os suum nõ aperiat, quia dixerunt, hæc clausula si non præiudicaret tertio, parũ, aut nihil operaretur, & ꝙ ita semper in Curia fuit practicatum ob reuerentiam rescri
74 pti, † & licèt tales clausulæ regulariter nõ uideantur operari in præiudicium tertii etiam cũ clausula, non obstantibus, &c. ut per Gozad. consilio decimoquarto, prima facie, numero decimonono, columna quinta, uersi. septimo etiam, Neuizan. consilio 12. columna 14. uers. licèt posset dici, & colum. 26. uers. non obstat quod fuerit, inter consilia Alberti Bruni, & col. 30. uers. non obstat clausula, & quod tenor, Gab. Roma. commu. opi. lib. 6. clausula 5. num. 21. Crauet. consi. 296. uers. amplius non censetur, sub nu. 2. Dec. consi. 10. uiso puncto. in fine. Cur. sen. consi. 35. col. pen. uers. non obstat quartum, Alex. consi. 125. uiso titulo. num. 4. uolum. 2. tamen ut dixi, fuit resolutum in Curia afficere quoscunque propter reuerẽtiam concedentis, & rescripti, donec superior concedens os suum non aperiat, sicut uidemus in inhibitoria transmissa per delegatos iudices sine cognitione causæ, & ci-
75 tatione partis unà cum citatione † quia licèt de iure non afficiat, si canonicè non est facta, vt per tex. in c. Romana. §. si uerò, de appella. in 6. Alexand. consilio 68. & consilio 69 uolum. septimo, tamen de consuetudine generali Curiarum Ecclesiasticarum contrarium obseruatur, quòd una cum citatione transmittitur inhibitio, ut per Mandosi. in sua pract. tit. de inhibitio. quęstio. 18. & 39. car. 15. & dixi supra in decis. 9. numero 1. 37. & 38. & si spernitur siue iusta, siue iniusta ob reuerentiam delegantis cũ facultate inhibendi mittitur executioni, & punitur transgressor, Rota in decisio. 26. alias 307. Nota quòd ibi Audientia de commissio. & attenta. in antiq. Lancello. in tract. de attenta. car. 400. numero 90. & in 2. par. c. 20. in 11. amplia. numer. 2. 3. & seq. car. 414. Mandosi. ubi supra, quæ-
76 stio. 41. & quæstione 42. car. 16. † licet iudex ea facilitate, & eo ordine, quo transmittit inhibitionem, eo modo eam potest reuocare, & moderare, ut per Mandosi. ubi supra, d. quæst. 39. numero 3. & 4. ubi dicit, quòd potest etiam pars citari, tamen iudicium debet esse summarium, & cognitio potius uerbalis, quam in actis redacta, & ordinario iure decisa, & quæstio. 40. & Iãcellot. ubi supra, in d. 11. amplia. numero 5. car. 414. uidetur restringere uires dictæ inhibitionis iniustæ ad inhibitiones Rotales, & non ad alias emanatas a iudicibus delegatis in partibus, tamen ego plu-ries in hoc statu Mediolani, & præcipuè hic Papiæ, ubi sum Vicarius Generalis, & causæ delegatæ pluunt, uidi in-

differenter fieri has inhibitiones cum citatione, & obseruari, ac transgressores multari in pecunijs, & in subsidium in censuris, quod uidetur durum, & contra text. l. Gracchus. C. de adulter. & præcipuè quoad censuras, quo uerò ad pœnam extraordinariam aliquam in pecunijs potest tollerari ob irreuerentiam, ut dixi rescripti, & mittentis, ut per Ioan. de Amic. consi. 35. & alia supradicta.

77 Nec habet obstare, † quòd tale decretum non uidetur debere attendi extra territorium Regij, & in Domino Sereniss. Magni Ducis Etruriæ, Domini mei. Quia immo debet attendi ubicunque & in quolibet loco, ubi agitur de cognitione, & uiribus talis instrumenti celebrati in Ciuitate Regij, quia eius ualiditas, & inualiditas pendet a solemnitatibus, & qualitatibus requisitis, & dispositis a statuto loci, ubi celebratum extitit, quia respicit decisionem causæ, & tunc attenditur statutū loci, ubi contractus fuit celebratus ad iudicādum super eius ualiditate, & efficacia, uel non, ut per Barto. in l. cunctos populos, nume. 14. & ibi latè Ias. C. de sum. Tri. & fi. catol. Bald. in l. fina. & ibi Hippol. ff. de iurisd. omni. iudi. Alexand. in consil. 115. nume. 4. in 5. uolu. Corne. consil. 232. lit. D. in 4. uol. in consil. 84. lit. D. in 3. uolum. Ias. consi. 48. in 1. uolum. Deci. in consi. 119. sub nume. 2. Ripa in responso. 2. de donatio. & ad Treb. lib. 1. Ruin. in consil. 69. sub nume. 5. & seq. in 4. uolum. in consil. 117. sub nume. 2. in 5. uolum. ubi in proposito, & etiā tradit Bald. in consil. 179. in 3. par. Parisi. consi. 84. num. 11. in consil. 120. numero 9. in 1. uolum. & in consil. 85. numero uigesimosecundo, in 2. uolum. Are. consil. 73. colum. 4. consi. 53. colum. 2. Plot. in l. si quando, nume. 264. uersicul. ergo sequitur, C. unde ui. Cephal. consil. 324. nume. 23. uolum. 3.

Nec etiam obstat, quòd uigore statuti Ciuitatis Florentię sub Rub. 19. quomodo procedatur, quando instrumentum, uel aliud dicitur usurarium, non uidetur posse dici instrumentum usurarium. Primò, quia tempore propositę exceptionis, & factæ probationis per productionem decreti non

78 fuit de hoc replicatum, † & parte non cōtradicente exceptiones, & probationes factæ procedunt, & obstant, ut Deci. in consil. octuagesimoquarto, sub numero secundo, & latè tradit Crot. in tract. de intesti. sub nume. 263. & Niconi. in cap. quoniam contra, car. 102. sub numero uigesimosexto, & sequen. usque ad num. 66. de probatio. Crauet. in consil. 148. sub nume. 2. & in tract. an

79 tiq. temp. in prima par. nume. 30. † Nec potuit tempore ferendæ sententiæ de hoc replicari, sed debebat fieri suo tempore, & ante factam probationem, per productionem dicti decreti cum termino ad opponendum, ut in simili de instrumento tradit Alexan. in consil. 185. in fi. in 6. uolum. Craue. consil. 1. nu. 11. & sentit Lancellot. Conrad. de offic. prętoe. lib. 1. cap. 9. Rub. de instrumentis, nume. 5. & 6. car. 146. ubi produci citata parte cūm termino ad accipiendum copiam, & opponendum, & Roma. consil. 156. nume. 3. consi. 519. numer. 1. & Cumia in ritibus Siciliæ, cap. 15. numer. 102. & seq. car. 391. ubi tempus non incipit currere, nisi a die datæ copiæ, ut sequitur Perusi. in cap. fina. sub num. 32. de appella. Bartolom. de Capua, singula. 96. Ioan. de Amic. consil. 28. colum. 5. & in quolibet actu uidetur loqui Ias. in consil. 10. nume. 1. & seq. uol. 1. per Henningi. in sua pract. ciuili, Rubr. 14. nume. 13. & dixi supra, numer. 40. Secundò, quia dictum statutum uidetur procedere in proponente agente & non in excipien-

80 te, † maximè cum sit odiosum contra ius ciuile, & canonicū prohibendo illud, quod ab eis permittitur, ut tradit Dec. in c. pastoralis. numer. 12. de exceptio. & Rui. in cōsi. 37. sub numero 15. in 5. uolum. Paris. consil. 95. numer. 37. & seq. uolum. 1. faciunt, quę dixi supra decisio. 11. nume. 58. Tertiò respondetur, quòd non procedit in instrume-

81 to rogato extra territorium, † quia tunc attenditur in excipiendo contra instrumentum, quod permittitur in loco instrumenti celebrati, & non in loco iudicij, quia respicit decisionem causæ, quod opponitur contra instrumentum, ita decidit in proposito Bal. in l. 1. uersi. quintò quero, numer. 5. C. ne fili. pro patre, sequitur Ias. in l. cūctos popnlos, sub nume. 59. C. de sum. tri. & fid. catholi. Rui. consi. 69. numer. 5. & seq. uol. 4. Roch. in cap. fin. in 16. quæst. uersicu. tertiò per premissām conclusionem, de consuetu. Rota Perusi. decisio. 115. nume. 118. & seq. in 1. par. Socin. consil. 258. colum. 2. uolu. 2.

Alexand.

Alexand.consil.23 uolum. 5. & alij, supra allegati, nume.77.& quia etiam uidetur dictum de nullitate, quia usurarium, & appa
82 ret ita esse ex eius tenore, † quo casu talis exceptio nunquam uidetur exclusa, etiam exclusa exceptione nullitatis, uel usurariç prauitatis, ut per Deci.in cap.ex parte, sub numero decimotertio, uersic.quinto fallit, & sub nume.24. uersic. decimonono fallit, de officio, & potesta.iudi.delega. dixi supra decisio.11.nume.54.& decisio.12. numero decimoseptimo.

Vltimò ubi prædicta cessarent, quę uerissima sunt, dicta sententia uidetur nulla & iniqua, quatenus pręstat executionem pro summa, & quantitate scutorum 59.pro residuo, & interesse passo, quia de residuo sortis, de quo uidetur debere intelligi, non
83 fuit facta petitio, † & extra petittonem uidetur lata, quo casu est nulla. l. ut fundus. ff.communi diui.not.gl.& Docto.in l.uinũ, ff.si cer.petat.facit Crauet.consi.151.nume. 4.uolum.1.ubi non prodest etiam clausula,
84 sola facti ueritate inspecta, † immo iudex pronuntians extra petita, dicitur stultus.l. finali.C.de fideicommiss.liberta.cum simili. uide tamen quod dixi supra decisio. 20. & dictum residuum erat scutorum 29. ut patet in laudo, & quod non debebatur uigore laudi, & fuit postea solutum debitis temporibus cum debitis protestationibus, ut in actis. Nec potest dici de hoc non intellexisse iudicem, sed de residuo interesse, quia talis sensus contradicit uerbis, quæ di-
85 cunt pro residuo, & interesse passo, † copula enim (&) ponitur inter diuersa, ut habetur in Rubric.ff.de iur. & facti ignor. & ibi per Doctor.nec aliter potest intelligi, nec debet: quia nihil est petitum pro residuo, sed generaliter pro usuris, damnis, & interesse, ut supra dictum est: nec peti poterat, quia nihil unquam fuit solutum pro
86 tali interesse, † & residuum præsupponit aliquam partem solutam, ut per Afflict.in decisio.285.nume.3.& per Deci. & Docto. in l.creditori, C.de pact. Alexand.consi.141. uolum.6.& Paul.de Cast.in consil.71. in fi. in 2. par.& quia in uerbis narratiuis facta est mentio laudi, quod de tali residuo loquitur, & de solutionibus, & receptionibus solutis, quæ tale residuum præsupponunt, & ideo in hoc deberet sententia retractari pro tali residuo sortis, & sic pro d. summa scutorum 29.tum quia non petitũ, tum etiam quia solutum, ut patet ex receptione, & oblatione soluti in actis, & quantum ad damna, & expensas non poterat iu
87 dex ita taxare, † quia interesse est damnũ, & in eo includitur, ut per Doctor.in l.1.C. de sent. quæ pro eo, quod inter Boer.decis. 52.Roma.singula.346.& gl.in cap.2.de off. ordin. in 6. unde de primo ad ultimum ex realibus allegationibus honorandi Patris mei Dom.Caroli Aduocati in hac causa, & alijs a me superadditis clarè patet male iudicem a quo, & Bertolotum esse absoluendum, & ita fuit reuocata prima sententia, & iudicatum bene appellatũ de anno 1556. die 21. Iunij per Excellentissimum Dom. Antonium Subianum, Auditorem Rotæ Florentinę.

DE IVDICIIS.

DECISIO XXII.

ARG.

Executor ad prouidendum de benefitio cum clausulis uerificandis potest iudicialiter, & extraiudicialiter procedere, & exequi.

Executor literarum Papiæ potest remittere ad superiorem exceptiones altiorem indaginem requirentes non retardata executione.

Ius patronatus seculare per titulum onerosum, & lucraticum in personam ecclesiasticam efficitur ecclesiasticum, & idem econtra.

SVMMARIVM.

1 *Executor Papæ, quando in literis adsunt clausulæ respicientes indaginem iudicialem debet citare partem, & aßumere in se partes iudicis.*

2 *Collegium, in quo maior pars secularium reperitur, dicitur seculare, idem econuerso.*

3 *Executor ad prouidendum de beneficio, si in literis nulla clausula reperiatur, dicitur merus exe-*

rus executor, & non tenetur citare partes, si adsunt clausulæ, & non important indaginem iudicij, potest si vult assumere partes iudicis, aliàs sufficit citare partes extraiudicialiter, si requirunt cognitionem iudicialem, tunc tenetur aßumere partes iudicis, & procedere iudicialiter.

Fallit, ut nu.8.10.& 12.

4 *Clausula, si per diligentem examinationem idoneum reperieris, importat monitionem.*

5 *Clausula, quatenus iuspatronatus mixtum sit, illi in totum derogamus, non importat conditionē iudicialē, sed informationē extraiudicialem.*

6 *Clausula, si tibi constiterit, importat cognitionem causæ, & indaginem iudicialem.*

7 *Clausulæ appositæ in literis commissionum ad prouidendum de beneficio uerificatæ habentur pro non appositis, & remanet executor purus, & nudus, & nume.13.*

9 *Clausula, super his conscientiam tuam oneramus, operatur reiectionum exceptionum iudicialium.*

10 *Papa quando deliberatè rescribit, uel committit prouideri de beneficio alicui sibi noto, potest executor exequi procedendo extraiudicialiter.*

11 *Idem, quando committit cum clausula, non obstantibus quibuscunque exceptionibus.*

14 *Executor licèt debuißet procedere iudicialiter, si pars compareat, & contradicat, & nihil probat, potest extraiudicialiter exequi, quia ei non præiudicat.*

15 *Sententia, & executio lata, & facta per iudicem a quo nulliter, debet confirmari per iudicem appellationis, si super meritis fuit iusta ad euitandum circuitus.*

16 *Ius patronatus seculare si transfertur in ecclesiam, aut collegium ecclesiasticum titulo oneroso, aut lucratiuo, mutat naturam, & efficitur ecclesiasticum, & idem è conuerso.*

17 *Emphiteuta, aut usufructuarius, si est persona ecclesiastica, & Dominus directus secularis, ius patronatus dicitur seculare, idem è conuerso.*

18 *Ius patronatus potest stare sine iure præsentandi, & idem è conuerso, ut in usufructuario, & emphiteuta.*

Vsufructuarius habet ius præsentandi, non ius patronatus.

19 *Imperator, aut Papa confirmans actum de per se ualidum non facit mutare naturam illius actus, & dicitur confirmatio facta in forma communi, aliàs secus.*

20 *Delegatus executor ad tempus, post tempus non potest amplius exequi, & expirat eius iurisdictio.*

21 *Primæ literę dicuntur in secundis, & non è contra, quando secundę faciunt mentionem de primis, & cum omnibus suis qualitatibus.*

22 *Conuentio, & statutum declaratur a practica sequuta.*

23 *Verba transactionis sunt stricti iuris, & propriè sunt interpretanda, & intelligenda.*

DECISIO XXII.

Contra executionem breuis Apostolici super prouisione beneficij concedendam, & fiendam per Reuerendū Dom. Vicarium Episcopatus Papiæ, ad fauorem Magnifici, & Reuerendi Dom. Tullij Carettæ, multa in medium fuere deducta per Reuerendum Dom. Panicarolam. Et primò, quia non erat Reuerendus Do. Vicarius Papię merus executor, sed mixtus propter clausulas in primis & secundis literis insertas. Secundò, quia interuenit cōtradictor, & non processit iudicialiter uocatis uocandis. Tertiò, quia in primis literis aderant clausulę, si tibi constiterit, si per diligentē examinationē idoneū esse reperieris; dummodò non sit specialiter ius alicui quæsitum; dummodò medietatis patronorum accedat assensus: & quatenus ius patronatus mixtum fit, illi in totum derogatur,
1 † quę clausulæ demonstrant indaginē iudicialem, & tunc iudex tenetur assumere partes iudicis, & iudicialiter procedere, & citare partes, aliàs executio est ipso iure nulla, ut habetur per Docto. in cap. fina. de pręsumptio. & late Imo. in clem. 1. dè offic. delega. Docto. in c. de cętero, de sent. & re iudica. Deci. consil. 198. colum. fina. cum mille similibus, attento maximè quòd ius patronatus est seculare, & non ecclesiasti-
2 cum, nec mixtum, † cum sit translatum per titulum in Collegium fęlicis recordationis summi Pontificis Pij V. qui omnes ferè sunt laici, ergo laicale. Bartol. in leg. fina. numero decimoquarto, & sequē. ff. de colleg. illic. Roch. de iure patrona. §. ius. numero decimosexto, decimoseptimo, Didac. pract. quęst. c. 36. numero 8. car. 781. Lamberti. de iure patrona. lib. 1. artic. 10. 1. quæst.

quæst.princip.1.par.primi lib.num. 10.car. 9.tamen per Reuer.Dom. Tullium Carret tam fuit dictum, executionem concedendã fore, & esse uirtute secundarum literarum per Reuer.Dom.Vicarium Papiæ, secundum communem practicam reseruando & remittendo exceptiones requirentes altiorem indaginum ad superiorem uerificatis
3 clausulis insertis in dictis literis: † nam executor ad prouidendum de beneficio, si nullæ in literis Apostolicis reperiuntur clausulæ dicitur merus & nudus executor, & non tenetur citare & audire partes, nec exequi cum cognitione causæ: si uerò clausulæ reperiuntur, tunc dicitur mixtus, & tenetur cum cognitione causæ exequi literas Apostolicas, sed diuersimodè, secundum dispositionem clausularum: nam si adsint clausulæ importantes conditionem, & indaginem iudicij, tunc si apparet contradictor, debet iudex executor iudicialiter procedere, & sic assumere in se partes iudicis, & citare partem, & recipere omnes exceptiones, & pronuntiare, aliàs executio est nulla, si non apparet contradictor, debet cum cognitione causæ exequi ex se: si uerò clausulæ non important conditionem, sed monitionem, tunc iudex non tenetur assumere partes iudicis, & citare partes, etiã quod adsit legitimis contradictor, nec pronuntiare, sed recipiendo exceptiones exequi literas cum cognitione causæ extraiudicialiter, ita hæc colliguntur ex latè traditis per Abba.in d.cap.fina.numero decimotertio, & seq de præsumptio.& ibi Imola, num.9. & latius per eundem Imol. in d. clem. 1.de offic.delega.num.22.& seq car.40. Hoc modò ueniamus ad rem nostram; in primis literis nullæ reperiuntur clausulæ importantes cõditionem, & indaginem iudicij, quo ad istum tertium Reuer. Panicarolam ; & honorandum Collegium contradictores,
4 sed solum monitionem important: † Nam illa clausula, si per diligentem examinationem idoneum repereris, importat monitionem, & non indaginem iudicij, Imo. d.cap.fin.& d.clem.1.& utrobique Doctor. uti clarissimum : Clausula illa, dummodò alicui non sit ius quæsitum, & dummodò patronorum ad hoc accedat assensus, non seruiunt huic causæ, nec releuant, quia sunt in primis literis cum termino mensis, & terminus fuit extinctus, & iurisdictio expirata, & non agitur de executione illius breuis, sed de secundo breui, & sic de literis secundis, in quibus est derogatum in totum iuri patronatus laicorum, & ecclesiasticorum, & sic mixto, & nemini ante dictas literas fuit ius specialiter quæsitum,
5 † & illa clausula in secundis literis inserta, quatenus iuspatronatus mixtum sit illi, in totum derogamus, non importat conditionem iudicialem, sed informationem, & cognitionem causæ extraiudicialem, sicut illa, quatenus sit idoneus, sit Doctor, sit honestæ uitæ, ut de his omnibus est uidere in suprascriptis locis, si distinctè omnia perpendantur,
6 † & licèt illa clausula, si tibi constiterit, D.Hieronymum ex pensionibus commodè se sustentare posse importat conditionem, ut omnes dicunt de illa clausula, si constiterit, & per Deci.d.consil.198. colum.fina. tamen non est prejudicialis d.Reuer.Dom.Panicarolæ, & Collegio, & nihil eis releuat, & solum est directa ad personam renunciantis: nam si non haberet unde uiuere posset commodè de redditibus ecclesiæ, renuntia & resignatio ipso iure non teneret, & pro non facta haberetur, ut dicit bulla Sanctissimi Pij V.edita de anno 1568. car.79. colum.1. Adeo quòd non erat ad hoc necesse citare Reuerend. Panicarolam, nec Collegium, quia causa in hoc illos non tangebat, & beneficium ad ipsos non reuertebatur: & cum eorum prę iudicium non tangat, tunc clausula, si constiterit, non importat indaginem iudicialem, sed cognitionem extraiudicialem, ut
7 supra dixi: † & tanto magis cum fuerit uerificata, quo casu habetur pro non apposita, & iudex remanet in hoc merus executor. Abbas d.c.fina.colum.7. & ibi Imo.nume.9.car.146.colum.1.in princip.& in c.de cætero, de re iudic. Vlterius dato quòd dictę clausulæ importarent conditionem, & indaginem iudicialem, & sic quòd iudex teneretur assumere partes iudicis, & citare
8 contradictorem: † hoc tamen intelligitur in dubio, secus si de mente Pontificis aliter appareret, uidelicet quòd exequatur cum cognitione extraiudiciali uerificatis solum clausulis, nam tunc supradicta cessant, & iudex procedendo in extraiudicialiter cum aliqua cognitione causæ dicitur

bene procedere, & ualet executio, ad notata per Felyn. in d. cap. fin. ubi dat regulam, & ponit limitationes, & faciunt quæ dixi in tracta. de usufru. mulie. reli. sub numero 83. car. 432. uersicu. prædicta tamen, & nume. 250. car. 799. & Parif. consi. 67. num. 5. & 6. uolum. 2. Mens autem Pontificis col
9 ligitur ex pluribus, † & primò per clausulam, super his conscientiam tuam onerarnus: nam tunc censetur reiecisse omnes exceptiones. Lap. in allegatio. 15. in fi. & in
10 allega. 60. nume. 4. Secundò, † quia Papa deliberate scripsit in secundis literis, & pro eo, qui erat sibi notus, quia per prius ei concesserat beneficium uacans, uerificatis tamen clausulis coram executore, & postea iterum rescribit, & declarat, mentem suam esse nō solum in derogare medietati uocū iurispatronatus laici, sed etiam in totum, si est mixtum, non obstāte, quòd sit exceptū rescriptum obreptitium in primis literis, & mandat conferri beneficiū, & mitti in possessionem, & non molestari, quo casu sufficit extraiudicialiter cognoscere recipiendo exceptiones partium, Abbas d. c. fina. sub nume. 13. & nume. 15. & ibi Apostilla, lit. B. & ibi Imo. colum. 1. car. 146. & Felyn. num. 20. latè Bero. consil. 14. numer. 4. & nu. 13.
11 uolum. 1. Tertiò, † quia Papa cōmittit exequi, non obstantibus quibuscunque exceptionibus, ut ibi, in fin. Abbas dict. cap. fin. sub numero. 13. colum. 1. post princip. & colum. 6. & ibi Imo. colum. 1. & colum. 3. car. 146. & ibi Felyn. numer. 21. Accedit,
12 † quòd licèt iudex non processerit iudicialiter, & non assumpserit in se partes iudicis citando partem, tamen processit extraiudicialiter, & acceptauit exceptiones, & scripturas quamplures partium, & audiuit eorum procuratores in uoce, & in scriptis, & cum cognitione causæ extraiudicialiter ꝓnunciauit exequendo, & remisit ad superiorem exceptiones requirentes altiorem indaginem in promptu non probabiles, ut ex actis, & lectura executionis dignoscitur, & sic partes extraiudicialiter se citarunt, & processum fecerunt, quibus auditis, & uisis scripturis exequutus fuit literas Apostolicas, & remisit partes ad superiorem super exceptis in promptu non uerificatis respicientibus merita causæ, & bene, ut per Imol. in d. c. fina. & in clem. 1. & per Cæsar. Contard. in l. unica, de momenta. possess. limita. 7. nume. 55. & seq. car. 160. & limitat. 12. car. 190. & ita obseruat Curia, ut dicit Abbas, & Imo. in d. c. fina. de præsumptio. & idem Imo. in d. clem. 1. numero 22. & numero 25. in fin. & numero 26. de offic. delega. & per Magnificum Reuerēd. Tullium Carrettam fuerunt omnes clausulæ uerifi-
13 candæ in secundis literis uerificatę, † quo casu remansit iudex merus executor, & poterat exequi, ut fecit Innocen. in d. cap. de cętero, de re iudica. Imo. d. cap. fin. sub d. numer. 9. car. 146. colum. 1. post princip. & ibi Abb. colum. 7. Nec per Reue D. Panicarolam, & Venerandum Collegium uerifica-
14 tum fuit quidquam boni, † quo fit quòd reuocatur executio, quando contradictor non citatus comparuit, & non uerificauit intentionem suam, quia non potest dici agi de eius pręiudicio, Abbas d. cap. fina. sub numero decimotertio, colum. 1. in fi. & ibi Apostilla, lit. B. uersicu. conferas, & ibi Imo. nume. 9. colum. 3. car. 146. & in clem. 1. nume. 28. car. 40. de offi. deleg. & patet sententia sui: nam non remouetur a sua possessione, & institutione ob nullitatem executionis, cum non appareat, qui eum excludere habeat, & sic frustratoria erit talis declaratio nullitatis ex eo, quia non assumpsit partes iudicis, ergo non est habenda in consideratione, adnotata per Simon. de Prætis, consilio 71. numero 17. car. 136. quod bene nota tu iudex appellationis, & sic patet ex prædictis quòd non sumus in conditionibus denotantibus indaginem iudicij cum tertio contradictore, & quòd non fuit quidquam probatum per assertum tertium, & quòd ex mente Papæ executor non tenebatur assumere partes iudicis, & ideo exequendum, & pronuntiandum est, ac partes ad superiorem remittendas fore, & esse quo ad exceptiones respicientes altiorem indaginem: & tanto magis, quia & si per iudicem a quo malè esset executum ob defe-
15 ctum citationis, & processus, † tamen iudex appellationis teneretur dictam executionem confirmare, si super meritis erit iusta ad euitandos circuitus parte aduersa maximè nihil probante, ut latè per Alexand. consil. 73. numero 8. uersicu. quarto principaliter, & nume. 10 uersic. tertiò, respondeo, & in consil. 181. in causa, & lite. numero

numero 12.13. uersi.ultimò pars aduersa, & nume. 14.uol.6.& in consi.111. uiso themate,uol.5.Hiero.Gigas,consi.83. col.7.& 8.car.113.ubi dicit nouissimè Romæ ita iudicatum,& communem dicit Cur.iun.consil.206.numero 16.& seq.uolu.3.Misingeri. Centur.prima.obserua.27.tradunt, ubi per supremam Curiam ita iudicatur,& dixi infra, decis.25.

Quòd ius patronatus sit ecclesiasticum, uel mixtum,apparet ex titulis onerosis: nā apparet,canonicos regulares emisse cū uniuersitate bonorum hæc iura patronatus,& posteà in feudum concessisse de Dominis de Villanteria, & sibi reseruare medietatē uocum d.iuris patronatus, quo casu rema-
16 net firma conclusio, † q̄ ius patronatus seculare si aliquo titulo oneroso, uel lucratiuo,per quod dominium transfertur,transit ad ecclesiasticam personam (dummodò non sit titulus pro hærede)mutat suam naturam,& efficitur de sæculari ecclesiasticū: & ita econuerso,tex. in c.idcirco. §. unū. de iure patron.lib.6. Ioan.Monac.in c.si filius, & ibi Probus in additione, eod.tit.car.327. Lamber.in tract.de iurepatrona. in prin.artic.8.& 9. lib.1.car.8.& ita est intelligendus Crau.consi.63.numero 6.& consilio 68.numero 4.aliàs malè loqueretur, vt etiam sequitur Dec. consilio 542. numero octauo,
17 † & licèt concedant uocem emphiteutę, & feudatario,tamen remanet ecclesiasticū, quia dominus directus est ecclesiasticus, & non est translatum dominium,sed possessio & vsusfructus: proprietas verò remanet penes dominum directum,adnotata per Docto. in l. 2. C. de iure emphit. & per Rotam Luca.decisio.34.in fi.car.202.Rimi.sen.con
18 si.344.uol.3.†nam ius præsentandi potest stare sine iure patronatus.Prob.in additi.ad Io. Monach. in c. si laicus. numero 14.car. 328.de iure patrona.Hiero.Gigas cons.48. nume. 24. & numero 37. ut etiam uidemus in usufructuario omnium bonorum,qui habet ius præsentandi,& tamen ius patronatus remanet penes hæredem, Menoch.consi.66.numero 26. Rebuf.in suis concordan. tit.de pacifi.poss.car.1075.col.1.Abbas consi.54.nu.2.uol.1. Guliel.Bened. in c.Rainutius.in uerbo,cætera bona,num.36.37.car. 167.in 1.par. & in 3.par. nu.6.9. car.44.
19 Nec †confirmatio bonorum emptorum per dictos Canonicos obtenta ab Imperatore mutat naturam iuris patronatus ecclesiastici,licèt ab Imperatore sæculari sit confirmatio facta, quia actus confirmatus de per se erat ualidus, & non recipit uim, & authoritatem a confirmante,ideo remanet ecclesiasticum, adnotata per Cæsar. Contard.d.l.unica.de momenta.pos.car.128.numero 47. & 48. quia dicitur ista confirmatio facta in forma communi. Cur.iun. consilio 312.numero 58.& 59.uolu.3. car.250. Fely.in c.cæterum,numero 21.uersicu.uide etiam ad hoc, de iudic. Cur.iun. consi.279. numero 25.& seq.uol.3.Alex.consi.123.nume.30.uers.præmitto,& uersi.præterea confirmatio, uolu.4.

Nec minus obstat,quòd in secundis literis sint repetitæ omnes qualitates, & clau-
20 sulæ in primis literis contentæ,† & sic terminus mensis ad conferendum,& prouidēdum de d. beneficio, quo tempore elapso expirat iurisdictio delegati, & non potest exequi.Soc.iun.consi.132.num.7.uolum.2. Odofred. in l. si iudex. ff. de iudic. car.240. Bero.consi. 14.numero 8.uolum.3.Stepha. Aufreri.ad Capel.Tolosa.decisio.356. & in casu isto executor non fuit exequutus infra mensem, quia tale tempus non incipit currere,nisi a die præsentationis,& non da
21 tę,ut ibi in primis literis legitur,†& primę literæ ad hoc ut per secundas exequantur debēt exhiberi, & reproduci in iudicio executiuo secundarum literarum, & omne cōtentum in primis literis dicitur inesse in secundis,& expressum, non secundæ literæ dicuntur inesse in primis,quia nondum erant secundæ in rerum naturam tempore primarum literarum, aliàs esset ponere currum ante boues, & ideo tempus mensis expressum in primis literis dicitur statim insertū cum omnibus qualitatibus in secundis literis post productionem literarum secundarum.glo.fi in c.primo,de fide instrum. Fely. in c.ex parte,numero 15. de rescrip. colum. 348.Philip.Prob.in c.nullus,de tempo.ord. libro 6.car.132.Rim.sen. consilio 430. numero 44. uolum.3. facit Angel.de Gambilio.in consi.36.numero 16.car.145.in proposito Odofred.in l.si iudex.ff.de iudic.car. 204.Abbas in c.quoniam Abbas.numero 2. de offi.deleg.

Quo uerò ad assertam transactionem factam

etiam per Canonicos Regulares cum Abbate Abbatiæ Ardilaghi non est cõterendum tempus, quia uerba transactionis uidentur clara, quòd non fuerunt concessa bona, nec
22 beneficia iuris patronatus Villanterię, † ut etiã practica docuit, quia canonici præsentarunt, & non Abbas, nec Collegium præallegatum, adnotata per Crau. consi. 91. num. 7. Alex. conf. 22. numero 3. uolum. septimo.
23 † & in transactione uerba sunt propriè, & strictè accipienda, Purpura. consilio 166. numero primo, & consilio 396. numero 6. uolum. primo, per tex. in l. quicquid astringendæ, ff. de uerb. oblig. & l. sub prætextu. la prima. & ibi Pau. de Castro de transactio. unde apparet Reuer. Dom. Tullium fouere iustitiam, & executionem fiendam, & ita executus sum de anno 1579. Papiæ. *

DE IVDICIIS.

DECISIO XXIII.

ARG.

Sequestrum factum contra formam statuti, est ipso iure nullum.

Statuti qualitates sunt obseruandæ ab eo, qui vult vti statuti beneficio.

Sequestrum in causa appellationis fieri non potest, nisi probetur summariè, quòd sit timor dilapidationis, & barattationis fructuum, aut quòd possessor non sit soluendo.

Sequestrum in causa hipothecaria, aut executiua, potest semper fieri, etiam quòd quis sit soluendo, vel non sit timor dilapidationis, & satisdatione non relaxatur.

SVMMARIVM.

1 *Forma non seruata tradita a statuto in omnibus, & per omnia ad unguem, actus est nullus.*

2 *Fundans se in statuto, debet omnes qualitates ipsius statuti requisitas deducere, & probare, aliàs actus est nullus.*

3 *Agens calumniosè, in expensis condemnari debet.*

4 *Forma, & solemnitas leuis statuti non vitiat actum, quia substantia facti non mutatur.*

5 *Forma statuti leuis non dicitur, cum requirit iuramentum, quia illud est indiuiduum, quod remitti non potest a partibus, quæ omissa uitiat actum, nu. 6.*

7 *Forma dicitur inducta a statuto, quando statutum disponit annullando actum.*

8 *Forma, quando est inducta a statuto, quantumcunque leuis, debet obseruari, & differt a solemnitate, & nullus priuilegiatus ab ea excusatur.*

9 *Sententia lata super petitione nulla, non ualet. Item lata contra formam statuti, nec reformari potest per iudicem appellationis, sed declarari nulla debet.*

10 *Sententia non conformis libello, est nulla, quia iudex iudicare debet super re, de qua cognouerit. num. 13.*

11 *Iudex est fatuus, qui in aliud condemnat, quàm ab eo fuerit petitum.*

12 *Iudex super non deductis coram eo non habet potestatem.*

14 *Agentes non prosequentes causam, aliam incipere non possunt, nisi refectis expensis.*

15 *Sententia lata super processu nullo agentis ex defectu mandati, & legitimationis personæ, dicitur nulla.*

16 *Exceptio legitimationis personæ semper, & quandocunque potest opponi, & iudicium retro factum nullum redit.*

17 *Procurator agens, & non producens mandatum, facta oppositione, si in fine exhibet, & producit, non conualidat acta, & processum. Declara, ut ibi.*
Differens producere mandatum, & scripturas in fine causæ, debet condemnari in expensis.

18 *Sequestrum regulariter est prohibitum, & odiosum, & non fit in causa appellationis, nisi sit timor dilapidationis, aut non sit soluendo appellans, uel habeat victor hipothecam bonorum, & nu. 26. et 33.*

19 *Sequestrum in causa executionis factum non relaxatur per satisdationem, & fit etiam quod sit soluendo, & non sit timor dilapidationis.*

20 *In dubio non præsumitur timor dilapidationis, & non soluendo; & qui dicit, & fundat se in illa qualitate, debet eam probare.*
Excipiens debet suam fallentiam deducere, & probare.

21 *Quis præsumitur soluẽdo in dubio ad eius fauorẽ.*

Qui

22 *Qui se fundat in paupertate, & diuitijs, debet probare, siue agat, siue conueniatur.*

23 *Fundans se in filiatione, legitimitate, & ætate, debet illam probare, siue sit actor, siue reus.*

24 *Iudex ex officio, & ad instantiam partis potest præcipere possessori lite pendente, ne fructus dilapidet, sed conseruet vsque ad finem deductis deducendis.*

25 *Possessor fructuum si est factum sequestrum super fructibus potest deducere tot fructus pro alimentis, & expensis litis, fiendis, si aliun de viuere, & litigare non potest, & si succumbit, eos non restituet.*

27 *Sequestrum factum super equo, boue, & animali se mouente, creditor tenetur de illo habere curam, & facere expensas.*

28 *Sequestrum factum in animalibus, si expensa est maior credito, debet causa breuioribus dilationibus expediri.*

29 *Sequestrum, & pignus factum a curia super equo pro damno dato, dominus tenetur facere expensas.*

30 *Hebræus & recipiens pignus pro vsuris tenetur ad damna, si corrumpitur a tineis, uel ab humiditate.*

31 *Animal datum in pignus, & sequestrum, ac custodiam, est obligatus pro alimentis, & custodia adeo, quòd præstans alimenta & custodiam præfertur quibuscunque anterioribus creditoribus.*

32 *Sequestrum post sententiam est fiendum per iudicem appellationis, si causa est commissa, & præsentata, alias secus.*

33 *Sequestrum in causa principali regulariter non potest fieri, etiam quòd possessor non sit soluendo. nu. 34.*

34 *Descriptio, & proscriptio bonorum semper potest fieri in quacunque parte iudicij, & releuat partem ab onere probandi.*

DECISIO XXIII.

QVod sequestratio fructuum vuarũ existentiũ in uineis illorum de Vugliano calido existẽtibus in iurisdictione Casulæ facta ad instãtiam Magistri Tomasini, asserti procuratoris Communitatis Casulæ in executione condemnationum factarum per Cõmunitatem Casulę illis de Vugliano calido, ex eo quia ipsi de Vugliano eorum vuas, & fructus vinearum suarum existentium in dicta iurisdictione Casulæ contra ordinem Casulę uindemiarunt, pariterque sententia super ea lata, sit nullum, & uti nulla veniat reuocanda, cum victoria expensarum, patet ex infrascriptis.

PRimò, quia extat statutum in terra Casulæ sub rub. de modo sequestrandi: disponens, q; nulla sequestratio fiat de aliqua re contra aliquem, nisi petens sequestrum prius iurauerit eam non facere animo calumniæ, & tunc fiat sequestratio de mandato Potestatis, uel sui Notarij, saluo q; si res sequestranda esset sub periculo de fuga, vel de barattaria antequam haberetur licentia Potestatis, uel eius Notarii, tũc & eo casu talis sequestratio fieri possit ad petitionem cuiuscunque per Corerium, vel aliquem Consulem Villæ dicti loci Casulæ, & teneantur Corerij & Consules sequestrationem per eos factam ad petitionem alicuius personæ infra tertiam diem denuntiare, & præsentare Potestati, uel suæ Curiæ sub pœna solidorum 40. imper. pro quolibet & qualibet vice, & sequestratio facta teneat, aliàs non ualeat, & possit impunè relaxari, & qui calumniosam sequestrationem fecerit alteri condemnetur parti in expensis, & interesse facta taxatione per Potestatem, uel eius Notarium, uel per personas non suspectas a partibus eligendas de mandato Potestatis, uel suæ Curiæ, & ita intelliguntur de mobili, & de p̃sona, quæ esset suspecta, & non aliter, & ea quæ sequuntur.

Et dicta sequestratio fuit facta (ut patet in ea) non seruata dicta forma tradita a statuto prædicto, ideo fuit ipso iure nulla, ex quo Magis. Tomasinus assertus procurator cõitatis Casulæ, primò nõ iurauit eã animo calũniandi non fecisse, & nõ constat de cõmissione Potestatis eã faciendi: itemq; dicta sequestratione facta nõ cõstat ipsam fuisse notificatam, ac pręsentatã infra dictos tres dies per Coreriũ, & Consulẽ Do. Potestati: itẽ quia non constat sequestrationẽ fuisse factã respectu personę suspectę, prout p̃dicta requiruntur fieri a d. statuto pro cõualidatione dictę seq̃strationis, & dicti actus,

1 † & forma tradita a statuto dẽt in oĩbus, & per omnia ad unguem obseruari, aliàs actus est ipso iure nullus, ita Ioan. Andr. in c. primo, de homic. in 6. Soci. in consilio 55. col. 1. & seq. cons. 63. col. 4. uolu. primo. sequitur

quitur Io.Cephal.conſ.256.num.68.uol.2.
2 vbi dicit, † qui ſe fundat in ſtatuto, qualitates omnes ipſius ab eo requiſitas deducere, & probare debet & ſi aliter fit, forma ipſius non ſeruatur, & ea non ſeruata actus eſt nullus .l. diligenter. ff. manda. tradunt Doct.in l.1.ff.de liber.& poſthum. Soc.cõſ. 24.col.4.uol.1.Dec.conſi.37.col.4. & conſ. 532.c.ſi cui.de electio.in 6.c.cum dilecta de reſcrip. Alex.conſ. 145.col.2.uol.5.cum ergo iſte Magiſter Tomaſinus prædicta requiſita a dicto ſtatuto non fecerit, ſibi impu-
3 tet, † & propterea condemnandus eſt in expenſis, cum calumnioſe egerit contra dictos de Vugliano calido, iuxta l.eum, qué temerè. ff. de iudic.l.properãdum.§. ſin autem alterutra. vbi Doct.C.eo.tit. & tanto magis, quia ſtatutum tale de modo ſequeſtrandi hoc diſponit dicendo, qui calumnioſam ſequeſtrationem fecerit, alteri cõdemnetur parti in expenſis, & intereſſe, & ubi ſunt verba ſtatuti, ulterius non eſt querendum. Rol.conſi.39.num.40. & ſeq. uol 4.& Rim.iun.conſi.178.num.36.& ſeq.uol.2.in propoſito Alexand.conſilio 59.numero 3. volumine 4.

Nec modò habet obſtare pro parte dicti Magiſtri Tomaſini aſſerti procuratoris, ſi diceretur ꝙ dicta ſequeſtratio debet ualere, licèt non fuerit ab eo obſeruata talis forma prius iurandi de calumnia, ac commiſſionis datæ per Dominum Poteſtatem, uel Notarium loci, ita ſequeſtrationem faciendi, nec non notificationis, & pręſentationis dictæ ſequeſtrationis factę infra tres dies,
4 † nec probationis factæ de perſona ſuſpecta, cum talia requiſita ſint leuis ſolemnitatis, ac formæ, quæ non habent uitiare dictam ſequeſtrationem, ut per Bar.in l.vniuerſis, & ibi clarius Pau.Caſt.C. de precib. Imper.offeren.idem Bar.in l.1.§.ſi plures, nu.13.ff.de exercit.actio.allegans l.1. in fi. ff.de vent.inſpic.ubi dicit quòd ſolemnitas propter quam ſubſtantia facti non mutatur, non uitiat actum, & licèt dicta forma non ſit ſeruata in facienda dicta ſequeſtratione, quid propterea nocuit, uel iuuare potuit dictis de Vugliano calido, ſeu eorum procuratori, quod fuiſſet dicta ſequeſtratio vuarum facta, iuxta requiſita a dicto ſtatuto? certè nihil, aut parum, meritò, & cæt.& facit dictum Rota Luca.deciſ.8.num.4.& 5.

ubi dicit quòd ruſticus excuſatur, qui contrahit non ſeruata ſolemnitate. Quia reſpondetur quòd immo dicta ſequeſtratio facta contra formam talis ſtatuti, alterat
5 ſubſtantiam facti, † cum requirit iuramẽtum, quod eſt indiuiduum, & remitti non poteſt de conſenſu partium, Iaſ.in l. nemo poteſt.ff.de leg.1.nu.28.Abbas in c.ſi dilegenti.num.3.de foro compet. & dixi ſupra deciſ.21.nu.66. Item quia forma requiſita a ſtatuto non dicitur leuis, per ſupradicta,
6 † ſed immo grauis adeo, ꝙ non obſeruata uitiat ipſo iure actum.l.cum hi.§.ſi prætor. ff.de tranſac.& Soc.iun.in rub.de uerb.obl. nu.252.ubi dicit, ꝙ forma dicitur quid indiuiduum; & maximè quia ſtatutum ulterius diſponit annullando actum dicens, & ſequeſtratio ita facta ualeat: aliàs non ualeat, & infrà dicit, & ita intelligũtur de mobili, & perſona, quæ eſt ſuſpecta, & non ali-
7 ter, † & quando ſtatutum ulterius diſponit annullando actũm, illud dicitur inductũ pro forma, ut per Fel.in c.dilecta. colum.8. uerſ.ſeptimum ſignum, de reſcrip. Dec. in conſ.528.pro reſolutione, nu.11.Pariſ.cõſ. 19.ad reſolutionem, nu.20.lib.2.ſi ergo ſtatutum inducit formam, & illi ſit contrafactum, ut extitit factum per Tomaſinum aſſertum procuratorem, actus eſt nullus, ut
8 ſupra abunde dictum eſt, † & quando aliquid eſt inductum pro forma a ſtatuto, id quantuncunque leue, uel debile, debet obſeruari, ut per Boer.deciſ.1.num.40. & deciſio.124.ſub nu.9.& 10.Fel.in c. quoniam frequenter, columna 3.& 4. uſque ad medium, ut lite non conteſta.& in c.cum dilecta.col.15.in princip.in uerſi.amplia decimò, de reſcrip. Soc. in rub. de noui opernunt.nu.23.Io.Cephal in conſ.100. nu.20. uol.1. Vant. de nullita.rub. de nullitate ex defectu proceſ.& ſolemnit. ſent. num.55.a qua forma, & ſolemnitate, cum ſit ſubſtantialis, non excuſatur ruſticus, mulier, miles, eccleſia, nec minor, ut dixi in tract.de Tutore, nu.132.in 1. par. car.127. Alex. conſilio 66.col.1.uol.4.& Eurar.conſi.74. in fi.car. 233.unde concluditur, ex quo dictus Magiſter Tomaſinus aſſertus procurator non probauit feciſſe, & obſeruaſſe prædicta omnia requiſita a ſtatuto dictam ſequeſtrationem vuarum vinearum illorum de Vugliano calido factam ad inſtantiam dicti Magiſtri

gistri Tomasini asserti pro curatoris fuisse, & esse nullam, cumque condemnandum esse in expensis, iuxta dispositionem iuris, & dicti statuti ita disponentis vt supra dixi, & in decis. 11. & 13. Alex. consi. 145. col. 2. uol. 5. Nam differentia est inter solemnitatem inductam a statuto, & formam, quia primò casu minor, & rusticus possunt aliquando excusari, & restitui, & non extenditur vltra Territorium. Plo. in l. si quando, nu. 264. C. vnde vi. Cephal. cons. 324. num. 23. uol. 3. secundo casu inhabilitat personam vbique locorum: & eam sequitur sicut lepra leprosum, Abbas, in c. 1. de baptis. Bal. consi. 418. nu. 1. uol. 4 consi. 60. uol. 5. Alex. consilio 44. uolum. 5. & Calca. consilio 7. numero 25.

Quo uerò ad sententiam super petitione, & sequestratione intentata latam,
9 † quòd pariter sit nulla, patet & primò, quia fuit lata super sequestratione, & petitione nulla uti contra formam & mentem statuti facta per supradicta, & per Alexan. consilio 81. ponderatis. uol. 2. cons. 164. nu. 4. uol. 7. Soc. consi. 134. col. 3. uol. 1. & Bero. consi. 137. nu. 54. uol. 1. Brun. cons. 50. circa finem, ergo ita sententia ueniens, & procedens ab ea radice infecta dicitur nulla, cū destructo principali fundamento omnia, quę inde sequuntur, corruunt, Bal. in cons. 245. in 5. uol. Crau. consilio 6. nu. 36. nec reformari potest per iudicem appellationis, sed duntaxat pronuntiari nulla, ut uoluit Abb. post alios in 3. & 4. not. c. cum dilecti de emptio. & uédit. & latè per Vant. de nullit. in rub. de nullit. ex defectu proces. nu. 7. & seq. quia semper remanet idem defectus nullitatis prouenientis a statuto, per ea, quæ supra dixi, decis. 1. nu. 49. & infra decis. 25. num... & ita IVDICAVIT * Rota Florentina, de anno 1560. die 5. Decembris, in causa cuiusdam Pistoriensis, Cæpol. consi. 64. nu. 13. & sequen. car. 71. Item quia quando dicta sequestratio, & petitio fuisset rectè, & ritè facta, iuxta formam dicti statuti, tamen dicta sententia diceretur nulla: Nam sententia debet esse conformis pe-
10 titioni, & sic dictæ sequestrationi, † aliàs dicitur nulla tamquam lata extra petita, & sequestrata per partem, cum iudex debet iudicare super re, de qua cognouerit, ut est tex. in l. de qua re. ff. de iudic. l. 1. §. si quis simpliciter. ff. de uerb. oblig. unde solitum
11 est dici, † quòd iudex est fatuus, qui in aliud condemnat, quàm ab eo fuerit petitum, ut dicit tex. in l. fi. C. de fideicommis.
12 liberta. † & iudex super non deductis coram eo potestatem nō recipit, ut dicit tex. in l. ut fundus. ff. commu. diuidun. conuenit ergo iudicantem antequam sententiā formet, diligenter examinare acta, & uidere quid, & qualiter petatur ab eo, idest considerare rem petitam, causam petendi, & modum, seu actionem intentatam, & cum illis sententiam suam confirmare: aliter faciendo super non deductis, & petitis, sententia diceretur nulla, prout in casu nostro, cum fuit pronunciatum super condemnationibus, & non super sequestratione facta, quia ad iudicem spectabat pronuntiare sequestrationem fuisse bene, uel male factā, & non iudicare condemnationes fuisse, & esse rectè & iustè factas, quia id non fuit petitum, cum iam fuerunt factæ, & declaratæ,
13 † ergo dicta sententia tamquam super nō deductis lata, fuit & est nulla, ut per Bal. in l. 1. col. 2. uersi. extra oppono, & in fi. C. si plures una sententia, & latè per Vant. de nullita. in rub. de nullitate ex defectu processu. num. 97. per totum, intellige, & declara, ut dixi supra, decisio. 19. Item dicitur nulla, etiam quòd potuisset dictus Dominus Iudex ferre eam super condemnationibus, quia de dictis condemnationibus adhuc pendet lis coram Magnifico Domino Capitaneo, mota cōtra dictos de Vugliano per assertum procuratorem de Casula, ut est uidere in actis ciuilibus antecessoris allegatis, & si diceretur, quòd dicta lis est sopita, ex quo transacta est instantia: respondetur quod adhuc preiudicat dictis de Casula, cū
14 non renunciarunt dictæ causæ, † & non refecerunt expensas litis dictis de Vugliano calido, ut requirebatur, quibus non refectis non potuerunt, nec possunt aliam causam dicta de causa mouere contra homines de Vugliano, & maximè quia fuit opposita exceptio litis pendentiæ, ut per tradita per Rober. Marā. in suo Speculo aureo, in par. 2. in rub. iudicij diffinitio, numero 43. per tex. in l. ubi cæptum, & ibi Docto. de iudic. & per supra dicta in decis. 1. nume. 14. & 16.
15 item † quia data ualiditate ipsius, sup radictis non obstantibus, diceretur nulla tamquam

quam lata super processu nullo ex defectu mandati, idest ex defectu falsi procuratoris, quia sequestratio fuit facta ad instantiã Magistri Tomasini asserti procuratoris, qui (facta oppositione) tum in prima causa, tũ in causa appellationis, nunquam legitimauit eius personam, ut tenebatur ostendendo, ac exhibendo realiter in actis eius mandatum pro legitimatione eius personæ. l. si quæramus, in princ. ff. de testam. & est glo. nota. in l. 2. & ibi Bar. & Docto. C. de edi. diui Adri. tol. Aret. in §. nunc autem, sub nu. 3. uers. tertio semper. Instit. de his, per quos
16 agere pos. & † ista exceptio quandocunque, & semper potest opponi, & ita opposita redditur iudicium retro nullum, ut in casu nostro. l. cum mater. C. de procurato. Aret. in §. præiudiciales. nu. 4. Inst. de action. multa tradit, & sequitur Vant. in tract. de nullita. in tit. de nullitate ex defectu inhabilitatis, nu. 3. dixi supra decis. 11. nu. 4. & in tract. de Tutore, nu. 26. car. 14. nec modo si produceret pro conualiditate dictorũ acto-
17 rum dicti actus ualerent, † quia facta oppositione si procurator non curat illud exhibere, & penes acta producere, si in fine exhibet, & producit, non conualidat acta, & processum, ut per Lap. in allegat. 81. num. 1. ita per Alex in consi. 78. nu. 7. uol. 5. ubi plura tradit, & consi. 185. in fi. uol. 6. & Tiraq. in tract. de utroque retract. §. 1. glo. 10. nu. 93. ubi latè, & dato ꝙ conualidet acta, ut uidetur sentire Dec. in c. quoniam contra, sub nu. 72. de probatio. Roma. consi. 170. Cur. iun. consi. 63. uol. 1. Alex. consi. 112. super eo. nu. 3. uol. 5. Tamen debet expensas reficere, Neuiza. consi. 16. num. 3. car. 121. consi. 17. nu. 15. Natta consi. 17. num. 7. uol. 1. Carauita de Ritib. Magnæ Curię, Ritu 65. nu. 8. car. 42. Rebuf. in commento constitu. Rub. de expensis. artic. 4. glo. unica, numero 4. car. 449. Purpura. consilio 116. col. 1. & 2. uol. 1. dixi supra decis. 14. nu. 16. & mandatum nedum uidetur posse produci; & fieri tempore probatorio, sed etiam quandocunque ante sententiam, Alex. d. consi. 112. nu. 3. uol. 5. & etiam post sententiam in causa appellationis, & executionis. Bal. in l. si tutor. nume. 3. C. in quib. caus. restit. in integ. Crau. consi. 108. Alex. in l. licet. sub nu. 5. C. de procura. licet Rota decisio. 13. in antiq. sentiat contra, uide ad materiam, Sebastia. Vanti. de nulli. sent. tit. quib. mod. sent. nul. repara. pos. nu. 101. & seq. num. 115. & 120. car. 155. Io. de Amic. consi. 8. col. 21. & seq. Iacob. Machel Patroci. 45. num. 12. Aret. §. pręterea, sub nu. 5. Inst. de exceptio. Bello consi. 26. num. 11. & cautelam ponit Alex. d. l. licet, sub nu. 21. C. de procura. tandem
* ita fuit IVDICATVM, * sequestrum nullum, & sententiam super fundamento nullo, & extra petita latam de anno 1575. aduocante doctissimo Dom. Dyonisio fratre meo honorando.

ADuerte, ꝙ in materia sequestri latè supra loquutus sum in decisio. 3. & quoniam etiam post appellationem pars, quæ obtinuit, sæpe petit fieri sequestrum super fructibus, & pars aduersa opponit non esse fiendum, & factum reuocandum: fuit dubitatum, an absolutè & simpliciter iudex debeat concedere dictum sequestrum?
18 † & breuiter dixi quod non, quia regulariter sequestrum est odiosum, & non potest fieri, & est de genere prohibitiuo. toto tit. de prohibi. sequestra. ubi Cur. sen. in suo tract. de sequestra. in prin. Io. Monach. in c. locupletari, & ibi Probus, de reg. iur. in 6. car. 438. bene uerum est, ꝙ si est timor dilapidationis, alienationis, & barattationis fructuum, quod tunc potest fieri tale sequestrum in causa appellationis, etiam quod appellans esset soluendo, & non liberatur satisdatione. Bar. & Docto. per illum tex. in l. Imperatores, in fi. ff. de appella. Abbas latè in c. fi. de seques. posses. & fruct. Stepha. Aufreri. in additio. ad Capel. Tolosa. decis. 477. & talis timor potest probari summariè, & parte non citata, si est periculum in mora, & modis, & formis quibus probatur suspitio de fuga, si uero non est periculum in mora, ut quando fructus nondum sunt maturi, tunc est pars citanda ad dicendum, quare non debeat sequestrum concedi factis summarijs informationibus per unum testem cum iuramento, uel alijs coniecturis, iuxta ea, quę dixi supra decis. 1. num. 4. 38. 41. & 46. & decis. 3. nu. 33. & 40. & Cum. consi. 157. Rui. consi. 174. nu. 16. uol. 1. si uero talis timor nõ subsit, sed appellãs utatur fructibus eo modo, quo usus fuit ante appellationem, & t..mquam bonus pater fa-

milias,

familias, & sit soluendo, tunc non poterit fieri tale sequestrum: si uerò non est soluēdo, tunc poterit fieri sequestrum, & repositio fructuum, & satisdatione præstita de fructibus exhibendis, & non barattandis in casu uictoriæ resoluetur sequestrum, Abb. & Doct. in d.c.si. Cur. sen. d. tract. de sequestra. in 3. fallentia. Doct. in d.l. Imperatores.

19 In executione uerò, † quando fit sequestrum, tunc siue sit soluendo, siue non, siue timor dilapidationis, siue non, semper firmum remanet, & non resoluitur per satisdationem, quia tunc fideiussio non est medicina sequestri, Cur. sen. de sequestra. in prima fallentia, & q. 14. col. 2. & dixi supra, decis. 1. numero 39. Purpura. cons. 20. nu. 5. uolum. primo.

20 † Et in dubio ei, qui dicit adesse timorē dilapidationis, & barattationis, ac non esse appellantem soluendo, incumbit onus probandi, quia est exceptio, & fallentia tradita a regula per ea, quæ dixi in meo tracta. de usufruct. numero 155. car. 612. uersicu. quia cum haberet regulam, & excipiens non solum debet suam fallentiam probare, sed ēt causam fallētiæ deducere, & probare, Dec. in c. consuluit. il primo. numero 4. & seq. de appel. Crau. consi. 229. numero 15. libro 2. Ioan. de Amic. consi. 128. col. 3. Natta consi. 650. numero 8. uolum. 4. Cur. iun. consi. 90. numero 1. & 2. uolum. 2. cons. 250. numero 6. & sequē. uolum. 3. Corne. consi. 126. lit. G. uol. 3. & Ceph. consi. 207. numero 25. & seq. uolum. 2. & in proposito etiam quod hoc statutum diceret, quod possit fieri sequestrum contra non possidentem, & non habentem bona immobilia in Curia Fiuizani (ut dicit nostrum statutum sub rub. de modo sequestrandi, c. 7.) quod ille, qui dicit talem non habere bona immobilia, debeat probare, cōsuluit Alex. consi. 37. numero 10. uolum. 2. Bald. consil. 338. uolum. 5. Pau. de Castro in consi. ult. in prima par. & Soc. in l. si ab arbitro numero 9. ff. qui satisda. cogan.

21 † Nam quis præsumitur in dubio soluendo. l. si fundus. C. de arbit. tute. glo. ordinaria in l. si uero. §. qui pro rei qualitate. ff. qui satisd. cogan. Ias. consilio 44. sub numero 7. uolu. 1.

22 † & qui se fundat in paupertate, uel diuitijs, debet illam probare, & sic præsumitur, & non præsumitur, secundum subiectā materiam, & intentionem agentis, aut excipientis fundantis se in ea, ut per Corne. Benicas. in suo tract. de pauperta. q. 6. numero secundo, & seq. car. 55. Pau. Alexā. Ias. & Docto. in d. §. qui pro rei qualitate. facit dictum Nattæ in consilio 421. columna prima, uolum. secundo, ubi dicit, † quod fundans se in filiatione, legitimitate, & ætate, siue agat, siue conueniatur, debet illam probare, & sequitur Ferrant. Garg. patroci. 18. numero septimo, & dicam infra in alia decisione. & Alc. de præsump. in reg. 2. præsumptio. 27. numero 3. & 4. cum similibus. Est

23

24 bene uerum, † quod iudex ex officio, & ad instantiam uictoris potest præcipere reo possessori, ne fructus dilapidet, barattet, nec alienet, sed conseruet usque ad finem litis, & exitum causæ sub pœnis. l. si diuus. ff. de peti. hæredi. & ita dicit Alber. Galeot. in sua Margarita, c. 28. numero 1. car. 162. Mathe. Vesembeci. consilio 41. numero 35. colum. 362. & intelligite sano modo deductis oneribus, & alimentis, ac expensis in lite fiendis, si non habet aliunde, unde uiuere, & litigare possit,

25 † quas expensas, & alimenta si succumbit, reficere & restituere non tenetur, si est de comprehensis a lege, ut dixi supra decisione 3. numero 41. Cur. sen. in tract. de sequestra. in 3. fallentia. uers. circa istam fallentiam. Rota Perus. decis. 46. numero 2. & seq. Afflict. decis. 152. numero 4. Didac. in epit. c. 8. §. 3. sub numero 6. uersi. secundò probatur ibi, Nec alimenta. car. 232. & uide Petr. Anto. Angusso. lib. 3. consilio 4. colu. 1. car. 61. Lancellot. de attenta. in 2. par. c. 4. numero 18. & seq. car. 140. & Prosp. Paset. consilio 116. car. 106. nu. 1. & seq. cum simlib. & prædicta de sequestratione non fienda, suspectione non apparente,

26 † intellige uerum esse, quando ille, qui uellet sequestrare, non haberet bona hipothecata, alias secus, quia tunc non requiritur quòd adsit timor dilapidationis, & non sit soluendo, & quòd sit suspectus: nam ratione hipothecæ ualeret in uim prohibitionis, ut supra dixi, in decisione tertia numero duodecimo, decimoquarto, & sequen. Parisi. consilio 107. numero 83. &

27 consilio 112. uolumine tertio † & quando sequestrum est factum super re se mouente, ut super equo, asino, boue, & animalibus, creditor debet facere expensas. Paris de Puteo in tracta. de sindica.

dica.in c.an carcerarius.numero 8. Luc. de Penna in l.fi.col.1.C.de eroga. mil.lib.12.
28 † & quando creditum esset tam modicũ, q̃ expensa breui tempore absorberet capitale, tunc causa breuibus dilationibus esset terminanda, vt per Parid.de Put.in tract.de sindica.in c. iudex, qui in fi.Bar.in l.2.col. pen.ff.de re iudi. uide Roma. singula.336. Malæfidei.Alcia.de præsumptio.reg.1.præsumptio.50. in additione. car. mihi 52. Si
29 † uerò a Curia pro damno dato pignus, & sequestrum est factum, tunc expensis domini sunt alenda animalia, per tex. in reg. damnum quod quis. de reg.iur. in 6. Paris. de Sindica.in c.qualiter.col.2.in fi.vbi Curia & creditor tenetur adhibere diligentiã ne deteriorentur, aliter tenebitur de suo
30 proprio, † sicut Hebræus, & qui dat pecunias ad interesse, & pignus recipit nã si tineæ, aut humiditas corrumpunt pignus, ipse tenebitur ad damna, & creditor, qui fecit pignorare. Bal. in l. quæ fortuitis. sub numero 12.Boeri.singula. in uerbo, mixta de Crimi.numero 23.car.392. Hippoli.in rub.de fideiussori.numero 298.& seq.vers. Nam labor & periculum imminet. Pari.de Sindica.in c.qualiter negligentia.uersi.officialis capiens.Ludoui.Gomesi. super regula Cancella. in epilogo casuum negligentiæ. uersi. quinquagesimus secundus, car.
31 397. † & pro alimentis, & custodia sunt animalia obligata in specie, & præfertur, qui fecit expensas quibuscumque creditoribus anterioribus expressam hipothecam habentibus, & potest retinere. Negusanti. de Pignori.memb.3.in 7.par.nu.14.Alcia. vbi sup.Menoc.de recuper.pos.di.11.num. 8.Plot.in l si quando, numero 874.C. vnde vi.Gigas in tract.pensio.quæst.39. numero 8.& 9.& 10.vol.3.Roma. singul.336.malæfidei, & ita OBTINVI,* Volaterris ad fauorem Fornarini pro custodia fructuum, quod est notandum pro camparijs, & illis qui dant pascua uaccarolis, & pecorarijs.

32 Et † tale sequestrum fiendum post sententiam in causa appellationis, si causa est commissa, & præsentata iudici ad quem, ad eum spectat fieri tale sequestrum, & non ad iudicem a quo secus si non est præsentata, & causa commissa. Abbas in d.c.fi. numero 10.& seq.de sequestra. posses.Imo. in clem.unica, numero 16.de sequestra.fructu.additio. ad Bar. in d.l. Imperatores. ad finem.ff.de appel.Maranta in Spec. aur. in 6. par. in 2. actu princi. numero 177. car. 239.Stepha. Aufreri. in additio.ad Capel. Tolosa. decisio. 477. Anchara. Regiens. quæstio.47.numero 11.& seq.in 1.par.car. 84.& Bero.consilio 116.numero 6.uolum.
33 3. † & quamuis in causa principali non possit fieri sequestrum etiam quòd possessor non sit soluendo, Anchara. Regiens. d. quæstio.47. numero 11.& seq. Abbas d. c. fi. numero 6.& seq. nisi ratione hipothecæ, per ea, quæ supra dixi in decisio.3. ta-
34 men † semper, & quandocunque potest fieri descriptio & proscriptio bonorum, & fructuum, quæ operatur quòd releuat postea partem ab onere probandi. Bar. in l. mandatis.ff.de requir.reis. in l. Imperatores.§.fi.C.de appella.Cur.sen.in tract.de sequestra. in 8. fallentia. uersi. illud tamen sciendum. Anchara. Regiens. d. quæstio. 47. numero 11.& seq. Bursa. consilio 43. numero 29. lib. 1. Aufreri. in additio. ad Capel.Tolosa.d.decisio.477.colum.2. car. 180. non autem supellectilium, & massaritiarum domus, quia tenderet ad iniuriam, Bal. in l. 1. in fi. C. de prohibi. sequestra. pecu.& licèt sequestrum ad instantiam partis sit prohibitum in causa appellationis (qualitatibus supradictis non adimpletis) tamen iudex ex officio potest sequestrare fructus.Bar.in d.l.Imperatores.§.fi.numero 2.& Bero.in consilio 116.numero 6.volumine 3.& ita OBTINVIT * excellens D. Dionisius, frater meus, Prætor Bobbij, in causa Illustris. D.Cardinalis Borromei coram Reuerendis.Episcopo Bobbij de anno 1580.& ideo nota hæc omnia tu iuuenis annotata in ista decisione, & supra in alia prima, & tertia decisione, ubi habebis materiam sequestrationis aliquantulum declaratam, & tibi facient honorem, & ego IVDICAVI * hoc anno 1580. mensis Septembris, sequestrum in causa appellationis non esse concedendum, non constito de timore dilapidationis, & mala uersione, aut quòd non sit possessor soluendo.

DE

DE IVDICIIS.

DECISIO XXIIII.

ARG.

Maritus comparens vt procurator, non potest postea comparere in eodem iudicio, vt coniuncta persona cum promissione rati sine refectione expensarũ.

Idem si comparet ut coniuncta persona,& postea ut procurator.

Sententia lata perempta instantia non valet,nec potest confirmari.

Sententia contra sententiam transactam in rem iudicatam latam non ualet.

Iudex,qui semel in vna causa iudicauit, non potest amplius in illa causa se intromittere virtute legis Magni Ducis Etruriæ.

SVMMARIVM.

1 *Maritus licèt possit comparere ut legitimus administrator vxoris; tamen si semel cõparuit ut procurator, semper debet comparere ut talis, aliàs iudicium redditur nullum, ex communi.*

2 *Sententia ex defectu personę legitimationis lata, est nulla.*

3 *Maritus postquàm comparuit ut procurator uxoris, cum non sit, non potest conualidare iudicium, ut legitimus administrator ipsius, aut coniuncta persona.*

4 *Sententia lata per iudic empost peremptam instantiam, dicitur nulla.*

5 *Fundamentum suæ intentionis quilibet debet probare.*

6 *Quod non constat ex actis, & processu, illud exhibitum, productum, factum, & probatum non dicitur.*

7 *Iudex non potest pronunciare contra ius iam ex prima sententia transacta in rem iudicatam acquisitum, nisi nulliter.*

8 *Sententia lata a iudice habente eius iurisdictionem suspensiuam, est nulla cum omnibus eius actis, & actitatis.*

Iudex, qui semel iudicauit, non potest amplius in illa causa se intromittere uirtute legis Magni Ducis Etruriæ.

9 *Agens temerè debet condemnari in expensis.*

DECISIO XXIIII.

QVod sententia hęc ueniat retractāda per Dom. iudicem appellationis ad fauorem Dom. Luciæ, & Iacobi Antonij eius mariti, satis dilucidè ex processu, & infrascriptis apparebit.

ET primò, quia nullibi constiterit in ꝓcessu ordinario,dictam Dominam Angiolettam comparuisse ad petendum dictũ depositum sibi restituendum, minimeque dictum Paulum uti eius assertum procuratorem legitimè, quia nunquam docuit de mandato,tam in eo iudicio,quàm præsenti:& certum est,

1 † quòd licet Petrus Paulus sit maritus, & possit comparere pro uxore tanquam maritus,& legitimus administrator:tamen quando semel comparuit ut ꝓcurator,semper ut talis, debet comparere, aliàs iudicium redditur nullum, Ias.in l.maritus,C.de procu. numero 8.ubi attestatur de communi. & ita tenet, & refert Villalob.in sua collecta.commu.opin.in uerbo, ob sententiæ causas.numero 12. circa finẽ.

2 † igitur ex consequenti,sententia hæc Domini iudicis ex defectu personæ fuit nulla, ad tradita per Vant.in suo tract.de nullita. ex defe.inhabi.seu manda. post prin.uersi. 15.igitur,& numero 59.cum sequentibus.

3 † minimeque etiam postquam comparuit ut procurator uxoris ad ualidandum iudicium potuisset, nec posset cõparere ut maritus,ac legitimus administrator, aut coniũcta persona,quia repugnaret primæ eius uoluntati: & hanc esse ueriorem opinionẽ dicit Rom.in consi.446.primus, sub numero 9.uersic.quamobrem,& numero 7. ubi sequitur post tradita ibi in addi. Mandosi. lit.F.ergo utroque modo iudicium,& sententia fuit nullum,& nulla,per supradicta, & per Roma.consi.496.& dixi in tract.de tutore, numero 26. car.14. Maran. Specu. aur.in 6.par.prin.numero 17. uersicu.decimò,dicitur.car.96.Bursa.consilio 21.num. 5. uolum. primo, ubi quid in minore habente tutorem.

Secundò,quia fuit lata post peremptam instantiam, cum petitio fuit facta sub die 26. Fe-

26. Februarij 157. & sententia ualde post tres menses assignatos a statuto Fiuizani,
4 † & quando sententia est lata per iudicem post peremptam instantiam, dicitur nulla, nec per iudicem appellationis potest confirmari, ita Bald. in consilio 296. incipiente præmittendum est, sub numero 3. & consilio 101. numero fin. & consilio 169. in primis, numero 5. uolum. 3. dixi supra decisio. 17. numero 2. & decisio. 21. numero 14. & licèt instantia incipit per statutum a prima responsione rei, & responsio fuit facta sub die prima Martij, tamen fuit lata extra instantiam, cum fuerit lata sub die 31. Maij, seu Iunij, & debebat ferri infra tres menses, & sic per totã diem 29. Maij. igitur, &c.

Tertiò, quia fuit lata contra aliam eius sententiam, quæ transiuit in rem iudicatã: quia ipsemet iudex usque de anno 1571. erat iudex Fiuizani, qui tulit inter dictas partes sententiam declarando ser Philippo Nantæ depositario fieri præceptum, quatenus det dictum depositum scutorum 60. D. Luciæ, aut illis per eam recusatis, (secuta prius diuisione inter sorores) Dominã Angiolettam teneri ad dandum eidem Dom. Luciæ tot de suis bonis tactis in eius parte pro dictis scutis 60. ut supra depositatis, quod præceptum non constat fuisse unquã factum dicto ser Philippo depositario in executione dictæ sententiæ, minimeq; constare dictum ser Philippum aliquo tempore illos uoluisse dare eidem Luciæ, adeo q possit dici fuisse in mora recusandi, nec ẽt ex parte Dom. Angiolettæ, uel eius nomine Petri Pauli eius mariti in executione dictæ sententiæ, fuisse Dominam Luciam, aut eius nomine Iacobum Antonium eius maritum interpellatum, & requisitum ad acceptandum dictum depositum, aut ad di-
5 uidendum prædicta bona: † quibus diuisis ad acceptandum tot de suis bonis tactis in eius parte, de quibus supradictis nullibi constat probatum in primo iudicio per D. Angiolettam, aut Petrum Paulum assertũ procuratorem ipsius, sicut tenebatur pro intentione sua rehabendi dictum depositum, iuxta l. qui accusare. C. de edendo. l. 2. de proba. l. cum qui. ff. ad Senatuscon. Tre-
6 bel. §. commodum, Institu. de interdict. † & quod non constat ex actis, & processu, illud exhibitum, productum, factum, ac probatũ non dicitur, Bald. in c. fi. de proba. c. cum ad sedem. ibi. prioris acta. de restitu. spolia. c. 1. de lit. contesta. latè per Vant. in tracta. de nulli. in tit. a quo, & a quibus, sub numero 12. & 18. Thomas Ferrar. caute. 12. numero 3. sed bene constat ex actis, Dominam Luciam requisiuisse, ut prædicta bona sibi assignarent, & cætera diuiderent, ut posset declarare, an depositum scutorum 60. aut bona sua pro illis accipere uellet, iuxta tenorem primæ sententiæ. igitur modò d. Petro Paulo asserto procuratori, licet marito, non competebat, nec competit actio talis repetendi depositum prædictum, minimeque eundemmet iudicem poterat ita non cognitis iuribus Do. Luciæ modo aduersus eius primam sententiam pronuntiare, postquàm ius dicitur acquisitum ꝑ eam dictæ Dom. Luciæ, adeo q̃ hæc sententia fuit nulla, cum sententia contra sententiã, in rem iudicatam transactam parte cõtradicente ferri non potest regulariter, etiam in diuersa instantia, ut in casu nostro. Ioan. And. Bal. But. Imo. & Fely. num. 15. in c. inter monasterium, de re iud. allegantes l. 1. C. quando prouoc. & licet Bar. teneat contrarium in d. l. 1. & in l. duobus. ff. de excep. rei iudic. attamen in contrarium est cõmunis sententia, ut attestatur But. in consilio 27. uisis punctis, & quæsitis, & magis esse communem opinionem, dicit additionator Dom. Brunor. a Sole ad Fely. in d. c. inter monasterium, sub numero 15. in lit. A. circa fi. de re iudic. Rota Perusi. decisio 72. numero 30. in 2. par. igitur pronuntiandũ esse bene appellatum, & malè iudicatum, & per Paris. consi. 107. nu. 19. uol. 4.

Quartò dicitur hæc sententia nulla, q̃a ipsemet iudex, qui tulit sententiam, est illemet, qui alias tulit primam sentẽtiam, quo in casu non poterat se intromittere, iuxta legem, & constitutionem prohibitiuam Magni Ducis Etruriæ in actis productã, disponentem talem iudicem non posse iudicare, sed causam supersedere toto tempore eius
8 officij, † qua de re cum sententia fertur a iudice habente iurisdictionem suam suspẽsam, illa, & omnia acta ipso iure sunt nulla, ut per tex. in c. quia diuersitatem, de cõcessio. præb. e ̃ glo. in c. præsenti. in uerbo, ad cautelam, de sent. excommu. in 6. & hoc probat Egid. decisio. 623. processus, & sequitur

quitur Vanti. de nullit. ex defectu iurisd. ordinar. nume. 128. & facit dictum Rimi. sen. consil. 703. nume. 18. & seq. uolum. 4. car. 97. unde stantibus supradictis uidebatur cõcludendum, partes Dominorum Priorum iudicum appellationis fore & esse in pronuntiando bene appellatum, & de nullitate dictum: & malè, ac perperam iudicatum
9 per Dominum iudicem a quo, † cum uictoria expensarum, iuxta l. eum qui temerè. ff. de iudic. l. properandum, ubi Doctores, præsertim D. Iaso. in §. sinautem alterutra. C. de iudic. Et ita fuit IVDICATVM * de anno 1577. Fiuizani per Dominos Iudices appellationum, aduocante honorando fratre meo, Domino Dionysio.

DE IVDICIIS.

DECISIO XXV.

ARG.

Sententia nulla ex defectu processus substantialis, & iurisdictionis, regulariter non potest confirmari, neque reformari per Iudicem appellationis.

Sententia nulla ex defectu sententiæ regulariter potest confirmari, & reformari a Iudice appellationis.

Expensæ debitæ propter instantiã desertam, uel acta nulla debentur parti, licèt sententia nulla per Iudicem appellationis super meritis confirmetur.

Iudex ordinarius potest confirmare, & reformare primam sententiã nullam.

SVMMARIVM.

1 *INstantia perempta, acta ordinatoria omnia pereunt, & quæ sint ista acta. nume. 9.*

2 *Sententia lata sine petitione, & actis substantialibus non ualet.*

3 *Sententia nulla ex defectu iurisdictionis dicitur lata a priuata persona, & non potest confirmari, nisi a Principe, numer. 4.*

3 *Sententia nulla ex defectu processus, & iurisdictionis, non potest confirmari, nec reformari a iudice appellationis, & numero. 10. 23. & 26.*

Declara, ut numero. 16. 17. 20. 21. 23. 24. & 27.

Sententia nulla ex defectu sententiæ, si super meritis est æqua, potest confirmari, & reformari a iudice appellationis, numer. 5. 17. 20. 21. & 27.

Sententia, quæ dicatur nulla ex defectu processus substantialis, & quæ ex defectu sententiæ, nume. 5. 17.

6 *Iudex appellationis succedit in locum iudicis a quo, & potest solum facere, quod poterat iudex a quo.*

7 *Sententia lata extra tempus instantiæ, est ipso iure nulla, & iudex tenetur in sindicatu etiam quòd esset iusta.*

8 *Iudex appellationis, quando appellans protestatur, & instat solum procedi super nullitate, non potest super meritis iudicare, & confirmare primam sententiam nullam.*

9 *Iudex appellationis non potest confirmare primam sententiam nullam, quando in secunda sentẽtia idem error, eadẽ nullitas, & defectus remaneret, & si confirmaret, utraque sententia esset nulla, & retractari deberet, & numer. 10.*

11 *Causa negotij principalis dicitur deuoluta ad iudicem appellationis, sicut causa nullitatis.*

12 *Iudex appellationis potest cognoscere de meritis causæ, quando coram eo est appellatum super desertione instantiæ, uel alio emergenti.*

13 *Circuitus sunt euitandi, & maximè quando interest partis.*

14 *Opinio illa semper est amplectenda, quæ dirimit lites, & est fauorabilis.*

15 *Aequitas præfertur rigori, etiam quod communis opinio esset cum rigore iuris.*

16 *Iudex bonus, quando uidet super meritis aliquem fouere iniustitiam, debet absoluere absoluendum, & condemnare condemnandum, nu. 20. 28.*

18 *Sententia secunda confirmatoria primæ nullæ, si non appellatur ab ea, transit in rem iudicatam, & poterit exequi.*

Iudex secundus appellationis, si primus iudicauerit primam sententiam nullam, poterit illam primam nullam confirmare, si erit super meritis æqua, & iusta.

19 *Pars non potest acta nulla reproducere, & repetere coram iudice appellationis sine consensu alterius partis.*

Declara, ut nume. 20. 23. & 27.

21 *Sententia prima nulla confirmata per iudicem appellationis, dicitur una ualida tantum, & non sunt duæ sententiæ ualidæ.*

22 *Iudex appellationis confirmans primam sententiam nullam, debet prius illam declarare nullam, & partem condemnare in expensis, & postea ex meritis pronuntiare bene iudicatum, & male appellatum, & compensare expensas appellationis cum expensis primæ instantiæ.*

23 *Acta nulla possunt conualidari per Principem, refectis tamen expensis parti aduersæ.*

24 *Expensæ parti debitæ propter desertionem instantiæ reficiuntur, etiam si acta conualidantur per principem, uel iudex appellationis possit iudicare uirtute statuti sine figura iudicij, aut sola facti uirtute inspecta.*

28 *Instantiam, & appellationem non esse desertã, in dubio pronuntiandum est.*

29 *Iudex ordinarius potest confirmare, & reformare primam sententiam nullam.*

DECISIO XXV.

DOmina Augustina uidua de Monte Politiano obtinuit sententiam contra quendam Io. Mariam, qui se appellauit, & dixit de nullitate, & iniustitia ex eo, quia fuit lata extra instantiam, & cõtra ius litigatoris, cui appellationi adhęsit dicta Domina Augustina, & dixit ualidam, & iustam, & casu quo esset lata extra instantiam, de nouo reproduxit petitionem, exceptiones, capitula, attestationes, & processum unico contextu, & petijt eadẽ sñia eam confirmari posteaquàm ex eisdem actis apparebit super meritis de iustitia dictæ Dominæ Augustinæ, ne esset coacta de nouo inchoare iudiciũ, & summis sumptibus uexari compensando expensas causę appellationis, cũ expẽsis primæ instãtiæ in casu nullitatis, & per dictũ Ioannẽ Mariam fuit replicatum Do. Iudicem appellationis nõ posse reformare, nec cõfirmare dictã primam sententiam tanquam latam a priuata persona, & sine actis ordinatorijs, & omnino debere super nullitate primis, & ante omnia iudicare cum uictoria expensarum.

PRo parte Ioannis Mariæ allegabatur
1 primò, † quod instantia perempta acta ordinatoria omnia iudicij corruunt, ut est petitio, litis contestatio, iuramentũ calumniæ, citatio, exceptio, & conclusio in causa, & attestationes nõ publicatæ, ut dixi supra decis. 16 nu. 15. & 16. Bar. & Doct. in l. 2. C. de eden. at si acta ordinatoria pereunt, impossibile uidetur posse sententiam confir-
2 mari, † quia esset ferre sententiam sine petitione, & actis substantialibus, quod non est concedendum, per tex. & Docto. in l. prolatam. C. de sent. Bar. in l. cum quærebatur. ff. de re iudic. & dixi supra decis. 11. num. 14. & 15. Bero. consilio 27. numero 14. & 15. uol. 3. uide Cur. iun. consilio 38. numero 27. uol. 2. Crot. consilio 224. numero 45. volum. secundo. Maran. in Spec. aur. in 6. par. in 3. par. numero 59. car. 211. Secundò,
3 † quia sententia nulla ex defectu iurisdictionis dicitur lata a priuata persona, & nõ a iudice, ut dixi in d. decis. 11. num. 5. & 24.
4 † At sententia lata a priuata persona non potest confirmari, nisi a solo Principe, ergo iudex appellationis nõ confirmabit. Roma. consi. 308. col. 2. uers. soli enim Principi & Crau. consi. 270. sub numer. 7. uer. quartò in terminis, lib. 2. Bald. consi. 298. præmit-
5 tendum, uolum. 3. Tertiò, † quia sententia quando est nulla ex eo, quia acta in totum, uel pro parte sunt inepta, & nulla, & sic defectus est in actis ordinatorijs, tunc ualida nõ potest ferri sententia ex actis antiquis, secus si defectus solùm est in sententia, ut quia sit lata parte non citata, uel lata die feriata, aut extra Bancum, aut territorium uel spræto consilio sapientis, quia tunc iudex appellationis ex eisdem actis ualidis potest ferre sententiam, & primam confirmare, aliàs secus, Barto. & Docto. post glo. in l. cum quærebatur. ff. de re iudica. pulchrè Alexand. consilio 53. quæritur, an stante, numero 15. & 16. uersicu. & subdit quod tunc, uolum. 5. & Bald. consilio 298. in fi. uolum. 3. Bero. d. consilio 37. numero 13. & seq. uolum. 3. at in casu isto acta omnia ordinatoria perierunt, ergo non confirmabit, ut etiam sequitur Ant. Burgos in repeti. c. cum dilecti, nume. 34. uers. ult. nota, de emptio. & uenditio. car. mihi 31. & ibi Abbas, & Imo. per illum tex. Mari. Angusto.

cons.

consil.143.numero 5.uolum.1.Crot.consi. 238.numer.9.& 10.uolum.2.Crauc.consil. 140.nume.8.lib.1.Rolan.consil.41.numero 19.& sequen.& nume.39.& seq.uolum. 1.dixi supra decisio.21.nume.12.& seq.Hiero.Gabri.consil.49.numero 5.& 6.car.66.
6 Quartò, † quia iudex appellationis succedit in locum iudicis a quo, & id facere solũ potest, quod poterat primus iudex, Rota decisio.365.si a diffinitiua,in antiq.Abb.in c.olim,in fi.de exceptio.& ideo solum habet iudicare bene, uel malè iudicatum, quia non habet iurisdictionem, nisi per deuolutionem, Afflict.decisio. 155.fuit lata, nume.3.& Petr.Calephat.in decisio.12.numer.7.inserta post consilia criminalia diuersorum, uolum.2.car.mihi 297.& cum a nullitate tantum se appellauerit,appellatus non potest uti dicta appellatione, nisi eo modo,quo appellans usus est,Gigas consil.83.dixi sup.decis.15.num.10. At iudex a quo non posset iudicare, nisi super nullita-
7 te, † aliàs eius sententia esset ipso iure nulla, deserta instantia, & teneretur in sindicatu etiam quòd sententia esset ualida super meritis, ergo &c.ita Io.de Amic.consil. 32.colum.3.& dixi supra,in decisio.17.nu-
8 mero 2.& 3.Quinto, † quia iudex appellationis,quando pars opponit, & instat super nullitate principaliter intentata sententiari, & non super negotio principali,tenetur super dicta nullitate iudicare, aliàs sententia erit nulla,ut est quando dicit sententiam nullam, & si qua est appellat, ita Sebastia.Vanti. de nulli.quib.mod.nulli.propo. pos.numer.14.15.& 16 car.mihi.40. Octauia.Vestr.in sua practi.Roma.lib.8.c.2.nu-
9 me.15.& ibi Grauati.car.239.Sextò,† quia quando nullitas, quę reperitur in prima sententia, remanet in secunda, & defectus est insanabilis, tunc iudex appellationis nõ potest confirmare primam sententiã, quia in secunda idem error, eadem nullitas, uitium, & mancamentum adhuc reperiretur, Alexand.consil.53 nume.15.& 16.uolum.5.Crauet.consil.140.nume.8.& consi. 270.sub numero septimo, uersic. secundò sententia nulla.lib.2.dixi in decisio.1.numero 49.Hierony.Gabri.consil.49.numer.5.6. consil.50.numer.8.car. 66.& si sententiaret confirmando primam, utraque sententia erit nulla,& si appelletur retractari debuerint, quia cęci duo non possunt facere unum uidentem,& ideo necesse est,ut ambo in foueam cadant,ut dicit Roland.consil.90.nume.43.uolum.4.& ita in proposito tradit Alexan.d.consil.53.d.numero 15. Alexand.de Neuo consil.43.numer.6.car. 48.Misinger.consil.47.numer.28.in fi.& nume.29.colu.427.Ioan. Baptista Martianesi. consil.37.nume.50.& 51.car.85.lib.1.respõsorum diuersorum, & ita IVDICA-
* VIT * Rota Florentina de anno 1560.die 5.Decembris ad fauorem cuiusdam Pistoriensis.sentit Paris.cons.54.numero 1.& 2. & consil.106.nume.16.uolum.4.cum similibus.Hiero.Gabri.d.consil.49.numero 1. & seq.car.65.sed in casu isto libellus, exceptio, litis contestatio, iuramentum calumniæ, & acta ordinatoria iudicij sunt mortua, & in causa appellationis non reuiuiscunt parte contradicente, adnotata per Abba.in cap.præsentata.nume.9.de testib. ergo impossibile erit iudicem appellationis confirmare primam sententiam nullam sine actis, cum defectus sit in processu, & non in sententia, per ea, quæ supra dixi in tertio fundamento.nume.5.& per Federic. Scot.in lib.1.responso.9.numer.12.car.74.
10 tomo.2.Septimò, quia ita in terminis tradit Abbas, Imo.& Doctor.in cap.cum dilecti, de emptio.& uendit.Bald.in consi.298. pręmittendum est,colum.fin.uolum.3. Alexand.cons.53.nume.15.& 16.uolum.5.Petr. Calephat. in decisio. Senarum. 12. posita inter consilia criminalia diuersorum Authorum, uolum.2.in fine. Natta consi.573. numer.32.uolum.tertio. Bero.consi.37.numero decimotertio, & sequent. uolum.3. Crot.consil.112.numero septimo, uolum. 1.ubi dicunt esse communem opinionem,
* & ita IVDICAVIT * Rota Florentina, ut supra dixi,& maximè parte opponente, Bartol.in l.mutari, & ibi Angel.ff. de procura.sentit Sebastia. Vanti. titulo, quibus mod.nulli.propo.pos.sub nume.14. uersic. intellige insuper.car. mihi 40. & Cap. Aquens.in decisio.226 incip.ueneris,decimaquarta Maij libr.1. ubi dicit, ita Rotam determinasse.

Pro parte Dom. Augustinæ dicebatur, Magnificum Dominũ Iudicem appellationis omnino debuisse de æquitate confirmare primam setẽtiã, si uiderit eã fuisse, & esse su-

esse super meritis iustam: & primò, quia hæc causa appellationis non fuit limitatè interposita quo ad articulum nullitatis tantum, sed etiam quo ad caput negotij principalis, & sic iniustitiæ, quia se appellauit in forma, & petijt annullari, & reformari, ac absolui a petitione dictæ Dominę Augustinæ, cum clausulis salutaribus; & Domina Augustina opposuit, & dixit d. sententiam fuisse ualidam, & iustam, & ipsum Io. Mariam uerum debitorem petendo eam confirmari cum uictoria expensarum, & non fuit oppositum, nec institum per Do. Ioan. Mariam ad cognitionem causæ non esse deueniendum, nec super negotio prin-
11 cipali sententiandum, quo fit, † quòd in dicta causa appellationis nedum fuit deuoluta causa nullitatis, sed etiam causa negotij principalis adhærēdo appellatam appellationi, ut dicit Barto. in l.1. in fi. C. quando prouoca. non est neces. numero 20. & 21. & in l. si expressim, in ff. de appel. & in l. tale pactum. §. qui prouocauit, quæst. 12. ff. de pac. Pract. Papiē. in for. libel. appellat. a sent. diffinit. in glo. fuisse, nume. 8. uersic. sed nunquid iudex, & numer. 9. Lancellot. Conrad. de offic. prætor. §. 2. titu. de appellat. nume. 28. & sequen. Franc. Turza. in suis commun. opinio. regula 45. Vanti. de nulli. tit. coram quo nulli propo. pos. nume. 12. & 13. car. 6. & Innoc. in cap. cum contingat,
12 de offi. deleg. Secundò, † quia quando disputatur an instantia sit deserta, uel non, & sic super emergenti iudex appellationis potest cognoscere etiam de meritis causę principalis si petitum fuerit, ut per Afflict. decisio. 53. Franc. Turza. in suis commun. opinio. quæstio. 26. & quæstio 27. ubi dicit communem, per text. in cap. ut debitus, de appellat. & ibi Docto. Iaffred. decis. 22. car. 15. Lancellot. ubi supra, nume. 28. & sequenti, uersicu. Porrò ubi iudex, car. 209. Ter-
13 tiò, † quia circuitus est euitandus. l. damus. ff. de cond. indebi. Roland. consil. 58. numero 83. & maximè, quando interest appellari, euitetur. Roland. consil. 69. numero uigesimosexto, uolum. quia non debet fieri per plura, quod potest fieri per
14 pauciora, uulgatis iuribus. † Et illa opinio, & uia semper est amplectenda per bonos, & iustos iudices, quæ dirimit lites, & parcit sumptibus, ut fauorabilis, & æqua, adnotata per Bar. in d. l. 1. nu. 20. C. quando prouoca. nō est neces. Alexan. cons. 207. nu. 1. 23. & 24. uolum. 6. & Blanch. de compromis. quæst. 1. nume. 3. uersic. secundò prędicta. car. mihi 6. ubi concludunt, statutum de compromisso esse æquum, & fauorabile ex eo, quia dirimit lites, & parcit sumptibus, & facit tex. in l. congruentius. C. de pat. pot. & c. finem litibus, de dolo, & contuma. Marti. Laudens. consi. 6. nume. 16. at nulli dubium est, quòd ista uia, & hæc opinio est magis æqua, & fauorabilis, quia dirimit lites, & parcit sumptibus, & reddit unicuique, qđ suum est: ergo est amplectenda, etiam quòd alia opinio esset magis communis, ut per Dec. in l. omnibus, ff. de reg. iur. Corset. singu. in uerbo, opinio, la 2. nu. 1. Silua nuptia. lib. 6. tit. quomo. iud. est. nume. 68. uersicu. limita quartò. car. mihi 492. ubi dicunt
15 † quod æquitas præfertur rigori, & quando una opinio est communis de rigore iuris, & altera de æquitate minus communis, attendi debet illa quæ est æqua, & sequitur Cepha. consilio 166. numero 17. & 18. uolum. 2. Rimin. iun. consilio 84. numero 14. uolum. primo. consilio 150. numero
16 34. uolum. 2. Quartò, † quia ita in terminis consuluit Alexand. consilio 73. numero 8. uersicu. quartò principaliter, & numero 10. uersi. tertiò respondetur, & in consilio 181. in causa, & lite. numero 12. & sequen. uersi. ultimò pars aduersa, uolu. 6. ubi sub numero 14. dicit. tertiò respondeo, & hic claudo os omnibus, quòd præsupposito, quod dicta sententia fuisset nulla dicta ratione, tamen si uobis iudici constat illam fuisse æquam, debetis illam confirmare, & in consilio 111. uiso themate, uolum. 5. Ceph. consilio 223. numero 21. uersicu. neque igitur. uolum. 2. Crauet. consilio 140. numero 8. & 9. libro primo, Soc. iun. consilio 39. numero 5. uolum. primo. Cur. iun. consilio 200. numero 16. & seq. uolum. 3. car. 32. ubi dicit communem, pulchrè tradit Practi. Papi. in forma appella. a sent. diffi. in glo. fuisse. numero 8. uersi. sed nunquid, & numero 9. & 10. ubi inuehit contra procuratores, & aduocatos, qui gloriantur de nullitate sententiarum, nam dicit iudicem appellationis debere absoluere absoluendum, & condēnare condemnandum, ut etiam dicit Martin. Laudens. consilio 6. numero 16. Grauati ad

Octa-

Octauia. Vestr. in sua practi. Roman. lib. 8. cap. 2. numer. 34. car. 239. Anto. de Fano de pignori. in 3. par. in 2. memb. nume. 23. car. 206. versicu. & pro confirmatione prædicto rum, Fely. in cap. ex parte. numer. 10. de re script. Sebastia. Vanti. de nulli. quib. mod. sent. nul. defe. numer. 129. versic. erit etiam consilium. & numer. sequen. car. 272. ubi di cit communem. Cagnol. in l. 2. nume.... C. de rescind. vendi. Plot. in repertorio suo l. si quando. C. vnde ui. in rubri. de iudic. interpretan. car. mihi. 64. Misinger. Centur. prima, obseruatio. 8. & obseruatio. 27. incip. tradunt interpretes, ubi dicit ita tenere Imperialem Cameram, Hiero. Gigas in consil. 83. colum. 7. & 8. uersic. sed etiam præsupposita. car. 113. ubi dicit ita nouissimè fuisse Romæ iudicatum, & sequitur Gherar. Mazzol. in consil. 110. nume. 118. & sequen. car. 270. ubi in fine dicit bis ita iudicatum.

Quid modò tenendum in isto conflictu opinionum? Breuiter Doctores supradicti
17 uidentur ita distinguere: † aut nullitatis defectus est solum in sententia, & extra substantialia processus, ut in citatione, die, loco, & persona, & alijs supra, nume. 5. allegatis: aut in substantialibus processus, quia libellus est ineptus, iudex incompetens, acta ordinatoria mortua propter desertionem instantiæ, lis non est contestata, nec iuratum de calumnia. Primò casu omnes tenent etiam sine repetitione actorum iudicem appellationis posse super negotio principali procedere, & sententiam primã confirmare, ut supra numero 5. Secundò casu, quando defectus est in iurisdictione, aut in substãtialibus processus. Aliqui uolũt quod nullo modo possit reformari, nec confirmari, quia idem error influeret, & remaneret in secunda sententia, ut supra, nume. 5. & 9. alij uerò uolunt quòd possit eã confirmare facta renouatione, & repetitione illius processus defectiuus unico contextu coram iudice appellationis, ut produco, & reproduco petitionem, exceptionem, contestationem litis, iuramentum calumniæ, capitula, attestationes, & totum processum in prima instantia factum, super quibus, & alijs factis, & fiendis in præsenti iudicio peto ius, & iustitiam ministrari, & sententiari bene iudicatum, & malè appellatum, ut supra, numer. 5. 11. & 16. & per Deci. in consil. 549. requisitus. num. 4. Octaui. Vestr. in sua pract. Roma. lib. 8. cap. 1. numer. 16. uersic. sed dices ubi. car. 236. Sebastia. Vant. de nullit. quib. mod. sent. nul. repara. nume. 88. uersic. & postquàm. car. 262. nume. 129. & sequen. & nume. 133. uersic. uel etiam eadem sententia. car. 273. & in tit. quib. mod. nulli. propo. pos. numer. 127. & 128. car. 52. sentit Bero. in d. consil. 37. numer. 15. & 16. uolum. 3. quia defectus processus erit purgatus corã iudice ad quem ꝑ deuolutionẽ causæ negotij principalis una cum nullita-
18 te, † & quod sententia secunda si non erit ab illa appellatum, transibit in rem iudicatam, ut ualida, & poterit exequi, & per Alexand. dict. consil. 111. numero secundo, & tertio, in fin. uolum. 5. Curt. iun. cons. 200. numer. 16. & sequen. uolu. 3. latè Paris. consil. 109. numero 1. & 2. & consil. 107. num. 8. & sequen. uolum. 4. pro singulari refert, Hippoli. singula. 502. sententia. Et non solum secundus iudex poterit primam confirmare, sed etiam tertius iudex, si primus iudex appellationis super nullitate pronunciaret, quia secundus iudex appellationis poterit primam confirmare, si uiderit iustam, Rolan. consil. 41. nu. 42. uolum. 1. Sed uidetur obstare doctrina Abba. in cap. præsentata, nume. 9. & ibi Felyn. nume. 8. de te-
19 stib. † ubi in ista reproductione actorum, & processus pars aduersa debet tacitè, uel expressè esse concors, & consentire propter mutationem iudicij, & nullitatem actorum mortuorum: alias si contradicit, & protestatur, non poterit iudex super meritis ꝓnunciare, sed super nullitate, ut etiam dixi supra, nume. 8. secus si non contradicit per ea, quæ dixi in meo tracta. de tutore. nu. 22.
20 car. 2. in prima par. † Tamen iudex ex officio (causis supradictis) poterit condemnare condemnandum, & absoluere absoluendum, cogendo partes ad consentiendum tacitè, uel expressè refectis expensis, ut per Practi. Pap. ubi supra, in d. glo. fuisse, nume. 8. 9 & 10. Martin. Laudens. consil. 6. numer. 16. Felyn. in cap. uenerabilis, nume. 12. uersi. quarta declaratio. col. 137. de iudici. sentit Bart. in l. si ante, num. 6. ff. iudica. solui. & in l. properandum, in princip. numer. 5. C. de iudic. & Afflict. decisio. 262. sentit Soci. iun. consil. 132. numer. 7. in princip. uolum. 2.

facit supra decisio. 19. numer. 21. & 22. cum hic acta repetuntur, & quasi de nouo fiunt coram iudice competenti. Et sic colligitur,
21 † quòd iudex appellationis (repetitis actis) poterit sententiam primam nullam confirmare, quę confirmatio & sententia valebit, ut ex nunc, non ut ex tunc, & sic erit una sententia ualida, & non duę, cum a principio in totum non valeret adnotata per Deci. in l. quod in initio, sub numer. 12. & in l. semper, qui non prohibet. sub num. 16. ff. de reg. iur. Plot. in consil. 38. num. 10. uolum. 1. & Franc. Marci. decisi. 165. numer. 6. in 2. par. & Signorol. in consil. 64. nume. 7. dixi in tracta. de tutore, sub numero 75. car. 49. in 1. par. quod notatu iuuenis pro statutis Fiuizani, quod a duabus sententijs conformibus non possit appellari, quia poterit appellari, & erit actor condemnandus in expensis primæ instantiæ, nam iudex pronuntiabit super nullitate condemnando appellatum in expensis propter deser-
22 tionem instantiæ, † & unico contextu postea super meritis condemnabit appellantem etiam in expensis, si non habet iustam causam litigandi compensando has expensas cum expensis primę instantiæ, ita notat Grauati. in addi. ad Octauia. Vestr. in d. cap. 1. nume. 35. uersic. & cum nullam iudex sententiam, car. 240. facit dictũ Maran. in Spec. aur. in 5. par. nume. 47. uersic. quartò per incæptionem, car. 110. Bartol. in auct. qui semel, num. 4. C. quomo. & quando iudex. Riminal. sen. consil. 696. nume. 3. uolum. 4. Cephal. consil. 223. nume. 25. uolum. 2. faciunt subtiiliter tradita per Alexan. in consil. 66. uisis dubitationibus, per totum, uolum. 5. ubi expensæ reficiuntur, quòd sentẽtia mitteretur executioni.

Ad tollendas verò has difficultates, tutius erit adire Principem, & facere sonare processum, & acta reuiuiscere, ut iudex appellationis cum eisdem actis faciat iustitiã,
23 & causam terminet, † quia tũc ualebit sententia exhibito processu coram iudice appellationis, Sebastia. Vanti. de nulli. quib. mod. sent. nul. repara. pos. numer. 24. & seq. car. 247. Roma. consil. 308. col. 2. uersic. soli enim Principi. Misinger. cons. 47. nu. 21. col. 424. Bello. consil. 63. nu. 9. car. 120. Riminal. sen. cons. 425. num. 28. & seq. uolum. 3. & uide quod dixi supra decisio. 19. numer. 13.

24 † Licèt expẽsas a primæ instantiæ reficere teneretur, non obstante tali insufflatione actorum, de quibus nullam Princeps fecit mentionem, ut per Alexan. in d. consi. 66. uisis dubitationibus, uol. 5. & per ea, quæ dixi supra in decisio. 14. quòd etiam procederet, si iudex appellationis uirtute constitutionum, & statutorum posset procedere sine figura iudicij, & sola facti ueritate inspecta, ut sunt statuta Fiuizani circa compromissum, executionem, consilium sapientis, & Patiales: quia licèt possent confirmare primam sententiam sine dictis actis ordinatorijs fundando sententiam super actis probatorijs, incipiendo iudicium a capitulis, adnotata per Roma. consil. 519. in fi. & per ea, quæ dixi supra in decisio. 19. car. 167. quia quoad expensas factas in alia instantia dicta statuta non extenderentur, nec traherentur, ut ibi declarat Alexand. in d. consil. 66. & per Doctor. in Rubri. de consuetu. ubi Roch.

Vnde patet quòd in patria mea Fiuizani parum, aut nihil proficeret supradicta conclusio; quòd iudex appellationis, aut recursus non possit confirmare, aut reformare sentẽtiam iudicis a quo nullam ex defectu substantiali processus, desertionis instantiæ, & iurisdictionis, quia statuta mandant iudices super meritis procedere, & de bono & æquo, & de iure & de facto, sola facti ueritate inspecta, ut dixi sup. d. decis. 19. & in proposito loquitur Gherar. Mazol. d. consil. 110. numer. 119. car. 270. & ita IVDICANT * iudices nostri omissis dictis nullitatibus, nisi nullitates aliquæ remanerent in dictis causis, & ab ipsis non essent sanatæ, ut esset defectus probationis, satisdationis, formæ statuti non seruatę, & sic de similibus, quia tunc eodem morbo laboraret, & non ualeret secunda sententia, ut dixi supra, nume. 5. & 9. & faciunt notata supra in decisio. 11. nume. 4. & sequen.

Limitatur tamen supradicta conclusio;
25 † quòd iudex appellationis poterit primã confirmare sentẽtiam nullam, si erit iudex competẽs, aliàs secus: nam si primus iudex esset omnino incompetens, ut puta Papiensis conueniret Fiuizanensem Papiæ, iudex recursus, & appellationis Papiæ similiter erit incompetens dicto Fiuizanensi, cum actor teneatur sequi forum rei, cap. si clericus lai-

cus laicum, de for. compet. de qua nullitate semp poterit dici, & opponi, & omnes sententiæ erunt nullę, adnotata per Franc. in c. ut debitus, nume. 35. de appellat. car. 60. Sebastia. Vanti. de nulli. quib. mod. sent. nul. repara. nume. 58. uersic. nisi forent. car. 254. & titu. ex defe. inhabili. manda. numer. 135. car. 160. Dominic. nume. 7. & Franc. in cap. statutum, §. in nullo. nume. 5. de rescript. in 6. faciunt adducta per Bald. in l. 1. C. de peda iudici. & in l. 1. C. qui pro sua iurisdi. & tetigi supra, decisio. nume. 18. decis. 11. numer 4. & dixi supra numer. 9. Petr. Ghirar.
26 singula. 50. Secundo † limita in sententijs interlocutorijs, quia iudex appellationis non poterit confirmare primam sententiã nullam, ita dicit Paris. consil. 167. num. 15. uolum. 4. Collige ergo tu iuuenis, ex præ-
27 missis has conclusiones, Primò, † quod sententia nulla ex defectu citationis, iudicis, & sententiæ potest per iudicem appellationis sola exhibitione actorum confirmari; & reformari super meritis causæ. Secundò, quòd sententia nulla ex defectu iurisdictionis, instantiæ desertæ, inepti libelli, & substantialium processus potest confirmari facta repetitione actorum, & processus vnico contextu parte non contradicente.

Tertiò, quòd sententia nulla ex defectu processus, & alijs in secunda conclusione allegatis potest ex officio de æquitate facta noua reproductione actorum, & processus cum restitutione expensarum confirmari parte opponente, & contradicente ad tollendas lites, & euitandum circuitus, ac parcendum sumptibus, per supradicta, & per ea, quæ dixi in decisio. 19. numero 9. 18. & sequen. & nume. 32. Quartò quòd sententia nulla, quauis de causa potest confirmari per secundum iudicem quo ad merita, si iudex appellationis potest procedere sine figura iuditij, sola facti ueritate inspecta, aut nulla iuris solemnitate seruata, & per ea, quę dixi in d. decisio. 19. & idem, si processus est sanatus per rescriptum Principis refectis semper expensis primæ causæ parti aduersæ, per supradicta, & ea, quæ dixi in dict. decisio. 19. nume. 13. 33. & sequen. Vnde, quia non erat clarum, an instantia
28 esset deserta, † & in dubio pronuntiandum est instantiam non esse desertam, Deci. consil. 83. numero 7. Bero. consil. 36. nume. 11. consil. 181. numer. 22. uolum. tertio, Rota Perusi. decisio. 35. numer. 9. & 10. in 1. par. Iacob. Machel. Patroci. 25. nume. 7. car. 145. idem in appellatione. Deci. consil. 445. nume. 44. & 45. consi. 677. numero primo. Roland. consil. 34. numero tertio, uolum. 3. Mari. Angusso. consil. 173. numer. 9. & 10. & Lancellot. de Attenta. in 2. par. cap. 12. numer. 22. car. 209. Et quia constabat, D. Augustinam super meritis fouere iustitiam, & procedebatur summariè sine figura iudicij, fuit PRONVNTIATVM * de anno 1569. Monti Politiano ad fauorem dictę D. Augustinæ, & de anno 1576. Fiuizani, & ita omnes iudices Patialium, arbitrorum, & consilij sapientis semper IVDICANT * in Terra Fiuizani uirtute statutorum Fiuizani, quia solum respiciunt merita causæ, si defectus processus potest sanari per iudicem appellationis, & recursus, & non remaneat in secunda sententia, & certè est sancta, æqua, & ualde honesta opinio, quia parcit sumptibus, abbreuiat lites, & unicuique suum tribuit, iuxta tradita per Marti. Laudens. d. consil. 6. num. 16. & Pract. Papien. in forma libel. appella. a sent. diffi. in glo. fuisse. numero 8. 9. & 10.
29 † quod facere potest etiam iudex ordinarius, & sic ille nullam reformare, aut confirmare, quia de tali nullitate potest cognoscere superior iudex appellationis, & etiã iudex ordinarius, ita latè tradit Felyn. in c. in literis. nume. 4. de offi. iudi. deleg. in cap. per tuas. num. 8. colum. penul. & fin. de sent. excom. Paris. consi. 54. nume. 43. & sequent. uolum. 3. car. 90. Bar. in l. si ut proponas. C. quomo. & quando iudex. & additio ad Bar. in l. si expressim, sub numero 14. ff. de appella. ubi limitant, quando esset nulla propter sordes, & barattariam iudicis, & sic patet quàm inepte D. Bernardus Medicus Bobiẽsis opposuit Do. Potestatem Bobbij honorandum fratrem meum iudicem ordinariũ non potuisse, nec posse reformare, & annullare sententiam latam, & tenutam bonorum ei datam per prædecessorem suum iudicem ordinarium in contumatiam non seruata forma statuti, nec docto de credito, cum idem error semper remanserit in secunda sententia, ut dixi supra decisio. 1. numero 49.

DE IVDICIIS.

DECISIO XXVI.

ARG.

Sutor malè incidens, aut ſuens ueſtem, tenetur ad damna & intereſſe.

Artifex exercendo artem, videtur fateri ſe eſſe peritum, & ideo tenetur de imperitia.

Medicus tenetur curare infirmum vſque ad finem, & ſi malè curat, tenetur ad damna & intereſſe.

SVMMARIVM.

1 *Sartor, & quilibet alius artifex tenetur de negligentia, & dolo in arte ſua, ſi quid omittat.*

2 *Qui non facit id, quod ſcire debebat, uel ſciebat de arte ſua, tenetur de dolo.*

3 *Iuratur in litem contra artificem doloſum; quod procedit nedum in dolo uero, uerùm etiam in præſumpto.*

4 *Dolus ex negligentia artificis commiſſus in arte ſua, non debet alteri patrocinari, & damnum afferre.*

5 *Dolus, & negligentia artificis notabilis, & ualde deformis commiſſus in arte ſua, facit artificem teneri alteri, & ſibi non ſubuenitur.*

6 *Artifex, qui in negligentia ſua, & dolo expreſſo reperitur, non ſubuenitur, quia maiorem dolum in eo eſſe dignoſcitur, nu. 7.*

8 *Negligentia, & dolus artificis probatur per inſpectionem oculorum, & euidentiam rei.*

9 *Alleganti incumbit onus probandi, cum non habet præſumptionem pro ſe.*

10 *Nemo præſumitur uelle iactare ſuum.*

11 *Mulieri aduerſus ſartorem dicenti, ſibi non dixiſſe incidere ueſtem ſericam curtam, & minorem ueſte, & faldigia induta competit iuramentum in ſupplementum ueritatis, & non ſartori.*

12 *Sartor, & artifex uidens materiam, quam menſurauit pro faciendo ueſtem ſericam mulieri, ſi cognoſcit, non eſſe ſufficientem debet omitti, aliàs ſi incidit, eſt in culpa.*

13 *Maior præſumptio una, aliam minorem elidit.*

14 *Pannus præſumitur furatus a ſartore, ſi non reperitur in ueſte poſitus.*

15 *Artifex quilibet præſumitur fateri ſe eſſe idoneum, & peritum, & ideo tenetur ad intereſſe, ſi malefecit.*

Idem, ſi non perſeuerauit uſque in finem.

16 *Medicus male ſecans uulnus, & curans infirmum, tenetur de imperitia ad damna & intereſſe.*

Idem ſi non perſeuerauit uſque in finem.

DECISIO XXVI.

QVidam Sartor fuit vocatus, a famulo Magnifici Domini Poteſtatis Florentiolæ ex commiſſione Dominæ Leonellæ eius vxoris ad incidendum veſtem ſericam ſibi, quæ erat induta eius faldigia, & alia veſte rubea, cum (vt vulgò dicitur) ſuis pianellis, & dicto ſartori, ad præſentiam Domini Poteſtatis dicta Domina Lionella dixit, aduerte te roge, quòd facias ſit grandis & maior iſta quatuor digitis, cum iſta induta ſit nimis parua: & ipſe reſpondit, nolite timere, quia non eſt prima, quam incidi, & accepta menſura quomodo ſe fecit, & menſuram accepit, & habita materia ſerica, quæ erat brachiorum quatuordecim, & ſatis vltra ad menſuram Placentinam, eam poſt multa ſua verba incidit ueſtem, quæ fere facta & induta per dictam mulierem nobilem fuit reperta valde parua, & nedum veſte induta, uerùm etiam faldigia, & quidem deformis reſpectu perſonæ induendę: ipſe uerò ſartor uidens talem eius errorem, & deformitatem veſtis ſericæ, perſuadendo eam dedit dictæ ueſti ſericæ adiunctam largam quatuor digitis dicendo, quòd ornamentum ſuper ea ponēdum cooperiretur (ut vuglo dicitur) il cuſito dictę adiunctę, qua verò additione, & adiuncta data, ornamentum non cooperiebat talem ſutum, ſeu cuſitum, adeo quòd dicta deformitas erat peior priore: ipſa mulier nobilis eidem renuntiauit ueſtem, petendo eius pecuniã, quæ eſt ſcutorum quatuordecim de auro in auro, & lata fuit ſententia contra d. Sartorem, qui appellauit, & dixit de nullitate, & modò videndum eſt, an ſit prima ſententia confirmanda, uel infirmanda, & breuiter dixi, Do. n. Iudicem, ad quem omnine

nino debere pronuntiare bene iudicatū, & malè appellatum cum uictoria expensarum, quia dictus Sartor tenetur, & obligatus est recipere uestem sericam nimis paruam incisam eius culpa, & negligentia, & pretium prædictum restituere dictæ Do-
1 minę Leonellæ nobili. † quia sartor, & quilibet alius artifex tenetur exercere artem, & officium suum rectè: aliàs si id omittat, dicitur esse negligens, & in dolo. ita Anchar. in consilio 158. Soc. consilio secundo, colum. secunda, uol. primo, Aymon Crau. consilio 131. numero quarto, uo-
2 lum. primo, & † qui non facit id, ad quod tenetur & scire debebat, uel teneri sciebat, pariter est in dolo, ut per Bar. in l. tutor, qui repertorium, colum. secunda, in fi. ff. de administr. tuto. l. dolus, & ibi Bar. ff. manda. & l. procuratorem. §. dolo. eo. tit. &
3 Alexan. in l. ubi ff. de eden. † contra quem potest iurari in litem, ut per Plot. in repetitio. l. si quando. §. 4. in 5. ampliatione, numero 19. C. vnde ui, & ibi in §. 49. numero 31. ubi dicit, quòd istud habet locum non solùm in dolo uero, uerum etiam in dolo præsumpto, sed iste Sartor omisit, & non fecit in accipiendo mensuram non iustam, & incidendo vestem sericam non iustam, sicuti facere ac scire debebat, meritò tene-
4 tur ad restitutionem pretij, † quia negligentia, & dolus commissus in arte, & officio suo, non debet alteri patrocinari, & damnum afferre. Mar. Mant. sing. 17. numero tertio, & sing. 642. numero secundo, prę sertim hoc uidetur habere locum in casu
5 prædicto. † Quia talis eius negligentia, & dolus est notabilis, & ualde deformis, ut euidenter apparet per euidētiam uestis indutę in personam dictæ nobilis Dom. Leonellæ. l. 1. §. is quoque ff. de suspect. tuto.
6 † quo in casu dicto negligenti, & doloso non subuenitur, ut per Io. Cephal. consilio 89. numero 25. uolum. primo, consilio 235. numero 21. uolum. secundo, tanto magis subueniri ei non potest, quia reperitur in negligentia, & dolo expresso propter adiunctam eidem uesti sericæ datam, quæ arguit maiorem dolum in eo dictæ eius artis, & officij, ut per glo. & Rayn. de Forli, in l. 2. ff. ad Syllan. l. excipiuntur, eo. tit. in l. si mora, & in l. si constante. §. si maritus, & ibi nota-
8 tur. ff. sol. mat. † quę quidem eius negligētia, & dolus satis probatur per inspectionē oculorum, & sic euidentiam rei, seu uestis sericæ prædictæ inductę a persona nobili, ac incisę a dicto sartore, ut per Specul. in tit. de teste. §. qualiter autem. uersic. sed quando numero 19. l. si filius famil. uersic. dolo autem malo. ff. de iudic. & per Bar. in consilio 102. charissime Domine, isti nostri. uolum. primo, Nec refragatur ex aduerso, quòd audio dici, dictum sartorem non esse in negligentia & dolo, propterea non teneri ad restitutionem pretij, & damnum resarciendum dictæ Dominæ Lionellæ nobili,
9 † cum ipse inciderit uestem secūdum mensuram datam a dicta Domina nobili Lionella. Quia respondetur negando assumptum, cum non fuerit data aliqua mensura eidem sartori, sed ipse sartor eam accepit, cui non creditur, cum alleganti incumbit onus probandi, alias frustra asserit, & allegat, pręcipuè cum præsumptio non est pro, sed contra se, ut artifex. l. eum, qui temerè. ff. de iudic. l. 2. C. eodem tit. nec unquam apparebit, dictam Dominam Lionellam sibi dixisse, ita uoluisse sartorem incidisse dictam uestem curtam & deformem, quia (ut supra dixi) habet præsumptionem
10 contra se, † cum nemo pręsumatur uelle iactare suum, & induere tam uestem curtam, & deformem magisquàm faldigiam, præsertim in muliere nobili, tex. est in l. Campanus. ff. de oper. liber. l. cum de indebito, de probat. in fi. Paris. consilio 95. numero 21. uolum. primo. & consilio septimo,
11 numero octauo, uolu. quarto, † qua pręsumptione stante pro muliere contra sartorem competit dictæ nobili mulieri iuramētum in supplementum ueritatis, ut per Alexand. in consilio 53. in causa uertente inter Michaelem, circa fi. uolum. primo, refert, & tenet Hippolit. de Mars. in sing. 83. numero quinto, ubi tradit. Nec refragatur ex aduerso, si diceretur, q̄ ista paruitas uesti sericæ non euenit culpa sartoris, sed ex defectu dictę nobilis mulieris, quæ non dederat materiam sericę sufficientem pro incidenda dicta ueste tam longa, & grādi prout dicta mulier nobilis eidem sartori dixit. Quia respondetur, quod hoc pariter est a uero alienum, quia dato, & nō concesso, q̄ materia sericæ non fuisset satis, & sufficiēs ad euitandum eius negligentiam, & do-
lum

sum artis, & officij sui, attamen illud sibi non prodesset. primò, quia ipse sartor habuit pannum sericeum, & sic materiam, & eam uidit, ac mensurauit, & reperijt esse brachia quatuordecim ad mensuram Placentinam, & mulierem non esse grandẽ,
12 sed mediocrem, † qui audita dicta Domina Leonella, si super grandi ueste uidebat non posse hanc tam grandem facere, omitti debebat & non incidi, prout fecit: ergo sibi negligenti imputet, & cum fecit quod non debebat, recipi non debet, quod oportet, Bal. in c.1.col.pen.quæ domi.propri. seu priua. glo.in c.1.in uerbo, utilitatem.de no.form. fide. Natta in consil.258.numero 9.uolu.2. Quæ culpa, & negligentia sua, est altera maior presumptio contra se, quæ elidit primã
13 præsumptionem pro se, † quia maior præsumptio aliam minorem elidit. c. tuam, & ibi glo.de sponsal. Bar.in l.diuus.ff.de resti. in integ.in 2.columna, in princi.in 2.notab.
14 cum similibus, & presumitur pannus furatus, & subtractus a sartore, quando in ueste non reperitur positus. §. si tamen alienam, & ibi no. Aret. sub numero 2. Insti.de rer.diuisio.& ibi glo. Secundò, quia constat materiam sericę mensuratę fuisse superabundantem ad mensuram, quam sibi dixit Do. Leonella, quia postquam uidit dictus sartor errasse, & fuisse negligentem in arte, & officio suo, uolẽs cooperire talem errorem ex materia superabundanti, dedit eidem uesti sericæ adiunctam quatuor digitorum, & ulterius materia supererat, quæ adiuncta utiq; maiorem deformitatem ostendebat, ex quibus non potuit se adiuuari quin non fuisset in maiori negligentia, & dolo artis, & officij sui, iuxta ea quæ supra latè dixi in princip.
15 † Nam omnis artifex præsumitur idoneus, postea quam exercet eius artem, quia uidentur asserere se esse in illa arte peritos, & ideo tenentur de negligentia, & imperitia, & sic de dolo, lata culpa, & leui. §. imperitia. & ibi Io. Fab. & Docto. Insti. ad legem Aquil.
16 Hinc est, † quod medicus male secans uulnus, & non bene curans infirmos, tenetur de imperitia ad damna & interesse, ac etiam perseuerare usque ad finem infirmitatis, & ita quilibet alius artifex, qui cœpit pro aliquo aliquid facere nam tenetur perseuerare & finire, aliàs teneretur ad interesse. §. præterea, ubi glo. & Angel. Institut. de leg. Aquil. Fel. in c. tua nos. de Homicid. latè additio ad Dyn. in regula, non est sine culpa. de reg. iur. in 6. & faciũt adducta per Dec. & Cagnol. in l. contractus. ff. de reg. iur. & per Paris. consi. 37. nu. 11.12. & seq. uol. 1. Alex. consi. 129. uolu. 2. & ideo cum iste sutor, & fullo habuerit pannum sericeum, & inciderit uestem, accipiẽdo mensuram præsente nobili Leonella sororia mea & uxore Mag. D. Dyonisij fratris mei honorandi Potestatis Florentiolæ Lombardiæ, non est dubium ex supradictis, fullonem istum fuisse & esse in culpa, & teneri de imperitia & negligentia ad interesse, & pronuntiandum bene iudicatũ, & malè appellatum cum uictoria expensarum, ut etiam in proposito fuit decisum Bononię, ut per Benintend. in Rota Bononi. decis. 9. sutor fecerat. car. 8. quod est ualde notãdum per iudices iuuenes, quia iste casus sæpe contingere potest. Et ita fuit iudicatum, & confirmatum per excellentissimum. I.C. Dominum Bergontium Parmensem, Illustris. & Excel. Domini Sfortię Palauicini Auditorem, de Anno 1573. de mense Iunij. aduocante honorando Dom. Dyonisio fratre meo.

DE IVDICIIS.

DECISIO XXVII.

ARG.

Testamentum secundum inter liberos factum etiam coram duobus testibus, & minus solemniter, reuocat primum, in quo extranei sunt instituti, & multa de materia.

Testamentum scriptum a Notario coram testibus, & non lectum per mortem Testatoris, dicitur nullum ex defectu solemnitatis, non ex defectu uoluntatis.

Voluntas Testatoris potest declarari per duos testes, & per actum minus perfectum.

Diuisio facta per arbitros extraiudicialiter per errorem iuris in bonis alterius

rius non ualet, nec præbet iustam causam præscribendi, secus si iudicialiter.

Possidens pro hærede, & pro possessore bona aliena nunquam præscribit, & tenetur ea bona relaxare unà cum fructibus a die occupationis.

Statutum loquens in contractibus, non habet locum in ultimis uoluntatibus, nec econuerso.

SVMMARIVM.

1 *Possidens bona iusto titulo, aut bona fide, uel secundum mentem testatoris, non tenetur ad restitutionem fructuum, nec bonorum saltem post triginta annos, nu. 2.*

Declara, ut nu. 3. 4. 9. 67.

2 *Statutum, quòd possidens bona aliqua per annos triginta & ultra, non possit ab aliquo molestari, ualet & tenet.*

Declara, nu. 22.

3 *Possidens bona aliqua per annos triginta & ultra, est tutus præscriptione.*

Declara, nu. 22. 36.

Mala fides post triginta annos purgatur, & conuertitur in bonam fidem, & causat præscriptionem & consuetudinem.

4 *Declara, nu 23. 31. 32. 36.*

Titulus putatiuus est habilis ad inducendam præscriptionem.

5 *Iudex sententiando uidetur reÿcere exceptiones oppositas in processu, uide nu. 48.*

6 *Laudum notificatum uidetur ratificatum, si pars intimationi non contradixerit intra decem dies.*

7 *Iuramentum debet in forma specifica adimpleri.*

8 *Notarius forensis non potest rogare in territorio alieno.*

Fallit, nu. 58.

9 *Titulus dubius potest causare iustam causam præscribendi, & inducendi consuetudinem, & inducere bonam fidem.*

Declara, nu. 32. 36. 63.

10 *Ponens siue actor, siue reus, dicitur fateri omnia contenta in positione, donec contrarium probetur.*

11 *Filiorum & liberorum in successionibus prima causa est, nu 41.*

21 *Actiones omnes actiuæ, & passiuæ transeunt in hæredes proportionibus hæreditariÿs.*

13 *Testamentum primum tollitur per secundum, maximè quando est inter liberos, & plenius disponit etiam coram duobus testibus.*

Amplia, nu. 18. 19. 64. 65.

Limita, nu. 66.

14 *Diuisio facta per errorem de bonis alienis, retractari debet non obstante laudo extraiudiciali, iuramento, aut præscriptione, numero 38. 45.*

15 *Testamentum per vim, aut metum factum, non ualet, & succedunt filÿ ab intestato, & non fiscus.*

16 *Metus, ac violentia probatur per assertionem testatoris in testamento, & per coniecturas.*

Testes deponentes de metu, & violentia facta testatori magis probant, quàm deponentes de non metu, & de non violentia.

17 *Instrumento in antiquis magis creditur, quàm testibus nunc deponentibus.*

19 *Testamentum scriptum a Notario coram testibus, si Notarius legit testamentum, & antequàm finiat moriatur testator, ualet inter liberos, dummodò probetur per testes, & dicitur defectus solemnitatis & non voluntatis.*

Voluntas testatoris ex testamento, seu codicillo imperfecto declarari potest per duos testes etiam per interuallum. ibi. nu. 19.

20 *Iudicium debet esse æquale omnibus, & tam contra pauperes, minores, ecclesiam, & viduas, quàm contra diuites, & alios.*

Pauperis, minoris, ecclesiæ, & uiduæ non misereberis in iudicio, ne fiat diuiti iniustitia. numero 20.

21 *Statutum, & lex ponens vnam qualitatem, illa debet ad unguem probari, etiam quòd præsumetur a lege, ad hoc ut habeat locum statuti dispositio.*

23 *Malæfidei possessor nunquam præscribit.*

24 *Debitor non soluens debitum, & rem alienam non restituens, dicitur peccare, numero 25. 34. 35.*

25 *Opinio Canonistarum est attendenda, quando est clara, & illa Legistarum dubia, aut sumus in materia peccati, nu. 27.*

26 *Bonæfidei possessor dicitur ille, qui bona fide absque scientia rei alienæ possidet, & credit se esse dominum, & nihil alicui debere de eo, quod petitur.*

28 *Titulus pro hærede, & pro possessore, non excusat, nec causat bonam fidem, & præscriptionem probato de errore tituli. vide nu 39. 40. 41. 42.*

Malæ-

29 Malæfidei possessor dicitur, qui tenet, & possidet scienter rem alienam absque alia recompensatione, & causa iusta. nu.43.

30 Malafides authoris nocet hæredi, & uniuersali successori mediati, & immediati. nu 32.37.

Hæres hæredis. dicitur hæres primi testatoris.

31 Malafides præsumpta uidetur excusare possessorem a fructibus, & a præscriptione.

Incapax a principio alicuius rei, cursu temporis etiam mille annorum non efficitur capax, nec præscribit, nec inducit consuetudinem.

Iudex sæcularis nunquam præscribit authoritatem ius dicendi super bonis, & personis ecclesiasticis, nec aliquam potest inducere consuetudinem.

32 Malæfidei possessor, & eius hæres tenetur ad restitutionem bonorum, & fructuum a die perceptionis, nu.33.35.67.68.72.

Declara, nu.33.38.69.70.

Lex, quando a principio resistit, & prohibet, nunquam causatur bona fides, nec præscriptio, aut consuetudo, nu.31. & seq.

33 Possessio, neque quasi possessio prodest in materia possessorij summarijssimi, & plenarij, & sic spolij, quando lex a principio resistit, & prohibet.

Rustici, & uasalli non tenentur facere correggia, uecturas, & operas dominis suis absque præmio, non obstante cursu temporis, si de titulo non apparet, quia lex resistit.

Parrochiani, & fratres possunt præscribere eleemosinas, & actus pios, quia sunt de genere permissiuo.

Eleemosinas, primitias, & alimenta, decimas soluere quis potest cogi, si per annos triginta, & ultra soluit.

35 Præceptum negatiuum obligat semper, & ad semper.

36 Hæres, qui uult inchoare præscriptionem a se ipso debet possidere per annos triginta ipse solus, licet sibi noceat mala fides defuncti, & numero 37.

38 Error facti, aut iuris dubij excusat a dolo, & causat præscriptionem.

Declara, nu 39 & 40.41.

43 Error iuris dicitur probari, quando apparet rem aliter se habere.

44 Ignorans non consentit, nec contra eum currit præscriptio.

Præscriptio nunquam currit contra ignorantē.

45 Causa iniusta non excusat a restitutione rei, & fructuum.

Iudex etiam propter scandala nunquam debet a se auocare possessionem, quando videt aliquem possidere.

46 Error præsumitur, quando exprimitur causa iniusta, & excludit consensum.

47 Diuisio facta per arbitros extra iudicium, dicitur facta sine cognitione causæ, & lite mota, etiam si fuisset dictum, uiso testamento, & lite orta inter partes

Laudum per arbitros latum extraiudicialiter retractatur semper, quòd apparet rem aliter se habere.

48 Exceptio reiecta non potest dici, vbi non est forma iudicij, uide nu.5.

49 Sententia lata contra testamentum, aut contra expressum iuris errorem, non ualet.

50 Sententia, quæ est nutritiua peccati, ipso iure non ualet.

51 Procurator, & tutor minoris non potest compromittere de re liquida & clara, ac de articulis iuris, nec data talis authoritas præsumitur, numero 52.

53 Compromissum de iure & de facto, in re minoris fieri non potest.

54 Mandatum de fiendo compromisso, intelligitur de necessario, & non de uoluntario.

Procurator ad compromittendum, intelligitur de necessario, & non de uoluntario.

55 Compromissum, & transactio præiudicialis minoris factum a tutore non tenet.

56 Procurator & tutor minoris tenetur compromittere cum ijsdemmet solemnitatibus, quibus minor tenebatur.

57 Laudum latum per tertium arbitrum in casu discordiæ non ualet, si non apparet parte citata de discordia.

58 Statutum Fiuizani, quòd idem ius seruetur forensibus, quod seruatur in loco forensium Fiuizanensibus ualet, & multum operatur.

59 Testamentum factum tempore pestis a Notario forense, uel sine solemnitatibus non ualeat.

60 Exceptio debet esse de regula, & declarat regulam in casibus, in quibus loquitur.

61 Statutum, quòd contractus sit ipso iure nullus, dicitur loqui de contractu inter uiuos, & non de ultimis uoluntatibus.

62 Statutum loquens de contractibus, non habet locum in ultimis uoluntatibus, nec econuerso. & quid in donatione causa mortis?

66 Testamentum primum inter liberos, dicitur habere

bere clausulam derogatoriam ad sequens testamentum; & si de ea expresse non fit mentio in secundo, primum per secundum non tollitur.

67 *Fructus restituuntur a die perceptionis a malæfidei possessore, quando titulus est a principio nullus, aliàs a die litis contestatæ, num. 32.63.69.70.*

70 *Emptor, emens rem pro centum cum pacto retro uendendi intra tres annos, & quòd postea æstimetur res si non redimitur & iuxta æstimationem soluatur pretium, tenetur fructus pro rata pretij soluere a die transacti trienny, licèt æstimatio tunc temporis non sequatur.*

71 *Estimatio fienda alicuius rei uenditę, intelligitur secundum tempus contractus, & non mensurationis, & æstimationis.*

72 *Delictum fauore animæ, et peccati euitandi præsumitur, quando quis non uenit pena corporali puniendus, aliàs secus.*

Vsura, simonia, & hæresis in dubio præsumitur, quando quis non punitur pęna corporali fauore animæ, aliàs secus.

DECISIO XXVII.

IOannes Dominicus Ioãnis Petri de Posaria Fiuizani de anno 1527. tempore pestis fecit primum testamentum, & instituit eius hæredem Iacobum Andreæ, & Argentinam eius unicam filiam minorem annis sexdecim dotauit iure institutionis, postea mutato proposito mediante brachio seculari, & auctoritate Dom. Capitanei Fiuizani aliud fecit testamentum uoluntarium, in quo eius hæredem uniuersalem instituit Argentinam, *detta la Brunetta* eius filiam, deinde decessit illa pestifera infirmitate: filij uerò dicti Iacobi statim in matrimoniũ collocarunt dictam Brunettam, & cœperũt eam molestare, asserentes bona hęreditaria dicti Ioannis Dominici ad eos spectare, uti hæredes & filij dicti Iacobi hæredis primi testamenti, & fuit factum compromissum extraiudicialiter in arbitros, qui pro bono pacis & concordię, & ad euitanda scãdala diuiserunt dicta bona inter ipsam Brunettam, & Ioannem Angelum filium dicti Iacobi uti procuratorem sui patris, & fuit laudum intimatum dictę Argentinę, & eius marito, adeo quòd ipse Iacobus, & filij tenuerunt, & possederũt ab anno 1529. usque ad annum 1571. quo tempore ipsa Brunetta semper stetit sub potestate mariti, & eo mortuo mouit litem contra Andreotum, & Nicolaum fratres, & filios Petrini filij dicti Iacobi possessores petitione hæreditatis, & omni alio meliori modo, qui rei multa opposuerunt contra dictam Brunettam fundantes se in nullitate secũdi testamenti, in laudo lato, & intimato, ac in pręscriptione longi temporis.

Pro parte dictorum Andreoti, & Nicolai reorum primò facit, quòd ipsi habuerunt dicta bona ab eorum patre, qui ea habuit a Iacobo patre, & auo dictorum reorum hęrede instituto a dicto Ioanne Dominico,
1 † & sic iusto titulo, & bona fide tenuerunt, & possederunt, & secundum mentem testatoris, adno. per Brun. in tract. de solemnitate, in ultimo effectu, uersi. tertio dicta conclusio, & dixi in tracta. de usufruct. mulieri relicto, numero 89. car. 447. & nume. 121. car. 525. in 1. par. Hiero. Gabri. consilio 108. numero 2. & seq. Didac. in c, cùm esses. nu-
2 me. 6. & seq. de testa. car. 52. † Secundò dicti rei tenuerunt, & possederunt pacificè, & quietè per annos quadraginta & ultra dicta bona, quo casũ sunt tuti præscriptione, & non possunt molestari ab aliquo, uirtute statuti Fiuizani, sub rub. de pręscrip. quod statutum ualet, & tenet, ut in proposito cõsuluit Pau. de Cast. consilio 22. numero 3. consi. 298. uol. 2. Pet. de Rauen. sing. 55. statutum, Aret. consi. 103. in 2. dub. Alex. cons. 165. dub. volu. 6. Soc. consi. 33. numero 9. & nume. 14. uolu. 4. Paris. consi. 93. nume. 19. & seq. uolu. 3. Dec. consi. 272. colum. 4. & in fi.
3 Et etiam uirtute iuris communis, † ubi possidens aliqua bona spatio triginta & quadraginta annorum, etiam sine titulo, est tutus pręscriptione, quia bona fides pręsumitur ultra triginta annos, & currit etiam contra ignorantem, & purgat malam fidẽ præcedentem, adeo quòd de mala efficitur bona fides post 30. annos, Dec. consi. 267. numero 4. & 5. Pau. de Castro consilio 22. numero 8. uol. 2. Festasi. in tracta. de collectis, in 4. par. c. 4. numero 24. Ceph. consilio 316. num. 46. & seq. uolum. 3. Rimi. iun. consilio 248. numero 29. & seq. & consilio 249. numero 68. & seq. uolu. 3. Tobi. Noni. consi. 29. num. 21. car. 53. latè Ari. Pinc. in auth. nisi tricennale, numerò 58. & seq. C. de bon. mat. car. 662. Tertiò, quia factum fuit com-

compromiſſum in arbitros, qui diuiſerunt dicta bona inter ipſam Brunettam & Iacobum autorem reorum, hęredem inſtitutū ex priori teſtamento, & mediante ſententia arbitramentali ipſe Iacobus, & rei tenuerunt, & poſſederunt per annos quadra
4 ginta & ultra dicta bona ſic diuiſa, † quo caſu præſcripſerunt etiam iſto titulo putatiuo dicta bona, ut conſuluit Soc. in conſi. 33. num. 8. uerſi. poſtremò & quintò, uol 4. Rube. Alex. cōſ. 75. nu. 4. ubi dicit communem. Cur. iun. conſ. 6 nu. 24. & ſeq. uol. 1. Boui. Regienſ. in tract. de ſtatu. urbi. præſcriptio. glo. 19. num. 87. & ſeq. car. 87. Balb. de pręſcriptio. in l. Celſus in 2. notab. car. 235. nu. 6. & 15. & Ari. Pinel. in auct. niſi tricennale, numero 11. car. 598. C. de bon. mat.
5 † quia ſententiando uidentur exceptionē teſtamenti ſecundi reieciſſe, & partes diuidendo bona acquieuerunt, ut per Salicet. in l. ſi ſoror. in fi. C. de collatio. Ber. conſ. 2. nu. 33. lib. 2. Pariſ. conſ. 132. num. 26. & ſeq.
6 uol. 4. † Et maximè ſtante notificatione dicti laudi facta dictę Dominæ Argentinæ, cui non contradixit, & ideo omnia ratificaſſe, & approbaſſe dicitur. l. cum putarem. ff. familiæ erciſ. & d. l. ſi ſoror. in fi. & ibi Salice. & Pariſ. d. conſi. 132. nu. 26. & ſeq. præcipuè cum ſit maior tempore moti iudicij nedum uigintiquinque annis, ſed quadraginta, & ultra, ut per Bal. in conſi. 282. componitur quòd minor, uol. 2. ubi dicit commu
7 nem, † ſtante præcipuè iuramento in dicta diuiſione arbitramētali, quod debet in forma ſpecifica adimpleri auth. ſacramenta puberum & ibi Doct. C. ſi aduerſus uendi. latè Crau. conſi. 102. lib. 1. Pariſ. conſi. 97. uol. 1. & Anchar. Regienſ. q. 14. num. 14. & ſeq. in 2. par. dixi in tract. de tutore, num. 216. car. 204. & Octauia. Pedamonta. deciſ. 92. Quartò, quia teſtamentum ſecundum, in quo fuit inſtituta hæres dicta Domina
8 Argentina, fuit nullum, † quia fuit rogatum a milite ſocio Fiuizani, qui erat Forenſis, & non poterat rogare in terra Fiuizani, & ſic in alio territorio uirtute capitulorum Fiuizani, ſub nu. 30. & 38. & iuris communis, Roland. conſ. 91. num. 10. & ſeq. uol. 3. Cephal. conſi. 167. nu. 12. uol. 2. Proſper Paſet. conſi. 158. car. 149. quo caſu ſaltem dubiam reddidit dictæ Brunettę inſtitutionem, & potuerunt deuenire ad compromiſ
9 ſum, & laudum, & ad diuiſionem, † & cauſare iuſtam credulitatem, & bonam fidem, ad tradita per Dec. in conſi. 79. in fi. in conſilio 267. & 272. & per Bar. in l. Celſus. ff. de uſucap. & Cur. iun. conſ. 6. nu. 26. uerſi. poſtremò, uol. 1.

Pro parte Alderici, & Dominæ Argentinę uxoris, & filiæ dicti Ioannis Dominici teſtatoris, plura ad eorum fauorem adducebantur: & primo, quia bona de quibus agebatur, fuerunt Ioannis Dominici patris dictę Brunettæ, & per eum tenta, & poſſeſſa, vſque ad eius mortem, & eam reliquiſſe tempore eius mortis in ſuis bonis, & hæreditate, & hodie medietatem dictorum bonorum tenere, & poſſidere dicti rei conuenti titulo pro hęrede, uel pro poſſeſſore,
10 ut faten tur in poſitionibus; † & clarum eſt, quòd ponens, ſiue actor, ſiue reus, dicitur fateri omnia contenta in poſitione, donec contrarium probetur, Alex. in conſilio 118. in cauſa, nu. 4. col. 2. & conſi. 71. clariſſime, col. 2 nū. 4. & 5. uol. 3. conſi. 92. nu. 1. uol. 5. Porci. in ſuis regu. concluſ. 13. in 2. ampliatio. & in 2 limita. car. 42. & Io. Baptiſ. Aſini. in ſua pract. iudicia. § 19. c. 24. nu. 4. car. 138. Et cum ipſa Brunetta ſit filia, & hæres ab inteſtato, & ex teſtamento, debet di
11 cta bona conſequi, † Nam in ſucceſſionibus prima cauſa eſt liberorum, & deſcendentium. §. inteſtatorum, Inſt. de hæredita. quæ ab inteſta. defer. §. ſui, Inſt. de hæred. quali. & differen. §. ergo ſciendū, Auct. quib. mod. natu. effi. ſui, col. 7. Roland. conſ. 82. numero primo, & ſeq. uolum. ſecundo,
12 † & omnes actiones actiuæ, & paſſiuæ trāſeunt ad hæredes pro portionibus hæreditarijs. l. 1. 2. & 3. C. de hæredita. actio. l. cum a matre. C. de rei uendi. & ibi Docto. & Soci. in l. 2. §. item ſi in facto, numero 4. ff. de
13 uerborum oblig. Secundò, † quia primum teſtamentum tollitur per ſecundum, & maximè quando eſt inter liberos, & magis ꝓuidet, §. poſteriore, Inſtit. quib. mod. teſta. infirmen. latè Grat. conſi. 90. col. prima, & ſecunda, uolum. 2. Pariſi. conſi. 34. numero 47. & 58. uolum. 2. Soc. conſi. 93. in fi. uol. 4. Bald. conſi. 39. factum, uol. 1. Duran. de arte teſtan. tit. de muta. teſtam. caute. 1. nume. 1.
14 Tertiò, † quia diuiſio facta per errorem de bonis alterius, nō ualet & retractari debet, quando ueritas aliter appareret, quā quod diui-

diuisum,& facti fuisset, non obstante quocunque laudo extraiudicialiter lato,& iuramento,aut præscriptione.l. post diuisionē, C.de iur.& facti ignor.Soc.consi.25.numero 12.vers. non obstat quartum, uolum.4. Menoch.consilio 91.uolum.1. Soc.iun.consi.48.numero 43.& 44. & consi.128. numero 121.& consi.50 numero 18.& seq. uolu.4.Anchara.Regiens.q.56.numero 14.in prima par.Rota Perusi.decisio.2. in 1.par.facit Parisi.consi.89 numero 55.uolum.1.& consi.24.numero 144.& seq. uolu.2. dixi supra decis.30. numero 40. & dicam infra decis. seq.numero 29.quibus in locis apparet esse receptiorem, & non habere difficultatē apud realem,& scientificum iudicem.

Ad contraria supra in prima parte dedu cta Dom.Argentina, & eius maritus respōdebant his medijs. Et primò,ꝙ ad primum fundamentum, ꝗ dicti rei possidebāt dicta bona iusto titulo,& bona fide,& sic pro hęrede,& ex testamento,dicebant. Primò nō esse uerum tenuisse, & possedisse dicta bona secundum uolūtatem testatoris, quia apparet primum testamentum per uim,& metum fuisse factum,sub die 7 Augusti,& sub die 9.dicti mensis cum clausulis derogato-
15 rijs per secundum fuisse reuocatum: † quo casu (etiam quòd secundum testamentum non fuisset factum)primum per uim factū esset nullum,& fiscus non succedere,sed ipsa Brunetta filia tanquam ueniens ab intestato.l.1.ff.si quis aliq.testa. facere prohib. Bar.in l.uirum,numero 11.uersi.4.casu, ff. eod.Paris.67. numero 56.& seq. & numero 72.in consi.68.numero 7.uolu.3.Duran. de arte testan. tit. de acquir.uel repud. hæred.caut.4.numero 3.latè Menoc.de arbit.
16 iudic.casu 395.car.452.† & hoc uidetur ꝓbari per secundum testamentum, ubi Notarius attestatur de metu,& violētia authorum dictorum reorum, & potest etiam ex coniecturis probari, & plus ualent duo testes de uiolentia & metu deponentes, quā mille de non metu, Sigis.Lofred.consilio decimoseptimo,.nu. 14 & 15.& talis assertio in dicto testamento uidetur probabilis,ad nota. per Afflict.decisi.44.numero 27.& 29. Ferrant. Gargia Patroci.71. car. 336 vide Paris.consi 26.numero 70.& seq. vol.2.in proposito loquitur Fran. Mantica de coniectur.vltima.volunta.lib.3.tit.1.nu.
7 8.car.34. † & maxime in antiquis,quo casu plus creditur instrumento, quàm testibus si contrarium nunc deponerent, Beltrand.consi.100.nu.2.uol.3.Crau.consilio 54.nu.15. uol.1. Roland. consi.2.numero 59.uol.1.sentit Bero.quæst.65.nu.6 & seq. Secundo dicebant, primum testamentum fuisse expresse sublatum per secundum, in quo pater ipsam Brunettam filiam instituerat hæredem uniuersalem cum clausula de-
8 rogatoria, † & clarum est, quòd primum testamentum tollitur per secundum a principio validum,licèt postea nullum redderetur,per tex.in d.§. posteriore, Instit.quib. mod.testam. infirmen. Abb. consi.25.in fi. vol.2.Decis.consi.264.nu.1.circa fi.consilio 489.nu.3.col.1.Neuzan. consi.63. nu.6.& seq.Bursa. consi.47. nu.5. uol.1.latè Grat. consi.90.uol.2.Rot.Perus.decis.2.in primâ parte,Iul.Cla.in §.testamentum,q.94.car. 96. quæ procedunt etiam si ex secundo testamento nō addiretur hæreditas.l.hac consultissima.§ si quis autem, & ibi Doct.C. de testam.Ruin.consi.9.nu.7.& nu.16.uol. 2.Benedict.in c.Rainucius,in uerbo, testamentum,il 2.nu.7.car 181.de testam. Fernand.Vasq.nu.11.car 508.§.24. limita.19. Durant.de arte testandi, tit. de mutatione testam.Caut.3.in fi. car.181. & pręcipuè in casu isto, ubi dixit testator primum testamentum nolle ualere,ut per Bursat.d. cōs. 47.nu.7. Franc. Mantica in tract. de coniectur.ulti.uolunta.lib.2.tit.15.nu.18. & seq. car.34.Octauian.Simoncel.in tract.de contracti.super decret.minoris, nu.109.car.99.
19 † unde potest inferri ꝙ testamentum scriptum a Notario præsentibus testibus, si postea legatur per Notarium,& antequàm finiatur,testator morte præuentus decedat, poterit annullare primum testamentum, quia apparet de uoluntate testatoris quo ad reuocationem primi testamenti,& a principio est ualidum,sed ex defectu solemnitatis,non autem uoluntatis testatoris dicitur esse imperfectum, & ideo probata eius uoluntate testamentum primum erit reuocatum,& annullatum,secundum magis communem opinionem, de qua attestatur latissimè Ludoui.Zunta in suo responso ꝓ uxore,nu.23.nu.95.& seq.numero 266.& num. 589.& seq.& numero 710.& seq. ubi procedit etiam ꝗ in secūdo essent solum duo testes,

stes,& Boeri.decis.93.nu.10.Pau. de Cast. consi.307.ad primum quæsitum,numer.3. uersi.super secundo quæsito, uol. 1. consi. 450. uisa dicta facti narratione , uol.2. & præcipuè quando testamentum secundum taliter scriptum est ad pias causas, uel inter liberos æqualiter institutos,ut per Ludouici Zuntam in locis supra citatis,& maxime nu.595.numero 710.& seq. & Docto. in l.hæc consultissima.§. ex imperfecto. C. de testam.Bar.in singula.181.testamentũ, & ibi Apostilla.Rube.consilio 7. & latè per Plot.in consi.6.car.34. Et ideo apparet testamentum Pierini Borniæ, in quo sibi hæredes vniuersales instituit Antonium fratrem,& Ioannẽ Baptistam filium Borgnini eius nepotẽ fuisse declaratum per eius ultimam uoluntatem postea factam,quòd intelligatur confraternitas Battutorum & disciplinatorum substituta casu,quo ipsi decederẽt sine filijs masculis,licèt mortuus fuerit antequàm Notarius legeret totum testamentum, seu codicillum posteaquam ipse uocatis testibus fecit scribere a Ser Bernardo de Gassano Notario Fiuizani totam eius uoluntatem, quia uoluntas testatoris ex testamento seu codicillo etiam imperfecto declarari potest per duos testes etiam ex interuallo,ut consuluit Iason in consi. 227.nu.16.uersi.decimosextò, uol.2. Paris. consi.79.num.16.uol.2.Durant.de arte testan.tit.de muta.testam. Caute.1.num.3.& Caute.8.nu.3.Bar.in l.fi.ff. de reb. eorum, Anto.Gomes.de contracti.c.14. nu.16.car. 291.Ludoui. Zunta in d. Responso pro uxore,nu.882.& seq.Plot.in consi.5. nu.4. car. 31.& consi.7.nu.4.car.34.& num.19.& per totum,& Soc.iun.consi.144.uol.2. ubi latè & pulchrè circa declarationem testamenti loquitur,nouissime etiam Franc. Mantica de coniectur. ultima. volunta. lib.3. tit.1. car.34.licèt multi tenuerint contrarium, tanquam testamentum & codicillus, nullum & nullus ex defectu uoluntatis testatoris,ut per Aret.in §.ex eo autem,in princi. & sub num.3. uersi. in glossa nullum,Insti. quib.mod.testamen.infirmen. Lanfran. in c.quoniam contra,tit.instrumen.produ.numero 42. car.138. de probatio. Deci. in l.si quis in aliquo,num.20.C. de eden.Fernan. Vasq.lib.2.§.14. nu.41.& seq. in requisito. 10.car.300.Pau. de Cast.consi.450.uolum. 2.Guido Papæ consilio 55.omissa facti,latè Rui.consi.1. nu.2.& nu. 27.& consi.2.uol. 3.Rube. Alexand. consilio 94. columna 1. & 2.Menoch.consi.45.nu.28.& seq.lib.1.tamen communis est pro prima opinione,quòd sit defectus solemnitatis,& non uoluntatis defuncti,ut dicit Boer. decis.93. nume.10. consi.48.num.8.& addent.ad Bar.in singul. 181.circa fi.& Ludo.Zunta in d.Responso pro uxore,nu.263.& nu.290. & seq. & nu. 502.& seq.ubi latè,Galcane.consi.91.quantum ad primum,car.148. & consi.92. num. 10. Cur.iun. consi.304.& consi.348.uol.3. ubi latè,Cepha.consi.409.col.3.& ita fuisse decisum, & IVDICATVM * demonstrat Ceph.consi.294.in causa,uolu.2. car. 255. ubi decisiuè consuluit, idem Cephal. dicit in consi.409. uol.3.Purpur. consi.15. uolu.1. car. 20.& quia breui tempore hæc quæstio est uentura in patria mea,ideo omnia bene nota, & pro materia, an sit defectus uoluntatis, uel solemnitatis defuncti, fac ut uideas etiam Durant. de arte testan. tit. de testam.ordina.caut. 10.nu.6. Gul. de Ludo.singu.148.Boer.decis.240.nume.4.& seq.Tiraq. in tract. de priuileg. piæ causæ, priuileg.6.& 7.car.55.Fernan. Vasq. lib.3. §. 30. de codicil. numero 38. & sequen. uersicu. denique qui testamentum, Menoch. in tracta. de adipiscen. possessione, remed 4.q.85.nu.744.car.66. Iacob.Porci. lib.2.conclus.6.car.377.D.Cato Sac. in consilio 122.& D.Rol.de Curte consi.123.car. 140.uol.1.vltima.uolunta.Roman.consilio 306. & Roderic. Soarez. in l. quoniam in prioribus,in 4.q.declara.regni.C.de inofficioso testam.car.398.& quamuis pia causa in priori testamento fuerit substituta,tamẽ per hoc non est ei obtemperandum,si communis opinio, & obseruantia est per contrarium, & aliter Iudicatum, † quia scriptum est, Pauperis non misereberis in iudicio,ne fiat diuiti iniustitia,ut per Silu.nuptial.lib.6.tit.quomodo iudi. pro commu. opi.nu.27.uersi. in dubio etiam, car.mihi 573.& Crot.consi.330. circa primum, nu. 12.& 13.car.75. uol.3.

20 Secundum fundamentum, dicebant isti iugales non procedere in casu isto, quia præallegatum statutum de possidente bona per certum tempus, quòd sit tutus præscriptione loquitur, quando quis possidet

bona

Bona iusto titulo & bona fide, ut ibi expres
21 sè dicit statutum, † & quando statutum po
nit unam qualitatem, illa debet ad unguē
probari per fundantem se in statuto, aliàs
non diceretur habere locum statuti dispo-
sitio, ut per Hippol. in pract. crimi. §. quo-
niam, numero 52. & seq. Menoch. consilio
75. numero 99. & seq. libro 1. Anchara. Re-
giens. q. 9. numero 5. in prima par. Abb. in
consilio 93. duo sunt numero primo. uolu.
primo. Plot. consilio 86. numero 26. 27. uo
lum. primo. car. 366. Rolan. consilio 70. nu
mero 51. uolum. 3. dixi supra, decisio. 11. nu
mero 10. 20. & 22. & hoc procedit, etiam
quòd a iure illa qualitas præsumeretur ad
hoc, ut dispositio operetur, cum uerba sta-
tuti sint propriè, & strictè intelligenda, &
prout iacent, ita dicit Deci. consilio 49. nu-
mero 2. Alex. consilio 172. numero 15. uo-
lum 2. Rolan. consilio 27. numero 26. Plot.
in l. si quando. numero 354. & 355. & sequē.
C. unde ui. Parisi. consilio 24. numero 13. &
seq. uolum. 3. Boeri. consilio 8. numero 5.
Calcane. consilio 28. numero 28. & seq. car.
72 Hippo. sing. 187. qualitas apposita, Be-
ro. consilio 95. numero 8. uolum. 3. Dec. in
c. dilecti. de appella. numero 14. & quòd ta-
le statutum ita intelligatur, etiam quòd nō
faceret mentionem de titulo & bona fide,
declarat Dec. consilio 272. uersi. & quæri-
tur an rei. Paris. consi. 66. numero 10. & se-
quen. uolu. 3. Bero. consi. 04. numero 21.
22 uolum. 2. † ubi statutum de præscriptione
loquens intelligitur cum titulo, & bona fi-
de, ut sequitur Fel. in c. si diligenti. col. 7. de
præscrip. Calcane. d. consilio 28. numer. 16.
Roman. consilio 485. sub numero 5. colu. fi.
Soc. consilio 86. numero 4 & seq. uolum. 3.
Corne. consilio 275. quamquam. uolum. 3.
Fernan. Vasq. lib. 1. § 10. rubr. de testa. po-
ten. nu. 16. & 27. car 130. & Petr. de Rauen.
singula. 55. car. 501 & idem dicendum est
de præscriptione 30. & 40. annorum, quia
non procedit quando adest mala fides, &
23 præcipuè de iure Canonico, † ubi malæ fi
dei possessor nunquam præscribit, c. 1. & fi.
de præscript. c. possessor, de reg. iur. in 6.
Quod ius Canonicum in materia præscri-
ptionis a malæ fidei possessore obseruatur,
& non ius ciuile ēt in foro imperij propter
24 peccatum, † in quod incidit ille, qui non
soluit debitum, & non restituit ablatum, ut
concludit Bar. in l. priuilegia. col. 2. C. de sa-
crosanc. Eccles. & ibi adden. & infra dicetur,
n. 34. & dixit Apostilla ad Dec. in l. iura san
25 guinis, sub nu. 4. ff. de reg. iur. † quòd quan
do duæ sunt opiniones, una Legistarum du
bia, & altera Canonistarum clara, est te-
nenda opinio Canonistarum, & maximè,
quando illa Legistarum est nutritiua pecca
ti, quo casu etiam in claris non attenditur,
ut in casu isto, quia non uult, quòd debitor,
& possessor rei alienæ scienter restituat pos
sessionem uero domino, quo casu possidēs
peccat non restituendo, ut dixi, & tradit
Bar. in l. omnes populi, numero 24. ff. de
iusti. & iu. Mathesila. singula. 23. numero
secundo, Anto de Fano in tract. de pignori.
in 2. membro 6. par. numero 12. & 21. latè
Balb. de Præscript. in 2. par. 3. partis, quæst.
13. car. 63. & in 3. par. principa. quæstio. 3.
26 car. 93 † Nam bonæ fidei possessor solum
dicitur ille, qui bona fide, & absque scientia
rei alienæ possidet, & credit se esse domi-
num, & nihil alicui debere de eo, quod
petitur, ut per Bar. in l. pen. ff. pro soluto.
Deci. consilio 698. numero 10. Ruin. consi-
lio 222. numero 8. uolum. 1. latè Cur. iun.
consilio 331. numero 29. & seq. & numero
8. & seq. uolum. 3. Anto. de Fano de Pigno.
in 5. parte 4 memb. nume. 12. car. 392. Balb.
de præscript. in l. Celsus, numero 21 & 22.
27 car. 260 † & in his, quæ concernunt pecca
tum attendi debet ius Canonicum & non
ciuile in utroque foro. Afflict. decis. 381.
numero 3. Martin. Laudens. consilio 56. nu
mero 8. & 9. Petr. Duen. Reg. 13. in uerbo,
actio ex delicto, sub nu. 12. Alexand. consilio
51. volumine 5. Craue. consilio 146. nume-
ro 5 Rimi. iun. consilio 333. numero 35.
consilio 248. numero 29. & seq. uolum. ter-
tio, Didac. in 2 par. relectionis, § 11. nume-
ro 3. car. 493. Paris. consilio 27. numero 115.
uolu. 1. Io. Ant. Trigo, sing. 8. numero 6.
Misinger. consilio 12. numero 12 & 13. uo-
lum. 1. car. 381. Fel. in c. fi. de præscript. ubi
dicit communem, Dec. consilio 303. & Soc.
consilio 77 numero 21. uolum. 1. Bero. con
silio 83. numero 6. uolum. 3. Purpura. cons.
535. nu. 32. & 33. uol. 2. Crauet. de antiquit.
tempo. in 4. par. numero 16. & 17. uersi. de-
cimotertio car. 201. Nicola. Fell. si. in tract.
de collectis, in 4 par. c. quarto, numero 24.
& sequen. car. 79. & Gabri. Roman. com-

mu.conclus.lib.5.de præscript.numero 55. car.262.

Et in casu isto apparet, istos reos non habuisse, nec habere titulum habile ad præscriptionem causandam, nec bonam fidem
28 † nam solum allegant titulum pro hærede, & pro possessore uirtute diuisionis prę allegatæ, qui tutulus non excusat, nec causat bonam fidem, & præscriptionem proba to de errore tituli, & dicitur esse probatũ de tali errore simulatq; constat rem aliter se habere, ut dicit Natta consi.77.num.10. uol.1. Anchara.consi.391. super plurib.col. 2.uers.sed dixerit aliquis, Rui.consi.10 nu. 16.uol.3. Alba.consilio 9.numero 49.Brun. consilio 38. colum.quarta, Crot. consilio 11.numero 50.uolum. primo Hippoli. Rimi.consilio 77.numero 14. & seq. uolum. primo. Anchar.Regiens.q. 56.nume.6.in 1. par. Crau.consilio 27. numero tertio, & seq.uol.1.Bero.consilio 15.nu.24. cons.78.
29 num. 11. uol.3. † Et de mala fide constat per ipsos authores dictorum reorum, qui diuiserunt dicta bona possessa per patrem dictæ Domine Argentinæ, & occcupasse, & possedisse postea absque alia recompensatione, & causa iusta, ut per Roman. consi. 485.sub nu.5.Paris.consi.66.nu.100.& seq. uol.3.Cur.iun.consi.331.numer.29.& seq. uol.3.latè Nicola.Festasi.in tract.de collec. c.4.nume.24.& seq. in 4. par.car.79 Capra consi.92.col.fi.in 3.dubio Grat. consi.125. uol.1.Angel.de Gambilio.consi.116.num. 20.& seq.car.445. & Purpurat. consi.535. numero 24.& seq uolu.secundo, car.214.
30 † quæ mala fides etiam nocet hæredi, & uniuersali successori mediati, & immediati, cum teneatur exonerare conscientiam defuncti, & hæres hæredis dicatur hæres primi testatoris l.qui per successionem, & ibi Dec.ff.de reg.iur.& l. fi. C. de hæredib. instit.& consuluit Corne.consi.275.quamquam, uolum.tertio, Rimin.iun. consi.333. nu.35.uol.3.Angel. de Gambilio d. consi. 116.numero 33.car.446.& per Anto. Gab. commu.conclus.libro 5.de prescrip. conclusio.5.num.3.car.574 etiam ꝙ heres dicatur habere iustam causam ignorandi, cum succedat in ius alterius, ut per Alexan. d.consi. 31.num.4 uolum.5.consi.77.nu.2.uolum.6. consilio 4.numero 40.41.uol.secundo.Parisi.consi.49.uol.secundo.& d.consi.92. uolum.3. ubi dicunt esse magis communem opinionem, late Barba.consi.40.col.8.& 9. uolum.primo.Soc.iun.consilio 76.numero 24.uol.1.& Cur.iun.consi.311.nu.36.uolu. 3.ubi similiter dicit magis communem, Capici decis.4.nu.13.Balb.de præscr. in 2.par. 3.par.prin.q.duodecima. nu.11.& 12. Meno. de recupe.pos. remed.15. q.40. nu.618. & seq.car.174.ubi dicit communem, & idẽ dicit Dec.consi.272.sub nu.5.Rimin.iun.cõsi.333.nu.35.uol.3. & maximè quando sumus in uera mala fide, & non in præsumpta quod tunc fortasse esset secus. ita declarat An.Gab.in commu.opi. libro 5. de præscr. concl.5.numero 6.car.574. Octauia.Pedam. decisio.56.in causa, numero 9.in fi. & infra decisio.28 numero 9.25.& 27.nam aperte fuit supra demonstratum, auum & patrem dictorum reorum sciuisse bona fuisse Ioannis Dominici, patris dictæ Brunettæ, & dictam Brunettam post mortem patris illa possedisse, & ipsos uoluisse illa bona diuidere uirtute prioris testamenti nulli & reuocati, & sequitur Crauet.in tract. de antiquita.tempo.in quarta par. sectio. materia ista, numero 20.& seq. car.101. Rimi.iuni. consilio 248. nume.32.& 33. uolum.tertio. & Lamberti.de contracti.glo.1. num.305. car.122.& sic non est uerum, quòd mala fides post triginta annos purgetur, & efficiatur bona fides, quia a principio lex resistit, & est incapax dictę possessionis propter pec
31 catum, ut supra dixi, † & quando quis a principio est incapax alicuius rei, cursu tẽporis ét mille annorum nõ efficitur capax, & nunquam præscribit, nec ualet consuetudo in contrarium. Hinc est, quòd laicus tanquam incapax rerum spiritualium ecclesiasticarum nunquam præscribit decimas, nec iurisdictionem in clericos, & bona ecclesiastica, ut dicit singulariter Abbas in c. quanto, numero secundo, de consuetudi. & in c.ad aures, & c.causam, quæ numero secundo, & 3. de præscript. ubi dicit menti tenendum, quòd consuetudo & præscriptio non ualet in contrarium, Pau.de Cast.consilio secũdo, numero tertio, uolum.secundo, sequitur Ripa in c.decernimus, numero 74. & 75. de iudic. Fel.in c. accedentes, sub numero sexto, uersi.fallit secundò, de præscriptio.Roch.de Cur. in tract. de consuetudi. sectio.5. numero 32. car. 153. &

Bero.

Bero.consilio 21.numero 16. uolu.primo. Roma.sing.4 9.& ibi Apostilla. Didac.pra cti.quæst.c.31.& Fely.in c.primo. in principio.de maiorita.& obedien.& ideo dixi,fiscum,& procuratorem Cæsaris non potuisse,nec posse conuenire clericos,nec super bonis ecclesiasticis cognoscere etiam, ꝙ per mille annos fuisset in possessione ita co gnoscendi, & iudicandi, quia tempus non potest causare, nec tradere talem iurisdictionem ex eo, quia a principio laicus est incapax,vt supra dixi,& sequitur Rota decisio.10.alias 840.de consuetud.in antiq.car.
32 364. † & sic patet ex prædictis, istos reos vti hæredes mediatos, & immediatos aui & patris,malæfidei possessoris,teneri ad restitutionem dictorum bonorum, & etiam ad fructus perceptos, ut dicit Afflict. decisio.240.numero secundo,Crot.consilio 11. numero 42.& seq. uolum.primo, Alexan. consilio 73.in fi.uolum.secundo. Parisi.cõsilio 66.numero 106.uolum.5. Grat.consilio 125.numero 6.& 7.uolum.primo. Alexand.consilio 21.numero 7.& seq. uolum. 4.Balb.in tract.de præscrip.in 4.par. 4.par. principa.q.11.numero 3.ubi dicit,communiter teneri a Canonistis in c. si diligentis de præscrip.vbi latè Fely. columna quarta, & seq. Iacob.Menoch.in tracta.de recuperan.possessio.remed.15. q.40. numero 617. & seq.uersicu.extenditur primò,car.174.& ratio est,quia lex a principio resistit,prohibet,& annullat actum,& possessionem,quo casu nunquam causatur bona fides,nec fructus lucrantur.ita dicit Francis. Becci.consilio 95.per totum,& nu.decimooctauo,& 24.lib.1.Lamberti.in trac.de contracti.glo. 1.num.220.& seq car.85.& nu.306. & 317. car.122.Corn.consilio 275.quamquam,columna fi.uol.3.Fel.in c.1.numero 12. in fi. de treu.& pace, & est communis opinio, vt per Didac.in 2.par. relectio.§. 7. sub nu. 5. versic. hæc autem secunda conclusio, & sub numero 7.versi.tertiò hinc patet, car. 476.Balb.de præscript.in l.Celsus,in princ. in 4.notab.sub numero 20.uersi.quartò limitatur,car. 238.Purpura. consilio 535.numero 24. & seq. volumine secundo, & faciunt tradita per Io.Lup.in repeti.c.per vestras.§.sed est, sub numero 43. columna 1. & numero 44.de donatio. inter vir.& vxor.
33 carte 257. † vbi possessio,neque quasi possessio iuuat in materia spolij, quando ius a principio resistit, vnde non debet reintegrari spoliatus, & Pau. de Cast. consi.401. numero 5.uol.1.Hippol.singula.195.numero 23.& ideo dixi,subditos non teneri carregia,& uecturas,& operas facere Dominis suis sine præmio, non obstante quauis longitudine temporis, & quauis præscriptione, & consuetudine, quę est irrationabilis, & corruptela, & non obligat, per text. in l.illicitas.§.illicita.ff. de offi.præsid. & ita dicit Paris. de sindica. in c. excedunt autem Barones uassallos, Boeri. decisione 303. videtur primo .Egid.Toma.in tracta. de collect.in §. ne scienter aliquid omittatur,numero 10.& seq.car.353. uersicu.hoc loco pulchrè.Bero.consilio 81. uol.primo. Didac.in 2 par.relectio.§.4.car.466. Lambert.de iure patrona.in 11.art.2. q.princi. lib.3.car.11.Roland.consilio 40. uolum.4. consilio 18. consilio 5. uolum. 3. consilio 22.consilio 69. uolum.2. & in proposito Ambrosi.de Vigna.consi.52. uolum.1. feudalium,car.302.vbi dicunt, ꝙ si appareret de aliquo titulo, uel obligatione maiorũ, quòd successores tenerentur,per Bar.Salic. & Doct.in l.cum de in rem uerso.ff.de usu. Ange.de Gambilio.consilio 22.car.96. Alexand.consilio 124. super primo, uolum.4. Rebuf.in constitu.tomo 3.rubr.de materia posses.in præfatio.numero 168.& seq. car. 242.secus si ius non resisteret a principio, ut est facere eleemosinas, & actus pios, ac dare alimenta Prædicatori, & reficere Ecclesiam, quia tunc posset quis cogi ad faciendum talia consueta,& soluta spatio lõgissimi temporis, ut per Octauia.Pedamõ. decisio.99.numero 17.& seq.car.390.Ripa responso 26.num.39.& 44.de consue. car. 114.lib.1.& Io.Guteri.Hispa.alleg. 10.car. 481.Ripa responso 22.col.1.lib.2.de rescri. ac Princi. grati. Bero. consilio 3. uolum.1. non obstante, allegata per Crot. consi.94. vol.1.quæ sunt notanda per Parochianos, & Fratres Mendicantes ac uasallos,& vide Brun. consilio 112.colum.2.Alexand.consilio 74.col.3.in fi.vol.4.Crau. de Antiqui. temp.4.par.sect.absolutus, numero 49. & 50. Rube. Alexand. consilio 21. numero 6. seq. Ripa in c. decernimus, numero 75. de iudic. ubi loquuntur, quando transit in vim priuilegij præsumpti, & quomodo est

capitulandum & probandum, & sic supradicta sunt notanda in materia summarij possessorij, & ita sunt declaranda, quæ dixi supra decis. 19. numero 1.2. Per quæ iura patet quàm bene fuerit iudicatum, quoad fructus, in causa matris D. Dominici Mancini de Monderdono causidici Papiensis, ubi aduersarij, & eorum authores nullum habebant titulum, sed solum volebant tueri præscriptione 30. & 40. annorum, conuertendo malam fidem per tale tempus in bonam fidem, fundantes se in doctrina Didac. in 2. par. relectio. c. 8. sub numero 2. versic. huic verò præsumptioni, car. 480. qui loquitur, quando lex non resistit, nam ipse Did. in d. §. 7. sub d. numero 5. & 7. & supra allegatus in casu nostro, quando lex resistit, tenet contrarium, & dicit communem, & est tex. in d. c. possessor. de reg. iur. in 6. & in
34 c. fi. de pręscript. ubi Doct. † nam quem tenere, & possidere rem alienam sine causa iusta, & aliqua recompensatione, lex prohibet & resistit, ut dixi sup. & est tex. in l. si alienam, & ibi Bal. C. de fur. l. 1. C. de vsucapi. pro empt. & alia exempla ponit Bar. in l. sed si lege. §. scire. ff. de peti. hæred. Plo. in l. si quando, numero 262. & 263. C. unde ui, & Pau. de Cast. d. consilio 401. numero 5. volum. 1. & non est mirum, quia sumus in præcepto negatiuo, quod est, Non furtum facies, rem alienam inuito Domino ne teneas, & quicquid inuenisti & non restituisti, surripuisti, c. si quid inuenisti, 14. q. 5. &
35 ibi glo. † quod præceptũ negatiuum obligat semper, & ad semper, ut per Rotam decisio 10. numero 2. & 3. alias 840. de consuetud. car. 364. in antiq. & tanto magis procedunt supradicta in casu nostro, & illius Manci. quia authores istorum reorum nullo modo tenuerunt & possederunt per annos triginta dicta bona, quo casu illa mala fides non potuit conuerti in bonam fidem,
36 † & non præscribitur nisi post triginta annos, quando lex non resistit. l. sicut. C. de pręscipt. 30. anno. Didac. d. §. 8. numero 2. uers. huic uerò præsumptioni, quod tempus triginta annorum non videtur currere, nisi post decem annos, quo dominus amittit possessionem realem propter ciuilem possessionem animo retentam, ut notare uidetur Purpura. d. consilio 535. numero 27. & seq. volum. secundo, car. 214. & ita etiam procedit contra ipsos hæredes, qui similiter non possederunt per annos 30. dato, quod uellent inchoare pręscriptionem ab eorum persona, ut notat Fel. in c. 1. num. 12. de treuga, & pace. Menoch. consilio secundo, sub numero 342. volum. primo, Grat. d. consilio 125. nume. 8. & 9. uolum. primo, & hanc considerationem & declarationem habuit & sequitur magnus practicus, D. Angel. de Gambilio. in d. consilio 118. numero 20. & seq. car. 446. Cum ergo nec authores, nec rei possederint de per se anno 30. non est mirum, si hæredes teneantur ad restitutionem bonorum & fructuum, cum solùm titulo pro hærede & possessore possint se tueri, per supradicta, & per Corne. consilio 275. lit. I. & sequen. uolum. tertio. & Purpura. dicto consilio 535. numero uigesimoquarto, & sequen. uolum. secundo.
37 † quamuis magis etiam sit communis opinio, quòd hæredes non possint inchoare huiusmodi præscriptionem ab eorum persona, cum mala fides defuncti noceat hæredibus prætendentibus titulum pro possessore, & pro hærede, ut de magis cõmuni attestatur Alexand. consilio quarto, numero 40. 41. uolum. secundo. Socin. iuni. consilio 76. numero uigesimoquarto, uolum. primo. Barba. consilio 40. columna 8. & 9. uolum. primo. Cur. iun. consilio 311. numero trigesimosexto. uolum. tertio. & Corne. dicto consilio 275. columna fin. uolum. tertio. Plot. consilio sexagesimosecundo, numero primo & quarto, car. 298. cum multis alijs supra allegatis.

Tertium fundamentum de compromisso, & diuisione arbitramentali facta per arbitros similiter dicebat Domina Bru-
38 netta non obstare, † quia erat factum compromissum uoluntarium extraiudiciale, & diuisio similiter extraiudicialiter facta, quo casu non præiudicabat ullo modo veritati, ut est tex. in l. post diuisionem. C. de iuris & facti ignorantia. nam error erat in iure, & non in facto, & ius erat certum & clarum, quia primum testamentum non ualebat uti per uim & metum factum, ac per secundum ad fauorem filiorum reuocatum, ut supra fuit demonstratum: quod secus esset, si esset erratum in facto, ut quando aliqua res uenit diuidenda, sed non eo modo, quo

quo fuit diuisa; uel error iuris est dubius & certus, aut non liquidus, ut in re communi, in unico testamento facto, & in fideicõmisso, quia tunc talis titulus esset habilis ad præscribendum, & lucrandum fructus, & error esset tolerabilis, ut per Anch. consilio 291. colum. 2. in fi. Soc. iun. consi. 50. numero 3. & 35. uolum. 4. Bald. consilio 282. uol. 2. Balb. de præscrip. in l. Celsus, in 4. notab. in 5. limita. numero 17. uersi. primò limita, car. 237. & numero 21. car. 239. & facit Ari. Pinel. in l. 2. in 2. par. c. 4. numero 40. C. de rescinden. uend. car. 144. & Cur. iun. consi. 6.
39 numero 26. & 27. in 1. par. † & quando nõ esset actum petitione hæreditatis, contra titulum putatiuum, aliàs secus, ut dicit Bald. d. l. Celsus. nu. 6. in 2. notab. car. 235. & Octauia. Pedam. decisio. 56. numero 5. 6. Crot. d.
40 consi. 11. † Sed quando error iuris est clarus, & certus, aut error facti consistit in dãno euitando, & alter tractat de lucro captãdo quæsito, uel agitur petitione hæreditatis, tunc præscriptio longi & longissimi temporis non prodest titulo putatiuo, ut per Pau. de Castro in consilio 70. numero 10. volum. primo. Alexand. consilio 156. numero 11. uolum 6 consilio 113. numero 3. uersicu. & pro hoc etiam, vol. 1. Octauia. Pedamonta. d. decisio. 56. numero 5. & 6. latè Soci. iun. d. consilio 50. numero 19. & seq. uol. 4. Ruin. consilio 217. numero 121. consilio 204. numero 14. uolum. primo. & consilio 150. numero 15. uolum. 4. Brun. consilio 38. colum. 4. uersicu. circa secundum dubium, Beltrand. consilio 214. numero 4. & seq. uolum. 3. & Balb. d. l. Celsus. numero 34. uersicu. primo modo, & numero 20. uersicu. 4. car. 242. Natta consilio 77. numero 9. uolu. primo. Dec. consilio 408. numero 6. Crau. consilio 188. numero 10. uolu. primo. consi. 225. numero 10. & seq. libro 2. Ancha. Regiens. q. 56. numero 9. in prima parte, Roland. consilio 13. numero 35. libro primo, consilio 69. numero 50. consilio 50. numero 63. consilio 100. numero 23. & 24. uol. 3. & Fran. Becci. consi. 42. numero 22. & 23. car. 69. quod uidetur procedere etiam in tempore, cuius initij memoria hominũ nõ extat in contrarium, ut dicit Crauet. consilio 27. numero 3. & seq. uolum. 1. Bero. consi. 15. numero 23. consi. 78. nume. 11. uolu. 3. & Octauia. Pedamonta. decisio. 56. nume. 5. car. 203. & decisio. 101. numer. 29. 30. & 31. car. 418. & maximè, quando illud quod est
41 diuisum, & remissum erat indebitum ciuiliter & naturaliter, quia talis error iuris nõ nocet, non obstante etiam iuramento, renũciatione, transactione, & clausula generali, ut consuluit Alba consi. 81. numero 51. & seq. & numero 57. & sequẽ. car. 97. pulchrè Rota Perusi. decisio. 18. numer. 38. & seq. in prima par facit Rui. consilio 162. sub num. 25. uolum. 3. & Brun. dicto consilio 38. col. 4. in 2. dubio, Beneuenut. Strac. in tracta. de adiecto, in 3. par. num. 113. & 114. car. 226. per tex. in d. l. possessor. de reg. iur. in 6. & c. fi. de præscrip. & ibi Doct. ubi Fely. & in casu isto, ista bona dictæ Argentinæ erant indebita naturaliter, quia de iure naturę istis extraneis nihil debebatur, neque etiam ciuiliter, quia aderat filia, quæ omnes alios præcedebat ab intestato. §. intestatorum, Insti. de hæredi. quæ ab intesta. deferun. §. ergo sciendum, Auth. quib. mod. natu. effic. sui, col. 7. & supradixi, in prin. & facit dictũ Alexan. in consi. 69. numero 11. & 12. uolu.
42 quinto, † & quòd talis titulus putatiuus, & error iuris in casu nostro non excusat reos conuentos, est etiam magis communis opinio, ut dicit Rui. consilio 150. columna 5. numero 15. uolum. quarto, & magis communem etiam refert Gabr. Roma. in conclusi. 14. numero quarto. car. 584. ubi loquitur de errore circa testamentum inualidum & annullatum, & Pau. de Cast. in consi. 134. pro
43 ista, nume. secundo, uolu. secundo. † & probando aliter rem se habere, quàm quod diuisum, & factum fuit, dicitur probatum de errore, ut per Doct. supra allegatos, & Alba consilio 9. numero 49. Natta consilio 500. numero 60. uolum. tertio, Rui. consilio 10. numero 16. uolum. tertio. Alexand. consilio 81. numero 18. consilio 145. numero septimo. consilio 156. numero 9. & 10. uolum. 6. Parisi. consilio 69. numero 48. & sequen. uolum. tertio. Ancha. Regiens. d. q. 56. nu. 6. in prima parte.

Et dato, quòd non esset error iuris in tali diuisione (quod contrarium apparet,) tamen negari non potest, quin adsit scientia rei alienæ ex parte accipientis, & ignorantia, ex parte recipientis, & dantis, adeo ꝙ quis est in mala fide, & nunquam præscri-
44 bit, ut supra dixi, † & qui ignorat, non con

 sentit

sentit, & contra eum nunquam currit præscriptio etiam per mille annos, secundum magis communem opinionem, ut dixi in tracta de tuto. numero 142. car. 135. Iacob. Menoch. de recuperan. posses. remed. 15. q. 15. numero 115. Rota Bononiens. decisio. 69. agebat, & decisio. 71. dubium erat, Grat. consilio 146. numero 15 uolum. 2. consilio 125. uolum. 1. Simeon de Prætis, consilio 3. numero 33. & car. 7. magis communem dicit Roland. consilio 68. uolum. 3. Simeon de Prætis consilio 157. numero 18. & 19. Fran. Becci. consilio 50. Alex. consilio 116. columna prima, uolum. 5. & nouissimè Hiero. Mago. in Rota Luca. decisio. 77. numero 23. car. 232. ubi dicit magis communem, & ita

* IVDICATVM, * & ita arguit ēt Soc. iunior d. consilio 50. numero 36. & seq. uol. primo. Et eo maximè, quia per istos arbitros non est expressa aliqua causa ita diui-

45 dendi, † nisi bono pacis, & concordiæ, & ad euitanda scādala, quæ non est bona, nec sufficiens causa, quando cōstat de iure, aut possessione alterius, ut per Iaso. in l. quidā extimauerunt. ff. si cer. peta. Rota Bononi. decisio. 73. numero 5. Hippol. sing. 543. maleficijs, numero 3. & sentit Brun. consi. 38. columna 4. uersicu. circa secundum, & Pau. de Castro consilio 3. in 2. par. ubi dicunt ēt, quòd bonus iudex nunquam debet auferre rem & possessionem alterius, quando sibi constat de possessione, etiam ꝙ partes uenirent ad arma, & sequitur Achil. Persona. Mirandul. in tracta. de adipis. pos. in principio, numero 38. & 39. Cur. sen. consilio 60.

46 numero 2. car. 145. † & ubi nōn exprimitur iusta causa, ibi presumitur error, qui excludit consensum. l. si per errorem. ff. de iurisd. omnium iudic. Deci. consilio 351. in fi. Soc. iun. consilio 50. numero 31. & 32. & Cepha. consilio 220. numero 27. & seq. uol. 2. & sentit Pau. de Castro d. consilio 134. uol.

47 secundo. † Nec talis sententia arbitramentalis diuisionis dicitur lata iudicialiter, sed extraiudicialiter. & absque lite mota ac cognitione causæ super meritis, etiam quod fuisset dictum per arbitros, visis duobus testamentis, & lite orta inter partes, ut dicit Rui. consilio 167. numero 14. & numero 20. uolum. 2. & Rolan. consilio 13. numero 29. uersicu. tertio respondetur, uolum. primo. Dec. consilio 351. numero 3. & 4. Rota Perusi. decisio. 2. in 1. par. & Rui. consilio 139.

48 numero 16. uolum. 5. † & ideo non potest dici aliqua reiecta exceptio, ubi non est forma iudicij, Pau. de Castro consilio 257. colum. 2. in fi. uolum. primo. Gabr. Roma. commu. conclusio. lib. 2. conclusio. 1. num. 3. 21.

49 & 24. car. 158. Et etiam, † quia fuit nullum tale laudum ipso iure, quia fuit factum contra testamentum, & sic contra expressum iuris errorem. ita Parisi. consi. 25. num. 144. & seq. uol. 2. Ioan. de Ana. in consi. 16. & ibi Ludo. Bologni. Dec. cons. 457. nu. 34. Rui. cons. 129. nu. 19. & nu. 22. uol. 5. Rota Perusi. decis. 2. nu. 15. & nu. 41. in 1. par. facit Rom. cōsi. 517. num. 18. & Dec. consi. 357. num. 5. &

50 etiam, † quia fuit & est nutritiuum peccati ex eo, quia permittit reos malæ fidei possessores retinere rem alienam, ut pulchrè per Ioan. de Ana. d. consilio 16. & ibi Ludo. Bologni. & Gemini. consi. 63. col. 2. car. 42. Corne. consi. 341. lit. T. & V. uolu. 1. Maran. Spec. aur. in 4. par. 11. dist. sub num. 12. in fi. car. 87. Pau. de Cast. consi. 401. numero 5. uolum. primo.

Est etiam nullum compromissum factū

51 cum procuratore minoris. Primò, † quia procurator & tutor minoris non potest cōpromittere de re liquida & clara, nec de articulo iuris, ut per Dec. consi. 297. nume. 5. Bar. consi. 40. quæritur, numero 5. uolu. 2. Cur. sen. consi. 69. sub numero 55. & seq. Soci. consi. 29. col. 1. uol. 3. Rolan. consi. 76. uolum. 1. & dixi in tracta. de tuto. numero 55.

52 car. 34. † nec præsumitur data talis potestas procuratori in mandato generali, adnotata per Gemini. consi. 96. colum. 3. Imo. consi. 76. consi. 84. in fi. Rui. consi. 62. numero 26. uolum. 5. & Soc. d. consi. 29. Secundò,

53 † quia compromissum fuit factum de iure, & de facto, quod non potest fieri in causa minoris, Rota Perusi. decisio. 2. nume. 12.

54 & seq. in prima par. Tertiò, † quia mandatum de faciendo compromissum, intelligitur de compromisso necessario, & non uoluntario, ut fuit factum in casu isto, Rolan. de lucro dot. q. 44. nu. 10. Rota Perusi. d. de-

55 cisio. 2. Quartò, † quia fuit ualde damnosum, & præiudiciale dictæ Brunettæ pupillæ, Deci. consilio 479. in controuersia, numero 3. Alexand. consilio 123. sub numero

56 quarto, & sequen. uolum. 2. Quintò † quia procurator minoris tenetur compromittere

tere cum ijsdemmet solemnitatibus, quib. minor tenebatur, & sic cum decreto Iudicis, & consensu mariti, maximè quando mandatum est generale, & non in specie ad tale compromissum faciendum, ut dixi in meo tract. de tuto. nume. 150. car. 124. Lap. allegat. 12. disputat. nume. 1. Rota Perusi. d. decisio. 2. num. 24. Roland. consil. 76. nume. 3. & seq. uolum. 1. Anchara. Regiens. quæst. 17. nume. 10. in 2. parte. Sed in casu isto huiusmodi solemnitates non interuenerunt, ergo fuit nullum per supradicta, & Ioan. Neuizan. consi. 17. numer. 68. uersic. potest etiam pupillus, Bart. in l. legitimos, in princip. numer. 7. & sequen. ff. de legit. tut. & in l. neque. C. de procurator. Gemini. d. consil.
57 96. Sexto, † quia fuit latum per arbitros duos a principio electos, & per tertium in casu discordiæ, & de discordia ullo modo non apparet, sicut in primis & ante omnia debet apparere ex actis ad hoc, ut ualeat sententia lata per tertium coarbitrum, & hoc parte citata, ut per Alexand. consil. 48. numer. 12. uolum. 7. consil. 124. numer. 10. uolum. 2. Paris. consil. 45. nume. 19. & sequē. uolum. 1. consil. 124. nume. 142. uolu. 2. Deci. consil. 475. nume. 40. consil. 632. sub numer. 13. consil. 340. sub nume. 4. & Sebastia. Vanti. de nullita. ex defectu iurisdictio. ordina. nume. 186. car. 112.

Ad quartum, & ultimum fundamentū, quòd secundum testamētum non ualebat, tamquam rogatum a Notario forense, & quod ob id primum remanebat ualidum, & ideo potuisse causare credulitatem habilem ad inducendam præscriptionem temporis, respondebat D. Argentina filia, tale fundamentum fuisse, & esse friuolum, & non esse uerum, nec militare in casu suo pluribus de causis. Primò, quia apparebat omnes Notarios, & officiales forenses matriculatos Florentiæ potuisse & posse rogare cōtractus & testamenta in terra Sancti Geminiani, & sic in Domicilio ipsius Militis socij, qui rogatus fuit de huiusmodi testamento, quo casu aliud apparet capitulum Fiuizani, quòd Forenses possint in terra Fiuizani rogare, ubi & Notarij Fiuizanenses
58 possunt rogare, † quòd uidetur æquum & ualidum, ut æquiparatorū eadē sit disciplina, adnotata per Hippol. Bonacos. in pract. crimi. in uerbo, statutū, col. 2. uers. in statutis, car. 188. & de statuto disponēte, q idem ius reddatur forensibus, quibus Fiuizanensibus reddit ius in locis forensium, loquitur Bar. in consil. 140. quidam de Narnia. uol. 1. Anchara. Regiens. quæstio. 3. sub num. 1. & sequen. uol. 1. & Boer. decisio. 13. nu. 31. uol. 1. Adeo quòd omne id, quod reperitur in statutis forēsium ad fauorem illorum de Fiuizano, dicitur insertum & dispositum in d. capitulo, & statuto Fiuizani, ut dixi supra in decisio. 35. nume. 30. & 31. & per Hieron. Magoni. in Rota Luca. decisio. 15. num. 30.
59 & 31. car. 37. Secundò, † quia tale testamētum fuit factum tempore pestis, quo casu receditur a regulis iuris, & non uidetur habere locum d. capitulum Fiuizani, ut per Rolan. consi. 43. num. 43. & seq. uol. 2. Ioan. de Amic. cons. 39. col. 5. & 6. Lambert. sing. in tract. de contracti. car. 499. & uide Crot. consi. 338. nu. 6. & seq. uol. 3. & est uerior, & æquior opinio, quando testator morbo pestis laborat, & magna est pestis in loco illo, ut hic euenerat. Iul. Clar. in §. testamētum, quæst. 56. car. 33. Tertiò, quia dictum capitulum Fiuizani non merebatur allegari, q a loquitur clarè de contractibus, & actibus inter uiuos, nam dicit quòd Milites socij possint rogare, & *contrahere pace, compromissi, tutele*, & loquitur per uiam exceptionis, & exceptio debet esse de regula, & declarat regulam in casibus, in quibus loquitur. dicendo ergo, q non possunt rogare, sed bene *pace, tregue, compromessi, tutele*, clarè demonstrat loqui de rogitu contractuum inter uiuos, ut latè per Dec. in l. 1. sub num. 26. & ibi Cagnol. sub nu. 30. ff. de reg. iur. & in cōs. 379. sub nume. 8. Alexand. consil. 186. numer. 8. uol. 6. consil. 39. nume. 10. uol. 4. Paris. cons. 68. nume. 15. uol. 3. Franc. in c. qui ad agendum. §. sed si aliquis, de procurat. in 6. Plot. in l. si quando, sub nume. 271. uers. quia exceptiones, C. unde ui. Bursa. consi. 32. nume. 20. 21. & sequen. uol. 1. Socin. iun. consil. 97. numer. 57. & 58. & uolum. 2. car. 11. facit Io. de Ana. cons. 17. col. 1. uersic. præterea, dixi in tracta. de usufru. mulier. reli. sub numer.
61 83. car. 433. Et eo maximè, † quia huiusmodi capitulum subiungit, & cōtractus sit ipso iure nullus, & sic clarè loquitur de cōtractu inter uiuos: Bald. consil. 253. casus talis est, sub numero 1. uolum. tertio. Bursat.
62 d. consil. 32. numero 26. uolum. 1. † Et statutum,

tutum, seu capitulum loquens de contra-
ctibus, non habet locum in testamentis:
& loquens de actibus inter uiuos, non ha-
bet locum in ultimis uolũtatibus, nec è cõ-
uerso. Paul. de Castro consil. 44. uidetur, uo
lum. 1. Alexand. consi. 90. super eo, nume. 6.
uolum 4. Bald. consil. 153. uolum. 3. Deci.
consi. 196. numero 4. 5. & 6. Hippolit. Rimi-
nal. consil. 42. numero 104. & sequen. uo-
lum. 1. Bero. consil. 60. numero 46. uolum.
secund. Bursat. d. consil. trigesimosecundo,
numer. 20. & sequen. volum. 1. Durant. de
arte testan. tit. de his, qui non habent testa-
menti factionem. Caute. 7. & Caute. 13. Fer
nand. Vasq. Hispa. lib. 1. titu. qui testari non
possunt, numer. 24 Afflict. decisio. 260. nu-
mero nono, & Tiraquel. de legi. connubia.
glo. 5 num. 93. & sequen. & ita fuit I V D I-
C A T V M * Bagnoni, & Florentiæ contra
Mag. Dom. Iacobum Cortesinum ad fauo-
rem Dom. Franciscæ eius cognatæ, de anno
1567. ubi fuit iudicatum statutum Bagno-
ni. sub Rubri. quòd mulier dotata non suc-
cedat, in fine, loqui de donationibus, quæ
fiunt a maritis uxoribus in instrumentis,
aut alio modo, & non de legatis, & ultimis
uoluntatibus, quæ reuocari possunt, & per
supra allegata, & uide Alexand. cons. 54. nu
mero 9. uolum. 7. Soci. consil. 74. uolum. 5.
& consil. 131. uolum. 1. Rui. consilio 52. nu-
mero. secund. & 9. uolum. 1. Roderic. Soa-
rez. allega. 20. & Lancel. Galia. in consuetu
di. Alexandriæ prohib. mari. uxori relinque
re, in uerbo, legare, numer. 67. & sequen.
car. 185. & Iul. Clar. in §. donatio. quæstio.
4. & 5. ubi declarant etiam, an comprehen-
dat donationem causa mortis factam in cõ
63 tractu extra testamentum. Quartò, † quia
dato, & non concesso, ꝙ miles socius non
potuisset rogare, & sic defectus esset soléni
tatis & non uoluntatis, tamen poterat pro
bari per testes rogatos in testamento, & po
stea publicari, & redigi in scriptis per No-
tarium publicum. l. publicati, & ibi Bald. &
Docto. C. de testam. & Ruin. consi. 8. nume.
8. uolum. 3. & consi. 9. nume. 7. uolum. 2. ubi
dicit communem. & consil. 1. uolum. 3. Be-
nedict. in cap. Rainutius, in uer. testamen-
to, il. 2. num. 7. car. 181. de testam. Fernand.
Vasq. lib. 3. §. 24. nume. 11. uers. nam & erit
limita. 19. car. 508. Petr. August. lib. 3. cons.
uigesimosecundo, car. 82. & Rota Bononi.
64 decis. 83. quidam, † ubi si reperitur in pos
sessione, non potest expelli per remedium.
l. fina. C. de edi. diui Adria. tol sed remedio
ordinario agendum est, quo casu etiam ꝙ
testamentum esset imperfectum ex defectu
solemnitatis, reuocaret primum, in quo
extranei essent instituti, & maximè quan-
do in secundo filij essent instituti, ut latè
per Grat. consil. 90. colum. 1. & 2. uolum. 2.
Paris. consi. 34. nume. 47. & 58. uolum. 2. Si-
meon de Prætis cons. 152. numer. 316. Soci.
cons. 93. in fi. uolum. 4. Paul. de Cast. d. con.
44. nume. 2. uolum. 1. Anto. Gomes. de con
tracti. cap. 14. num. 16. car. 291. Sigismund.
Lofred. cons. 51. nume. 106. car. 121. Bal. con
sil. 39. factum, uol. 2. Crauet. cons. 113. nu.
6. uol. 1. sentit Alex. cons. 105. in fi. nu. 23. uo-
lum. 4. & Bursat. cons. 47. nu. 2. uol. 1. Socin.
65 iun. cons. 44. uol. 2. † Et tali casu duo tãtum
modò testes sufficerent ad probandum re-
uocationem uoluntati prioris testamenti
in fauorem filiorum per supradicta, & latè
in proposito declarat Dom. Ludouicus Zũ
ta, in d. suo Responso pro uxore, per totũ,
& maximè sub nume. 589. & seq. per doctri
nam Barto. communiter approbatam in l.
hæredes palam. §. si quod post, sub num. 3.
ff. de testamen. & in proposito etiam notat
Ripa in Respon. 144. nu. 3. de donatio. car.
184. & Abbas in consil. 25. quoniam, in
fi. uolum. 2. Iul. Clar. §. testamentum, quæst.
7. uers. aliquando enim. Socin. iun. consilio
144. & consil. 189. nume. 76. & seq. uolum. 2.
Plot. in cons. 5. num. 4. car. 31. & cons. 6 car.
34. nume. 1. & seq. ubi latè, quod secus esset,
si primum testamẽtum esset inter liberos,
& plenius prouideret, quàm secũdum etiã
66 inter liberos, † quia primum testamẽtum
inter liberos dicitur habere clausulam de-
rogatoriam ad sequens testamentum, &
ob id secundum non derogat priori, si non
fuerit facta specialis mẽtio in eo de primo,
auct. inter liberos. C. de testam. ubi Paul. de
Cast. Corne. & Ias. in 1. limita. tradit Ale-
xand. consil. 163. sub nume. 6. uol. 7. Crauet.
consil. 25. nume. 10. consi. 143. numero 7. con
sil. 152. numero 10. & cons. 160. numero se-
cund. cons. 90. num. 5. facit Durant. de arte
testan. tit. de muta. testam. Caute. 1. nu. 2. &
3. & ideo paret malè fuisse relatum con-
tra Magistrum Meninum de Gassano sar-
torem per sapientem fundantem se sim-
plicitet

pliciter in regula.§.posteriore, Instit.quib. mod.testam.infirmen.non animaduertens, ꝙ primum testamentum erat inter liberos, & fauorabilius, ac plenius disponebat, & ideo totum contrarium erat referendum per supradicta, & per Fernand.Vasq. lib.3. de successio. §. 30. numero 45. de codicil. versicu. denique in tali testamento, & est communis opinio, ut dicit Iul. Clar. in §. testamentum, q.98. car.52.

Et sic uides, quòd omnino ex tot claris decisionibus in terminis loquentibus erat declarandum primum testamentum inter extraneos per uim factum fuisse ipso iure nullum, uel reuocatum per secundum inter liberos conditum, & Dominam Argentinā filiam esse hæredem uniuersalem, & assertā diuisionem per errorem factam ab arbitris extraiudicialiter non ualuisse, nec tene-
67 re, † & bona esse relaxanda ab istis malæfidei possessoribus una cum fructibus a die occupationis, postea quàm per uiam nullitatis, & non rescissionis bona ueniunt relaxanda, vt supra nume.32.& sequen.Crot. consilio 11. numero 50. uolum.primo. & Pau.de Castro in consilio 306. in fine. uol. secundo. & Pantal.in repeti.l.2. columna 4. in principio.C de rescinden.uend.& Rimi. iun.consilio 233.numero 63.& sequen.uolum.3. car.6. ubi dicunt, quod fructus sunt restituendi a principio contractus, uel occupationis, quando contractus est nullus, & annullatur, aut possessio sine causa iusta reperitur, & quando quis possidet bona alterius solo titulo pro hærede, uel pro possessore, aut ipso iure a principio nullo, ut in casu nostro, & in bonis minoris, aut eccle-
68 siæ nulliter alienatis, † & etiam quo ad bona minoris, & ecclesiæ circa restitutionem fructuum loquuntur, Soc.in consilio 18.colum.10.uersi.posset etiam concipi libellus, & columna 11.& consilio 29. in ultimo dubio, uolum.primo, Barba.consilio 40.colūna 7.& 8.uolum.primo. Gramma.decis.79. numero 4.& seq.Roma.cons.453.nume.25. & seq.Roland.consilio 60.numero 47. uol. 4.Afflict.decisio.87.numero 5.6. Beninten. Rota Bononi.decisio. 20. quærebatur, Mari.Anguisso.consilio 17 consilio 32.& consilio 37.uolum.primo. Euerar.consi.74.colūna 3.numero 20.Plot.in consilio 38.numero 12.& seq.car.204.Ari.Pinel. in l.2.in secunda par.c.4.numero 30.& seq. & nu.38. C.de rescind.uend.car.142. idem Rimin.d. consilio 233.numero 63.& sequē.uolum.3. Alex.consi.90.in fi.uolu.secundo.Octauia. Pedam.decis.159.num.10. car.650. decisio. 405.numero 19. & dixi in tract.de tutore, numero 35.car.20.Neuizan.consi.85.num. 13.& seq.& Cepha.consi.189. nume.2.uol.
69 secundo. † Si uerò possidet aliqua de causa, & ex contractu a principio ualido & ꝑmisso, sed rescinditur per læsionem, aut restitutionem in integrum, aut uirtute.l.2.C. de rescind.uend.tunc fructus non restituuntur, nisi a die litis contestatę, ut Pau.de Castro d.consilio 306.in fi.uol.secundo.& dixi in tract.de tutore, nume.271.uersi.& fructus an sint restituendi car.254. & numero 145.uersi.an autem pro Rota car.138.Lud. Gome.lib.secundo.c.secūdo.de emp.& uendi.num.24.uers.item adde.car.173.Franci.
70 Marc.decisio.179. in 1.par. † Nisi esset facta uenditio bonorum pro certo pretio cū pacto de retrouendendo intra certum tempus, & post illud tempus si nō potuerit reemere, ęstimentur bona, & illud plus soluetur, quia tunc finito d. tempore si non ęstimentur bona per aliquod tempus, & emptor continuat possidere, & postea fiat ęstimatio, si reperiuntur d.bona satis plus ualere, tunc emptor tenetur ad ratam pretij non soluti fructus restituere a dicto tempore citra transacto. Afflict.decis.188.num.4. & 5.Rota Bononi.decis.29.Rota Perusi.decis.53.in 1.par.car.217.Cur.iun. consi.243. num.19.uol.3. Tiraq.de retract.conuen.§. secundo.glo.unica.nu.73.car.119.uide Hiero.Gabr.consi.74.nu.31.& seq.uol.1. Simō de Prætis cons.11.nu.3.& per totum, Pan-
71 ciro.consi.33.nu.4.lib.1. † quę ęstimatio est fienda secundum tempus contractus, & nō mensurationis, uel ęstimationis destinatę, ut dixi in tract.de tutore, nu.265. car.250. Grat.in consi.129.uol.secundo.ubi loquitur in dote.Bologni.in addi.ad Anani.in consilio 38.car.89.Franc.Manti. in tract.de cōiectu.ultima uolun.lib.7.car.155.nume.13.& Soci.consilio 60.uolum.3.ubi & ipse loquitur in dote restituenda. Crot. consilio 68. uolum. primo, & uidetur tex. in l. fundum Cornelianum.ff.de noua.& sentit Rota Perusi. d.decisio.53. numero 5. & 6. & Parisi. consi.16.num.81.& seq.uolu.2. quę omnia

nota

nota in materia restitutionis fructuum, quia multi (nescio quo spiritu,) allucinantur, & est æqua, sancta, & animarum liberatoria, ut supra ostendi, numero 34. & 35. & non rigorosa, vt supremi Tribu-
72 nales aliqui vociferant, † & in dubio est attendenda fauore animæ, adnotata per Geminia. in consilio 16. col. 3. & 4. & consi. 112. col. pen. in fi. Nat. consi. 198. nu. 21. & 22. uol. 1. Menoch. de arbitr. iudic. casu. 98. num. 15. car. 175. & Hieron. de Monte in q. 15. nu. 38. & seq. car. 62. & quæstio. 11. num. 8. & nu. 26. ubi dicit procedere, nisi pœna corporali puniretur, quia quoad pœnam corporalem dandam a Iudice debitam nõ pręsumeretur, nec durior uia esset eligẽda, secus si de pœnitentia iniungenda, & re aliena restituenda tractaretur, quæ nota in materia hæresis, simoniæ, vsurarum, & furti, ac rei alienæ occupatæ, nam istis casibus potius pręsumeretur rem & fructus esse restituendam, & relaxandos, ac commisisse usuram, hæresim, & simoniam, quam aliter fauore animæ, postea quam non est pęna corporali puniendus, & non est inconueniens, quòd respectu pœnæ corporis non pręsumeretur delictum, & respectu pecuniæ & animæ præsumatur per supradicta, & per ea, quæ dixi in tract. de vsufru. num. 232. car. 775.

Tandem causa ista fuit per Magnificos Dominos Patiales Fiuizani tempore, quo statutum erat mortuum transmissa ad consilium sapientis, qui sapiens retulit de anno 1573. Iulij, reos absoluendos a petitis, non respondendo, supradictis rationibus, authoritatibus, & legibus in indiuiduo loquentibus, & sic contra Dominam Argentinam, *detta la Brunetta da Pesara*, actricem
* fuit IVDICATVM, * & ad hoc vt qui libet bonus Iudex possit cognoscere an bene fuerit relatum per sapientem, uel malè, volui hic apponere hanc Decisionem, ut de cætero iudicare habens non possit se excusare, & dicere huiusmodi diuisionem extraiudicialem ualere, & posse præscribi, quod quidem clarius in sequenti Decisione apparebit ubi respondebo sigillatim ad relata per istum sapientem honoris mei gratia, & pro ueritate defendenda.

DE IVDICIIS.

DECISIO XXVIII.

ARG.

Diuisio facta de re aliena per arbitros extraiudicialiter per errorem, non ualet, & potest retractari non obstante laudo, iuramento, præscriptione, & titulo pro hærede, aut possessore, & sic titulo putatiuo.

Malæ fidei possessor, neque eius hæres nunquam præscribit, nec mala fides transit in bonam fidem post triginta annos, & restituit rem cum fructibus.

Sententia nulla ex defectu iurisdictionis, & euidentis iniustitiæ, aut quia est nutritiua peccati, uel ex falsa relatione sapientis, nunquam transit in rem iudicatam, non obstante statuto, quòd non possit appellari, aut de nullitate dici.

Excommunicatus nulliter ex defectu iurisdictionis debet absolui ad cautelam, non obstante manifesta iniuria.

Excõmunicatus extraiudicialiter ab Episcopo ut parte, multis de causis potest dici nulliter excommunicatus.

Statutum Fiuizani mortuum non ualet, donec fuerit iterum approbatum, & confirmatum.

SVMMARIVM.

1 *Possidens per annos triginta, & vltra immobilia, est tutus præscriptione.*
Declara, vt nu. 11.
2 *Diuisio, & laudum inducunt iustum titulum præscribendi, & maximè in casu dubio, vt numero* 6. 19.
Declara, vt nu. 12. 15. 28.
3 *Bona fides præsumpta parit effectum suum in præscriptione, & nu.* 5. 24.
Declara, nu. 7. 8. 9. 17. 19. 25. 26. 27.
7 *Statutum admittens præscriptionem per decem annos inter præsentes & viginti inter absentes, intelligitur in possidente bona fide vera, & iusto titulo.*

Possi-

8 Possidens, & accipiens rem alienam sine causa, præmio, & remuneratione scienter, dicitur sine titulo & cum mala fide possidere, & tenetur ad restitutionem bonorum & fructuum, nu. 12. 32.

Dominium non transfertur ex iniusto titulo, & mala fide.

Malæ fidei possessor nunquam præscribit, nec facit fructus suos & 9. 12 26. 32.

10 Præsumptio cedit ueritati, & plus non operatur quàm ueritas.

12 Diuisio facta cum aliquo per errorem de re sua non ualet, non obstante cursu temporis, iuramento, & laudo extraiudiciali. nu. 26. 29.

Declara. d. nu. 12. & 13. 15.

13 Possidens ius quærendum, non dicitur malefidei possessor, & habens illud ius si non petit, non dicitur damnum pati, sed non acquirere, & ideo præscribitur.

14 Ius quærendum facilius tollitur quàm ius quæsitum.

16 Iudex quando habet casum legis aut authoritates in indiuiduo, non debet ire per argumenta, & rationes ac alias authoritates & regulas, ad decisionem causarum, & nu. 31.

18 Iudex, qui nescit distinguere, nescit soluere; & si indistinctè vult intelligere, confuse vt intelligat necesse est.

19 Titulus putatiuus nunquam causat bonam fidem, nec præscriptionem, quando non est dubius, aut lex resistit, uel prohibet, & nu. 20. 21. 22. 23. 25 26. 27. 28.

20 Hæreditas aditur solo animo & per constitutionem procuratoris, solutione debitorum & apprehensionum bonorum, nu. 24.

21 Lex, quando resistit aut prohibet, impedit præscriptionem, & consuetudinem etiam per mille annos.

22 Error facti in iure quæsito nunquam dat facultatem præscribendi, quando possidens tractat de lucro captando, & alter de damno euitando, uel prouenit ex facto aduersarij, aut sumus in facto de propinquo & proprio.

25 Titulus putatiuus & mala fides præsumpta non habet locum, quando a principio constat de iniusto aut inualido titulo, & de mala fide uera, aut ex coniecturis vrgentioribus, numero 9. & 27.

28 Statutum loquens de contractibus inter viuos, non habet locum in vltimis voluntatibus, nec è contra.

Error iuris non excusat, nec inducit aliquam bonam fidem, nec præscriptionem.

30 Præsumptionis materia non cadit sub regula, sed magis in his secundum accidentia factorum iudicatur.

31 Decisiones ex professo loquentes debent attendi, & non alia argumenta, nec aliæ rationes, & aliæ regulæ mediatæ nu. 16.

32 Possessor malæ fidei, & ex iniusto, & inualido titulo, si lex resistit & prohibet, tenetur semper ad restitutionem fructuum.

Fructus naturales, industriales, ciuiles, & mixti, qui dicantur, & ueniant in restitutione.

33 Sententia nulla potest retractari vsque ad triginta annos coram superiore, & ordinario, sed si est euidenter nulla, in perpetuum potest dici de nullitate.

Sententia nulla, aut euidenter iniusta, potest retractari etiam per officium iudicis usque ad triginta annos & nu. 53.

Officium iudicis præscribitur spatio triginta annorum.

34 Frustra precibus imploratur, quod a iure conceditur.

Supplicare frustatorium est, quod a iure conceditur.

35 Vniuersitas recognoscens superiorem in Dominum, non potest statuta condere sine confirmatione superioris: & si confirmantur ad tempus, post tempus debent iterum confirmari, alias non ualent.

Statuta Fiuizani confirmata per certum tempus, post tempus dicuntur mortua, & non ualent nisi de nouo confirmentur.

36 Clausula decreti irritantis multum operatur, & inducit actum ipso iure nullum.

37 Iudex, & Patiales Fiuizani iudicantes tempore statuti mortui secundum dictum statutum, dicuntur tanquam priuata persona iudicare, & non ualet sententia.

Sententia lata secundum statutum Fiuizani mortuum, est nulla ipso iure ex defectu iurisdictionis.

38 Excommunicatus nulliter ex defectu iurisdictionis propter manifestam iniuriam debet absolui ad cautelam: secus si ex defectu solemnitatis, uel appellationis interpositæ ante censuram probata manifesta offensa per excommunicatorem.

Idem si esset excommunicatus extraiudicialiter ab Episcopo ut parte, propter impedimentum

nisita.

visitationis, seu quid simile, nu.39.

39 *Episcopus potest impedientem uti iurisdictione sua excommunicare vt pars extraiudicialiter, non iudicialiter, vt nu.46.*

Declara, nu.39.40.42.43.44.45.46.47.in fi.

41 *Episcopus in sua diœcesi præsumitur esse in possessione exercendi iurisdictionem, quia habet fundatam suam intentionem de iure communi.*

Limita, ut ibi.

42 *Auferens, uel accipiens res ecclesiasticas, si non est manifestus raptor, non potest extraiudicialiter excommunicari, sed iudicialiter seruatis seruandis.*

45 *Iudex secularis potest etiam ipse uisitare hospitalia, & facere reddere computa, & etiam potest exequi legata ad pias causas, & habet locum præuentio.*

47 *Officiales, & familiares Papæ, ac milites Alcantare uti exempti non possunt excommunicari, nec denuntiari nisi a Papa.*

48 *Statutum excludens appellationem & nullitatem, non includit nullitatem ex defectu iurisdictionis.*

49 *Sententia lata contra casum legis, statutum, testamentum, & instrumentum, est ipso iure nulla.*

50 *Sententia, quando est nutritiua peccati, est nulla.*

51 *Sententia manifeste, aut euidenter iniusta, est nulla, & retractari debet.*

52 *Sententia lata secundum consilium sapientis, nunquam transit in rem iudicatam, & consti-to de meliori consilio retractari debent.*

Declara, ut ibi.

Iudex, qui non iudicat secundum leges, & ueras decisiones, est dignus reprehensione, & correctione.

DECISIO XXVIII.

FVit transmissa causa præcedentis Decisionis ad consilium Sapientis, & Sapiens retulit hoc modo, Refero partes vestras esse in absoluendo reos a petitis, & ob iustas causas succumbentem ab expensis, & hoc fuit de anno 1573. de mense Iulij. Qui Sapiens dicit, quòd fuit motus ad ita principaliter referendum, quia rei tuti sunt temporis præscriptione inducta tum iure principali, tum etiam communi, quia

1 de iure communi est dispositum, † quòd possidens per annos 30. uel 40. immobilia, sit plenissima munitione tutus. l. omnes, in fi. C. de præscriptio. 30. uel 40. an. At per confessionem partis constat reos possedisse per 40. annos continuos, & ultra, ergo rei

2 sunt tuti præscriptione, & dicit † quod de iusto titulo, & bona fide surgente ex titulo constat ex diuisione, & laudo, per tradita per Dec. consi. 79. in fi. consi. 202. in fi. consilio 267. nu. 5. & cons. 271. & supra decisi. 27. num. 2. 3. & dicit quòd non est dubium,

3 † quin titulus etiam putatiuus pariat bonam fidem, ut per Bar. & Accurs. in l. Celsus, ff. de usucap. supra decisio. 27. numer. 4.

4 † & quòd quandoque bona fides etiam præsumpta in præscriptione parit effectũ suum, ut per Bar. ubi supra, Dec. d. consilio 267. & consi. 271. & supra, decis. 27. nu. 30. 31. & dicit nec releuare duxi, quòd bona fides deberet esse uera, & non ficta, & deberet probari, ad tradi. per Bar. in l. 3. §. hæc uerba. ff. de nego. gest. & alibi. Quia in primis pro responsione dici posse putaui,

5 † quod quo ad præscriptionem inducendã paris est effectus uera fides, & præsumpta, vt supra dixi ex Bar. & alijs in d. l. Celsus, quodque sumus in statuto disponente in materia iuris, atque uoluit Alex. post relatos ibi in d. §. hæc uerba. Dicit etiam stante dubio surgente ex Fiuizani statuto prohibente Notarios forenses posse rogari de instrumentis, uel contractibus in loco cum annullatione actus, ex eo potuit probabili

6 ter per partes dubitari, † an testamentum ultimum posset substineri, nec ne, & ob id cum re existente dubia, uel saltem dubitabili, ex quo non constabat de uerificatione excep. statuti potuit deueniri ad compromissum, & laudum, & in exequutioné laudi successiue ad diuisionem, quæ omnia potuerunt causari iustam credulitatem in partibus, & consequenter bonam fidem, & ratione bonæ fidei cum titulo habili præscriptionem, & ita siue uera, siue præsumpta fides desiderarent uisum est cessare obiectum. Et ista sunt in effectu, quæ adducit Dominus Consultor in eius relatione.

Quæ quàm iniusta, & inconsideratè prolata fuerint, ex serie dictorum Doctorum ab eo allegatorum, & ex adductis per me satis copiose præcedenti decisione 27. conclu-

concludenter colligitur, & ex responsione minutatim ad relata per d. Consultorem facilè apparebit, quæ quidem non erant uerba a tanto uiro in opinione proferenda.

Et in primis quatenus dicit quòd iure municipali est præscriptum, cum possederint nedum per decennium, sed per uiginti annos, & ultra. Respondetur hoc non esse
7 uerum, † quia statutum admittit præscriptionem per decem annos inter præsentes, & uiginti inter absentes, quādo q̄s possederit iusto titulo, & bona fide, & isto casu nō sufficit p̄sumptus titulus, & sic putatiuus, nec præsumpta bona fides, sed debet & uerus, & sic iustus titulus, & uera bona fides nedum allegari, sed etiam capitulari & probari expresè, & utraque requiritur simultanea probatio, cum sint qualitates inductæ a statuto, ut dixi in præcedenti decis. 27. numero 21. & 22. & in terminis terminantibus consuluit Calcane. consil. uigesimooctauo, nume. 10. & seq. car. 72. & facit dictum Bero. consi. 95. nume. 8. uolum. tertio, Simeon de Prætis consi. 3. num. 5. & nume. 30. lib. 1. Sed in casu isto non fuit capitulatum, neque probatum de iusto titulo, & bona fide, igitur &c. immo expresè fuit probatum de iniusto titulo, & de mala fide patris, ac authorum istorum reorum, cum sciuerint a principio bona fuisse alterius, hoc est patris d. Dom. Argentinæ, & post illius mortem d. Dominæ Argentinæ, sicut ipsi rei etiam fassi sunt in eorum positioni-
8 bus, † & quando quis accipit rem alterius sine causa, præmio, & remuneratione sciēter, tunc dicitur iniustè, & sine titulo, ac cū malafide accipere. l. si aliena. n, ubi Bald. C. de fur. l. 1. C. de usucapi. pro empto. supra decisio. 27. nume. 29 & nu. 43. & per ipsam non transfertur dominiū, gl. in l. ex empto, in princip. in uerbo, euictionis. ff. de actio. empti. Afflict. decisio. 40. numer. 3. & nunquam præscribit, nec facit fructus suos, ita consuluit Corne. consil. 275. lit. L. uolum. 3. Deci. consil. 282. nume. 3. & seq. Crot. cons. 11. nume. 42. & sequen. uolum. 1. & ita fuit decisum in Rota Bononiēsi, vt dicit Benintend. decisio. 38. quidam emerat, & dixi in meo tracta. de tutore, numer. 35. car. 20. & Roland. a Val. consil. 57. nume. 20. & nume.
9 24. & seq. uolum. 3. & † quando constat de mala fide, & iniusto titulo, tunc non habet locum præsumptio, habilis ad præscribendum etiam per tempus immemorabile, ita limitat in titulo, & bona fide præsumpta. Gabri. Roma. lib. 5. de præscrip. conclusio. 1. nume. 53. uersicu. secundò limitā. & nume. 57. 58. uersi. Declara supradicta, & uersi. se-
10 quenti, car. 562. † quia præsumptio cedit ueritati, & plus nō operatur quàm veritas, Dec. consil. 400. nume. 8. Crauet. consil. 39. numero 6. & Afflict. decisio. 44. numero nono, & sequen. Soc. consil. 86. numero 4. seq. uolum. 3. dixi in tracta. de tuto. nu. 182. car. 183. in 1. par.

Quatenus verò dicit, de iure communi etiam hoc est expeditum per possessionem 30. vel 40. annorum, per d. l. omnes. in fi. C.
11 de præscript. 30. uel 40. anno. † Dico illud procedere in possessore bonæfidei cum iusto titulo, adnotata per Crauet. d. consi. 146. saltem de iure Canonico, ut ibi latè examinat, & dixi in præcedenti decisio. 27. nume. 21. & 22. & etiam, quando nō constat a principio de iniusto titulo, ac mala fide, aliàs secus, per supradicta, & sequitur Crauet. de antiqui. tēpo. in 4. par. sectio. materia ista, numer. 20. uersi. quod procedit de iure Ciuili, car. mihi 201.

Quatenus uerò dicit quòd apparet de iusto titulo & bona fide surgente ex titulo per diuisionem, & laudum, & allegat hoc probare Dec. in consi. 79. in fi. consi. 202. in
12 fi. consi. 267. numero 5. & consil. 272. † Respondetur animaduertendum esse ad hunc passum, quia pace sua non bene perpendit doctrinam Decij, & legere, nec intelligere uoluit authoritates meas pluribus in locis adductas, ubi ostendi in indiuiduo authoritates casum hunc decidentes, & adduxi in terminis text. in l. post diuisionem. C. de iur. & facti ignoran. & dicit Bald. in consil. 285. in fin. uolum. 1. quòd ille, qui non vult uidere, non uidet. Et Deci. non loquitur in casu nostro: nam in consilio septuagesimonono, in fin. loquitur in diuisione facta, uel præsumpta spatio decem annorum inter patruum & nepotem, cuius initium fuit licitum, hoc est diuisio bonorum, sed erat defectus in facto, hoc est in bonis diuisis, quia nepos habebat plusquàm patruus optaret, & etiam quia tractabatur de bonis etiam fideicommisso subiectis, quod fideicommissum in diuisione inter ipsos fuit remissum, prout remitti potest, per ea, quæ dicā infra decisio. trigesi-

trigeſimaſexta, & ſic ibi interuenit mutua
permutatio,& datio bonorum,& agebatur
de iure quærendo, & non de iure queſito,
ſimiliter ī cōſ.202.in fi.uer.3.ēt eſſet aduer
tendum,loquitur de fideicommiſſo purifi-
cato & non petito in diuiſione,& ſic de iu-
re quærendo,& non de iure quæſito in con
ſil.267.num.4.& nume.5. loquitur de titu-
lo licito a principio,& ſic de diuiſione fien-
da,& de fideicommiſſo remiſſo, nec petito
in diuiſione,& ſic de iure quærendo, & nō
queſito, & ita eſt intelligendus Menoch.cō
ſil.124.num.116.& ſequē. uol.2. car.131.&
magna eſt differentia inter ius queſitum,&
querendum per ſupradicta, & per Fernan.
Vaſq.in l.ſi quando. §. & generaliter, ſub
nume. 14 C.de inoffic.teſta.car. 238. ſentit
Bero.conſil.ſecund.nume.33.uolu.ſecund.
latè Cur.iun.conſil.331.num.34.ſeq. uol.3.
Alexand.conſ.69.nume.11.12.uolu.5. idem
quod res ſit penitus aliena, uel fideicom-
miſſo ſubiecta,adnotata per Anchara. Re-
gienſ.quæſt.46.numero ſeptimo,in prima
parte, ſentit Brun.conſ. 38. colum. 4. & ſic
Deci.ſemper loquitur in caſu permiſſo,aut
in caſu in quo lex non reſiſtit, nec aſſiſtit,
Alcia.de preſumptio.numer.2. 3. car. 129.
Regula 3.preſumpt.30.dixi deciſio. 27.nu
mer.38. cum fideicommiſſarius purificato
fideicōmiſſo poſſit, ſi uult, acquirere fidei-
commiſſum infra triginta annos, & etiam
illud remittere,& non acquirere per d.tem
13 pus, † & tunc non eſt dare malam fidem,
adhuc non eſt ius quæſitum parti, quæ eo
caſu non dicitur damnum pati, ſed non ac
quirere, ita dicit Balb.de præſcriptio. in 2.
par.3.par.principa.queſt.13.numer.9. & in
4.par.4.princi.quæſt.prima,num.3.car. 96.
& Ioan.Baptiſt.Boui.Regienſ.tractat. de ſta
tuta.preſcriptio.glo.prima.nume.20. uerſ.
14 ex quo dicitur, car.8. † Nam facilius tolli-
tur ius querendum, quam ius quæſitum,
ut ibi dicunt Docto.& Pariſ.conſi.49. num.
34.& ſeq.uolum.ſecund. ſentit Alexan.con-
ſil.69.nume.11.12. uol.5.& Ari. Pinel. auct.
niſi tricennalis, ſub num.60. uerſic. multo
tutius.C.de bon.mater.car.676. & ibi alte-
ra pars habebat ius aliquod ſaltem in ſpe in
illis bonis diuiſis, uel hic totaliter conſta-
bat eſſe alterius perſonæ, hoc eſt Argenti-
nę, quod ualde differt, adnotata per Curt.
iunio.d.conſi.331.numer.29. & ſequen.uo-
lum.3.Alexand.conſil.69.nume.9.11.12.uo-
15 lum.5.ut ſupra mox dixi.num.12 † ſed nos
ſumus in caſu non fideicommiſſi, ſed in bo
nis proprijs,uel ſibi quæſitis,& relictis a pa
tre ſuo,in quibus iſti rei, & eorum autho-
res non habebant aliquod ius de præſenti,
nec de futuro,& ſic erat caſus noſter in iu-
re quæſito, & in illo in quo ex parte reo-
rum, uel eorum authorum non interuenit
aliqua permutatio, recompenſatio,remu-
neratio, nec mutua datio, ut patet ex pro
ceſſu, & ex poſitionibus productis per di-
ctos reos,ideo nō merebant̄ allegari doctri
næ Decij, quia ex diuerſis non bene infer-
tur, & etiam res,& bona non erant com-
munia,nec uterque partium habebat titu-
lum, & communionem in re diuiſa, ut in
caſibus Decij; quia ibi erat defectus ſolem
nitatis, & error facti;at in caſu noſtro titu-
lus, & cōmunio ſolum erat ex parte unius,
hoc eſt,Dom.Argentinę, ideo diuiſio nul-
lum titulum, nec bonam fidem præbere po
tuit, ut pulchrè,ultra adducta ſupra in præ
cedenti deciſio.27.numer.14.38.39.40.41.
47.ita loquitur, Anchara.conſil.291.col.2.
in fi.Plot.in l.ſi quando, numer.124. C.un
de ui.& ſic malè adduxit authoritatem De-
cij ad corroborandum eius opinionem: im
mo ipſemet Deci.in caſu noſtro, contrariū
dicit, & concordat omnino cum meis alle-
gationibus, ut eſt uidere pulchrè eum in
conſil.351.& conſil.408. & ſatis in propo-
ſito loquitur Calcane.in d.conſil.28.ſub nu
mer.16.uerſic.ergo illud, ubi multum inue
hit contra illum, qui vult tenere rem alte-
rius ſine aliqua iuſta cauſa, & recompenſa
tione,& Brun.d.conſil.38.colum.4. & pro-
priè eramus in caſu Pau.de Caſt.in l. fina.§.
16 idem quæſiuit.ff.de condi.indebi. † Et quā-
do habemus caſum legis, & authoritates,
non debemus ire per argumenta, & ratio-
nes, Franc.Becci.conſil.35. numer. 18. Ce-
phal.conſi.363.in fi.uolum.3.Calcane.con-
ſil.62.ſub numer.10.uerſic. & inquit Bald.
facit Roland.conſil. 69. numero uigeſimo-
quinto,uolum.3.Vaſq.lib.1.§.10. de teſtat.
poteſta.ſub nume.70. circa fin. uerſic. & id
uerissimū puto.car.142.Rube. Alexandrin.
conſil.ſecundo, numero uigeſimoquarto,
conſi.73.colum.1.Gomeſi.Regul.Cancella.
Regula.1.quæſt.16.car.60.Felyn.in c. cum
ordinem.colum.4. de reſcrip. facit Mathe.
Veſem-

Vesembeci. Oltramonta. consil. 19. numer. 63. colum. 635. & consil. 24. num. 13. colum. 710. & pulchrè Prosper Paset. consi. 120. colum. 1. 2. car. 108. tetigi supra decisio. 15. numero tertio, & infra dicam, nume. 30. & sequen.
17 Circa verò illud, † quòd non est dubium, quin titulus etiam putatiuus pareat bonam fidem, & bona fides quandoque etiam præsumpta in præscriptione pareat effectum suum, ut per Bartol. d. l. Celsus. ff. de vsucap. & Deci. consil. 267. & consi. 272. Respōdetur quòd hic pendent leges, & Pro
18 phetæ, † & dicit Sylua Nupt. quam ego retuli in meo tracta. de usufru. mulie. reli. numero secundo, car. 312. quòd ille, qui nescit distinguere, nescit soluere, & qui omnia indistinctè vult intelligere, confusè, ut intelligat necesse est, & facit dictū Ioseph in Rota Luca. decisio. 29. numero 80. & seq. car. 187. & dixit Ludo. Zunta in suo Responso pro uxore, numer. 977. quòd maior difficultas, quæ sit in iure nostro, est bene intelligere, in quibus terminis loquuntur leges,
19 glosæ, & Doctores: Ideo † si iste relator uoluisset uidere in fronte totam doctrinam Bart. in d. l. Celsus, & repeti. Balb. ibi, ac doctrinas per me allegatas in præcedenti decisio. 27. & maximè sub num. 14. 38. & 45. uidisset non militare deducta per eum in casu nostro ex pluribus, & loqui in titulo putatiuo, & bona fide præsumpta causato, & causata ex errore facti iusto, & quando factum a principio erat licitum, & habebat in eo possidens aliquod ius, ut uerbi gratia, quando fratres diuiserunt bona, quæ erant diuidenda, sed defectus fuit in solemnitatibus, quia non interuenit decretum Iudicis, consensus propinquorum, uel mariti, aut capituli, uel fuit facta diuisio, sed maior pars bonorum fuit plus uni, quàm alteri assignata, uel bona fideicommisso subiecta fuerunt diuisa, quæ non erant adhuc quæsita per fideicommissarium, & isto casu bene iste titul⁹ diuisionis putatiuus causat bonam fidem, & ista bona fides etiam prçsumpta inducit præscriptionem, & ita loquitur Bart. in d. l. Celsus, & ibi latè Balb. in secund. notab. numer. 6 & seq. & in 3. notab. num. 13. car. 242. quia a principio contractus, uel actus, nō est omnino inualidus, & lex ei non resistit, ut dicit Barto. in l. sed si lege. §. scire. ff. de peti. hæred. Bal. in dict. l. Celsus, num. 20. uersi. quartò limitatur. Roland. a Val. d. consi. 57. nume. 25. 26. uolum. 3. & ita loquuntur consilia Decij allegata per Dom. Relatorem, & tangit Ancha. subtiliter in d. consil. 291. colum. secunda, in fi. & Alcia. d. Reg. 3. d. præsumpt. 30. num. 2. 3. & 4. Secus est, quando titulus putatiuus, & bona fides prçsumpta oritur ex errore iuris claro, & non intricato, & sic iniusto, ut est quando a principio lex resistit actui, ut in casu nostro, ubi illa diuisio bonorum nullo modo debebat peti ab authoribus reorum, nec fieri, cum ipsi non erant fratres defuncti, nec descendentes, & aderat filia defuncti, quç ab intestato, & uirtute testamenti ultimi patri suo succedebat, & ipsi erant certi de ista filia, & de ultimo testō, ac etiam de iure communi, cum poterant consulere peritiores, quo casu, quo colore, qua de causa, qua remuneratione debebant habere medietatem bonorum istius D. Argentinç, uel hçreditatis sui patris per eam tunc temporis aditç, nullus est qui sciat, cū
20 super illa tantummodo fuerit lis, † attento quòd solo animo aditur hæreditas, ut dicit Villalob. in suis communi. opinio. in uerbo, Hereditatis aditio. nume. 29. & Durant. de arte testan. tit. 11. caute. 2, nu. 1. car. 187. & ideo ex iniusto titulo, & mala fide acceperunt, & possederunt, ac tenent & possident dicta bona, ut sentit Calcane. in d. consil. 28. sub nume. 16. uersi. ergo illud, car. 72. & tenentur ad restitutionem, per text. in d. l. si alienam, & ibi Bald. C. de fur. & c. si quid inuenisti. 14. q. 5. & Afflict. decisio. 40. & Roland. d. consil. 57. numer. 20. 21. uolu. 3. Bursa. consil. 9. numer. 59. & sequen. uolu. 1. ubi dicit ita IVDICATVM. * Et sic iste titulus, & bona fides refragatur iuri commu
21 ni, ut ostendi, † & quando refragatur, etiam quòd sit error facti, tunc titulus putatiuus, & bona fides præsumpta nunquam dant iustam causam præscribēdi etiam per mille annos, & ita est intelligendus Barto. in d. l. Celsus, ut ipsemet Barto. in d. l. sed si lege. §. scire. ff. de peti. heredi. se declarat, & Balb. de præscript. in d. l. Celsus, in 4. notab. numer. 20. uersic. quartò limitatur, car. 238. latè Lamberting. de contractib. glo. 1. numer. 306. & nume. 317. car. 122. sequitur Alexand. consil. 73. uiso themate, nume. 12. uersic. & ex his patet responsum. uolum. 2.

Didac.

Dida.in secunda parte relectio.§.7. sub numero 5.uersi.hæc autem,& numero 7.car. 476.& pulchre Menoch.in consilio 1. num. 499 uersic.non obstat quintum, & consi. 2. numero 341.uersicu.nec dicendum aliquo modo est.car.51.uol.1.& Plot. l.si quando. num.262.uersi.quarto dico,& num.seq. C. unde ui.ubi etiam declarat quando lex resistit, & quando non assistit, nec resistit,& in casu nostro lex resistit,ut supra mox dixi,per d.l. si alienam. C.de fur.& in præcedenti decisio.27.numero 31.& sequē.& sequitur etiam Crauet.de antiqui.tempo. in 4.par.sectio.materia ista,num.20. car.201. vide Didac.varia,resolu.lib.1. c.3. nume.8.
8 Tota uis in hoc uidetur consistere, † an dispensatus quis sit simpliciter super ætate solum, & nullum ius datur per dispensationem ad beneficium (licèt per dispensationem fiat ad illud capax, & habilis) aut dispensatur super ætate,& datur ius ad beneficium.Nam primo casu nõ euacuatur gratia, & dispensatio, quin ad aliud simile beneficium possit fieri capax,& habilis,dummodò ius non resistat, ut sunt duo beneficia simplicia,& ita uidetur ꝓcedere doctrina Oldra.in consil.215.uersic.uerum est in diuersis,Felyn.in d.c.postulasti, in octaua limita.Ioan.Monach.in d.c.1.de fili.præsbit. nume.12.uersic. sed in litera dispositionis, car.mihi 137.ubi subtiliter loqtur,& Paul. de Castro d.consil.30. numero 3. uolum.1. Secundo casu tanquam odiosa, & ambitiosa,licèt reuertatur ad ius cõmune primęuũ non extenditur ad aliud simile beneficium primo obtemto, & ita sentit Ioã.Monach. d.c.1.num.10.& seq.Bald.cons.51.nume.4. & 5.uolum.5.Pau.de Cast. in l. sed si adhæc. §.patronum.ubi Ias.nume.6.ff de in ius uocan.idem Pau.de Cast.cons.200. colum.2. uolum.2. Ias. consil.137. colum.8.numer. 9.uersic.nec fuit.uolum.4.Tiraquel.d.§.boues,nume.32.& seq.car.10.& est aurea decisio. Egidij Bellameræ in consil.32.pro introductione,col.2. & 3.ubi loquitur etiam de dispensatione reducente gratiam ad ius commune primæuum, & dicit ita iudicatũ.

At in casu isto iste Ausonius uidetur solum ha-

lum habilitatus super ętate simpliciter, postea quàm fuerat præsentatus ad beneficiũ simplex a compatronis; sed quia non poterat illud obtinere propter defectum ætatis annorũ undecim, Papa (circumscripta ætate) habita diligenti examinatione conferen
9 dum mãdauit, † & ideo semel habilitatus super ætate, & factus capax & idoneus, semper remanet capax & idoneus ad quęcunque alia beneficia similia eiusdem generis compatibilia. Io. Monach. d. c. 1. num. 12. & 13. de fili. presby. lib. 6. Tiraq. d. §. Boues, num. 32. Anchar. d. consi. 404. in primo dubio, Fel. d. c. postulasti, in 8. limita. Paul. de Cast. cons. 30. nume. 3. uol. 1. Lapus allegat. 117. nu. 4. Ias. consi. 40. num. 1. col. 3. uol. 3.
10 car. 43. Hinc est, † quòd examinatus propter unum beneficium simplex, & approbatus, non uidetur iterum examinandus ad aliud simile beneficium eandem examinationem requirens quo ad literaturam, sed bene quo ad uitam & mores, quę quotidie mutantur, & hoc uidetur procedere, etiam si per breue esset prouisum alicui de beneficio simili cum clausula', si per diligentem examinationem idoneum repereris, super quo conscientiam tuam oneramus, quia sufficit quòd sit semel examinatus, & notus sit Episcopo, & Delegato pro idoneo, & sufficienti semel examinato quo ad literaturam per tex. in c. de Petro. 47. distinctio. ubi glo. in uerbo, ignota, & glo. in c. nullus ordinetur clericus, in uerbo, testimonio, & ibi Dominic. Abbas in Clem. Romani, nu. 9. de iureiuran. Bertachi. de Episco. in 3. par. 2. par. lib. 3. q. 7. uersi. prædicta uera sunt, Rebuf. in pract. benefi. tit. de Cleri. ad sac. ordin. male promo. in glo. 4. nu. 11. car. 336. nam de iure canonico semel examinatus non debet iterum examinari, si est repertus idoneus, nisi secundum benefitium requireret maiorem curam, & literaturam primo. c. licet, de offic. lega. Abb. in c. accepimus, nu. 6. uersi. opinio. de ęta. & qualita. Oldra. consi. 215. sub num. 7. Fel. in c. fi. & ibi Abb. nu. 13. de præsumpt. Rota decis. 18. fuit dubitatum alias, 543. in nouis. car. 305.

Vnde cum in casu nostro iste Ausonius sit habilitatus respectu ętatis principaliter ad hoc, ut possit tenere benefitium simplex,
11 † & talis habilitatio sit gratiosa, & fauorabilis, quia corrigit Conciliũ, & reducit causam ad primęuum ius Canonicum, ut per Fely. consi. 6. num. 8. & 9. & Federic. de Sen. cons. 168. in fi. & per supradicta, non uidetur mirum si potest aliud beneficium simplex eiusdem generis consequi, quia istud non procedit extensiuè, sed compręhensiuè: nam uirtualiter hoc uidetur concessum, cum sit habilitatus semel ad instar maioris quatuordecim annorum, & sic uidetur remissum sub dispositione iuris communis primæui, ut per Pau. de Cast. d. cons. 30. nu. 3. uol. 1. Ias. consi. 40. col. 1. sub nu. 1. uolum.
12 3. † at de iure communi, ut dixi in principio, poterat habere hæc beneficia simplicia, ergo compræhensiuè dispensatus uidebatur, ut sentit Lap. d. allega. 117. num. 4. Mandosi. in sua pract. Ro. tit. de æta. minor. c. 4. nu. 20. car. 158.

Nec adducta in contrarium uidebantur
13 obstare, † quia pręsupponunt principium odiosum, & correctorium iuris communis in totum, & etiam dispositionem ad certũ actum, & beneficium, ut est in omnibus illis uidere, ideo restringenda erant, ut per Egidi. Bellame. d. consi. 32. & Petr. Anchar. consi. 37. col. 2. uersi. uenio ad secundum, & Franc. d. c. i. num. 4. de fil. presby. lib 6. quæ non uidentur adesse in casu isto, & ideo ad beneficium simile simplex uidebatur ad-
14 mittendus iste R. D. Ausonius, † & in dubio hæc interpretatio uideretur accipienda tanquam magis fauorabilis, & gratiosa, ut per Soc. in consi. 48. col. 2. uers. ergo talis interpretatio, uol. 1. & in hanc opinionem,
15 licet anceps, ego inclinabam: † tamen quia experientia est rerum magistra, & in dubio recurrendum est ad stylum Curiæ Roma. quia pro lege seruandus est, quando in loco ubi causæ uentilantur, non reperitur, alias secus, ut dicit Graua. in addi. ad Octa. Vestr. in sua prac. Ro. lib. 5. nume. 4. & seq. c. 3. car. 105. & Go. in prohe. Reg. Canc. q. 2. circa medium.

Fuit per Sum. Pontificem DECLA-
* RATVM, * dictum Reuerend. D. Ausonium non esse dispensatum, nisi ad primum beneficium, & secundam esse necessariam dispensationem super ætate ad secundum simile beneficium, & ita eum DISPEN-
* SAVIT * anno 1579. quinto Idus Martii.

Et est aduertendum in hac materia di-
16 spensationis, † quòd petens dispensari, & habili-

habilitari aduersus Concilium, debet fieri in dispensatione & gratia mentio expressa de dicto Concilio: aliter non ualeret, nō obstante clausula aliqua, quia habet Concilium in se clausulam derogatoriam, ita declarant Alexand. consilio 122. viso puncto, col. 2. numero 9. uol. 4. Martin. Laud. consi. 49. numero 10. & ibi apostilla. Nicol. Euer. consilio 73. numero 30. car. 219. Purpura. consilio 587. numero 22. uol. 2. uide Gambar. de offi. leg. a late. lib. 8. numero 33. seq. car. 261. dixit Rebuf. in pract. benefi. tit. de non promo. intra annum, numero 18. car.
17 339. † quòd Episcopus non dispensat contra Concilium, nisi in his sibi concessis a Concilio, & in concessis, an Vicarius generalis possit dispensare, ut Episcopus, uide Dominic. in c. 1. uer. 8. de capel. monacho. in 6. Abb. c. proposuit. numero 12. in fi. de concessi. præben. Ripa Responso 3. de iurepatrona. numero 2. car. 112. lib. 1. Rolan. consilio 55. numero 55. uol. 3. & vide etiam Cephal. consilio 422. numero 72. & nume. 93. uol. 3. & Menoch. consilio 64. numero 55. &
18 numero 71. uol. 1. † vbi uidentur tenere denuntiationes esse de substantia matrimonij. quod uerum non est, licèt partes mortaliter peccant, & puniri possint si ommittantur. Ratio, quia quando præcipit fieri denuntiationes, non irritat matrimonium. postea dicit, quòd si non fiet coram parocho, & testibus cum illis uerbis, quod irritū sit & inane, & nihil dicit de denuntiationibus. Ita expresse dicit Nauarra in suo Manuali confessio c. 22. numero 69. & 70. car. 502. Plot. in l. si quando. numero 341. uers. scias quòd, C. vnde ui. facit glo. in princip. Instit. de hæredi. instit. in uerbo, non. per tex. in l. 1. ff. de adopti. Et ita IVDICAVI, * hic Papiæ, uti Vicarius generalis Reuerendissimi Episcopi, de anno 1579 & mea sententia fuit CONFIRMATA.* Quod est ualde notandum, quando contraheretur matrimonium coram parocho in faciem Ecclesiæ, remissis ex causa denuntiationib. per Reue. Dominum Vicarium, & disputaretur, an possit illas remittere, quia his non obstantibus ualeret matrimonium.

DE CONTRACTIBVS.

DECISIO I.

ARG.

Donatio facta a marito minore uxori suæ minori etiam cum iuramento contra formam iuris & statutorum, non ualet.

Priuilegiatus gaudet priuilegio suo contra priuilegium, quando tractatur de damno euitando, uel est in specie priuilegiatus, & alter in genere.

Lex superioris debet publicari ad hoc ut liget transgressores.

Diuisio facta per errorem, & per arbitros extraiudicialiter, potest quandocunque retractari, non obstante longinquitate temporis propter errorem iuris resistentis.

Donatio causa mortis per uiam contractus facta non censetur reuocata per testamentum cum clausula, cassans & irritans omne aliud testamentum & donationem causa mortis.

SVMMARIVM.

Donatio a marito minore facta uxori etiam minori, non ualet sine decreto iudicis, & authoritate tutoris uel curatoris. nu. 2. 3.

Fallit cum licentia Principis, quando non extenditur ultra eius iurisdictionem.

4 *Quilibet potest pro defensione minoris comparere, & etiam iudex ex officio.*

5 *Donatio facta a minore sine consensu propinquorum, ipso iure est nulla, tanquam facta contra formam statuti.*

Statutum, quod minor non possit contrahere sine consensu propinquorum trahit formam, & intelligitur gradatim de proximioribus habilib.

6 *Statutum dicitur ius commune particulare illius loci, & in sua iurisdictione tantum operatur, quantum ius Romanorum in uniuersum.*

7 *Contractus, & sententia celebratus, & lata contra formam statuti, est ipso iure nullus, & nulla, & executionem non meretur.*

8 *Statutum Ciuitatis prædominantis non habe* locum

locum Fiuizani, quando statutum loci de illo casu disponit, secus si non disponit.

9 Lex superioris ad hoc vt incipiat ligare, debet publicari, & an comprehendat clericos.

Declara, ut ibi.

10 Lex vniuersalis est potentior statuto particularium personarum, & locorum, & dicitur esse supra ius municipale.

11 Iuramentum reddit minorem maiorem, dummodò sit maior nouem annis.

Minor tenetur obseruare contractum iuratum, quando potest illum seruare sine detrimento salutis æternæ.

12 Statutum, & qualibet alia dispositio non habet locum in actu iurato.

Declara, ut nu. 18. 19. 21. 22.

13 Donatio inter uirum, & vxorem licèt non valeat, tamen confirmatur morte, si aliter non est dispositum per donatorem, & valet in vim legati. nu. 14.

Fallit, nu. 14. 25. 29.

15 Hæres extraneus, cui defunctus non erat obligatus aliquid relinquere, non potest dicere donationem nullam & simulatam uel factam in fraudem, & damnum ipsius hæredis.

16 Contractus factus in vtilitatem minoris ualet, licèt sit factus sine solemnitatibus.

Intellige, ut nu. 32.

17 Priuilegiatus non vtitur priuilegio suo contra æquè pariter priuilegiatum.

Declara, ut nu. 33. 34. 36. 37.

20 Iuramentum non transit ad hæredes, & maximè quando actus est ipso iure nullus, nec pena illius.

Hæres non tenetur exonerare conscientiam defuncti, quando actus est nullus, & numero 30. & 31.

21 Iuramentum non extenditur ad futura, & incognita, nec ad solemnitates fiendas post iuramentum.

22 Iuramentum nihil operatur super actu simulato & ficto.

23 Iuramentum nihil operatur, quando adest consuetudo ita iurandi. nu. 24.

L. si quis maior, non habet locum quando est consuetudo iurandi in contractibus ibi. nu. 23.

Idem, quando esset iuratum in fine contractus. numero 24.

25 Donatio nunquam confirmatur morte, quando a principio est valida in sua figura contractus, licèt postea ex aliquo incidenti annulletur, & num. 28. & 29.

26 Actus & contractus, quando a principio est ualidus, non indiget confirmatione, & attenditur tunc tempus confirmati, & non confirmantis, aliàs secus.

27 Fallit quo ad lucrum fructuum, quia licèt donatio confirmetur morte, tamen retrotrahitur respectu fructuum perceptorum.

Declara, ut ibi.

28 Donatio inter uirum & uxorem cum iuramento valet, & tenet.

29 Statutum, & constitutio, quòd donatio debeat registrari, & insinuari intra tale tempus sub pena nullitatis, comprehendit etiam donationem, quę morte confirmatur.

38 Iudices moderni nolunt credere, si non vident textum, aut decisionem in terminis.

39 Iudex, quando habet decisionem in terminis ex professo, non debet ire per argumenta & rationes.

40 Diuisio facta per errorem, & arbitros extraiudicialiter, semper reuocatur non obstante diuturnitate temporis: secus si per sententiam, aut transactionem, & nu. 39.

41 Iudex, quando non vult videre, non uidet.

42 Sententia continens manifestam iniustitiam, & notorium iuris errorem, dicitur nulla, & retractari debet non obstante statuto, quòd non possit appellare, nec dici de nullitate.

DECISIO XXX.

PVlchra se se offert præsens decisio, statutum Fiuizani sub rub. quod contractus mulierum, & minorum ualeant, vt infra: disponit quòd minores non possint sine consensu tutoris, & curatoris, & duorum ex melioribus propinquis, & mariti si habet maritum, facere aliquem contractũ obligationem, uel remissionem, & si in aliquo defecerit solemnitas, ut supra requisita, non ualeat contractus, obligatio, finis, seu remissio, uel quodlibet aliud, & sint nulla, & irrita ipso iure; modò quidam Maritus minor fecit contractum donationis omnium bonorum præsentium inter viuos vxori suæ minori, reseruauitque sibi libras 25. causa testandi, & usumfructum donec uixerit, & iurauit prædicta fecisse non vi, nec dolo, & promisit iureiurando obseruantiam, deinde decessit nullis relictis liberis: & qui-

& quidam eius patruelis agnatus heres dicti defuncti ab intestato mouit litem cõtra d. vxorem, & petijt dicta bona sibi relaxari propter nullitatem dicti instrumenti donationis ob solemnitates supradictas, & decretum iudicis non obseruatas, & ipsa opposuit donationem prædictam subsistere virtute iuramenti, vel saltem morte fuisse confirmatam postea quàm maritus eam nõ reuocauit, & quærebantur, quid iuris.

1 PRo hærede mariti multa occurrebant, † primò defectus decreti iudicis cum cognitione causę. l. lex, quæ tutores. C. de ministra, tutor. l. si is. C. de prædi. minor. & ibi Bald. Octauia. Pedamonta. decisio. 159. Roland a Valle. consil. 33. nume. 10. sequé. volum. 1. Afflict. decisio. 87. Alexand. consi. 123. sub nume. 30. versi. adduco duo. uolu. 4. Fernand. Vasq. lib. 1. de Testat. potent. numer. 72. car. 142. Hippoli. Riminald. consil. 5. numer. 162. seq. uolum. 1. dixi latè in meo tracta. de tutore. num. 123. 125. & sequen. in 1. par. quibus in locis habetur quòd obligatio, & contractus est ipso iure nullus, nisi adesset licẽtia Principis. l. 2. C. quan. decre. opus non est. Rui. consil. 161. nume. 26. uol. 1. Cephal. consil. 316. num. 57. 58. uolum. 3. Licèt talis licentia & venia in dubio nõ extenderetur ultra eius iurisdictionem. Riminal. iun. consil. 5. nume. 208. uolum. 1. facit dictum Alexand. in consil. 23. nume. 3. uolum. 5. Soci. consi. 258. colum. 2. uolu. 2. Se-
2 cundò † occurrebat defectus tutoris, aut curatoris, Doctores in d. l. lex, quæ tutores. facit tex. in l. mulier. C. de iure doti. & Bar. in l. legitimos, in princip. numer. 6. 7. seq. ff. de legit. tuto. dixi in d. tracta. de tutore. nume. 123. & est tantæ importantiæ hæc solemni-
3 tas tutoris, & curatoris, † quòd omnis contractus, omnis obligatio, omne iudicium, & omnis sententia etiam arbitralis, & bonorum uirorum, ac Patialium Fiuizani, est ipso iure nulla, & nullum, & non meretur aliquam executionem, ut sæpe consului in curia Fiuizani, & multoties ita fuit IVDICATVM, per iudices peritos, & terminos legales possidentes, non autem per iuniores capriciosos, & uentosos, ita hæc probantur per Angel. consil. 276. nulla dubitatio. colum. 2. uersic. nunc ad propositũ, Deci. consil. 549. requisitus. Neuiz. consil. 17. num. 70. uersic. tertiò principaliter. Roland. consi. 85. nume. 25. seq. uolum. 2 & Maran. Spec. aur. in 4. par. distinctio. 16. nume.
4 25. † & potest quilibet defensor etiam sine mandato pro minore, contradicere, ut dicit Paul. de Castro consil. 368. in fi. uolu. 1. Alexand. consil. 3. colum. fina. num. 14. uolum. 2. quod nota tu iudex patriæ meæ, quia sæpe habebis in facto, & sequitur Neuizan. consil. 17. nume. 74. uersic. est uerum, & numer. 38. & iudex ex officio etiam procedit, ut dicit Alexand. consil. 121. uiso processu. colum. 2. nume. 5. & nume. 13. in fi. & num.
5 14. uolum. 1. † Tertiò est defectus propinquorum duorum, qui defectus est de substãtia, & de forma, cum sit propter legem, & ius commune, debet ad unguem obseruari, aliàs actus est ipso iure nullus. Ruin. consil. 159. numer. 4. uolum. 5. Paris. consil. 61. numer. 13. & seq. uolum. 3. Deci. cõs. 429. in causis. num. 5. consi. 455. & Soci. in Regu. Fallẽtiar. 261. Mainer. in l. id, quod nostrũ. nume. 2. ff. de reg. iur. & Fely. in ecclesia sanctæ Mariæ, numero. 81. de constitu. & in proposito nostro pro singulari tradit Hippoli. singu. 678. fiunt passim, ubi dicit quòd non sufficit esse proximos, sed debent esse de proximioribus, ut disponit statutum: Nã intelligitur gradatim de proximioribus habilibus, Ias. l. suggestioni. num. 27. ff. de uerbo. signifi. dixi in tracta. de tutore. nu. 131. car. 125. & nume. 133. car. 127. in 1. par. ubi qui vult venire contra contractum, debet probare adfuisse tempore contractus proximiores præsentes, & habiles ad consentiendum, aliàs sufficit sola iudicis authoritas. Paul. de Castro in l. si causa cognita. in fi. C. de transactio. Arno. in soliloquio. 17. & Tiraquel. de legib. connubi. gl. 8. num. 113.
6 & sequen. † Quarto est dispositio statuti præallegati, quod dicitur ius commune Fiuizani, & in sua iurisdictione tantum operatur, quantum ius Romanorum in uniuersum. Alexand. consil. 34 nume. 5. consil. 148. nume. 1. uol. 6. & in l. si creditori. colum. 2. uersicu. Nota quòd honoraria. ff. de lega. 1.
7 Hinc est, † quòd cõtractus, & sententia factus, & lata contra uerba, & formam statuti ita sunt ipso iure nullus, & nulla, sicut celebratus, & lata contra legem expressam, & non meretur executionẽ, Bal. in l. 2. C. quãdo prouoca. non est necesse. Socin. consil. 134. colum. 3. uersicu. postremò etiam alio fundamento.

fundamento.uolum.1.Deci.consil.275. in causa sub nume.3.Bero.consil.173.numer. 54.uolum.1.Alex.consi 164.numer.4. uersic.quia immo,uolum.7.& Vanti. de nullita.ex defe.proces.nume.118. dixi supra decisio.11.nume.24.

8 † & hoc procedit etiam quòd aliter esset prouisum per statuta ciuitatis prædominantis, quia illa non habent locum,nisi in subsidium,quando aliter non esset prouisum per statuta Fiuizani. Deci. consil.429.numer.5.6.Soci.consil.271. uol. 4.Roma.consi.218.presens casus.& ibi Mandosi.lit. H. & dixi in meo tracta. de tutore. nume.86.87.& sub nu.98.car.94. in 1. par. & per Caccialup in l. omnes populi, col.9. ff.de iusti.& iu.& in l.cunctos populos, col. 3.uersi.si decet.C.de sum.Trini.& fid.catholi.& per Cephal.consil.32.uolum.1.Neuizza.consil.nume.6.Plot consil.58. numer.6. Plot.consil.17.nume 32.in fi uolum. 1. car. 98.Mandosi.ad Roma.consil.218.lit.H. Riminal.iun.consil. 269.numer.69 uolum.3. & Riminal.sen.consil.750.col.fina. uolum. 4.

9 † Quintò est lex Serenissimi Magni Ducis Etruriç, quæ disponit, quòd omnes donationes cuiuscunque generis debeant de uerbo ad uerbum registrari in libro ad hoc ordinato in ciuitate Florentię intra tres menses a die celebrationis, aliter pro non factis habeantur, & sint omnino simulatæ, & fictitiæ, quo ad præiuditium tertij, quæ lex habet locum in toto statu Florentino de factis in dicto territorio: secus si extra territorium factę sunt, nisi expresè de illis etiam loqueretur,ut dixi supra, decisio.21. nume.80.& 81.Bursa.consil.93. numer.22. lib.1.ubi an clerici compræhendantur. sentit Alexand.consil.23 nume.3.uolum.5. licèt ultra duas dietas deberet publicari ad hoc ut quis posset dici transgressor legis, aliàs ignorãtia cũ excusaret, ad notata per Egid.Bossi.in tit.de rapinis, num.24.& seq. uersic.an publicatio legis.car.173.Cephal. consil.47.nume.11.Neuizan.consi.58.num. 6.Plot.si quando,num.158.uersic.quinquagesimotertiò limita. C.unde ui. ubi loquitur de villa, & Castro. & in statuto, ac alia constitutione,loquitur Ias.consil. 150.sub numero secundo,uersicu.secundo principaliter.uolum.2.Roland.consil. 8. numer.22. & seq.uolum.3.Alexand.consil.181. nume. 12.uolum. 6. latè Cepol. in criminalibus, consil.13.stante quodam decreto, & maximè existente consuetudine ita publicandi, adnotata per Petr.Anchara.quęst.59. in 2. par.Alexand.consil.39.nume.5.uolum.3.& quando incipiat habere uires post publicationem,uide Gabri.Rom. commu. opinio. lib.6.de legibus,conclusio.4.car.664.& pulchrè per Iacob.Menoch.de [illegible] lib.2. Centur.2.casu 185.car.248.quamuis hæc publicatio non sit semper necessaria, uel saltem præsumitur publicata, nam sufficit quòd sit in publico consilio edita, uel reperta in publico archiuio, & quòd quotidie copia haberi possit, Alexand.d.consil.39.numer. 5.uolum.3.& Roland.consil.90. numer. 36. uolum.2.Cagnol.l.2.ff.de orig iur. nume. 77.sequenti,car. 84. unde stante dicta lege ducali apparet, quòd huiusmodi donatio contra eam facta fuit, & est nulla etiam si per statutum Fiuizani contrarium dispositum esse reperiretur.

10 † Quia lex uniuersalis superioris est potentior statuto particularium personarum, quia dicitur esse supra ius ciuile municipale, uti promulgata a Principe,qui potest derogare statutis municipalibus ad eius beneplacitum, & sine causa de plenitudine potestatis, ut per Bal. in consil.167.in causa præsenti.colu.2.uersicu.sed quid ponamus,lib.2. quem refert, & sequitur Crauet.consil 276.numer.8.lib. 2.& in proposito loquitur Alberi. in tracta. statuto.par.1 quæstio.7 uersi. sed quid si ista tutum sentit Paul.de Castro consil. 21. primum dubium.colum.penult. sub numer.3. uersi.præterea communitas Florentiæ.uolum.1.& ideo dixi Monti Politiano statutum non præiudicare iudicibus, quin possint post biennium esse ibi iterum iudices, non obstante statuto loquẽte de triennio, quia lex ducalis solum duos annos constituit,& ita fuit RESOLVTVM* Florentiæ de anno 1569.me iudice,ubi perseuera ui in officio in d.ciuitate, in qua ibi etiam fueram iudex de anno 1567. facit Roma.cõsilio.218.quod est notandum pro iudicibus status Florentini.

Contra heredem mariti, & pro uxore facit c.si uero, & c.si debitores,extra de iureiuran.

11 † ubi iuramentum reddit minorem maiorem, dũmodò sit doli capax, & sic maior annorum nouem, & ideo cum obligat ad obseruantiam contractus, cum possit obseruari

obseruari sine dispendio salutis æternæ, auct.sacramẽtá puberũ. C.si aduertendi & ibi Barto.ubi dicit communem, & Paul. de Castro dicit, quòd Canonistæ communiter hoc sequuntur.Afflict.decisio.322.num. 1.& sequen.& latè tradit Roland.consil.90.
12 volum.3.Hinc est, † quòd quælibet dispositio, statutum, constitutio, prouisio, & bannum tradens formam, & solemnitatem alicui contractui, obligationi, & testamento, non habet locum in actu iurato, & perbellè ad partes disputat, & ita firmat D.Abb. in sua disputa.stante statuto in Italia.Alex. consil.102.uolum.4.consil.80.in fi. uolum. 5.Paris. consil.53.nume.62.uolum.3. Bero. consil.154.nume.22.sequen.consil.180.nume.19.seq.uolum.1.Roland.d.consil.99.uolum.3.Ancharan.Regiens.quæstio. 14. nume.14.sequen.in 2.par.Iodoc.tracta.de tuto.mu.cap.8.nume.33.& seq.car.49.latè Didac.in Rubric.de pact.li.6.relectio.§.2.in 2. par.& tetigi in meo tracta.de tutore. num. 168. car.167.in 1.par.Alexand.consi.29.numer.13.uolum.7.consil.27.nume.3. & 9.& sequen.uolum.1. latissimè Ioan. Guteri. in repeti.d.auct. sacramenta puberum.nume. 35.& sequen.car.310.Bero.consil.154.nume.12.& sequen.consil.180. numer.19. & sequen.uolu.1.& Abb.in c. significante.nu-
13 mer.4.de pignorib.Secundò facit,† quia licèt hæc donatio inter uiuos, sit donatio inter uirum & uxorem, quæ a lege est prohibita, & ipso iure nulla, etiam interuenisset decretum iudicis, & aliæ supradictæ solemnitates,l.1.l.3.§ sciendum.ff. de donatio.inter uir.& uxor.Bald.consil.29.uir donauit. uolum.1.Petr.Duen. Regula 221. uerbo, donatio inter virum, nume.2.car.119.Gomesi. de contracti. Rub.de donatione. cap. finali.nume.13.item quęro,car.206.Didac. Rubrica de testam.in 3.par. sub num.7. 8.9. Gab.Rom.lib.3. conclusio.3.4.& Iul. Clar.
14 §.donatio. quæstio.11.† tamen hæc donatio per mortem donatoris uiuo donatario fuit confirmata,& ualet donatio in uim legati,& detrahitur falcidia ad instar ultimæ uoluntatis, si Donator tempore mortis habet testamenti factionem, aliàs secus,ut dicunt supradicti Doctor. Didac.d. Rubrica de testam.numer.78.& 79. Socin. consil. 91.uisa.colum. 4. 5.uersicu. sed licet quispiam, uolum. 1.Corne. consil. 144. licet, lit.H.uersicu.ex quo itaque. uolum.2.& latè per Paris.consil.128.potuit licitè.uolum. 1.cum præcipuè fuerit facta traditio possessionis d.uxori.per constitutum, & reseruationẽ usufructus,ut dicunt supradicti Doctores. sequitur Fernand. Vasq. lib. 1. Rubrica,qui.testari non pos.nume.137. & seq. car.45.& in lib.2.§.15.requisitio.17.numer. 101.uersic.stat ergo donationem. car. 317. quod non procederet, si donator fecisse testamentum,& in eo apposuisset clausulam, cassans & irritans &c.ita dicit Simon de Præt. consil. 149. numer.30.& 31. car. 301. Mari.Angusso.consil.118. uolum. primo, quia tunc appareret quod non esset confirmata, sed annullata, per supradicta: secus si esset donatio causa mortis facta per instrumentum extraneis personis, quia nõ censeretur reuocata per testamentum uirtute clausulæ, cassans & irritans, &c. nisi de illa facta esset expressa mentio. Aret.cõsil.74.colum.octaua,in 4.dubio. Paris. consil.90. nu.25. uolum. 3.Crauet. consilio 25. dubia plura.numero 19. lib.1. Anchar.Regiens.quęstio.75. numero decimo,in 1.par. Octauia. Pedamonta.decisio.118. numero undecimo,car.474.Paris.consil.90. numer. 25. uolum.3. & consil.128.nume.39. & 40. uolum.1.ubi extendit ad donationem omnium bonorum, & Bello.consil.60.numer. 16.17.ubi dicit procedere maximè interueniente iuramento,& in donatione inter uiuos loquitur idem Bello.consil.29.numer. 11. & 12. etiam si esset facta in alio testamento hæc donatio inter uiuos, Mari.Angusso.consilio 19.uisis. uolum.primo, quæ omnia sunt notanda.Tertio facit tex. in l.
15 cum profitentis.C.de reuoc.donatio.† ubi quis non auditur dicendo defunctum fecisse donationem in fraudem, & damnum ipsius hæredis, si est extraneus, cui defunctus non est obligatus aliquid relinquere,& hoc sequitur Bartol.in consil.65. Petrus Nicolæ. colum.prima, libro primo, ubi dicit q; extraneus hæres non potest dicere donationem esse simulatam & fictam, quando defunctus non habebat ei necesse relinquere, & sequitur Bero. consil. 147. numero 40. colum. fina. uolum. secund. sed iste hæres mariti est extraneus, & ei non erat necesse aliquid relinquere,ergo non potest reuocare hanc donationem.Quartò facit, quod con-

contractus tendens ad utilitatem minoris ualet, etiam quòd sit celebratus sine debitis solemnitatibus, Barto.in l.si is. ff.de eo, qui pro tuto vel curato.Roma. consil. 453. uisa principali. Andre. de Iser. in constitu. Neapoli.§.si quis, numer.9.car. 23. Tiraq. de legib.connubiali. in gl.6. Rode. Soarez. tit.de las deudas.nume.12.13.car. 492. Crauet.consil.286.num.2.lib.2.Alphan.in suis recollect.nume.444.car.124. & Bald.in l.nō ideo minus. C. de procura. sed in casu isto hæc mulier est minor, ergo debet ualere donatio, ut dicit etiam Neuizan. consil. 17.
16 sub nume.69. † Quintò facit, quod maritus, & uxor sunt minores, & priuilegiatus nōn utitur suo priuilegio contra æquè pariter priuilegiatum, Docto. in auct. quas actiones.numero tertio.C. de sacrosan.eccl. Bald.l.iubemus.num.1.C.ad Trebel. Crot. consil.94.nume.7.Natta consi.141. nume. 4.uolum. 1. & in proposito loquitur Rota Perus.decis.54.num.8. in 1. par. fuit tamen
* IVDICATVM * ad fauorem hæredis mariti contra uxorem, & ego quoque ita
* IVDICAVI * hoc anno 1575. de mense Ianuarij in terra Sancti Secundi contra Dominicam de Riuarijs, non obstantibus supradictis, quæ uerè non obstant.

Nam primum fundamentum de iuramento pluribus modis tollitur: & primo,
18 quia statutum loquitur in personam † videlicet quòd nulla persona masculus, vel fœmina possit facere contractum sine solemnitatibus supradictis, & si prohibet minore se obligare, quo casu contra faciens dicitur peccare mortaliter, unde contra peccatum non potest operari iuramentum, quia magis peccaret, Bar.in l.si quis pro eo, in 3. colum.uersi.tertiò dicit ibi, aduerte tamē. ff.de fideiussio.quia scriptum est, qui non obedierit Principi, morte moriatur. cap.2. de maior.& obedien.Deci.consil.536.num. 15. Curt.senio.consil.67.nume.18. sequen. & quòd isto casu non operatur iuramentum contra prohibitionem statuti, latè dixi in meo tract.de tutore, numer. 168. car. 168.Iodoc.de tuto.mun.cap.8.numer. trigesimoquarto, nume.38. car.49. Cur. senio.consil.sexagesimoseptimo, nume.18.19. sequitur Paul.de Castro consil. 465. in fine. uolum.1.Cepha.consil.207. numer.sexagesimosecundo.seq. uolum. 2. & esse æquam dicit Natta consil.631.numero nono, & sequen.uolum. tertio, & magis communem tradit Roland.consilio septimo, numer.trigesimonono, uolu.3.Bald.consil.177.istud. uolum.c.latè Vergil.Boccaci.in consti. Aegidia.in glo.2.numer.15.car.10. Secundò, quia iste contractus donationis fuit ipso iure nullus ob defectum solemnitatum, ut su-
19 pra ostendi, † quo casu iuramentum non confirmauit contractum, sed bene (lege iubente) iuramentum debebat a iurante obseruari.d.c.debitores, de iureiuran. & per Barto.in l.si quis pro eo. uersic. quartò dixi.ff.de fideiussori. Bald.in l. nec patronus. C.de oper.liber.Imo.cap. cum contingant, de iureiuran.& Alexand.consil.38.uiso statuto, columna secunda, circa finem, uolu. 3.sentit Hierony.Gabri.consil.3. colum. fina.& pro singulari tradit Arno.sing.59.pone quòd mulier. Bald. singula. 190. Nota, quod iuramentum, & Corset. sing. uerbo statutum, il 24. non autem hæres iurantis
20 est obligatus obseruare, † quia iuramentum est personale, & non transit ad hæredes, nisi defunctus iurasset pro se, & suis hæredibus, Innocen.in c.ueritatis de iureiuran.Alexand.consi.129. uideretur, nume. 21. 22. uolum. sexto. Ancharan. Regiens. quæstio. 20.numero sexto, in 1.par. Angel. consil.326.ex themate, columna prima.Bologni.consil.45.columna secunda, & tertia, Afflict.decisio.383.in fi.decisio.381.Cagno. l.si quis maior.numer.299. & sequen.C.de transactio.Antoni.& Abb.in c.penul.de iureiuran.Deci. in l. semper in stipulationibus, numer.16.ff.de regul.iur.Paris.consil. 75. numero quarto.uolum.3. & Capici.decisio. 75.numer.4 Bero.consil.150.uolum. 1.igitur iste hæres poterat reuocare dictam donationem ipso iure nullam, iuramento non obstante, quia non tenetur exonerare conscientiam defuncti, & approbare factum illius, quando actus est ipso iure nullus, secus si ope exceptionis annullaretur, l.si pupillus, & l.puberes.ff. de uerbo. obliga.Sebastia.Vanti.de Nulli.ex defe. inhabili.seu manda.numer.30.car.142. Hiero.Gabri.consil.3.numero octauo. Gramma.decisio.93.nume.8.Guido Papæ in consi.180. nume.5.& 6. Rota Perusi.decisio.15.nume. 11.& sequen.in 1.par.Ruin. consil. 42.numero 3. uolum. 5. tetigi supra decisio.9. sub

sub numero 19.& in hoc uidetur malè sentire Ioan.Guteri.Hispan. in l.1. num.394. uersi.quod ego intelligo.ff.de legatis primo. car.120. ubi indistinctè loquutus est. Tertiò quia lex generalis Magni Ducis requirebat solemnitatem post actum factum.
21 †Nam hæc donatio debebat intra tres mésses registrari, quo casu iuramentum in actu interpositum non extenditur ad futura fienda,& non cogitata, ita punctualiter consuluit Cur.iun. consilio 141. habita diligenti, columna fi.numero 22.uolum.secundo. Hippo.Riminal.consilio 72.numero 23.sequen.libro primo.& Gabri.Roma. libro 4. de donation. conclusio. 1. numero 67. car.
22 166.† & etiam quia faciebat donationem fictitiam,& simulatam, & tunc iuramentũ nihil operatur, adnotata per Rui.consilio 55.numero 9.uolum.5. latè Roland. consilio 99.numero 19.20.uolu.3.Roma.consi. 44.sub numero 4. uersicu.secunda ratio.& Crauet.consilio 48. numero 7.uide Fel.in c.fi. uers. quarta declaratio.de præscriptio. & Balb.de præscriptio.in 2.limita. num.9. & seq.car.69. Quartò,quia in loco,ubi iudicaui,adest consuetudo,ꝙ in quolibet cõtractu celebrato,siue cum minore, siue cũ maiore,interponitur de stylo Notariorum iuramentum absque interpellatione contrahentium,& solùm rogato cõtractu Notarius facit iurare obseruantiam,& rustici, vt ignari,& non certiorati de uiribus iuramenti iurant, quo casu iuramentum non conualidat actum,nec facit quem incidere in pœnam,nam compulsus eo casu ad contrahendum,censetur compulsus ad iuran-
23 dum. Hinc est, † ꝙ pœna imposita a l. si quis maior. C.de transactio.non habet locum,quando est consuetudo apponendi iuramentum in quolibet contractu, ut per addentes ad Bar.in d.l.si quis maior. lit.A. & ibi Alexand.columna prima, & per Cagno.ibi numero 72.car.64. Gabri.Roma.libro 3.de transactio.conclusio.prima.numero 62.uersic.sublimita tamen,car.297.
24 † Nec etiam habet locum dicta pœna, qñ iuramentum in regione non solitum apponi est insertum in fine instrumenti, cum clausula,iurans,&c. Hoc est prædicta omnia uera fuisse,& esse, attendere, & obseruare:secus si iurasset statim quando promisit soluere,ita concordat Didac.pract.quæstio.c.10.numero 6. uersi.10. in fi.car.665. Grat.consi.121.numero 6.7.& 8. libro secundo.facit Gaspar Cabali.tract.de euict. §.3.numero 71.car.75. Franc.Becci.consil. 79.numero 8.car.142.& eleganter scripsit Excell.Do.Dionisius,frater meus, in quodam suo aureo consilio ad fauorem Do. Fiordelisiæ de Verucula, in quo perbellè tractauit materiam d.l.si quis maior. & l.2. C.de rescind.uend. & in proposito nostro, quando iuramentum de stylo Notariorum apponitur in instrumentis,quòd non conualidet donationem inter uirum & uxorẽ, consuluit Hiero.Gab.consilio 3.sub numero 7.ibi,in quibus iuramentum apponitur de consuetudine generali,& Soc.iun.consilio 48.numero 39.consilio 144.nume.37. uolu.1.uide adducta per Roland.consi.34. numero 93.& seq.uolum.4.Hippoli.Riminal. consilio 80. numero 42.& seq. libro 1. Menoch.consilio 87.numero 45.& seq.libro primo.& in tract. de arb.iud. casu 144. numero 4.& seq.car.208.ubi hoc iuramentum uidetur appositum de consensu partium,& a Notario lectum.Secundum fundamentum de nullitate contractus donationis inter uirum & uxorem,& quod confirmatur morte donatoris præmorientis
25 similiter eliditur. Primò, † quia nunquã habet locum confirmatio donationis morte, quando donatio a principio est ualida in sua figura cõtractus, aliàs esset frustratoria hæc confirmatio,quæ conceditur ad cõualidandum donationem ipso iure nullã, ut dicunt omnes supradicti Doctores: ubi dicunt ꝙ ualet huiusmodi donatio inter uirum & uxorem in aliquibus casibus, & ꝙ tunc non habet uim relicti, nec ultimæ uoluntatis, ut est uidere per Iul.Clar. d.§. donatio,q.8.& q.9.per Petr.Duen. d.regula 211.& Gabriel. Roma.d.cõclusio.3.& 4. ubi ampliationes,& limitationes ponunt,
26 † & tali casu confirmatio nihil de nouo dicitur dare, & attenditur tempus confirmati,& non confirmantis, Docto. in l more,ff.de iurisd.omnium iud. Bald. in l.1.in prin.C.de manumis. testa. sed quando est inualida, bene confirmatur morte ad instar legati, & tunc confirmatio dicitur de nouo dare,quia facit ualere donationem,
27 & attenditur tempus confirmationis,†& sic mortis quo ad dominium, & ualiditatem,

tem, & non tempus cõtractus donationis, licèt quo ad fructus lucrandos retrotrahatur ad tempus celebrati contractus, ut dicit Iul. Cla.d.q.9. uers.sed quæro, nũquid. & Did. in d.rubr.de testam. in 3.par.nume. 4.& 5.& glo.in l.donationes, quas parẽtes. C.de dona.inter uir.& uxor.nisi donator fecisset testamentum, & in illo apposuisset clausulam, cassans & irritans, &c. ut dicit Simon de Prætis consilio 149.nu.30.seq. lib.
28 primo.car.301.tetigi supra, nu.14. † at in casu isto donatio hæc in sua figura contractus propter iuramentum a principio ualuit, ut est communissima omnium Doctorum opinio, ut dicunt supra Docto. & Iul. Clar.d.q.7.& 9.& Gab.Roma.d.conclus.3. & 4.& Dec.cons.202.ergo non est necessariò per mortem confirmatio, ut in proposito etiam consuluit Hiero.Gabr. d.cons.3. num.4.uers.item quia tunc, & faciunt adducta per Cag.in l.si remancipa.num.177.uersi.secundò adducitur.C.de collati.car.240.
29 † Secundò donatio inter uirum & uxorẽ, patrem & filium in potestate, socerum & generum confirmatur morte solũm, his duobus casibus, uidelicet, quando nullitas prouenit ratione matrimonij, uel potestatis, toto tit.de dona.inter uirum & uxor.& est tex.in l.donationes, quas parentes.C.eodem.& colligitur ex præallegatis authoritatibus. Oldra.consi.245. quidam paterfamilias.colum.1.& 2.secus quando nullitas procedit aliũde, uidelicet propter insinuationem non factam, registrationem omissam, & solemnitates a lege, statuto, constitutione, aut consuetudine inductas non adimpletas: nam licèt confirmetur morte ratione matrimonij, tamen respectu aliarum solemnitatũ omissarum amittit eius uires, & remanet infirma, & executionem non meretur. hoc apertè iudicio meo deciditur ex tex. d.l.donationes, quas parẽtes. ibi, ita firmas per silentium donatricis, uel donatoris sancimus, si usque ad quantitatẽ legitimam, uel eam excedentes actis fuerint intimatæ: nam amplioris quantitatis donationem minimè intimatam, nec per silentium eius, qui donauit, confirmari concedimus, nisi specialiter eas in suprema uoluntate donator confirmauerit. Vnde hæc lex uult, quòd donatio inter uirum & uxorem confirmetur morte donatoris:

sed quia alias dispositum cauebatur, quòd nulla donatio excedens olim aureos quingentos, hodie octingentos propter augumentum ualoris aurei, ualeret, nisi esset insinuata, Ias.l.2.§.ex his, col.pen.ff. de uerb. obligat. Federic. Schenc.conclusione. 37. ubi ita donator. est tex. in l.sancimus, in princip.C.de donatio.Gabr.Rom.lib.3. de donation. conclusio. 1. car. 360. facit Cagnol.l.1. numero 104. uersi. sciendumque est.ff.de offi.eius, car.32.Rota Perusi.decis. 66.in 2.parte. Ideo legislator ibi in d. l. donationes, quas parentes, declarauit quòd si excedit legitimam summam, debeat donator illam in actis intimare, & sic insinuare, aliàs non confirmabitur morte, quia hæc solemnitas insinuationis procedit non ratione matrimonij, sed generalis dispositionis quoad omnes donationes, & ob id Bar.subtiliter, & eleganter summat ibi d. l. donationes, hoc modo: Donationes, quæ ratione matrimonij, uel potestatis impediuntur, morte confirmantur: secus si aliud impedimentum accidat, tunc enim confirmatio expressa requiritur facit Soc.consilio 99. numero 8.uolum.4. car.94. & ideo Corne. consilio 185.Tria.lit.E.& sequen. uolumine secundo, expresse in terminis consuluit hanc donationem non confirmari morte ob solemnitates statuti non obseruatas, & compræhendi etiam a dicto statuto donationem, quæ morte confirmatur, licèt dicatur impropria donatio, & habeat uim ultimæ donationis propter illa uerba, quascunque donationes, idem consuluit Cur.iun.conf.95.nu.8.lib.1.Ruin.conf.52. colum.pen.& fi.uolum.1.& Hieron.Gabr. consilio 3.columna secunda, numero 3. & 4.non obstante consilio Alexand. in consilio 143. in fin. uolum. 5. qui dicebat hanc donationem uti impropriam, & tanquam speciem tertiam non comprehendi a statuto, & in consilio 26. numero quarto, uolum.4.quia ibi non aderant illa uerba, quascunque donationes, ut in casu isto. Tertium fundamentum similiter non obstat,
30 † quia solum procedit, quando hæres donatoris uellet dicere donationem fuisse factam in fraudem alterius, quia tunc non auditur donator, nec hæres tanquam allegans eius turpitudinem, secus quando donatio esset ipso iure nulla, ut in casu

casu nostro, quia tunc nedum ipse donator posset dicere de nullitate, uerum etiã hæres eius, ut præsupponitur. idem Bar. in d. consi. 65. factum est tale, Petrus Nicole. columna prima, uers. circa secundũ, & est tex. in l. hæredi. ff. de reg. iur. latè Crauet. consi. 200. numero 5. & seq. libro primo. tex. in l. quod si minor. §. restitutio autem. ff. de minori. Plot. l. si quando. numero 205. uersic. unum perpetuò notabis. C. unde ui. Bursa. consi. 82. numero 7. seq. & dixi latè in meo tracta. de tutore, & præcipuè numero 175.
31 † quia hæres non tenetur seruare factum defuncti, quando actus est ipso iure nullus, & ipse non consensit, aliàs secus, ut dixi d. num. 175. & in tract. de usufru. mulie. reli. numero 131. & per Grammati. decisio. 93. numero 8. & Deci. consi. 585. uers. secundò respondetur, quibus etiam in locis habetur, quomodo libellus sit formandus, & dixi in d. tract. de tutore, numero 150. uersic. & agitur isto casu ad rescissionem, car. 146. & dixi supra, numero 19. Quartum funda-
32 mentum non officit, † quia communis est in contrarium, Sarmenta in tract. de redditib. eccles. in prima parte, c. 2. nume. septimo, & sequen. car. 31. 35. & 42. & cap. 3. car. 52. & præcipuè, quando pars aduersa opposuit de nullitate ante declarationem factã de ualiditate instrumenti per ipsum minorem, ut per glo. in l. causæ cognitione etiã hoc, in uerbo, nec inter. ff. de minoribus, Bursa. consi. 82. numero 21. uolum. 1. & dixi in d. tracta. de tutore, sub numero 170. car. 171. quia requiritur ꝙ minor declaret uelle ualere, & faciat declarationem cum solemnitatibus iuris minoris. Bal. consilio 475. numero 3. uolu. primo. Cur. iun. consi. 179. numero 22. & seq. uolum. 3. Bar. in l. si is, ff. de eo, qui pro tuto. & Lamberteng. in tracta. de contractib. qui sine solemni contra. §. fi. quæst. 49. & quæst. 58. numero 187. car. 476. & dato ꝙ contractus factus sine debitis solemnitatibus ualeret ad commodum ipsius minoris, tamen hoc procederet, quando minor contraxisset cum maiore, non autem quando contraxisset cum alio minore, per tex. in l. uerum. §. fin. ff. de minori. & ibi Bar. tex. in l. 3. in princip. ff. de reb. eorum Rimi. sen. consi. 665. nu. 7. uol. 4. & per ea, quæ in sequenti fundamento clarius dicam. Quintum uero fundamentũ,
33 † quòd priuilegiatus non gaudet priuilegio suo contra pariter priuilegiatum; similiter in casu nostro non nocet, quia est aduertendum, ꝙ illa regula procedit, quando ille contra quem proceditur, est æqualiter priuilegiatus in illomet casu, de quo agitur: secus si esset priuilegiatus generaliter, & in illomet casu specialiter non reperiretur priuilegiatus, quia tunc priuilegiatus utitur suo priuilegio contra priuilegiatum, quia in illo casu reus non dicitur priuilegiatus, sed reputatur, ut priuata persona, & ideo dicta in dicto quinto fundamento procedunt, quia quilibet actor, & reus sunt pariter in casu, de quo agitur, priuilegiati, ut notant etiam Bar. Bal. & Doc. in auct. quas actiones, C. de sacrosanc. eccl. & quando uterq; tract. de lucro captando. sed quando actor est priuilegiatus in specie, uel tractat de damno euitando, & reus est priuilegiatus in genere, uel tractat de lucro captando, tunc & semper priuilegiatus utitur suo priuilegio contra priuilegiatum, tex. in d. auct. quas actiones. & l. uerũ,
34 §. pen. & § fi. ff. de minorib. Hinc est, † ꝙ si duo debitores habent priuilegium immunitatis ab eorum creditoribus, ut per aliquod tempus non possint conueniri, inter eos tamen non erit locus tali priuilegio, nõ obstante ꝙ unus tractat de damno euitando, & alter, qui renuit soluere de lucro captando, ita pro singulari tradit Hipp. sing. 681. tradidi tibi, ꝙ est ualde notandum in Etruria nostra contra illos, qui habent bullettinos & quinquenas: Nam unus potest agere contra alium dicto bullettino non obstante, licèt milites socij abstinerent ab huiusmodi grauamento tanquam ab igne propter authoritatem concedentium, nec isti qui habent bullettinum, aut quinquenam non possunt personaliter alios conuenire, Afflict. decis. 66. decisio 378. Amanel. de cla. aquis sing. 5. Corne. Benincas. de pauperta. q. 9. specia. 10. numero 26. car. 209. & in duobus minoribus tractantibus, unus de lucro, alter de damno, uidetur dicere tex. in d. l. uerum, §. fi. & Paris. consi. 53. num. 64. & seq. uol. 3. Ferran. Vasq. lib. 1. §. 10. de testa. poten. sub numero 72. uersi. item est ue-
35 rum, car. 143. † & ideo dixi, ꝙ si minor emit rem ab aliquo de pecunijs alterius pupilli, habent tamen illa bona empta specialiter

cialiter

cialiter obligata ipsi pupillo, & facit tex.in l.sed pecunia, in principio, & ibi glo. ff. de reb.eorum.quod intellige, si ille minor nõ ut administrator habuerit pecunias illius pupilli, sed alio nomine, uel alio, aliàs dicta bona essent propria ipsius pupilli, per ea, quæ dixi in meo tracta.de tutore.nume. 252.& nume.253.car.239.Riminal.sen.consil.332.colum.fina. uolum.2. Rota Perusi. decisio.33.in 1.par.Roma.consil.413.num. 20.& consi.414.& Corne.in consi.236.constat, quòd pauperes.lit.D.& E.uolum.3.cõ-
36 suluit, † quòd pia causa instituta nõ detrahit Falcidiam, neque Trebellianicam de legatis ad pias causas. ratio est, quia in hoc non reperitur priuilegiata, & est communis opinio, licèt multi contrarium uoluerint, ut sequitur Bertran.consi.152.nume. 6.uolum.1.sicut absens est priuilegiatus, ut restituatur in integrum, si est læsus: tamen non est priuilegiatus, ut contra eum non competat restitutio, & idem de minore læso Carauita super Ritib.Magnæ Curiæ, Ritu 71.nume. 6.car. 198. ita etiam Corne.d. consi.236.sub lit.E.uolum.3.ubi alia exempla adducit, & sequitur Deci.in auct.quirẽ. nume.21.uersic.in fi.glo.C.de sacrosan.eccles.ubi dicit quod est etiã ratio, quia unus tractat de damno euitando, alter de lucro captando, & quòd non procedit dicta regula, quando unus generaliter est priuilegiatus, & alter in casu, de quo agitur, specialiter priuilegiatus, consuluit Corne. d. consil.236.lit.D.& E. Bertran.d. consi.152. numer.9.uolum.1.& est communis opinio, & ibi dicunt Docto. & Deci in d. auct. qui
37 rem, nume.12. † & quod minor conuentus ab alio minore non possit uti priuilegio minoritatis, si in casu de quo agitur, non reperitur pariter priuilegiatus, est tex.in d. l.uerum.d.§.pen.& fina.ff.de mino.Spec.de restitu.in integ.nume.17.Corne.consi.140. lit.P.uolum.1.Cur.iun.consil.189. num.27. uolum.3.Laur.de Pinu.consil.137. num.15. & seq.Rimi.sen.d.consil.665.nume.7.uol.4. & ego dixi in tracta.de tutore. numer. 169. per quæ apparet male dixisse Rotam Perusi.in decisio.54.nume.8.& Paris.d.consil. 53.nume.64.65.uolum.3. ut consuluit Menochi.consilio 52.nume.43.uersicu. ad hæc accedat.uolum.1.ubi dixit, quòd priuilegiatus in specie, præfertur priuilegiato in genere, & hanc partem sequitur Cephalus cõsil.166.nume.5.& 6.uolum.1.ubi dicit communem, quando tractat de damno euitando, latè Tiraq.de priuileg.piæ causæ, priuileg.26.uersic.contrarium tamen, car.59.& ideo dicebam Illustriss.D.Comiti Sancti Secundi, quòd minor aduersus pium locum poterat petere restitutionem in integrum propter tempus decursum ad recmendum petiam terræ per suos administratores alienatam, quia tractabat de damno euitando, & locus pius de lucro captando, & sentit Laur.de Pinu consil.137.nume.15.& sequen.& Riminal.sen.consi.665.num.7.uolum.4.quæ omnia bene nota, quia multoties habebis in facto, sed uolo tibi tradere unam bonam medicinam, his nostris temporibus propter tot scribentium authoritates, quando habes causam aliquam, noli acquiescere, donec legem, glosam, aut decisionem in terminis terminãtibus inuenies, & postea, illa inuenta, uideas de ueritate articuli, & librum mitte iudici, ut faciebat pater ueritatis, Do. Alexand. in consil. 107.
38 nume.5.uolu.4. † quia hodie ita sunt pomposi iudices, quòd si nõ uident textum, aut decisionem in terminis, nolunt credere, ut dicit Pract.Pap.forma capit.quando testes, in fine.car.113. & bene faciunt hodie isti iu-
39 dices: † nam quando habemus casum legis, & authoritates ex professo, non debemus ire per argumenta, & rationes, Calcan.consil.62.sub num.10.uersic. & inquit Baldus.Roland.consil.69.nume.25.uolum. 3.& Rube.Alexandri.consi.2.nume.24.consil.73.colum.1.Gomesi. Regula Cancella. Regula 1.quæstio.16.& Vasq.li.1.§.10.de testam potesta.sub nu.70. circa finem uers. & id uerissimum puto.car.142. & bene faciunt adducta per Alphons. de Mendoz. de compatibi.& incompatibili.benef.in 2.par. cap.12.num.26.27.car.144.quod non fecit quidam Doctor in causa Brunettæ ad eum transmissa ad consilium sapientis, ubi dicta Brunetta adiuit hæreditatem, & petebat bona paterna, ut filia, & ut hęres ex ultimo testamento a quibusdam suis agnatis, non obstante quodam laudo diuisionis d.bonorum nullo, & extraiudicialiter lato, & ipse non respondendo infrascriptis decisionibus iudicauit ipsam non audiri propter præscriptionem temporis quadraginta

draginta annorum cum iusto titulo d. laudi, diuisionis, & bona fide, & allegabat Deci. in consil. 267. numero quinto, consil. 79. in fin. consil. 202. in fin. & consil. 272. quæ consilia tantum conueniebant ad causam, quantum Iudæi cum Samaritanis, bacchanalia cum diebus quadragesimalibus, dies cum nocte, & ius quæsitum cum iure quærendo: Nam dicta consilia Decij loquebantur in iure quærendo, & sic in diuisione facta etiam de bonis fideicommisso subiectis:
7 neficiorum, † & quod creditor expensarū factarum in infirmitate defuncti preferratur uxori, & quibuscunq; creditoribus anterioribus ēt expressam hipothecam habentibus, ut est creditor expensarum funeris, inuentarij, insinuationis, & similium, expressè hoc etiam declarat Rol. in con. 14. nume. 20. & seq. uol. 1. & melius in tract. de confectio. inuentar. c. 140. car. 113. & seq. pulchrè Sebastia. Monticul. in trac. de inuentar. hæred. nu. 137. car. 204. & melius in §. item Seruiana, nume. 39. 40. & seq. uersi. 6. est impensa in quibusdam casibus, Insti. de actio. car. 170. ubi propriè exemplificat in expēsis medicinarum pro egritudine defuncti, & aliarum rerum acceptarum ab aromatarijs & in Notario pro insinuatione, & confectione instrumenti, & dicit solùm intelligi debere de expensis illius infirmitatis, in qua mortuus est, & non de alijs infirmitatibus, quia dicit, in alijs imputet sibi creditor, cur non fecit sibi soluere, dum erat uiuus, & sic demonstrant, ꝙ illo in casu defunctus, ut uiuus erat debitor: sed in isto casu ipse non erat debitor, sed eius hæreditas, & patrimonium, quod a lege a principio intelligitur esse obnoxiū & subiectum expensis funeris, & infirmitatis defuncti, ut quilibet animosè possit corpus mortuum sepelire, & non derelinquere, & infirmum curare, & reducere ad ualetudinem, & non relinquere insalutatum, ne fame pereat, & uti desperatus moriatur, & anima damnetur, ut eueniret si sine cura, custodia, & expensis derelinqueretur, & faciunt tradita per Franc. Marci. decisio. 332. nume. 4. et decis. 679. nu. 8. in 1. par. Cagno. in l. hoc colore. §. quarta, nu. 13. ff. de inoff. testa. car. 230. Alex. consi 81. uiso, nu.
8 mero tertio. uolum. primo. † et cum sit reale debitum, sequitur quemcumque possessorem, quia de illo patrimonio semper in pri-

in primis, & ante omnia debet deduci, ut expensæ necessariæ hereditatis, ut sentit tex.in c.de his.ubi etiam glo.1. de sepul. & Ripa in tract.de peste, in ultima par. nume. 133.car.54.uersi.secundò procedit, & dixi in meo tract.in repertorio, in uerbo, expensæ, & in tit. de usufru. numero 218. car. 746.& Ioan.Andre.in addi. ad Spec. tit.de sepulturis, numero 13.in fi.car.143.Rebuf. in suis commenta.in tract. de senten. prouisio.numero 57.63.& 68.car.232. in 1.Tomo.& hæc conclusio iudicio meo non habet dubium, per tex. clarum in d.l.in restituenda hæreditate.C.de peti. hæred. & per supradicta ubi apparet esse cōmunem opinionem, si fideliter Doctores connumerentur immemores d.l.in restituenda hæreditate,& d.l.legatum,& ita etiam firmat Rebuffus d.tract.de senten. prouisio. numero 65.car.233.

Accedit, quòd istæ expensę apparent uerè, & realiter factæ, & sic dictus Michael est uerus creditor sed d.Barbara uxor d.Marsilij defuncti non est uerè creditrix, quia non
9 apparet de uera promissione dotis, † cum illa scriptura sit facta de nouo, & producta parte non citata, & non recognita, & sit sine testibus, & ideo nullam facit fidem de dotis promissione, ut not.in l.scripturas, cum auth.seq C.qui potio.in pigno.habe.& ibi Doct.Afflict.decisio.85.in fi. & per ea, quæ dixi supra decisio.21.nu.36.num.40.& 79. Nam plura requiruntur ad uerificationem talis scripturæ, quæ non interuenerunt, ut per Docto.in d.l.scripturas, Crauet.de antiq.tempo.par.1.numero 33.& seq.car.56. Ant.de Fano de pigno. in 5.par. in 2.mēbr. sub nu.46.& seq Rui.cons.79.nu.1.cons.46. num.3.4.14.uol.4.Roland.cons.84.uolu.3. Rui.consi.193.nu.12.uolu.2. Alex.consilio 239.nu.5.6.uol.6.Afflict.decisio.181. tetigi supra, d.decis.21.nu.36.

Nec etiam apparet de aliqua numera-
10 tione, † sed solùm de confessione dotis receptæ, quo casu mulier non præfertur ei, q uerè, & realiter soluit, rem dedit, & numerauit, Didac.uaria.resol.lib.1.c.7.nu.4.car. 131.Corne.cons.230.uidetur, uol.2. & Bal. Nouel.in tract.de dote.in 10.par.num.... Aret.§.fuerat, nu.... Insti.de actio.Bello. consi.48.in fi. & faciunt plura adducta per Rotā Perusi.decisio.66.in 2.par.

Nec modò habent obstare adducta su-
11 pra pro contraria parte, † quia ex prædictis satis clarè colligitur responsio ad contraria. Nam illud fundamentum procederet, quando iste Michael aromatarius esset creditor Marsilij, & uti creditor concurreret cum alijs creditoribus defuncti effecti creditoris in uia defuncti ex alia causa, quā necessitatis, & sic infirmitatis, in qua quis moritur, ut dicit text.in d.§. in computatione, uers.si uerò, ubi dicit, quòd si est creditor defuncti, hunc debet sequi fortuna aliorum creditorum, temporum tamen prærogatiua inter eos seruata, & Monticul.sequitur in d.§. item Seruiana. nu.42. sed quando quis est creditor patrimonij, & hæreditatis defuncti, tunc creditores anteriores defuncti non præferuntur, sed debēt soluere æs alienum factum in dicto patrimonio & hæreditate & infirmitate mortua, cum a principio illa bona sint acquisita cum illo onere soluendi expensas funerum & infirmitatis mortuæ, & ideo ante omnia deducuntur, ut dicit tex.in d.l.in restituenda hæreditate.C. de peti. hæredi. & l.legatum.C.de religio. & sumpti.funer. & dix. in meo tract.in repertorio, in uerbo, expensæ funeris, & ista est communis opinio, ultra textum, ut patet ex prædictis.& licèt in meo tracta.de usufruc.nume.95. car. 458.ego dubitauerim: tamen melius cogitando, nu.118. car.746. & in d.repertorio, latius hanc opinionem defendi, sicut fecit Rebuf.in commenta.tract.de const.reditu. glo. 8.art.1.num.34.car.407.in 2.par.& in tracta. de sent.prouisio.in præfatio. nu.65. car.233.in 1.par.& postea inueni dictos textus.l.in restituenda, & l.legatum.& Rolan. in tract.de confectio.inuentar. car.113.& seq.& Monticul. in d.§. item Seruiana, nu. 39.& nu.40.& seq.Insti.de actio.approbātes hanc opinionem: & certè uti piam, & æquam obseruandam esse existimo, ne homines derelinquentur, & ut bestiæ ferinæ moriantur, ac ut desperati in infernū cru-
12 cientur. † Quæ expensæ funeris, & infirmitatis sint, & dicantur, & ueniant restituendæ, declarant supradicti Doctores, & Rebuf.in d.tit.de sen.prouisio.num.47 & seq. & Bertran.consi.270.nu.3.uolu.3. Stepha. Aufreri.in addi. ad Capel.Tolosa. decisio. 497.incipiē. certum est. Tandem omnibus

maturè consideratis ad fauorem Michaelis Aromatarij fuit IVDICATVM* de anno 1578. Februarij, per Magnificos Dominos Priores Fiuizani, iudices primarum appellationum tam quoad expensas funerum, quàm infirmitatis, in qua mortuus est, & sæpe uidi postea ita iudicatum
13 Lombardiæ, † & quomodo iste aromatarius, & Picicagnolus potest suum probare creditum, tradit Purpura. in consi. 31. uolu. 2. facit Federic. de Senis, consi. 119. nihil.

DE CONTRACTIBVS.

DECISIO IIII.

ARG.

Venditio bonorum mariti facta per vxorem præsente marito, & consentiente, uirtute statuti Fiuizani, non ualet in præiuditium mariti.

Consensus necessarius differt a uoluntario, & non præiudicat consentienti.

SVMMARIVM.

1 *PRæsens, & non contradicens, uidetur consentire, & iuri sibi competenti renuntiare si potuit contradicendo actum impedire.*

Declara, nu. 15.

2 *Consentiens actui, iura sua perdit, ac si ipse actum fecisset.*

Declara, nu. 3.

4 *Habens pignus, hipothecam, aut ius in aliqua re, si consentit uenditioni, uidetur remittere iura sua taliter, quod non potest amplius contrauenire, nu. 5.*

Declara, nu. 24. 25. 26.

5 *Dominus rei, si patiatur testari per alium de re sua, & testamento consentiat, uel succedat testatori, non potest contrauenire.*

6 *Consentiens alienationi, non tenetur de euictione, nec de alia re. nu. 12.*

7 *Consentiens alienationi bonorum, uel iurium suorum, non potest contrauenire.*

8 *Maritus, & vxor uendentes bona mariti simul, pretium præsumitur totum peruenisse ad manus mariti.*

Declara, ut nu. 18.

9 *Maritus consentiens alienationi rei dotalis factæ per uxorem, dicitur dotem uxori restituisse, & ualet consensus.*

Declara, ut nu. 10.

11 *Consentiens alienationi rei suæ, non censetur sibi præiudicare in pretio, & non tenetur illam tradere absque pretio, nu. 13. 17.*

14 *Donatio inter uirum, & uxorem sine iuramento ualet. sed potest reuocari per exceptionem.*

16 *Aedificans in solo alieno præsente, & tacente domino, non acquirit aliquod ius, neque dominus præsumitur consentire.*

19 *Magna est difficultas in iure nostro, scire in quibus terminis loquuntur leges, & Doctores.*

20 *Doctori distinguenti est magis credendum tamquam magis appropinquanti ueritati.*

21 *Aduocati & iudices, qui vtuntur legibus, prout debent, meliorem uitam ducunt, quàm fratres Prædicatores, & religiosi.*

22 *Iudex, qui habet iudicare, debet æquitatem informare a iure, & non a suo capite, quia de æquitate iuris intelligitur.*

23 *Causæ subtiles non sunt committendæ grossis iudicibus.*

24 *Consensus necessarius differt a uoluntario.*

25 *Consensus necessarius, ut est tutoris, curatoris, & propinqui, ac uicini uirtute statuti, & iuris, non obligat consentientem, & sibi non præiudicat in iuribus suis.*

26 *Consensus non extenditur, nisi ad id, quod toleratum est, & ad alias clausulas, & actus non refertur.*

27 *Consentire habens uirtute iuris aut statuti uxori sue præsumitur in actu uxoris potius consensisse ex causa necessaria, quàm uoluntaria.*

28 *Estimum probat possessionem, & dominium allo non possidente; adeo quòd transfert onus probandi in aduersarium.*

29 *Instrumenta antiqua probant dominium, & possessionem, & magis probant, quàm testes.*

30 *Instrumentum productum parte citata, & non opponente, censetur approbatum.*

DECISIO IIII.

PRoponitur in facto, qualiter Ioan. Anto. Raphaelis de Fiuizano dedit Dominichinæ Ioannis Thomasini scutos sexaginta, & de anno 1564. sub die 24. Nouembris ipsa Dominichina uxor Iacopini quondam Nicolai Scanauini de d. l. confessa fuit habuisse a Ioanne Francisco de Blanchis nomine dicti Ioannis Antonij

tonij alios scutos octuagintaseptem corã Notario, & testib. & pro dictis scutis 147. dedit, & uendidit dicto Ioanni Francisco nomine dicti Ioannis Anto. unam petiam terrę pratiuę & arboratæ sitam in pertinentij Fiuizani *loco detto alla Peschera*, & in instrumento sic dicitur, &c.

Domina Dominichina filia Ioan. Thomasini de Fiuizano & coniux Iacobini Nicolai Scanauini de d.l. de suis iuribus & Senatus Consulti Velleiani beneficio per me Notarium certificata & quibus sponte renuntiauit cum præsentia, consensu & authoritate dicti Iacobini eius mariti præsentis, & consentientis, & Ioannis alterius Ioãnis Thomasini de Fiuizano eius fratris, & Iacobi Pellegrini de Spitiano habitatoris Fiuizani eius uicini in absentia proximorum præsentium consentientium, ac iurantium in forma per se, & suos hæredes iure proprio, & in perpetuum, & prout in d. instrumento, ad quod relatio habeatur, &c. dedit uendidit, & tradidit, &c.

Modò Nicolaus Rafaelis de Fiuizano, uti hæres dicti Ioannis Antonij, prætendit uirtute dicti instrumẽti habere ius in dicta petia terræ, & agit contra D. Dominichinã, & Iacobum eius uirum ad restitutionem illius, & d. Iacobus obijcit non teneri ad dandũ, nec relaxandũ, d. petiã terrę, ex eo q a d. Ioãnes Antonius nihil agit, & contraxit cũ dicto Iacobo, & etiã q a ipse cõsensit in principio dicto contractui, ut maritus, & nõ nomine proprio, ut Iacobus Dominus d. petiæ terræ, sicut fecerunt etiam Ioannes frater, & Iacobus vicinus, ad hoc ut contractus solemniter esset factus, & ualeret quo ad præiudicium d. Dominichinæ, contrahentis, iuxta formam statuti Fiuizani sub Rub. Quòd contractus mulierum, &c. uersic. si uero mulier maritum habuerit, & uersic. omnes autem contractus, per quod disponitur quòd mulier non possit contrahere sine consensu mariti, & dictorum propinquorum, & cum sub iudice lis esse quærebatur, An dictus Iacobus teneatur ad relaxandum d. eius petiam terræ alienatam per eius uxorem, uirtute eius præsentiæ, & consensus.

ET prima fronte uideretur dicendũ, d. Iacobum non potuisse, nec posse contrauenire d. uenditioni, nec impedire trãslationẽ dominij in emptorẽ pluribus fundamentis,

1 † & primo, quia quotiescũq; qs est præsens alicui actui, cui pôt cõtradicere, & contradicendo illud impedire, si tacet & nõ cõtradicit, uidetur cõsentire, & approbare & iuri sibi competenti renuntiare taliter, q amplius contradicere nõ pôt, per text. in l. si fideiussor. §. pater. ff. de pigno. Bar. & Docto. in l. quæ dotis. ff. sol. matri. & p Alexã. cons. 1. uol. 3. & regula, qui tacet, de reg. iu. in 6. ubi Doc. & latè Benedi. Cap. in reg. 56. car. 66. ubi limitationes, & ampliationes ponit, &c. Pile. glossator antiq. in suis q. 46. uide Anto. de Prato ueteri, in cõsilijs diuersorum authorũ, cons. 70. nu. 122. & seq. car. 161. uol. 1. Craue. cons. 200. & Boui. Regiẽs. in tracta. de statuta. præscripti glo. 7. car. 38.

2 † Secundo, quia ille qui alteri consentit, iura sua perdit, ac si ipse actũ ipsum, cui cõsentit faceret, l. cum quædam. C. de administr. tut. l. sicut. §. uenditionis. ff. quib. mod. pig. uel hyp. sol. & ibi Docto. Nã cõsentiens iura sua pdit, & fortificat, aliena, Octauia. Pedamonta. decisio. 62. nume. 19. seq. car. 227. & Bero. consi. 187. num. 6. & 7. uol. 1. & Menoc.

3 cons. 58. lib. 1. † ubi nu. 68. dixit non procedere, quando actus esset nullus, & Craueta de indemnita. mulie. nu. 3. 29. & 40. Tertio,

4 † quia habens pignus, hypothecam, uel ius in aliqua re, & patiatur uenditorem illã rẽ uendere alteri, uel tradere secundo creditori, posteriori & consentiat huiusmodi uenditioni, & traditioni, uidetur remittere iura sua taliter q nõ potest amplius in illa re contrauenire. l. sicut. §. si uoluntate, ubi Docto. ff. quib. mod. pign. uel hypo. solui. Doc. in l. si fundum per fideiussionis. ff. de leg. 1. & est tex. in l. 1. C. de remis. pig. ubi dicitur, indignum est eum, qui semel consentit alienationi rei sibi hypothecatæ, & hoc modo ius suum respuit, eandẽ rẽ, etiã si a priorem dominum redierit, uendicare, uel tenentẽ inquietare, quẽ tex. Barto. & Salicet. dicunt singularem, & sequitur Tiraq. de retract. ligna. §. 1. glo. 9. nu. 239. uersic. Sed & faciunt alia multa iura Bero. cons. 172. nu. 4. uolu. 1.

5 Laur. Syl. consi. 38. cõs. 39. car. 186. † Quartò, quia Dominus rei si patiatur de re sua per aliquem testari, & consentiat, sibi præiudicat, adeò q non potest contrauenire. l. sicut. §. uenditionis. ff. quib. mod. pig. uel hypo. solu. & Bal. in c. 1. §. Præterea, quib. mod. feud.

feud.amit. & idem, si consentit alicui uendenti rem ipsius consentientis, quia uidetur ipse uendere, & contra dictam rem uēditam non potest amplius quid dicere, ut tradunt Docto. in d.l. si fundum per fideicō missum, ubi optimè loquuntur, & idē quādo quis cedit debitorem, qui non sit debitor, & consentiat debitor cessioni, uel delegationi, ut pulchrè loquitur Roma. consil. 87. circa id. Sed in casu isto Iacobus fuit pſens, & nedum tacuit, & non contradixit, sed expressè consensit uenditioni rei suæ: ergo non potest quicquam opponere contra dictam rem alienatam, nec impedire
6 translationem dominii per supradicta. † & an teneatur de euictione, sicut uxor, uide latè per Syluan. consil. 38. consil. 39. car. 186. Anto. Gab. commu. opi. lib. 3. de rerum alienatione, concl. 2. car. 379. & Crauet. de in-
7 demni. mulie. num. 4. & 41. car. 239. † Et ꝙ præsens, & consentiens alienationi bonorū suorum, uel iurium, non possit contrauenire, nec excipere contra rem alienatam, siue bona sint allodialia, siue feudalia, siue liuellaria, quando contractus non est ipso iure nullus, colligitur latè ex traditis per Docto. in d.l. si fundum per fideicommissum, Parisi. consi. 76. nume. 20. & seq. uol. 4. Crauet. de indemnit. mulie. nume. 12. & seq. & consi. 24. nu. 9. Roland. a Val. consi. 57. nume. 15. sequen. uolum. 3. Tiraq. de retract. lignag. §. 1. glo. 9. numero 133. & seq. usque ad num. 140. & §. 9. glo. 3. nume. 25. & 26. & in tract. de legib. connubial. glo. 5. nu. 145. & seq. latè Bero. consi. 64. consi. 172. consil. 187. uol. 1. Roma. consi. 87. circa id. Lauren. Silua. d. consi. 38. 39. Anto. Gabr. Roma. d.
8 conclus. 2. car. 379. Quintò, † quia quando maritus, & uxor simul uendunt bona mariti, pretium præsumitur peruenisse ad manus mariti, adeo ꝙ non potest contrauenire alienationi, & tenetur totam dotem restituere mulieri, uel hæredibus soluto matrimonio, ut tradit Bal. & Salice. in l. si qua mulier. C. ad Treb. Spec. in tit. de obliga. & solutio. §. 2. uers. sed pone, uir & uxor, n. 9. & Imo. in c. cum contingat, in 27. col. uers. iuxta prædicta, de iureiuran. ubi dicit ita de facto IVDICATVM * fuisse in Ciuitate Bononiæ, Bald. Nouel. tract. de dote, in 6. par. in 12. limi. in fi. ubi dicit ita consuluisse, & fuisse IVDICATVM, * & communiter teneri, Afflict. decisio. 209. Crau. consil. 90. numero 3. & 4. in 1. par. Natta consi.
9 552. uol. 3. cum simi. &c. † Et maritus quando consentit alienationi rei dotalis factæ per uxorem, dicitur dotem uxori restituisse, & ualet consensus, ut per Christ. Porci. §. est autem, nu. 6. uersi. quid autem, Instit. de donationibus.

Quod autem dictus Iacobus maritus d. Dominichinæ uenditricis non teneatur dare suam petiam terræ uenditæ per d. Dominichinam uxorem, & possit contrauenire per uiam retentionis, & quòd dictus cōsensus non sibi præiudicat: primò apparet
10 ex tenore instrumenti. † in quo simpliciter consensit, & non se obligauit, nec ratificationem promisit, quia nunquam est nominatus in dicto instrumento, nisi semel in principio ante uenditionem; & in uenditione non promisit de rato, nec confessus fuit habuisse pretium, nec iurauit, nec obligauit se & sua bona, nec conduxit dictam petiam terræ, quo casu non præsumitur pꝛtium ad eum deuenisse, attento etiam ꝙ non interfuit pretio. ita consuluit Alex. in consilio 38. consideratis his, uolu. 2. sequitur in hoc Natta d. consil. 552. numero 4.
11 lib. 3. Secundò, † quia simpliciter consentiens actui, & alienationi rei suæ, uel in qua habet ius aliquod, non censetur sibi præiudicasse in pretio, adeo ꝙ non tenetur rem tradere, nisi pretio sibi effectualiter soluto, & imputet sibi emptor, qui non curabit tradere pretium domino rei, Bart. in d.l. si fundus per fideicommissum, in princip. ff. de legatis primo. & ibi Docto. Ruin. consi. 209. nume. 6. uersi. tertiò cessantibus, uolum. 1. Alex. consi. 8. in fi. uol. 5. Paris. consi. 107. num. 29. uol. 3. Francis. Marci. decisio. 319. num. 5. in 1. par. Bero. consi. 64. nume. 6. & seq. uol. 1. Cur. iun. consi. 327. nume. 23. 24. uolu. 3. & maximè, quando consentit necessariò, ut dicit Menoch. consi. 87. numero 54. & seq. & nu. 8. uol. 1. Abb. consilio 105. numero 2. 3. Hiero. Gab. consi. 125. num. 15. & seq. car. 156. Anto. Gabr. Rom. d. conclusio. 2. num. 22. Cur. iun. consi. 4. nu-
12 me. 22. uolum. 1. Tertiò, † quia simpliciter consentiens alienationi rei suæ, non dicitur se obligasse emptori ad rem tradendam, nec de euictione, & emptor contra eū nullam habet actionem, quia dicitur consensus

fensus approbatorius, seu confirmatorius, non obligatorius, Hiero. Gab. conf. 125. nume. 1. car. 155. & supra, nu. 6. secus si promisisset ulrra consensum rem tradere, ita dicit Bar. cons. 211. quidam sibi filios, & in
13 d.l. si fundum per fideicommissum. † Solũ operatur iste consensus, q non potest contrauenire agendo, secus excipiendo re nõ tradita corporaliter, ut ibi per eum, & Soc. iun. cons. 52. sub nu. 8. & 9. uers. uel secũdo, & posito, uol. 4 Boeri. decis. 244. nu. 10. uersi. quid dicendum, Alex. cons. 131. in causa, num. 4. uolu. 2. Tiraq. in trac. de legib. connub. in gl. 5. nu. 138. 140. & nu. 241. Duran. de arte testan. tit. de leg. caut. 37. res alienas & Phanuci. de lucro dot. gl. 13. sub nu. 6. uersi. cæterum dubitatum fuit, car. 529. & Craue. tract. de indemni. mulier. nu. 4. uers. tertiò licet pater. car. 23). & maximè isto casu, ubi non fuit facta cessio per uenditionem contra consentientem, quæ si fuisset facta, tamen non operaretur contra d. consentiẽtem, nisi pretio soluto per supradicta, & p tex. in l. si post perfectum, C. de euict. p Anto. de Fan. de pign. in 5. par. 1. memb. nu. 24. uers. 8. insurgit. car. 200. Dec. cons. 119. pro tenui facultate, col. 1. 2. Iac. Machel. Patroci. 5. nu. 7. uers. sed quid plura, &c. Quartò,
14 † quia donatio inter maritum, & uxorem sine iuramento non ualet irreuocabiliter, sed bene reuocabiliter, ut per Iul. Clar. in §. donatio. q. 8. uers. sed quæro, tu scis. Sed isto casu non apparet in consensu iuramentum, sed solùm in consensu Ioannis, & uicini, & sine causa, ergo dato q huiusmodi simplex consensus esset donatio, intelligeretur reuocata per d. Iacobum contradicẽdo, per supradicta, &c.

Nec habent obstare supradicta in contrarium, quia non releuant, nec præiudi-
15 cant d. Iacobo. † Et primò non obstat primum fundamentum de præsente, & tacente, & non contradicente, quia solum prædicta regula operatur consensum quo ad fauorem consentientis, & contra eum non operatur consensus, nisi in casibus specialibus, & a iure expressis. ita dicit Tiraq. de retract. lignag. §. 9. n. 24. uers. sed & id quoque, in gl. 3. car. 108. Ant. de Prato ueteri in consilijs diuersorum, cons. 70. nume. 125. & 126. seq. lib. 1. car. 161. Gemi. cons. 55. quidam, columna 3. Pau. de Castro consil. 242. uidendum. num. 1. uol. 1. latè Crau. consilio 200. numero 7. & seq. car. 205. Ancha. consi. 176. columna 2. sed in terminis nostris de iure contrarium reperitur expressum, uidelicet q præsens, & tacens licet non phibeat, non censetur consentire, nisi aliquẽ actum faciat, per quem demonstrat consensum. ita sentit idem Paris. d. consi. 76. nu. 10. uolum. 4. & numero 25. Alexand. consilio 20. uol. 3. Ias. in l. cum alienam, colum. 2. C. de leg. & in l. cum proponas, numero 7. in l. fi. in 8. notab. C. de pact. Bello. consilio 9. numero 4. late Gomes. in §. item Seruiana, num. 24. seq. Institut. de actio. Bero. consilio 150. numero 30. uolum. 1. pulchrè declarat Anton. de Prato ueteri consi. 70. num. 121. & sequen. uolu. 1. diuers. author. car. 161. & dixi in meo tract. de vsufru. mulie. relic. num. 102. car. 485. sicut etiam uido
16 mus, † quòd præsens & tacens non uidetur consensisse ius ædificandi in suo per alium in eius odium, per tex. glo. & Doct. in l. Sabinus. ff. commun. diuid. Rui. consi. 55. sub numer. 7. uersi. nec etiam, uolum. 4. Barbat. consi. 31. colum. 2. Simon de Pretis consi. 183. num. 11. Crau. d. consi. 200. num. 7. & seq. & maximè, cum sit informis, & sic sine causa, ut per Phanuci. de luc. dot. glo. 10. numero 43. uersic. sed hoc est falsum, car. 449. & Rui. consilio 62. sub numer. 25. uolum. 3. & ratio est in casu nostro, quia non poterat facere quin emptor emeret, & uenditor uenderet, cum rem alienam etiam uendi possit, ita dicit Anton. de Prato ueteri in d. consi. 70. nume. 124. car. 161. uol. 1. diuerso. author. & numer. 138. Ioan. de Garronib. in rub. de secund. nupt in secundo remedio, num. 7. uersi. sed an sufficeret. car. 39. † Secundò non obstat secun-
17 dum, tertium, & quartum fundamentum, quia loquitur, quando consentiens uellet agere, & non possideret rem alienatam; secus quando possideret, & emptor, uel uenditor iret contra consentientem, uirtute consensus, quia tunc non procedunt adducta pro contraria parte in secundo & tertio fundamento, & sentit Pau. de Castro & Bal. in d.l. si fundum per fideicommissum, in princip. in fi. & colligitur ex allegato tex. d.l. 1. C. de remis. pigno. ibi eandem rem uendicare, uel tenentem inquietare, & sic lo-
18 quuntur in agente, &c. † Tertiò non ob-

stat quintum fundamentum de uxore, & marito alienante, quia loquitur, quando uterque uendit, promittit, & obligat insolidum: secus quando uxor uendit, & maritus simpliciter consentit, & se non obligat non iurat obseruare, nec promittit, ut per Alex. d. cons. 58. consideratis his, uolum. 2. & Nat. cons. 552. nu. 3. & 4. uol. 3.

Quid modò dicendum in isto casu? & in primis antequàm deueniam ad decisioné
19 istius articuli, dico, ꝙ in primis bonus iudex debet multum considerare, in quo casu loquuntur leges, & casus propositi: quia dicit Ludo. Zunta in suo respōso pro uxore, nume. 977. quod maior difficultas, quæ sit in iure nostro, est bene intelligere, in quibus terminis loquantur leges, glossę, & Docto. & dixit Syl. nuptia. lib. 5. tit. quomo. iu-
20 dican. nu. 32. † ꝙ Doctori distinguenti est standum, tanquam magis appropinquanti ueritati, cum per diuisiones & interpretationes congruentes, omnium telorum euitetur amaritudo, & Arno. sing. 23. sæpe, di-
21 cit, † ꝙ recti iudices, & aduocati utentes legibus, prout debent, meliorem uitam ducunt, quàm fratres Prædicatores, & religiosi, & dixi plura in meo tracta. de usufru. mulie. reli. nu. 205. car. 700. & sequen. Nam
22 † iudicare habens debet æquitatem informare a iure, & non a suo capite, cum de æquitate iuris intelligatur, Abb. & Dec. in c. ex parte, de off. deleg. tradit Bar. l. si fideiussor. §. quædam. & in l. Quintus. ff. manda. Syl. nup. lib. 5. nu. 68. & Roma. consi. 149.
23 Quibus sic propositis, † dico ꝙ ista causa non est committenda grossis iudicibus, ut dicit Mar. in Spec. aur. in 6. par. in 2. actu prin. nu. 67. car. 227. cum sit subtilis: Nam animaduertendum est, ꝙ duo consensus reperiuntur in actu uoluntario: alter obligatarius, ut est quando quis ultra consensum promittit, dat aut obligat: alter approbatorius, & confirmatorius, ut est quando quis simpliciter consentit actui, & non se
24 obligat, nec promittit, † de quibus locutus sum supra, pro parte affirmatiua & negatiua: alter reperitur consensus in actu necessario, & iste consensus dicitur necessarius ad solemnizandum actum, ut est tutor, curator, administrator, iudex, & maritus, ac propinquus uirtute alicuius legis, & statuti, & iste cōsensus differt a cōsensu uolūtario supradicto. ita dicit Bald. cōs. 102. Puteus, n. 2. & 3. uol. 2. Cassa. in cō suetud. Burgund. nume. 14. car. 161. & Rui. consi. 126. numero 11. uolu. 2. & faciunt adducta per Rotam Bononi. decis. 21. num. 16. seq. uers. adductis in contrarium, Bursa. consi. 32. nume. 58. uol. 1. Pulchrè Gabr Roma. lib. 3. de rerum aliena. conclusi. 2. car. 379. Anto. de Prato ueteri d. consi. 70. num. 124. & seq. 1. uol. Responsorum diuersorum, Ancha. Regiens. q. 17. in 2. par. latè Menoch. cons. 58.
25 lib. 1. † Et iste consensus non obligat in aliquo consentientem, & non præiudicat iuribus suis, nec in re sua, quia simpliciter ad solemnizandum actum interuenit, & potest tam agendo, quàm excipiendo contrauenire, ita consuluit in terminis Bal. d. consilio 102. numero 2. & 3. uol. 2. Crauet. de indemnit. mulier. num. 2. & num. 38. in fi. ibi, sed illud intelligo. & maximè, quando nihil aliud facit, quàm consentire, & non promittit, nec se obligat, ut sentit idem Crau. a cōtrario sensu, num. 39. uers. secundò respon. Tiraq. de retrac. lign. g. §. 1. gl. 9. num. 141. & seq. uers. hanc nostram, car. 62. Roland. consi. 57. num. 29. uers. secundò dicitur, uolu. 3. Ceph. consi. 148. nume. 23. & seq. uol. primo. & Ancha. Regiens. q. 17. in 2. par. & Alex. consil. 131. numero 4. seq. uolum. 2. Dom. Pileus Glossator in quæst. 46. aliquo præsente, Gab. Rom. d. concl. 2. car. 379. Bursa. d. consi. 32. nume. 38. & seq. & Menoch.
26 d. cons. 58. uol. 1. Et certum est, † quod cōsensus non præsumitur extendi, nec extendi debet, nisi ad id, quod toleratum est, maximè in præiudicium tertij consentientis, Alex. consilio 118. sub num. 7. uolum. 5. Cepha. d. consi. 148. numero 24. uolum 1. Parisi. cons. 18. numero 5. 8. & 9. uolu. 1. consil. 19. numero 49. uolum. 3. consil. 5. numero 8. uolum. 4. consi. 49. numero 42. uolum. 3. Soc. iun. consilio 44. numero 51. uolum. 2. & Dec. consi. 379. numero 6. Hippo. Riminal. consilio 23. num. 265. & seq. uolum. 1.
27 † Et cùm iste Iacobus fuerit præsens, & consenserit, ut maritus, præsumitur potius consensisse nomine officij, quam proprio nomine, ad hoc ut contractus ualeret, quo ad præiudicium bonorum dotalium d. Dominichinæ, post mortem mariti, uel soluto matrimonio. ita dicit Dec. in cons. 503. nu. 5. sentit Petr. Anguss. consi. 7. li. 5. car. 117.

Quòd

Quòd autem consensit ad solemnizandum,& substantiandum actum solum, & non aliter, apparet ex lectura contractus, ubi in principio solum consentit, quando renuntiat uxor iuribus suis,& Sen.Cons.Velleiano, & ēt quia immediatè nominantur alij propinquiores,& uicini, & posteà ipse in uenditione, in confessione pretij, & obligatione, ac cōditione numquā nominatur, sed sola Dominichina, attento maximè quod iste Iacobus est homo simplex & grossus, & pretium in ueritate numquā fuit uisum, ideo sibi in re sua præiudicare non potest, per supradicta loquentia in terminis,& iuramentum in fine contractus solum fuit factum inter dictos contrahentes, ut ibi colligitur,&c.

Quòd aūt dicta petia terræ sit propria ipsius Iacobi, apparet ex descriptione æsti-
28 mi, † quod æstimū probat possessionem, & dominium, ita, & taliter quod trāsfert onus probandi in aduersarium, alio non possidente, Bal.cons.37.uol.5.Dec.cons.428. sub nu. 5.Roma.cons.127.Soc.iun.cons.61.nu. 3.4.uol.3.& Ias.in l.decem, sub nu.38.ff.de uerb.oblig.& Nicola. Festasi. trac. de æstimo, nu.39.& seq. dixi supra decis.18.nu.8.
29 car.160.& nu 10. † Probatur etiam per instrumenta antiqua producta, quod erat eius matris, aut patris, Dec.cons.303.nu.9.& 10. facit Rol.cons.2. nu.59 uol.1. Crau.consi. 54.nu.15.& Beltran cons.100. nu.2.uol 3.
30 † vbi etiam illis magis creditur, quam testibus,& quia a parte non opponitur, ergo approbatur.Crau.consi.1.sub nu.10. & nu. 11.& de hoc non dubitatur, sed solum ipse stat in eo, quod sibi præiudicauit ex illo cōsensu, quod non est uerum: & ideo restat pronuntiare ad fauorem dicti Iacobi, tam respectu prati sui, quàm ususfructus bonorum dotalium, constante matrimonio, ad notata per Alex.cons.23.nu.12.uol.1.& ita iam erat resolutum ad fauorem mariti. sed quia in calculo ferendæ sententiæ fuit productum quoddam instrumentum,& repertum, dicta bona non fuisse dicti mariti, sed extra dotem dictæ uxoris, in quibus maritus aliquem non habet usumfructum, ideo fuit per Rotam Florentinā de anno 1573. Nouembris, IVDICATVM * ad fauorem Ioannis Antonii, & bene, ut etiam per Ang.de Gābi.cōl.42.n.9.&10.car.176.

DE CONTRACTIBVS.

DECISIO V.

ARG.

Mediator, qui fecit matrimonium; & conuenit de dote, ac illam promisit, non tenetur de suo soluere, sed potest de bonis uxoris, uel eius patris soluere, & ita præsumitur promisisse.

SVMMARIVM.

1 *Debitor pro suo proprio debito, & sua causa non potest in vito creditore soluere de bonis sui debitoris, uel alterius personæ.* Declara, ut nu.3.4.5.15.

2 *Alteri per alterum non debet iniqua conditio inferri.*

3 *Debitor obligatus ex facto alieno, præsente principali debitore, præsumitur promisisse soluere de bonis sui principalis, nu.24.*

Administrator, tutor negotiorum gestor, & proxeneta, ac mediator, præsumuntur promisisse de bonis eorum, quorum nomine promiserunt, & maxime illis præsentibus, aut scientibus, & nu.17.19 21.

4 *Promittens dotem, ut mediator, administrator, aut negotiorum gestor, præsumitur promisisse de bonis patris, uel uxoris, & de illis potest soluere, & offerre, & nu 5. et nu.17.19.21.24.*

6 *Et non tenetur isto casu probare, se esse talem, quia ut talis promisit.*

7 *Frater, aut patruus promittens dotem pro sorore, uel nepte non præsumitur administratorio nomine promisisse, nisi probet gessisse, aut gerere negotia ipsius mulieris, & ideo de suo soluere tenetur, si non est ei debitor.*

8 *Maior difficultas, quæ sit in iure Cæsareo & Pontificio, est scire, in quo casu loquuntur leges, glossæ, & Doctores.*

9 *Dictio (aliquid) in qualibet re, etiam minima, uerificatur.*

10 *Testis sponte, & sine citatione se offerens deponere in iudicio, est suspectus.*

11 *Testis proxeneta, & mediator non probat in matrimonio, & promissione dotis, altera parte contradicente.*

Testis

11 *Teslis probans contrarium, quod pars ipsa fatetur, non probat, nu. 14.*

12 *Promittens dare scutos decem pro dote, uel nomine dotis mulieris, dicitur promisisse de bonis suis.*

Secus si promisit dare dotem mulieris, quæ est scutorum centum, quia tunc dicitur promittere bona mulieris. nu. 13.

15 *Nulla est maior probatio, quam proprij oris confessio.*

16 *Fideiussor principaliter, & insolidum obligatus, potest de bonis sui principalis soluere, & offerre.*

17 *Promittens dotem ut administrator, mediator, & negotiorum gestor, dicitur de bonis mulieris promisisse, & ipse solus potest conueniri, & pater ac uxor non est in obligatione, & numero 18.*

20 *Verba statuti, & testium, quando possunt duobus modis intelligi semper intelliguntur, ut minus corrigantur cõmune quàm fieri possit.*

21 *Statutum Bercetti, quòd bona debitoris offerantur in lista creditori, non habet locum in dote.*

Declara, ut ibi.

Statutum generaliter loquens, comprehendit etiam casum dotis, si in illo casu dos non est priuilegiata.

23 *Statutum, quòd creditor possit eligere bona ad eius electionem, intelligitur de mediocribus.*

24 *Bona fideiussoris, & principalis debitoris, dicuntur unita, et aggregata ad eo, quòd possunt per fideiussorem solui, & offerri creditori.*

DECISIO V.

Allegationes adductæ per Magnificum Dominum Potestatem Bercetti, & Excellen. Dom. Maraphã, ad fauorem Antonij Mariæ causa promissionis dotis Agnetis filię Philippi de Villa Bercetti, sunt ueræ in casu suo circa debito-

1 rem, & creditorem, † quia debitor ex se, & non propter aliũ, & obligatus personaliter & realiter non potest soluere creditori de bonis sui debitoris, & sic alterius personæ inuito creditore. l. 2. §. mutui datio, & ibi Doct. ff. si cer. petat. & per Bal. pulchrè in l. si pater. col. 2. C. de collatio. facit Prosper Paset. consi. 93. nu. 5. seq. sentit Rom. consi. 292. col. 5. & maximè, quãdo bona alterius non essent dicto creditori ita utilia, prout

2 illa ueri debitoris, † quia non est iuris consonum, quòd alteri per alterum iniqua conditio inferatur. regula, Non debet, de

3 reg. iur. in 6. † Sed quando debitor est obligatus personaliter, simpliciter ex facto alieno, ut quia promisit se obligando pro pupillo, uel ut procurator, administrator, negotiorum gestor, aut promisit ut proxeneta, & mediator dote alicuius mulieris, præsente ipsa, uel patrem tunc dicitur nomine proprio obligatus, sed præsumitur promisisse de bonis mulieris, aut eius patris, uel soluisse animo repetendi. glo. est magistralis in l. fi. in uerbo officium. C. de dot. promis. & ibi Doct. ibi, quasi negotiũ eius gesserit, nisi aliud probetur, & sequitur Alexand. in additione ad Bar. in d. l. fi. in uerbo, in extraneo. in fi. & sentit Barb. in additio. ad Bal. in d. l. fi. in uerbo, negotia sororis. pulchrè Cur. iun. consi. 197. nu. 8. & seq.

4 uol. 3. † & idem, quando pater est mortuus relicto hęrede obligato ad dotandum puellam nomine defuncti, ut per Rui. consilio 138. nume. 1. 2. uol. 4. & etiam sentit Bal. & Cyn. in l. alimenta. C. de nego. gest. & Simon de Prætis, consilio 138. numero 93. & seq. car. 280. uide Abb. consilio 12. ut clare. numero 4. uolum. 1. Rui. consilio 171. uol. 1. Alex. consilio 100. numero 2. consilio 99. in fi. uolum. 4. Dec. consilio 628. numero 7. &

5 8. † & isto casu potest offerre de bonis mulieris, aut eius patris, si conuenitur iste promissor a marito, quia maritus tenetur accipere bona illa, quæ principaliter ueniunt in obligatione, & promissione, Bal. in d. l. fi. ante numerum primum, uersic. modò quæritur secundò, & nu. 16. 17. uers. sed pone quòd pater, ibi, sed si expressum est, car. 172. in 2. par. & Rui. consi. 138. sub numero primo, uer. sed potuit soluere, uolum. 4. maximè patre, & filia non recusante, & ipso promissore conuento, ut sentit Hippolit. singula. 3. ad hoc, & ita est intelligendus Bal. in auct. si captiui, numero 6. C. de Episco. & cleri. & Fel. in c. olim, sub numero tertio, uersic. & per illum tex. dicunt Doct. de accusatio. columna 846. cum iste sit promissor ex contractu, ut per Hippoli. in Rubri. de fideiussori. quæstio. 31. numero 216. & sequen. quæstione 39. numero 295. Alexand. consilio 72. numero sexto, & seq. uolum. 2. Arno. singula. 81. quotidie,

die;& Ias.in l.naturaliter.§. nihil commune.numer.102.ff. de acquir. posses. Et talis
6 promissor † nō tenetur probare se esse administratorem, procuratorem, tutorem, negotiorum gestorem, mediatorem,& proxenetam, iuxta tradia per Barto.in l.Nesennius.ff. de nego. gest. & Docto.in d. l.fina. C. dotis promis. ubi debet probare promissor hanc qualitatem. Quia ex natura negotij apparet, se gessisse alieno nomine, & negotium alterius tractasse, ut dicit glo. in d.l.fina.in uerbo, officium ibi, quasi negotium eius gesserit, nisi aliud probetur,& pulchrè Alexan.in consil. 80. uiso processu. nume.5.& 6.uersic.secundò respondeo.uolum.4.Ruin.consil.171.nume. 6.8. & num. 14.uolum.1.cons. 138. numer. 1.uolum.4. Barto.in l.cum post mortem.§. 1. nume.1. 2.ff.de administrat. & pericu. tutor. & in l. post mortem.§.tutor.nume.3.4. ff quando ex facto.tutor.uel curato. quibus in locis loquitur de tutore, procuratore, negotiorū gestore, & extraneo promittente dotem pro puella patre præsente, uel superuiuente, & Simon de Pretis d.consil.138.numer. 95.car.280.& in mediatore, & proxeneta etiam loquitur text.in l.2.uersic.mea, & aliena.ff.manda.& Beneuenut.Strac. in tracta.de proxenet.in prima parte, sub num.7.
7 in fine.car.8. † Secus, quando ex natura negotij non appareret, qua de causa promisisset dotem, ut est quando frater, patruus, & extraneus promittit dotem simpliciter Sempronio pro Berta, & non dicit uti negotiorum gestor, tutor, uel administrator, & Berta non habet patrem, uel heredē paternum, quia tunc præsumitur animo donandi actu gessisse,& promissionem fecisse, nisi iste promissor probet animo repetendi, uel de bonis illius puellæ promisisse, uerbi gratia probando se esse illius tutorē, uel curatorem, administratorem, debitorem, & negotiorum gestorem, aut donare uoluisse, ita sunt intelligenda supradicta in contrarium adducta, & Barto.in d.l.Nesennius, & Docto.in d.l.fin. C. de dot. promis. ut per Alexand.in consil 100.nume. 2. in 3. dubio, & consil.99.in fi.uolu.2.Paul.de Castro consil.275.super primo.nume.7.uol.1. Crauc.consil.131.in fi.uolum.1.Crot. consil.95.nume.12.uersic.sic quando.uolum.1. Socin.consi.121.colum.4. uersic. postremò dico quòd dictus, uolum.1.& consil.291.colum.7.uersi.quartò, quia tunc uolu.2. Bal. Nouel.in tracta.de luc.dot. in 6. par. princip.in 3.priuileg.num.2.Iacob. Menoch.de arbitr.iudic.lib.2.Centur.2. casu 78. nume. 48.& seq.car.158.Ruin.d.cōsil.171. num.4. & seq.Paul.de Castro consil.351.pro fundamento.nume.1. uol. 1. & ita est intelligendus Abbas in d.consil.12. ut clare. colum. 3. nume.4.uersicu.ad quintum dubium. uolu. 1.car.7.Licèt Alba.consi.12. præsens casus, consuluerit contrarium, quòd in extraneo, administratore, & matre præsumatur donatio fauore dotis, & dicit communem, & malè per supradicta, ut eum etiam repræhendit Iacob.Menoch.d.casu 78. sub d. nume.48.& seq.& Odofred.d.l.fina. C. de dotis promis.in fi.& sic patet, quòd male consulentes intellexerunt glo.in d.l. fina.in uerbo, officium in casu nostro, in quo aderat pr, & fuit præsens tractatui, & ꝓmissioni, qa iste Ioānes nō erat obligatus probare se negotium gessisse istius Agnetis,& eius patris, & quia ex natura actus, & promissionis factæ apparebat uti negotiorum gestorem promisisse tam respectu filiæ, quàm patris, cum uti mediator, & proxeneta tractauerit matrimonium, & dotem nomine
8 proprio promiserit; † & ideo dixit Ludo. Zunta in suo respōso pro uxore, num. 997. quòd maior difficultas, quæ sit in iure nostro, est bene intelligere, in quib. terminis loquantur leges, glossæ,& Doctores, & allegat hoc dicere Curt.iun.consil.96.numero 4.lib.1.

Nec modo habent obstare illi duo testes examinati ad fauorem mariti, qui dicunt Ioannē Antonium tractasse matrimoniū, & ipse promisisse scutos quinquaginta pro pter dotem Agnetis, quia maritus nihil uolebat tractare, & facere cum Philippo patre puellæ, & de eo non confidebat, quo casu apparet quòd noluit habere obligatū Ioānem Antonium personaliter & realiter respectu bonorum dicti Ioannis Antonij, aliàs aliquid facere deberet cum Philippo, si de bonis Philippi Io. Antoniū promisisse
9 intelligeretur; † nam dictio, aliquid, in qua libet re, etiam minima, uerificatur. l.si seruus.§.prætor.ubi Barto.ff.de acquir. hæredit.Crauet.de antiqui. tempo.in 4. par. sect.o.transeo nunc, nume.154.uersi. pondera di-

ra dictionem, aliquid, car. 160. Menoch. con
sil. 71. numer. 17. consil. 35. nume. 9. Corne.
consil. 313. in hac uolum. 1. Abb. consil. 57.
nume. 8. & 16. & dixi in tracta. de tutore, sub
nume. 95. car. 85. in 1. par.

Quia respōdetur pluribus modis, & pri
10 mò, † quod dicti duo testes non probant,
tum quia sponte, & sine citatione se obtu-
lerunt iudicio, & se examinarunt, quo casu
præsumuntur inimici. Hippoli. consi. 18. nu
me. 30. & 33. consil. 29. nume. 22. uolum. 1.
& gl in l. 2. C. qui testa. fac. pos. nec pars fuit
citata ad uidendum iurari dictos testes. Hip
pol. consil. 8. nume. 21. consil. 15. nume. 14.
uolum. 1. & Franc. Becci. consil. 20. num. 63.
11 † cum etiam, quia erant ipsi etiam una cū
Ioanne Antonio mediatores, & proxene-
tæ, & tractarunt matrimonium, & dotem
prædictam, quo fit quòd non sunt integri
testes, secundum communem opinionem
ut refert, & sequitur Benuenut. Strac. d.
tracta. de proxene. in 4. par. nume. 12. & seq.
uersic. secundò temperandum est, car. 55. Be
nind. Rota Bononi. decisio. 61. nume. 1. ubi
dicit magis communem, & magis commu-
nem dicit Rota Perusi. decisio. 95. numer.
14. & seq. in 2. par. Licèt Ruin. consil. 34. nu-
mer. 4. & 5. uolum. 4. & Menoch. consil. 92.
nume. 83. & seq. uolum. 1. teneant cōtrariū.
Secundò, quia probant contrarium illud,
quod maritus ipse fatetur, nam maritus in
eius positionib. dicit, qualiter pater puellæ
uolebat sibi maritare filiam cum dote scu-
torum quinquaginta, & quòd ipse promi-
sit accipere, sed uelle idoneum fideiusso-
rem se principaliter, & insolidum obligan
tem, & quòd dixit Ioanni, vis mihi dare
dotē Agnetis, quæ est scutorum quinquā-
ginta, & quòd nullus alius requiram, quam
te? Et quòd dictus Ioannes Antonius respō
dit, promitto tibi dare d. dotem prædictę
Agnetis, & ista uerba sunt contraria uer-
12 bis dictorum duorum testium, † quia di-
cunt, quòd Ioannes Antonius ipse promi-
sit dare scutos quinquaginta uiro Agnetis
pro dote, & occasione dotis dictæ Agnetis,
& dicere, pro dote & occasione, uel nomi-
ne dotis Agnetis, est dicere de bonis suis
promisit dare dictos scutos quinquaginta
nomine d. Agnetis, nam in dubio quis de bo
nis suis promittere præsumitur, l. cum pro
ponas, ubi Barto. C. pro socio, & Alcia. de
prę sumpt. reg. 1. præsumptio. 26. sub nume.
5. uersic. quia dans, uel promittens. car. 31.
13 † Sed dicere, quòd promisit dare dotem
Agnetis, quæ est scutorum quinquaginta,
dicitur promittere bona Agnetis, & Philip
pi patris, & sic dare scutos quinquaginta
de bonis Agnetis, & Philippi, si adsunt: sin
autem, de suis bonis, ita declarat perbellè
Bald. in d. l. fin. ante numerum primum, uer
sic. modò quæritur, & num. 16. 17. C. de dot.
14 promis. † & testis deponens contrarium,
illud quod pars propria fatetur, nihil pro-
bat, & eius dictum attendi non debet, ut in
proposito loquitur Alex. in consil. 151. nu-
me. 1. 2. uolum. 5. Bursa. consil. 100. sub nu.
30. uersi. tertiò contra partis, & numer. seq.
uol. 1. Hippol. consil. 34. numer. 8. consi. 69.
nume. 9. & consil. 70. nume. 26. uolum. 1. Ma
ri. Angusso. consil. 169. numer. 3. lib. 1. car.
15 349. † & ratio potest esse, quia nulla est
maior probatio, quàm proprij oris con-
fessio, contra quam non admittitur proba
tio in contrarium. l. generaliter, in fin. C. de
non numera. pecu. Rom. consi. 391. in fi. &
est fortior probatio de mundo. Ias. in l. cum
te transegisse, in 3. notab. C. de transactio.
& Rolan. cons. 54. nume. 16. & sequen. uol.
16 3. Tertiò, † quia possumus dicere non pro
bare Ioannem promisisse de bonis suis, sed
ut fideiussor principaliter, & insolidū obli
gatus, ut maritus fatetur, quo casu habet
beneficium excussionis, quod potest de bo-
nis puellæ, uel patris dare, & offerre, & fa-
cta excussione, & sic illis non existentib. de
suis bonis postea dare, & offerre, attento
maximè quod promisit nomine proprio di
ctam dotem, sed non cum illa qualitate, ꝙ
nullus alius requireretur quàm ipso, ut ipse
maritus fatet̃ in eius positionib. ut cōsuluit
Bartol. in consi. 99. tertius promittit, uolu.
2. Ias. in l. singularia. sub nume. 35. uersi. ad-
do quod Bar. & sub num. 38. ff. si cer. peta. &
Capel. Tolosa. decisio. 23. in ꝓposito, Grat.
consil. 12. nume. 6. uol. 1. Hippoli. sing. 3. ad
hoc, & perbellè loquitur Practi. Papien. for.
lib. contra plures, glo. beneficio. numer. 3.
car. 296.
17 Et † etiam quòd non haberet beneficiū
excussionis uti fideiussor principalis, tamen
ut promissor mediator, & negotiorum ge-
stor puellæ, & patris dicit̃ de bonis patris,
& puellę promisisse prius, & in subsidium
de bonis

de bonis suis. glo. in d.l.fin. in uerbo, officium, & ibi Bald.in princi.uers.modo quæritur, & cum testes expresse non dicant, quòd de bonis suis promisit, debet intelligi promisisse nomine proprio obligando eius personam, sed quòd possit soluere de bonis ipsius puellæ, aut patris, cum uterque reperiatur habere patrimonium,& negotium eorum gesserit, & in hoc minus læ
18 ditur ius commune, † & uerba promissionis dotis, cum illa qualitate, ut nullum alium requiram quàm te, aliquid operentur, quia obligant eius personam principaliter,& puella, ac pater non est in obligatione aduersus maritum, quia maritus nihil agere pôt, & debet contra eos,ita Bart. in d.l.cum post mortem.§.1.nume.1.2.3.ff. de administra.& pericu.tutor.Curt.iunio.d. consil.197.nume. 8. & sequen. uolum. 3. & sentit Grat.d.consil.121.nume.6. uolum.1.
19 † Sed iste promissor potest soluere de bonis puellæ,& eius patris & in subsidium postea de suis, quia ita contrahentes præsumuntur inter se conuenisse. Alex.cons.134. colum.5.consi.54.sub nu.22. uolu.2. Rolã. de luc dot.quæstio.37.num.8.sentit Anto. Gomes.lib.1.cap.13.de fideiussore, in fin. car.285 & hoc est,quod uoluit dicere Bart. in d.§.1.numer.3. & 4. in fin. ubi ostendit promisisse nomine proprio, & tamen potest uti beneficio illius, cuius nomine promisit dotem, & clarius sequitur Curt.iun. d.consilio.197.d.nume.8.& seq.licèt loquatur in repetitione dotis, tamen ipse & Docto. supra æquiparant & confundunt istos
20 duos casus, ut ibi est uidere per eos, † & quando uerba statuti & testiũ possunt duobus modis intelligi, si aliquid operantur semper debent intelligi ut minus corrigant ius commune, quàm fieri potest, Socin.iun. consil.131.nume.48.uolum.1. Grat.consil. 16.nume.18 consi.46.num.7.& sequen.uolum.1.Octauia.Pedamonta.decisio.59. nume.12.decisio.68.nume.22.& Gherar. Mazol.consil.25.nume.10.& 11.

Patet igitur ex prædictis modis magis in terminis loquentibus, allegata per istos cõsulentes ad fauorem mariti esse uera in ca-
21 su, de quo loquuntur, † sed non in isto præsenti casu, & ꝙ non fuit bene gustatus totus processus,& glo.in d.l.fina in uerbo, officium & Bar.in d.l. cum post mortem.§. 1.nu.3.& 4.& in l.post mortem.§.tutor.nu. 3.4.ff.quando ex facto tutor. uel curato.

Nec est uerum, secundum opinionem,
22 quam sequor,& ueram,† ꝙ statutum Bercetti de bonis offerendis per debitorem ad electionem creditoris, non habeat locum in promissione dotis,& in bonis non debitoris, ut dicit Anto.de Fano de pignori.& hipothe.memb.1.in 8.par.nume.23. & sequẽ. car.519.ubi dicit communem,Cephal.cõsil.195.nume. 11.uolum. 2. & refert Neuiza.consil.77.nume.16.uersic.quarto principaliter qui non firmat pedes: Quia contrarium est uerius & obseruatur, quando lex & statutum generaliter loquitur, & dos nõ reperitur priuilegiata in casu, de quo loquitur statutum.ita dicit Tiraq.de retract. §.1.glo.14.nu.96.& seq Grat.consil.130.numer.9. uolum. 2. & ita fuisse IVDICATVM * refert, & sequitur Deci. in cap. sedes.colum.5.nume.... de rescript. alios infert Neuizan. d.consil. 77. sub d. nume. 16. Octauia.Pedamonta.decisio.135.nu.3.car. 536.Rota Perusi.decisio.95.nu.15. in 2.par.
23 † Et licèt dicat de bonis debitoris ad electionem creditoris, tamen creditor non potest eligere meliores, sed mediocres, quia loquens statutum de bonis, intelligitur de mediocribus, arbitrio iudicis, Bart. in l.quotiens, numero 2. ff. de optio. lega. Rota Perusi. decisio.65.numer.6.in 2.parte. & dixi in tracta.de tutore.car. 238. Capra consilio 3. colum. 1. Bursa.consil.84.numero 11.& sequen.car.259.uolum.1.& Roderic.Soarez.in l.quoniam in prioribus,in 1. amplia.nume.13. C. de inofficio. testamen.
24 car.179 † Et bona debitoris, & fideiussoris,dicuntur aggregata,& esse bona principalis conuenti.l.si plures.§.fina.ff.de fideiussori. Bald.in l.mulier.nume.2.C.de iure doti.in 2.par.car.179. Roma. consil. 310. Hæc istorum.sub nume.2. uersic. cæterum ad ipsam. & Hippoli. sing.3.ad hoc, & ideo possunt offerri per d. Ioannem Antoniũ,iuxta dispositionem statuti, per supradicta, cum a lege sit sibi permissum offerre, & soluere, ut supra dixi. colum.1. nume. 5. & 19. Sentit Aret.in §. actionum, numer. 20. uersicu. quæro an emptor, Instit.de actio. Didac. Variar. resolut. cap.17.numer.6.& 9. Capici. decisio. 106. numero secund. & 4. Et ita IVDICAVI * in terra Sancti

Secundi

Secundi de anno 1577. Iunij. Quæ distinctio certè uidetur sapere magnam æquitatem, & est amplectenda fauore matrimonij, aliàs nullus uellet se intromittere in coniungendis matrimonijs, & sæpissime rustici illaquearentur, si de suo proprio tenerentur soluere dotes, & postea litigare cum patre, & muliere uiro copulata.

DE CONTRACTIBVS.

DECISIO VI.

ARG.

Instrumentũ in quo promittitur quinque pro centenario marito, filio, uel uenditori pro alimentis, interesse, aut fructibus, dicitur liquidum, & meretur executionem.

Secus, si a lege interesse non est taxatum, & sumus in prohibitiuis.

Lex, & statutum in casu permisso põt taxare alimenta interesse, & fructus.

Secus in casu prohibito; quia tunc debetur solum illud, quod uerè per testes apparebit deberi.

Statutum Fiuizani disponens, quòd in alijs casibus successionum successiones succedant secundum ius commune, dicitur expresè disponere in statuto omne illud, quod uenit ex dispositione iuris communis Romanorum.

SVMMARIVM.

1 *Vbi est casus legis, ibi non cadit quæstio iuris.*

2 *Forma statuti, aut legis nõ seruata, actus corruit.*

3 *Statutum de instrumentis exequendis suppletur per aliud in non narratis, maximè per illa uerba, in omnibus, & per omnia.*

4 *Statutum unum suppletur per aliud.*

5 *Clausulæ salutares, petens ius, & iustitiam, &c. & omni meliori modo, &c. faciunt quòd iudicium executiuum transit in ordinarium absque refectione expensarum.*

6 *Iudex ex officio potest taxare interesse, fructus, & alimenta, quando uidet deberi.*

7 *Maritus pro oneribus matrimonij potest petere quinque pro centenario pro alimentis, & interesse.*

8 *Compromissum non potest fieri in re liquida, et clara.*

9 *Nemo præsumitur uelle iactare suum.*

10 *Iuramentum habet vim clausulæ, rato manente pacto, & impedit renunciationem interesse per receptionem sortis.*

11 *Creditor per receptionem sortis non censetur renunciasse interesse, fructibus, & alimentis, quando adest iuramentum, nec quando debetur iure actionis.*

Secus si officio iudicis deberetur.

12 *Mulier stans ad domum patris, vel fratris per octo, vel quindecim dies iure familiaritatis, non tenetur alimenta reficere.*

13 *Alimenta præstita a patre, fratre, & patruo, in dubio præsumuntur facta animo donandi filiæ, nepti, & sorori.*

14 *Compensatio non fit de liquido ad illiquidum.*

Nec quando adest iuramentum.

Iuramentum impedit compensationem.

15 *Iudex ex officio potest exceptiones reijcere, quando videt illas esse calumniosas.*

16 *Item potest admittere cum comminatione, quòd si non probabit, punietur in centum.*

17 *Instrumentum super certo, & taxato interesse, dicitur illiquidum & vsurarium, & non meretur executionem.*

Declara, nu. 18 19. 20. 23.

19 *Interesse, alimenta & fructus ad rationem quinque pro centenario possunt peti in casibus permissis a iure, & nu. 20. & 21. 23. 25.*

21 *Maritus si facit dilationem in dote promissa, & soluenda cum pacto de recipiendo quinque pro centenario, vales pactum, & potest agere, nu. 23. 24. & 25.*

Idem in uenditione erga emptorem, & num. 23. 24. & 25.

24 *Interesse uerum, & legale, est illud, quod adæquat sortem in annis viginti.*

26 *Argumentum de pacto ad statutum ualet affirmatiuè, non negatiuè.*

27 *Statutum, & lex potest statuere, quòd pro oneribus matrimonij, & fructibus rei uenditæ soluantur quinque pro centenario singulo anno.*

28 *Statutum ciuitatis prædominantis habet locum, & non ius commune in casibus non prouisis a statuto loci particularis.*

Idem

Idem in consuetudine.

29 *Statuta inferiorum sunt concordanda cum constitutionibus, & statutis Principum, a quibus permittuntur fieri, ut minus ea lædant.*

30 *Statuta inferiorum ita se habent ad statuta superiorum, sicut statuta inferiorum Principum ad Imperatorem.*

Statutum Fiuizani de appellationibus recipit interpretationem, & suppletionem a statuto Ciuitatis Florentiæ, quoad præsentationem libelli infra octo dies utiles.nu.30.

31 *Statutum quòd in casibus omissis recurratur ad ius commune, dicitur expreßè prouidere in alijs casibus, secundum ius commune Romanorum.*

Statutum Fiuizani, quod filiæ non succedant stantibus filijs & patruo, & in alijs casibus successiones succedant, secundum ius commune disponit quòd succedant in hæreditate fratris, matris, & agnati, prout de iure communi disponitur.

32 *Instrumentum illiquidum, & usurarium, meretur executionem saltem pro uera sorte omisso intereße.*

33 *Executio intereße, alimentorum, ac fructuum in casibus permissis habet locum pro quantitate taxata a lege, quando excedit summam quinque pro centenario, & residuum remanet in probationibus.*

Vtile per inutile in permissis a iure & diuiduis, non uitiatur.nu.32.& 33.& 34.

34 *Donatio excedens quingentos aureos non insinuata in totum non annullatur, sed ualet usque ad quingentos aureos.*

DECISIO VI.

IN ista causa executionis instrumenti petitæ per Dominum Dominicum procuratorem Dom. Petri Biasij contra Dominum Fabium eius cognatum, uidetur per utranque partem multa impertinétia fuisse dicta, & ad responsionem primam ipsarum partium debuisse; & debere per Dominum iudicem assignari tempus trium dierum ad respondendum, & quinque ad probandum, & probatum habendum, & ,put, & sicut declarat, & ordinat statutum Bussetti, sub rub.de execu. & sen. rub.28. & de instrumentis publicis exequendis, quia ab illa forma non est recedendum, quando petitur executio sententiarum, uel instrumentorum. Nec per aliquam exception em debet tardari hæc dilatio temporum, quia in illo tempore de ueritate illorum Dominus iudex cognoscet, & pronunciabit actū mereri, & non mereri executionem, prout de iure sibi uiderit expeditum, ita punctua
1 liter dicit statutum præallegatum, † & ubi est casus legis, ibi non cadit quæstio iuris, l.
2 ancillæ.C.de fur. † & forma statuti, aut legis non seruata, actus corruit, cum sit illa, quæ dat esse rei, l.forma ff.de censib.Bald. in l.humanum.colum.2.C.de legib.dixi in meo tract.de usufruct.numero 89.car.445.
3 in 1.par. † & statutum de instrumentis exequendis debet regulari ultra ibi per eum narrata, secundum aliud statutum de execut. sententiarum per illa uerba, in omnibus, & per omnia, prout de sententijs, &c. ita perbellè loquitur Dec.consilio 73.præstantissime Doctor. consil.361. numero 4. consi 362.nume.1. & non est incōueniens,
4 † quod unum statutū suppleatur ab alio, Ang.cons.381.subtiliter, Deci.consilio 65. numero 4.Octauia.Pedamonta. decis.68.
5 nume.14. † immo si non mereretur executionem, & petita essent uera in totum, uel in partem uirtute clausularum salutariū, petens ius & iustitiam, &c. & omni meliori modo, &c. Dom.Iudex ad euitandum circuitus poterit, & debebit pronuntiare diffinitiuè conuertendo iudicium executiuū in ordinarium, & condemnare super meritis cōdemnandum, absoluere absoluendū, sine aliqua expensarum refectione, Alex. consi.34.nume.3.uol.3.Dec.c.sanè, num.2. de off.deleg.dixi in d.tract.de usufruct. sub nume.218.car.709.& supra decisio 21.sub numero 26.& declarat Ioan.Bapt. Martianen.in consi.37.nume.37.& seq. libro pri-
6 mo responsorum diuersorum. car.84. † & si uidet interesse deberi, debet ex officio il Iud taxare se informando, ut dicit Corne. consilio 318.in fi.uol.4. Afflic.decisio.284. dixi supra decisio. 19. numero 20. & infra numero 21.

QVibus sic præmissis dico bonum, & æquum iudicem debere ad ulteriora procedere, & pronunciare instrumentū uti publicum, & liquidum meruisse, & mereri executionem pro dictis libris septuaginta pro dictis alimentis, & interesse, non obstantibus cauillosis oppositionibus di-

ctì

Domini Fabij, qui nodum in scirpo quærit, & quærit cadere in Scyllam, postea quam vult euitare Caribdim,
7 † cum de iure teneatur etiam soluere interesse dictarum librarum 1400. soluendarum pro dote ab anno 1568. usque ad tempus illarum solutionis ad rationem adminus quinque pro centenario, prout pro tanta summa a iure reperitur taxatum, per tex. in c. salubriter, & ibi Doct. de usur. & Alexand. cons. 147 uol. 5. Bal. consi. 94. lib. 1. cũ mille similibus, & per Bursa. cons. 11. num. 12. & seq. uol. 1. & Paris. consi. 60. num. 29. seq. uol. 1. Roch. de Curte trac. de consuetudi. c. 11. uersi. cum tanto, sub nu. 19. car. 17. & infra, num. 20. & 21. Nec petitum compromissum concedi debet, cum apertè dignoscatur hoc petijsse animo dilatandi iudicium, & solutionem non faciendam, cum instrumentum sit liquidum, & clarum, & in illo apertè legatur quòd promisit pro interesse, & alimentis dare (dicta prorogatione, & dilatione durante) libras septuaginta nunquid modò hoc pactum ualeat infra apparebit. sed per hoc non est, quin instru-
8 mentum sit liquidum, & clarum, † & in liquidis, & in executiuis non potest peti compromissum. Bar. in l. eleganter. ff. de condi. indeb. Anto. Trigo. sing. 72. quæro. Maran. in Spec. aur. in 6. par. in 2. Actu. nu. 18. uers. quinto limita. Bal. cons. 152. lib. 4. & Roma. consilio 262.

Quòd autem instrumentum productũ per procuratorem dicti Domini Petri in illa parte de libris septuaginta pro interesse, & alimentis sit exequibile, & mereatur executionem, deciditur per statutum supra allegatum, cum sit publicum, & liquidum, ergo &c.

Nec modò habent obstare exceptiones deductæ per Dom. Fabium, quia non sunt ueræ, nec in iure, nec in facto: nam non est uerum quòd remissio alimentorum, & interesse censeatur facta per D. Petrum substinentem onera matrimonij tempore receptionis librarum a dicto Fabio mille qua-
9 dringentarum, † quia nemo præsumitur uelle iactare suum, l. cum de indebito. ff. de probatio. l. ueteris iuris. §. sin autem. C. ar-
10 bitr. tute. † & quando iuramentum est interpositum in instrumento habet uim clausulæ, Rato manente pacto, cuius uigore, quis per receptionem sortis non uidetur renuntiare facultati agendi ad interesse. Bar. in l. cum proponas. C. de transa. & Alexand.
11 cons. 206. col. 1. uol. 7. † & etiam quando interesse debetur iure actionis, & sic ex cõuentione, & non officio iudicis, quia non censetur remisisse per receptionem sortis, ut pulchrè in casu simili consuluit Hippoli. Riminal. consilio 67. numero 29. seq. & num. 44. & seq. uolum. 1. qui allegat quàm plures, & maximè Bar. & Ias. in l. fi. ff. de eo quod cer. loco, quod secus esset, si non fuisset conuentum interesse, sed officio iudicis deberetur, quia soluta sorte, non potest postea peti. Innoc. in c. grauis, de restit. spolia. qui respondet ad tex. in l. si in iudicio. ff. de exceptio. rei iudica. Bero. consi. 200. nu. 4. 19. & seq. uol. 1. Cur. iun. cons. 239. in fi. uol. 3. car. 105. uide quid in fideiussore, Rimin. iun. cõsi. 346 nu. 15. seq. uol. 3. consi. 67. nu. 30. uol. 1. Pascet. consi. 168. nu. 2.

Nec etiam est uerum, quòd dicta Domina Iacoba steterit in domo patris dicti Fa-
12 bij, ut ipse dicit, † & sibi incumbit onus probandi, & dato quòd aliquando ad postulatum patris, aut matris suæ iuisset, & ibi stetisset octo, uel quindecim dies, hoc fecit quo ad commodum, & beneplacitum parẽtum, & non ipsius Dom. Iacobæ, quæ habebat filios, & eius uirum iuuenem robustũ, qui perbellè de carnibus satisfaciebat, & ideo fatuum est dicere teneri ad restituendum, uel soluendum d. alimenta, regula, quod fauore, de reg. iur. in 6. & in proposito loquitur Cepha. consi. 280. nume. 45. &
13 seq. uol. 2. † & etiam quia isto casu animo donandi facta censerentur, & sentit Bero. q. 11. uenit in quæstionem, Bal. in l. 1. C. de nego. gest. Natta consi. 264. col. fi. uolum. 2. dixi in meo tract. de usufruct. numero 31. car. 345. & Ioan. de Amic. consi. 70. col. 5 in
14 fi. † & etiam, quia de liquido ad illiquidũ non fit compensatio, nec etiam contra iuramentum, secundum magis communem opinionem, Afflict. decisio. 163. Mar. Frec. de præsenta. instrumen. in 8. par. car. 111. dixi in tract. de tutore, sub numero 216. circa fi. car. 204.

Et aliæ exceptiones sunt friuolæ, & non dignæ consideratione aliqua, & tanto magis cum res agatur corã scientifico, & ue-
15 ridico prætore, † imò isto casu iudex ex

officio

officio potest exceptiones reijcere, quando uidet calumniosè fuisse propositas, ut pulchrè loquitur Innocen. post electionem, de concessio. præben. Abb. in c. ad hoc. il 3. sub nume. 2. de appellatio. latè Barba. conf. 18. nume. 11. uolum. 1. Arno. dialo. 96. & per Fely. & Deci. in c. licet communem, & c. su-
16 per eo. de appella. † & etiam potest illas admittere cum comminatione, quod si nõ probabitur, mulctetur in cẽtum, ut pro singulari tradit Hippoli. sing. 384. & Ferrat. Caute. 46. sub nume. 2.

17 Remanet solum exceptio, † quòd huiusmodi instrumentum sapit usurariam prauitatem, & quòd non est liquidum, cum super certo interesse taxato sit conuentum, quod fieri non debet, aliàs usura est, ut dicit Plot. in l. si quando, nume. 452 & seq. uersi. ubi uero maritus. C. vnde ui. ubi ostendit communem, & Deci. consil. 119. numer. 12. uersi. & pro ista cõsideratione, & Mar. Frec. de prǽsentatio. instrum. in 7. par. quæst. 11. car. 33. & latè per Crauet. consil. 189. nume. 5. 6. & 7. uolum. 1. Quia ad hoc bene aduer-
18 tendum est; † nam considerandum est circa taxationem interesse, & alimentorum, an sumus in casu a iure prohibito, aut permisso, si iura prohibent, tunc uerum est ꝙ instrumentum, in quo interesse est taxatũ, non meretur executionem, & dicitur illiquidum per supradicta, & per Capici. decisio. 175. Gozadi. consil. 69. nume. 14. Alexand. consil. 101. sub numer. 3. uersic. oppo nebatur insuper. uolum. 4. & Crauet. d. consil. 189. lib. 1. Si autem iura permittunt in-
19 teresse; † tunc aut istud interesse reperitur a lege, uel statuto taxatum aut non, si non est taxatum, ut in mercatore, uxore, & negotiorum gestore, tunc non potest per pactum taxari, & taxatio facta attendi non debet, & instrumentum tunc non dicitur liquidum, nec meretur executionem, & ita procedunt adducta per Mar. Frec. d. quæst. 11. & Plot. consi. 37. uol. 1 & per Cephal. cõsil. 290. uolum. 2. & in consil. 133. nu. 134. & seq. uol. 1. & Roland. consil. 55. uol. 2. & Crauet. d. consi. 189. num. 7. & 8.

20 Si autem reperiuntur taxata (alio de pluri non docto) † tunc aut in conuẽtione ꝓmissum est interesse taxatum uel minus, & tunc ualet taxatio, & promissio, cum sit expressum illud, quod in dubio tacitè inerat, Crauet. consil. 89. nume. 2. lib. 1. consil. 145. nume. 4. 5. Gab. Roma. conclusio. 4. numer. 18. sequen. car. 396. Bursa. consil. 11. numer. 26. sequen. uol. 1. sentit Rebuf. in commen. constit. car. 76. de lit. dil. an artic. 1. glo. 1. nu. 57. pulchrè a simili Parisi. consi. 135. nume. 21. uolum. 4. Hieron. de Monte, quæstio. 4. numer. 4. sequen. car. 20. si autem est promissum interesse in plus, quàm reperiatur a iure taxatum, & tunc illa conuentio non ualet, nec instrumentum dicitur liquidũ, nec meretur executionem, sed solum uia ordinaria potest petere illud, quod uerè apparebit sua interesse occasione dãni emergentis & lucri cessantis exemplum in marito petente interesse uxori, uel socero, aut alteri pro dote promissa non soluta, & in uxore lite contestata petente suas dotes soluto matrimonio, posteaquàm fecit, quod potuit in illis exigendis, & in uenditore contra emptorem, & procedunt, quę dicit Plot. in d. l. si quando, nume. 452. & seq. & adducta per Alex. consil. 221. num. 2. & 8. uolu. 2. & Ancharan. consil. 150. in quæstione, quę uertitur, & Crauet. consil. 89. & d. consil. 189. in 2. 3. & 4. casu, & Cæphal. consilio 290. duo sunt capita numer. 10. & 14. & 15. uolum. 2. & Parisi. consi. 60. consului. uolu. 1. Bursat. consil. 11. nume. 26. seq. uol. 1. pulchrè Cæphal. consil. 133. num. 130. & seq. uo-
21 lum. 1. Deci. consi. 3. † Sed quando maritus facit dilationem suo socero, aut cognato de dote certa sibi soluenda, & pendente dilatione quòd debeat soluere pro interesse, uel alimentis, puta centum, quæ regulantur ad rationem quinque pro centenario, tunc tale pactum ualet, licèt nonnulli contrarium tenuerint, ut facit Grat. consi. 11. uolum. 2. uide eundem in consi. 58. uolum. 1. Bero. consil. 178. uolum. 1. Cæphal. consil. 29. uolum. 2. & taxatio ad rationem quinq; pro centenario erit licita, & attendenda, ut per Alexand. consil. 31. uiso themate. num. 3. & 4. uolum. 6. ubi pulchrè loquitur, & dicit hoc probari ab identitate rationis per tex. in cap. salubriter, de usur. nam sicut ibi Pontifex mandat fructus prędij dati in pignus genero dilatione pendente non computari in sortem propter onera matrimonij, ita intelligi decisum in dote non data, & retenta, ac soluenda, cum utroque casu maritus substineat onera

S matri-

matrimonij, & dicit magis communem, in l. in insulam. §. vsuras. colum. fina. uersicu. alias & articulus. ff. solu. matri. & ibi Imo. Paul. de Cast. & Docto. & Plot. in l. si autem maritus. C. un. ui. licèt quo ad taxationem malè loquatur in illo taxato a iure, & pulchrè ac doctè, more suo, hanc tenet, & defendit Didac. Variar. resolutio. lib. 3. cap. 1. sub nume. 8. uersicu. quartò hinc poterit, & versi. seq. car. 729. ubi dicit communem. Anton. de Fano de pignori. in 5. par. 5. membr. nume. 16. uersi. 6 limitatur. car. 407. & Rui. consil. 104. sub nume. 10. uolu. 4. consil. 224. nume. 13. 14. uolum. 1. facit perbellè Roma. consil. 517. nume. 4. & sequen. Riminal. senio. consil. 318. uolum. 2. car. 141. Alexand. consil. 56. nume. 9. uolum. 4. facit tex. & glo. in l. 2. C. de iure doti. Bald. Nouel. tracta. de dote, in 7. par. in 3. priuilegio, versicu. & ex prædictis potest concludi. car. 31. & Parisi. consil. 60. consului. uol. 1. Ancharan. d. quæstio. 33. nume. 4. 5. in 2. par. præsupposito igitur, quod ualeat hanc promissionem, & pactum, ut ita practicari per totam Italiam, & obseruari dicit Corne. consil. 164. lit. B. & C. uolum. 3. & æquam esse opinionem dicit Bald. in consil. 94. utrum maritus. uolum. 1. Alexand. consil. 147. perspectis nume. 4 uolum. 5. & Mandosi. in additio. ad Roma. consil. 517. nume. 5. lit. M. Corne. consi. 71. lit. I.

22 & K. uolum. 4. † & quando una opinio est æqua, aut de consuetudine, illa debet omnino attendi, licèt altera esset magis communis, ita dicit Deci. in l. omnibus. ff. de reg. iur. Corset. sing. uerbo, opinio. la 2. num. 1. & Sil. Nuptial. lib. 5. nume. 33. uersic. tertiò limita. car. 452. dixi supra, decisio. 25. num. 15. & 16. & 21.

23 Vnde ex prędictis sumus in tuto, † quòd similiter potest illud interesse, vel illa alimēta taxari ad rationem quinque pro centenario, quia ita taxantur a lege, & solum exprimitur illud, quod lex declarauit, & sic interesse nō excedit uerum interesse, quod secus esset si excederet, ut quando promisisset soluere sex, octo, uel decem, pro centenario, quia tunc hoc a lege non reperitur taxatum, ideo nō ualet, nec potest peti, nisi illud fuerit probatum uerè esse interesse, ita punctualiter consuluit Deci. consi. 111. pro tenui facultate. numer. 13. uersicu. tertiò iura allegata, & nume. 14. Rimin. senio. consil. 318. numer. 32. uolum. 2. sentit Anto. de Fano de pignori. d. 5. par. 5. memb. nume. 16. uersic. tertiò restringitur dicta sexta limitatio, & Cæphal. d. consil. 290. nume. 7. & sequen. uolum. 2. & ita distinguit, & limitat Cagnol. in l. curabit, nume. 54. & sequē. C. de actio. empti. car. 194. sentit Crauet. consil. 89. numer. 2. Parisi. d. consil. 135. nu-

24 mer. 21. uolum. 4. † & uerum interesse dicitur illud, quod in uiginti annis rei æstimationem continet. Auct. de non alienan. §. si uero alicuius. glo. in auct. perpetua. in uerbo, infra. C. de sacrosanct. eccles. & sic est quinque pro centenario, quia *uinti uolte cinque* facit centum, ut ibi per Docto. & ita possessiones solum quinque solent fructuare, & ad rationem quinque pro centenario potest solui pro fructibus, & pensionibus. §. quia uerò, Auct. de non alienan. Bar. in l. 1. & ibi latè Ias. C. de iu. emphyt. Socin. consil. 103. colum. penult. & fina. uolum. 4. & Cuma. consil. 181. proponitur, & Crauet. consil. 145. nume. 8. lib. 1. ubi dicit non procedere in animalibus breui tempore uiuentibus, & Syluestri. in sua summa, in uerbo, usura. il 2. nume. 16. car. 867. quia in istis non

25 attenduntur illa quinque, † & quod instum, & uerum interesse sit in isto casu alimentorum quinque pro centenario, ita iudicauit, & taxauit sacrum concilium Neapolita. ut dicit Afflic. decisio. 284. an soluto. nume. fina. Didac. Variar. Resolu. lib. 3. cap. 10. nume. 2. car. 270. Neuizan. consil. 77. numer. 28. Bursa. consil. 11. nume. 14. sequen. consil. 99. nume. 10. uolum. 1. pulchrè Parisius. consil. 60. numer. 29. sequen. uolum. 1. Crauet. d. consil. 189. num. 6. in fi. Anchara. Regiens. quæstio. 33. nume. 9. in 2. par. Boeri. consil. 6. num. 11. & seq. & ita esse de consuetudine, & communiter obseruari, dicit D. Roch. de Curte, tracta. de cōsuetud. cap. 11. sub nume. 19. Ruin. d. consil. 224. nume. 13. 14. uolu. 1. & ista taxatione non esse recedendum (non probato de maiori interesse) tradunt Docto. in auct. præterea. C. un. uir, & uxor. & consuluit etiam Marc. Mant. consil. 145. nume. 11. uolum. 2. & sentit Cæphal. consil. 506. uolum. 4. ubi iudex ex officio potest taxare ualorem rei, & æstimationem ac fructuum quantitatem sumendo summarias informationes, & dixi in tract. de usufru. nume. 31. in fin. car. 348.

Rimi.sen.consi.318.nu.32.uol.2.quod cor-
26 roboratur, † quia ualet argumētum de pacto ad statutum affirmatiuè, Ias. in auth. præterea.col.6.C.unde uir, & uxor.& Syl. Nuptia.lib.1.sub nu.228. uersi.de pacto ad
27 statutū, car.117. in parua impressio. † sed hoc potest fieri per statutum, quòd socer, uxor uel cognatus teneatur dare quinq;, uel sex pro centenario marito substinenti onera matrimonij, ut per Ioan.Lup. c. per uestras. §.24. sub nu.3. uers.& tenendo, de donatio.inter uir.& uxo.car.314.Crauet.d. consi.189.columna secunda, numero 5.uolu.1.& Ruin.consi.224.numero 14.uolu.1. Cepol.consi.15.car.16. in ciuilibus, Maria. Angusso.consi.25.numer. 30.& seq.car.65. libro 1.licèt Ceph.in consi.290. numero 9. uol.2.in hoc malè loquatur, cum simus in casu permissiuo,& non prohibitiuo per supradicta, num.15.& 16.ergo & per pactum potuit hæc taxatio fieri, cum sit conformis iuri communi per supradicta,&etiam apparet hunc maritum esse mercatorem, & psonam industriosam, quo casu omnes supradicti Doctores tenent posse petere, & etiã Bero.consi.178.numero 24. uersic.rursus, uolum. primo.

Sed quid plura? extat statutum ciuitatis Parmæ in libro secundo, sub rubr.de alimentis præstandis, car.84. in fi. ubi uult, ꝙ possit petere usque ad sex pro centenario, & quòd socer teneatur illud dare ultra dotes, si maritus substineat onera matrimonij, quod statutum, credo esse statutũ Bussetti, prout est in alijs locis feudatariorũ: & dato quòd non esset, tamen non potest negari quin sit statutum ciuitatis, seu domi
28 ni prædominantis, † quo casu si non reperitur aliter prouisum per statutum Bussetti, in non prouiso recurrendum est ad statutum Domini prædominantis tanquam ad ius commune illorum locorum infeudatorum, ut per Bar.& Alex. in l.si conuenerit.§ .si nuda.ff.de pig.actio.Ceph.consi. 32 numero 13.libro primo.& consilio 414. numero 35.67.uol.3 Rimin.sen.consi.750. col.fi.uol.3.& Riminald.iun.consi.269.numero 69. uolum.3.& Roland. de lucr.dot. q.24.& q.85.& consi.27. numero 22. uolu. 4.quod idem est in consuetudine ciuitatis prædominantis, ut per Roch.tract.de consuetud.sect.1.nu.19. car.124. & uide sectio.
29 septima, nume.20. car.82. † Nam statuta inferiorum sunt concordanda cum constitutionibus,& statutis Principum, a quibus permittuntur fieri, & interpretari, ut minus ea lædant, quàm fieri possit, ut dicit Bal.in l.1.C.qui bon.ced.pos. sub numer.8.
30 † & statuta inferiorum ita se habent ad statuta superiorum, sicut statuta inferiorũ Principum ad Imperatorem, ut tradit Maria.Soc.consi.7.nu.7.col.3.uolu.1.& sentit Dec.consi.110. Rolan.d.consi.21.nu.22.& seq.uol.4.Cepha.d.consi.414.nu.35.& nu. 67.uol.3. Hinc est quòd statutum Fiuizani sub rub.de appellationibus recipit interpretationem,& suppletionem a statuto ciuitatis Florentiæ in eo, in quo non loquitur,& ideo appellans tenetur infra octo dies utiles præsentare libellum coram iudice ad quem, citata parte, uel (circunscripto statuto) intra mensem, secundum ius commune, cum de hoc in specie nihil loquatur statutum Fiuizani, sed bene hoc cauetur a statuto Florentino, ut sentit etiã Angel.consi.281.Tiraq. in l. si unquam, in uerbo, donatione largitus. nu. 185.& seq. C.de reuoc.donatio. Crau.consi.70.nu.15. uers.decimoquartò,& nu.16.Rom.consilio 322.in casu, nu.2.& 3.Rui. cons.39. sub nu. 14.uers.dicitur ergo,& num.15.uol.1.et ita consuluit uenerandus pater meus, Domin. Carolus, in consi.3.col.1.et consi.50. col.1. et 2.uol.1.ubi dicit ita practicari, et OBSERVARI, * et ita etiam nouissimè uidi consultum per Excellentem fratrē meũ, Dom. Dionisium: quod est notandum per procuratores, et causidicos Fiuizanenses in causis appellationum.

31 Bene uerum est, † quòd si statutum diceret ꝙ recurratur in alijs casibus omissis ad ius commune, ꝙ non recurreretur ad statutum Florentinum, sed casus decideretur actione illius statuti, secundum ius commune, Dec.consilio 429. num.3.5.& 6. Neuzan.consi.58.nu.7.& 8.Soc. cons.271. uol.4.Caccialu. in l. cunctos populos, col. 3.uersi.sed dicet. C.de sum.Trinit.& fi.catholic.non obstante consilio.Roma. consi. 218.qui est communiter reprobatus, ut ibi per Mandosi. sub numero sexto, columna fi. & omne ius commune diceretur insertum, & incorporatum in statuto, & casus decisus a statuto, secundum ius commune

per supradicta, Crau. consi. 162. consi. 143. num. 6. Signorol. consi. 61. quæst. .. col. 1. Cæphal. consi 414. num. 65 & 66. uolu. 3. Dec. consi. 538 nu. 6. & 7. consi. 647. & consilio 673. Ange. de Gambilio. cons. 36. num. 16. & seq. car. 145. & ideo statutum Fiuizani, sub rub. quòd mulier. nub. dotib. sint contente, disponens quod filia nõ succedit stantib. masculis filijs, & patruo ex latere patris, & in alijs casibus successionis successiones succedant secundum ius commune, intelligitur quod in hæreditate matris, & fratris possit succedere, cũ hoc sit a iure permissum; & ita in casu statuti Fiuizani cõsuluit Dec. Horma Detus, Bard. Altouita, Alexan. Malagonella Math. Nicol. Marc. de Asinijs, & quamplures alii per excellentes Aduocati Florentini, & sæpissime uenerandus pater meus, ut habeo in consilio 10. uolum. 2. & ita semper fuit IVDICATVM* Fiuizani, & Florentiæ, & idem in causa Ballini de Fiuizano, & omnes ita succedunt, quando casus occurrit, non obstante statuto Florentino contrarium disponente, & idem Deci. ita declarat, ut habeo in meo trac. de tutore, sub nu. 98. car. 93.

Vnde de primo ad ultimum patet, executionem instrumenti fuisse concedẽdam ex pluribus, primo, quia conuentio fuerat ex causa dotis propter onera matrimonij, & sic licita, & permissa, secundo, quia interesse taxatum ab homine erat etiam taxatum a lege, & sic nihil de nouo, nisi actionem in
32 troduxerat. Tertio, † quia saltem pro capitali, & uera sorte non poterat retardari executio, etiam si fuissemus in casu prohibitiuo, quod interesse non deberetur. quia debetur sors principalis, & interesse pro non scripto haberetur, facit Rim. sen. consi. 91. num. 33 uol. 1. car. 132. Lancellot. Galia. in suo docto, & eleganti trac. de consuetudi. Alexandriæ, prohib. mari. relinque uxori, in uerbo, ultra. q. 2. per totum, & nume. 10. car. 233. & Doct. in auct. hac edictali. C. de secund. nupti. per illum tex. ubi pater transiens ad secundas nuptias existentibus filii prioris matrimonij non potest plus relinquere uxori, quàm quod uni ex illis filijs minus relictum fuisset, & residuum pro non
33 scripto habetur. Et † si conuentio excessisset interesse taxatum a lege, & sic quinque pro centenario, tamẽ pro illis quinque a lege permissis & taxatis potuisset exequi instrumentum, saluo sibi iure consequendi residuum, si probatum fuerit excedere interesse tale illa quinque, iuxta tradita per Cephal. d. consi 29. numero decimo, & sequen. uolum. 2 & adducta supra, nume. 16. quia isto casu utile per inutile non uitiatur per tex. in l. pecuniæ fenebris, & l. placuit ff. de usur. idem Lancello. Galia. ubi su-
34 pra d. quæstio. 2. numero 9. car. 233. † quod uidetur corroborari ex eleganti tex. l. sancimus. in princip. C. de donatio. & ibi Doct. ubi donatio excedens quingentos solidos, si non est insinuata non ualet quo ad illud, quod excessit summam quingentorum aureorum: quo uerò ad summam quingentorum aureorum ualuit, & tenuit, etiam si fuisset facta inter uirum & uxorem, patrem & filium, quia morte esset confirmata quo ad illam summam scutorum quingentorum seu potius hodie octingentorũ propter augumentum monetarum, & ita firmat & communem dicit Iuli. Clar. in §. donatio. quæstio. 17. uersic. sed quęro. car. 68. quę sunt notatu digna, quia, ad hoc non animaduertit Cephal. in d. consil. 290. numero septimo, & sequen. uolum. 2. Grat. consil. 11. uolum. secund. nec alij supra allegati, quando sumus in casu a lege permisso, ut in marito, uenditore, & filio, quo ad alimenta & interesse pro alimentis & fructibus.

Vnde in casu isto fuit concessa executio pro sorte, & interesse conuento, & sic IVDICATVM* ad fauorem Mag. Dom. Petri Biazij de S. Secundo per Dom. Prætorem Buffetti, de anno 1574. mensis Aprilis cum uictoria expensarum, & per Excel. D. Cantellum, Parmensem Iud. appellationis confirmatum.

DE CONTRACTIBVS.

DECISIO VII.

ARG.

Fideicõmmisso, quando per diuisionem inter fratres censeatur renũciatum, & quibus clausulis, hic latè, & distincte declaratur.

Vocatus

Vocatus p fideicōmissum post filios, & descendentes in infinitum, & in perpetuum, non potest uenire donec est spes creationis descendentiū immutabiliter.

SVMMARIVM.

1 *Fideicommisso, quando renuntiatum censeatur per diuisionem, hic remissiuè notatur.*

2 *Fideicommissum potest per pactum remitti data scientia fideicommissi.*

3 *Fideicommissum datum in parte unius æstimatum, dicitur cum eo fecisse emptionem, quia tali casu æstimatio facit emptionem.*

4 *Diuisio obtinet uim venditionis, quando est facta æstimatio: & permutationis, quando bona sunt data inæstimata.*

5 *Bona fideicommissio, & alicui seruituti subiecta, vt sunt bona feudalia, emphyteutica, usufructuaria, & subiecta fideicommisso, & seruituti ualent minus tertiæ partis in æstimatione.*

6 *Bona in dubio liberè tradita censentur, & uti allodialia.*

7 *Fideicommisso renunciasse censetur per alienationis licentiam datam alteri parti alienandi, & quicquid uoluerit disponendi & faciendi, maximè præcedente æstimatione.*

8 *Fratres diuidentes bona allodialia, & fideicommissaria cum facultate alienandi, & disponendi prout uoluerint, & placuerit, & cum clausulis amplis, & prægnantibus, tenentur de euictione etiam ex natura rei, data etiam ignorantia fideicommissi, nume. 9.*

10 *Paria sunt aliquid expressè dicere, uel uerbis generalibus, idem importantibus.*

11 *Trebellianica potest probiberi a patre uerbis generalibus nil aliud importantibus.*

12 *Clausula, dedit licentiam alienandi pro se, suis hæredibus & successoribus, & cui & quibus dederit, & quòd possint in perpetuum tenere, gaudere, & possidere, & de eis facere quicquid uoluerint, & placuerit absque dictis partibus, & interuentu cuiuslibet alterius personæ importat remissionem fideicommissi, etiam conditionalis, & nume. 13.*

Limita, nume. 14.

15 *Item intelligitur sequuta alienatione, & non si non fuerit sequuta.*

Declara, quòd intelligitur de alienatione inter uiuos, & per ultimam uoluntatem, & etiam non sequuta alienatione, & nume. 16.

17 *Clausula, cedentes &c. uicissim, & ad inuicem omnia iura, omnesque actiones, & quascunque defensiones utiles, Directas, reales, &c. competentes, & competituras, & hoc contra datores datorum suorum, & contra detentores, & possessores bonorum & iurium, quæ sunt, aut erunt, importat remissionem fideicommissi, secundum magis communem.*

18 *Clausula, constituentes tenere, & possidere, &c. & pro eis uolentes plenum dominium, & possessionem dictorum bonorum diuisorum suis nominibus transferre, & derelinquere, quibus statim renuntiarunt, & renuntiant, & se se uicissim, & adinuicem præsentes, & stipulantes missos, & procuratores in rem suam fecerunt, & constituerunt, importat remissionem fideicommissi.*

19 *Remissio, & renuntiatio fideicommissi in diuisione censetur facta per clausulas supradictas, & infrascriptas, data scientia fideicommissi & numer. 20. 21. 22. & 23. 25. 27.*

21 *Verba illa, quòd semper omni tempore gratum & firmum habebunt, & nullo tempore contrafacere, nec uenire aliqua occasione & causa, quę dici, & excogitari modo aliquo, uel ingenio de iure, & de facto possit, importans remissionem fideicommissi, & respiciunt præterita, pręsentia, & futura.*

24 *Fideicommisso, & iuri de futuro non potest renuntiari, & maximè non sequuta expressa mentione fideicommissi.*

26 *Fallit in fideicommisso puro, uel purificato tempore diuisionis, quando est reciprocum, & æquale.*

27 *Scientia fideicommissi præsumitur inter diuidentes ex clausulis prægnantibus, & quando adiuerunt hæreditatem & legata soluerunt.*

28 *Renuntiatio facta fideicommisso, non extenditur ad alios uocatos, qui non interuenerunt diuisioni.*

29 *Fallit, si sunt hæredes illorum, qui diuiserunt, etiam quòd adirent cum beneficio legis & inuentarij.*

30 *Agnati proximiores uocati post mortem filiorum, & descendentium in perpetuum testatoris, non admittuntur donec est spes incommutabiliter,*

mutabiliter, quòd possint adesse descendentes testatoris intra aliquod tempus.

31 *Testator, & donator dicitur intellexisse etiam de nascituris post diem conditionis fideicommissi, quando in perpetuum, & in infinitum est factum fideicommissum, & emphyteusis.*

Hæreditas, & emphyteusis stat in suspenso, & penes restituere debentem, quando quis est vocatus post legitimos & naturales, uel post lineam filiorum, & est spes habilis ad procreandum legitimos, & naturales, & illos de linea filiorum, & isto interim lucratur fructus.

32 *Electio fienda in uno de duobus, non potest fieri, nisi ambobus natis, & superuinentibus, & isto interim debet suspendi.*

33 *Fratres diuidentes bona fideicommisso subiecta cum clausula, quòd possit quilibet tenere, uendere, alienare, & facere quicquid uoluerit, & placuerit, tenentur de euictione etiam ex natura rei, & maximè alijs suprad. clausulis prægnantibus.*

Frater, & eius hæres propter licentiam in diuisione datam ad inuicem alteri alienandi, & faciendi quicquid uoluerit, & placuerit, non potest agere hipothecaria ad bona fideicommisso subiecta, sed actione personali, uel præscriptis uerbis, ad pretium contra alienantem, si non est renunciatum fideicommisso.

34 *Feudum alienabile, & non seruile, transit ad fœminas, & præcipuè quando est emptitium.*

35 *Fiscus solum, & Cameraác Dominus potest opponere, quod feudum non transit ad fœminas, & quòd res ad eum deuoluta sit.*

DECISIO VIII.

DE anno 1437. Dux Mediolani Philippus Maria uendidit Castrum Trecchati Mag. Oldrado de Lampognanis, qui decedens sine filijs sibi hæredē uniuersalem instituit Magnificum Ioannē Andream eius nepotem ex fratre, & talem in dicto testamento fecit substitutionem.

VOlo tamen, iubeo, mando, atque ordino, quòd supradictus infrascriptus hæres meus, & eius descendentes Masculi legitimi, & ex legitimo matrimonio nati, aut proximiores agnati de Lampognano ipsius mei hæredis masculi, & naturaliter legitimi, & ex legitimo thoro, seu matrimonio nati habeant, & retineant dominium, ac iurisdictionem, & merum, & mixtum Imperium, & gladij potestatem d. meæ Terræ de Trecchatę, & eius fortiliciorum solummodò in administrando ius hominibus suppositis iurisdictioni, & dominio d. Terræ, & imponendo, & creando, seu constituendo potestatem ipsi Terræ, & hoc usque in perpetuum, & reliquis non se se impediendo, ad quorum bonorum defensionem, & manutentionem ulterius postea in aliquo non teneatur, nec obligat^9 sit dictus hæres meus.

Decessit postea dictus Mag. Dom. Ioan. Andreas relictis post se tribus suis filijs uidelicet Magnifico D. Oldrado, Christophoro, & Nicolao, qui tres fratres de anno 1498. uenerunt ad diuisionem omniū suorum bonorum, & instrumento diuisionis posuerunt amplas, & geminatas clausulas, & dictum Castrum de Trecchatę diuiserūt una cum alijs bonis tanquam bona hæreditaria dicti Magnifici Ioannis Andreæ eorū patris, & in partem Domini Nicolai d. Castrum deuenit pro ualuta, & æstimatione librarum uiginti mille cū omnibus suis iuribus, iurisdictionibus, & pertinentijs, hac tamen conditione, quòd si Dom. Oldradus infra mensem uoluerit tertiam partē Treccatæ, quòd teneatur Dom. Nicolaus illam dare receptis tot de bonis d. hęreditatis pro ualore librarū sexmille sexaginta, & idem teneatur facere uersus dictum D. Christophorum, & facta dicta diuisione isti fratres tenuerunt, & possederunt pacificè, & separatim eorum tertiam partem d. bonorum, & Do. Nicolaus tit. d. diuisionis tenuit & possedit d. Castrum Treccatæ cum suis pertinentijs & iurisdictione insolidum, & post eius mortem d. eius filij, & ultimo loco Mag. D. Alexander unus ex descendentibus dicti D Nicolai. Modò fuit dubitatum, an per huiusmodi diuisionem, postquàm in illa nulla est facta mentio de fideicommisso supradicto, intelligatur fuisse per partes renuntiatum d. fideicommisso, adeo ꝙ dictum Castrum de Treccatæ emptitium trāseat uti alia bona allodialia patrimonialia in quamcunque personam sine aliquo onere, & restitutione.

1 Verum quia † hæc conclusio est multum disputata a Barto. & Docto. in l. qui Romæ. §. duo fratres, ff. de uerbo. obliga. Parisi.

risi.consil.71. uolum. 3. Menochi. consilio 87.lib.1.Franc. Becci. consil. 111. Cephal. consilio 371. uolum. 3. Simon. de Prætis consil. 137. & a multis alijs Doctoribus ubique locorum, ideo non multum est con terendum tempus in discutiendo rationes, & authoritates, quę pro utraque parte adducuntur a Doctoribus, sed solum ueritas propositæ conclusionis est elicienda, & demonstranda.

Consideratio igitur de primo ad ultimũ instrumento diuisionis inter istos fratres celebratum, & uisis, ac ponderatis uerbis fideicommissi Castri Treccatæ reperio, ꝙ huiusmodi fideicommissum est purum, & non conditionale, & ꝙ in instrumento adsunt clausulæ importantes remissionem talis fideicommissi, etiam ꝙ esset conditionale,
2 † quod remitti potest per pactum data scientia testamenti, & huiusmodi fideicommissi.l.1.C.de pact. Octauia. Pedamonta. decisione.112.nume.16.uersi.in contrariũ, car.455.Bald.d.consil.440.num. 3. uolu.3.

Quòd autem sit remissum fideicommissum per huiusmodi diuisionem, in primis colligitur ex partibus factis inter istos tres fratres, quia unicuique eorum assignata est tertia pars bonorum, & æstimatum est Castrum Treccatæ cum eius introitibus, & iurisdictione pro ualore librarum uiginti mille, & assignatum est Magnif.D.Nicolao unà cum alijs bonis pro sua tertia parte cũ conditione, ꝙ si ipsi Magnifici Domini, Oldradus & Christophorus, uellent eorum tertiam partem dicti Castri Treccatæ cum iurisdictione teneatur & obligatus sit illam tradere infra mensem, & recipere tot de aliis bonis ad ualorem librarum sex
3 mille sexaginta pro quolibet eorum, † & certum est quòd isto casu ista æstimatio facit emptionem, l.ex cõuentione, & ibi Ias. C.de pact. l.quoties. C.de iure doti. & l. si æstimatis.ff. solut.matrimon. & supra dixi
4 decisio.16.† Nam diuisio obtinet nim uenditionis, quando est facta ęstimatio; & permutationis, quando sunt inæstimata. Simon de Prætis consilio 179.numero 7. Cephal.consilio 64. numero 7.uolum.1.Gozadin.consil.44.num.2.Cur.iun.consi.210.nu. 6. & consilio 345. numero sexto, uolum. 3. Bero. consil. 124. numero octauo.uolu. Primo. Bursat. consilio 173. numero 16. sequen.uolum.secundo, & cum dederint dictum Castrum Treccatæ ęstimatum, & pro se ipsis receperint ad incontrum tot de bonis allodialibus pro concurrenti quantitate, & promiserint de euictione, & generalem defensionem, & quòd manutenebunt, & indemnes conseruabunt inter se ad inuicem a quibuscunque oneribus quouismodo hactenus impositis, & de cætero imponendis, & quæ imponerentur super dictis bonis, certum est, ꝙ censentur isti fratres renunciasse huiusmodi fideicommisso imposito super dicto Castro Treccatæ, ut æqualitas inter fratres seruaretur, quia aliter seruari non posset, nec esset seruata in diuisione.

5 † Nam bona fideicommisso, & alicui seruituti subiecta, & feudalia, ac emphyteuticaria non æstimantur uti bona allodialia, & quantum de per se ualent, sed minori pretio propter seruitutem, & onus, & sic pro tertia parte minus, quam sit libera, & allodialis terra, adnotata per Rip.in l.naturaliter.§.nihil cõe.ff.de acq.poss. nu.9. col.
* 2. & per Italiam OBSERVARI, * & ita uidisse Perusij affirmat, & sequitur Bernardi. Alpha.in collect. iur.ciuil.num.841. car.213.Octauia.Pedamon.decisio.68.Bal. consi.103.uolum.1.Iul.Clar.§.emphyteusis,q.46.& Purpura.consi.356. uol.1. & ita de anno 1576. Parmæ fuerunt bona feudalia posita in æstimo pro oneribus & collectis, & ita audio fuisse factum Mediolani, quod est notandum.

6 † Cum igitur non sit facta huiusmodi æstimatio, neque mentio aliqua de tali seruitute, & onere, dicitur liberè, & sine onere, & uti allodialis tradita, & assignata, Bal. in l.ex prædiis, post glos.ibi, C. de euictio. Deci.consil.483. nume.14. si liberè tradita sit, & uti allodialis, & exempta a quibuscunque oneribus, & quouis modo impositis, & imponendis, quis dicere non debet fuisse remissum fideicommissum, quia alias non esset liberè tradita, nec exempta a dicti
7 oneribus, † ergo remissum fuisse fideicommissum dicẽdum est, argumẽto notatorũ per Bart.& Docto.in d.l. qui Romæ.§. duo fratres.quæst.8.ff.de uerbo. obliga.ubi per authoritatem datam alienandi, & quicquid uoluerit faciendi, censetur remissum fideicommissum, alias nõ posset alienare, &

quicquid uoluerit facere, & maximè in casu nostro, ubi ad futurum tempus etiam cõuenerunt, & sequitur ibi Ripa, nu. 83. & sequen. ubi dicunt esse communem opinionem, & infra latius dicam, & sentit Crot. in consi. 146. nume. 17. & 18. uolum. 1. & in proposito per æstimationem taliter factã, notat Menoc. d. consi. 87. nu. 92. & seq. lib. 1.

Et si non esset remissum fideicommissum, (quod omnino negatur per dicta uerba tam ampla, & prægnantia, & æstimationem prædictam,) tamen isti fratres, & eorum hæredes tenerentur de euictione ad interesse, licèt euinceretur dictum Castrũ ex natura rei, duabus de causis. Prima esset

8 † quia si ignorarunt fideicommissum prædictum, tunc re euicta communes fratres tenentur de euictione. glo. singularis in l. si familiæ. in fi. C. famil. ercisc. & ibi Bar. & Areti. in §. quædam, nume. 6. uersi. quæro, an in hoc iudicio, Insti. de actio. Alexand. in d. §. duo fratres, numero 34. & Pract. Papien. in for. lib. pro hærede, uel re singula. diuid. in glo. communiter. numero 36. car. 435. cum

9 similibus. Secunda esset, † quia si sciuerunt, ex eo quia æstimarunt, & liberè tradiderunt, & promiserunt de euictione, & generali defensione, & renuntiarunt cuicunque exceptioni, & noluerunt posse ullo unquam tempore allegare causas coloratas, & colorandas, similiter tenerentur de euictione. d. glo. fi. d. l. familiæ, & l. si fundum. C. de euict. Gaspar Caballi. in tract. de euictio. in §. 5. nume. 31. uersi. nonus casus, & nu. 35. car. 214. etiam quòd expresè, & specificè non promisissent de euictione in casu rei euictæ, secundum propriam naturam rei, de qua loquitur Alex. in consi. 21. num. 5. in fi. & numero seq. uolum. quarto. & Roland. consilio 51. numero 19. uersicu. ad secundam. uolum. quarto. Quia non requiritur talis specifica promissio de euictione, quando ex coniecturis colligi potest intellexisse in promissione de euictione, etiã de illa, quæ fieret ex natura rei, ut quando esset dictum, a quacunque persona re euicta, & defendere ab omni iure, & hipotheca, & ab omnibus oneribus quibuscunque, & quouis modo impositis, & imponendis, & quando manifesta læsio aliàs induceretur, ut esset in casu nostro, quia alij fratres accepissent tot de bonis liberis pro æstimatione librarum quadraginta mille allodialibus, & iste alter frater priuaretur recompensatione, & permutatione sibi cõcessa, & facta pro dictis libris quadraginta mille, si decederet sine masculis filijs ita dicit Dec. in consi. 79. & dicam infra, num. 33. & ita declarat Gaspar Caballi. in tract. de euict. §. 5. nu. 35. car. 216. & plura adducit in terminis Menoch. in suo eleganti consilio 87. numero 84. & seq. car. 297. & sentit Bal. consilio 417. in facto, numero 2. uol. 5. car. 80. Bursa. consilio 173. nume. 31.

10 58. uolum. 2. † quia paria sunt, aliquid expresse dicere uerbis formalibus, uel generaliter per relationem ad aliud, aut per alia uerba æquipollẽtia idem importantia. Nã illud, quod comprehenditur sub dispositione generali, dicitur expressum, & specificatum, tex. est optimus in l. si seruus. §. inquit lex, in fi. ff. ad leg. Aquil. Craue. consilio 45. numero 4. & 102. Roland. consilio 86. nu. 75. uolum. 1. & Ruin. consilio 35. nume. 9. uolum. secundo. glo. in cap. illa, de accusatio. Bero. quæstione nonagesimanona. numero 7. Niconi. in c. quoniam contra. de proba. in glo. fi. numero 76. car. 151. & sentit Anchara. consilio 393. colum. 1.

11 Hinc uidemus, † quòd licèt pater debeat expresse prohibere Trebellianicam ad hoc ut intelligatur prohibita. §. si uerò expressim. Auct. de hæred. & falcid. & in auct. sed cum testator. C. ad leg. falci. & ibi Angel. Oldrad. consilio 112. consilio 248. in 4. q. & Soc. iun. consi. 170. numero 24. & seq. uolu. 2. Tamen si uerbis generalibus idem importantibus testator usus fuerit, ualebit talis prohibitio, & perinde erit ac si esset specialiter uerbis expressis prohibita. Bar. in l. cum Titius, numero 4. ff. ad Trebel. Alexand. consilio 201. numero 7. uolum. 6. ubi dicit magis communem, & Roland. in tract. de confectio. inuent. cap. 210. uersic. stante igitur firma. car. 229. & Iul. Cla. in § testamentum. quæstione 62. uersi. habet etiam hæc conclusio. & Hieron. de Monte, in quæst. 1. numero 22. & sequen. ubi dicit magis communem, quando illa uerba nil aliud possunt importare, Pau. de Cast. consilio 28. uolum. secundo, & Io. Guteri. Hispan. in l. nemo potest. numero 316. & seq. ff. de leg. 1. car. 99.

Secundò colligitur remissio fideicõmissi per

per illam clausulam (qui fratres bona diuisa possint cum suis heredibus, & successoribus, & cui, & quibus dederint, seu darēt, in perpetuum tenere, habere, gaudere, & possidere, & de eis, & in eis facere quicquid uoluerint, & sibi placuerit absq; dictis partibus, & interuentu cuiuslibet alterius personæ quæ uerba importantauthoritatē alienandi, uendendi, donandi, & relinquendi tā ex testamēto, quam alterius ultimæ uoluntatis, alias non possent facere quicquid uoluerint, & placuerit, & important remissionem fideicommissi non solum illa uerba, ad habendum, tenendum, & possidendum, & quicquid uoluerint, et placuerit, faciendum, sed etiam illa uerba, & cui, & qui
12 bus dederint, † per quæ uerba non requiritur alia licentia, & alius consensus directi domini ad alienandum. Iul. Clar. §. emphiteusis. q. 13. uersi. ulterius quæro. quæst. 28. uersi. idemque & multo fortius, & in §. feudum, quæst. 31. uersi. ulterius quęro. Roland. consi. 79. numero 20. & seq. uolu. 2. & latè per Cur. sen. consilio 64. numero 66. ubi potest disponere per testamentum & ab intestato, & dixit Rol. consi. 3. nu. 60. & nu. 61. uol. 1. quòd ille, in quem erit facta talis alienatio, retinebit illam rem liberam & expeditam, & tanquam allodialem, non autem iure fideicommissi, & faciunt nota-
13 ta infra numero 33. † & quod per talia uerba geminata & pręgnantia intelligatur inter istos fratres in hac diuisione facta remissio dicti fideicommissi etiam quòd esset conditionalis, communis est omnium opinio, ut per Bar. in d. l. qui Romæ. §. duo fratres, in 8. q. & ibi Alexand. & Doct. & Ripa, numero 83. & seq. ubi dicit communem cum Bar. ff. de uerb. oblig. Soc. iun. pulchrè in consilio 116. numero 54. & seq. uolum. 1. Hippol. Rimin. consilio 80. numero 38. & seq. ubi dicit communem Bero. consilio 93. numero 33. uolum. 1. consilio 44. numero 11. & consilio 130. nu. 22. & seq. uolu. 2. Bursa. consilio 64. num. 29. & seq. consi. 86. numero 14. Roland. consilio 55. sub num. 41. & 42. uol. 3. et consilio 34. numero 78. uol. 4. Tobi. Noni. consilio 40. numero 19. consilio 41. numero 9. Paris. late consilio 71. numero 8. 15. et seq. nu. 22. et seq. uol. 3. ubi dicit communem, Cephal. consi. 430. numero 50. uolum. 3. et latè Menoch. consilio 87. nu. 16. nu. 29. et seq. lib. 1. ubi dicit communem, et respondet contrarijs, et Gabri. Roma. commu. conclusiō. lib. 2. de fideicommis. conclusio. 1. num. 29. et nu. 30. car. 462. cum multis alijs similibus infra allegandis. Nec habet obstare, quòd contrariū uideatur tenere Bar. in d. §. duo fratres. d. quæstione 8. numero 21. Bello. consilio 19. numero 8. et seq. Alba. consilio 74. numer. 15. Cur. iun. consi. 274. numero 43. uol. 3. latè Cephal. consi. 371. num. 23. et num. 35. et seq. uolum. 3. et latissimè Simon de Prætis, consilio 137. numero 152. et seq. lib. 1. Quia eorum dictum est contra communē, quando adsunt illa uerba, cui uel quibus dederit, et quicquid placuerit, et uoluerit faciendum, et loquuntur quādo simpliciter sunt bona concessa ad habendum, tenendum, et possidendum, et alienandum, ut ibi est uide
14 re per Bar. d. num. 21. et alios, † secus quādo adsunt uerba tam prægnantia, cui, uel quibus in perpetuum, & quicquid uoluerit, nam non solum important arbitriū boni uiri, sed etiam propriam uoluntatem, ut respondet Rol. d. consi. 34. num. 37. & seq. uol. 4. et alij supra relati, & apparet quòd ista est magis communis opinio, & ita fuis
* se IVDICATVM * Florentię, ut dicit Franc. Marza. de fideicommis. substit. in
15 3. par. quæst. 59. † Nec etiam habet obstare, ꝙ intelligatur de alienatione sequuta, ut dicit Bar. d. q. 8. in d. §. duo fratres. Ceph. cons. 371. nu. 23. et seq. uol. 3. ubi dicit crebriorem quo ad illum, qui alienauit, ꝙ teneatur ad restitutionem pretij, quia nō intelligitur remissum fideicommissum, sed solum data licentia alienandi, & ideo contra emptorem non potest agi hipothecaria, nec rei uendicatione, sed contra uenditores ad pretium, ut ēt tenet Crau. cōsi. 24. nu. 8. & seq. Ceph. cons. 296. nu. 23. uol. 2. & Tobi. Noni. cons. 41. Paris. cons. 46. nu. 26. uol. 2. Cur. iun. cons. 4. num. 22. ut IVDI-
* CAVIT * ad fauorē emptoris Rota Floren. de anno 1578. Martij, ad fauorem Do. Magdalenę uxoris Alberti Bindacij Florētini. Quia respondetur dicta Bar. & aliorum loqui, quando simpliciter est data licentia alienandi: secus quando est dictum, pro se, suis hæredibus, & successoribus, & cui, uel quibus, & quicquid sibi uoluerit, & placuerit faciendum: nam aperte isto casu da-

ta fuit authoritas alienãdi suis hæredibus, & successoribus ex testamento, aliàs nõ uerificarentur illa uerba, suis hæredibus, & successoribus, & etiam illa uerba, cui, uel quibus dederint, important ex testamento, & ab intestato, Cur.sen.d.consi.64. nu.66. & Rolãd.consi.3.nume.60.& 61.uolu.1. & ꝙ per illa uerba tam ampla, geminata, & prægnantia intelligatur etiam de alienatione ex testamento, idem Cephal.in consilio 430.nume.52.uol.3.hoc dicit, sequitur Fran.Becci.consi.38. nume.3. circa fi. Hiero.Gab.consil.125.num.15.seq. & magis cõmunem dicit Menoch.consi.87.num.60. & seq.lib.1. & faciunt adducta per Roland.d.

16 cons.34.num.87.& seq.uol.4. † & sic per illa uerba tam prægnantia inducitur remissio fideicommissi etiam non sequuta alienatione, ut per Doct.in d.§.duo fratres. in 8.q.Bar.Tobi.Noni.d.cons.40.nume.19. & alios supra allegatos, & maximè quando fideicommissum est purum, uel purificatum tempore diuisionis, Ripa d.§.duo fratres. numero 17.18.& Gabr.Roma. lib.2. de fideicommis.d.conclusio.1.nume.28.uersic. secundò limita. car.462. attento etiam ꝙ fuit sequuta alienatio non solum ex parte istius fratris per ultimam uoluntatem, sed etiam per eius hæredẽ, & successorem inter uiuos, quod sufficit per suprascripta, & per Cur.iun.consilio.4. ubi non restituitur pretium, & magis communem dicit Meno. d.consi.87.num.52.& seq.& Parisi.d.consi. 71.nume.23.24.& seq. uolum.3. & Hiero. Gab.consi.125.nume.18.& bonam rationẽ adducit Soc.in consi.43.sub nu.19. uolu.4. car.40. & uide infra, nu.33.

17 Tertiò † colligitur remissio fideicommissi, per clausulam illam ibi positam, Cedentes, dantes, & mandantes d.partes diuidentes, ut supra, uicissim & adinuicem omnia iura, omnesq; actiones, & quascunque defensiones utiles, & directas, reales & ꝑsonales, mixtas, accessorias, atque hipothecarias, & alias quascunque, undecunque, & qualitercunque, modo, & iure dictis partibus competentibus, & competituris in, & super dictis bonis diuisis, & eorum causa, & occasione. & hoc contra, & aduersus datores datorum suorum, & contra detentores, & possessores bonorum, rerum, iurium suorum, quæ sunt, aut erunt. Quæ uerba clarè importãt remissionem fideicommissi purificati & conditionalis, cùm sint ampla & prægnantia & futurum tempus respiciant, & sit fideicommissum reciprocum & æquale, Bar.d.§.duo fratres, q.6.nume.19. Crauet.consi.24.num.11. uers.amplius dico. Bursa.consi.64.nume.32.Rolan.d.consilio 34. numero 92. & seq. uolum.4. Tobi. Noni. consi.41. numero septimo.consilio 42.numero 13.Alex.in l.Senatus.§.fi.ff. de leg.1.Paris.consi.71.numer.14.15. uolu.3. Soci.iuni.consilio 116.numero 52, uolu.1. Ceph.consi.430.numero 49.uolum.3. latè Menoch.d.consi.87.nume.26.& seq.Simon de Prætis d.consil.137.num.127. Octauia. Pedamonta.decisio.112.sub nume.17.uersi.nec obstat, quod Decius, car.456. & Gabri.Roma.de fideicommis. d.concl.1. nu.8. Bello. consi. 19. numero 9. & est solemnis decisio Ioan.Andr.in additio.ad Specu.tit. de testamen. §.in primis, uers.item quid si duobus.in addi. incip. filium naturalem, ꝗ communiter, & magis communiter appro* batur, & OBSERVATVR, * ut dicit Gabr.Roma.d.concl.1.nume.20.& 23 car. 461.& Franc.Marzar.in dicta sua formula fideicommissi, q.59.ubi ostendit ita Romæ * & Florentiæ fuisse IVDICATVM. * Nec habet obstare, quod contrarium consuluit Alba.consi.29. nu.15.Corne. consi.42. col.fi.uersi.nec obstat tertia ratio, uolu.4. Cur.iun.consi.274.nu.34. & seq. uolum.3. Gaspar Caballi.in tract. de euictio.§.5. sub numero 2.uersi.ultimò limita.car.196. & contra Io. Andre.latè consuluit Simon de Prætis, d.consi.137.nu.120.& seq. Cephal. d.consi.371.nu.52.& seq.& latè Franc.Bec. consi.111.nu.25.colum.3.in fi.& col.4.ubi dicunt esse magis communẽ. Quia respondetur, supra dictos Doctores loqui contra communem, & magis communem, & etiã quia ibi non aderant clausulæ tam geminatæ, & prægnantes, ac amplæ, sicut sunt in casu nostro, ut demonstrant idem Simon de Prætis, d.consi.137.num.127.Cæphal.d. consi.371.nu.52 & seq.uol.3. & etiam quia loquuntur in fideicommisso conditionali & non purificato, secus in purificato, ut ibi dicit Simon de Prætis, d.consilio 137.num. 127.& Franc.Marzari.d.quæstio.59.colum. fi. car.53. & etiam quia non est uerum, ꝙ contraria opinio contra Io. Andre. sit ma-

gis

gis communis, si fideliter dinumerentur Doctores, & etiam quia ista opinio Io. An. est acceptata in iudicijs, ut dicit Franc. Marzari. d. quæst. 59. in fi.

Quartò colligitur remissio fideicommissi ex tali diuisione per clausulam aliam positam in dicto instrumento, quæ incipit, ut infra uidelicet.

Constituentes dictæ partes, diuidentes, ut supra, se tenere, & possidere prædicta bona diuisa nominè ipsarum partium, uideli-
18 cet una alterius, & altera alterius, † & pro eis uolentes plenum dominium, & plenā possessionem dictorum bonorum diuisorū in se se uicissim præsentes, & stipulantes suis nominibus transferre, dare, & derelinquere, quibus dominio, & possessione, uel quasi confestim, & illico renuntiauerunt, & renuntiant, & se patronos ex inde fecerunt, & faciunt inter se se uicissim, & ad inuicem præsentes, & stipulantes suis nominib. transtulerunt deseruerunt, & derelinquunt, & possessores constituerunt se se uicissim, & ad inuicem, & in sui locum ius, & statum posuerunt, & ponunt, & dimittunt, & in dictis bonis diuisis, & eorum causa, & occasione se seque uicissim & ad inuicem præsentes, & stipulantes missos, & procuratores in rem suam fecerunt, & constituerunt. Per quæ uerba apparet contrahentes renuntiasse dominio, & possessioni bonorū alteri parti peruentorum in diuisione, & plenum dominium, & possessionem in illā partem transtulisse, dedisse, & dereliquisse, & missos, ac procuratores in rem suam fecisse, & constituisse, quibus uerbis dicitur renuntiatum fuisse fideicommisso reciproco, aliàs plenum dominium, & plenam possessionem non dimisissent, nec dereliquissent, nec procuratores, & missos in rem suam fecissent, ita dicit Soc. iun. d. consi. 116. col. 11. uol. 1. Tob. Non. consi. 41. nu. 8. latè Bero. consi. 130. nu. 22. uol. 2. Menoch. latè in consi 87. nu. 29. seq. lib. 1. & Gabr. Roma. de fideicommissis, d. conclus. 1. numero 37. & nu. 44. car. 463 Nec obstat, quòd Bar. in d. §. duo fratres, q. 8. numero 21. uoluerit contrarium, & Simon de Prætis. d. consilio 137. nu. 87. & seq. & nu. 96. & Alba. consilio 29. num. 15. & seq. Quia loquuntur, quando simpliciter contrahentes constituissent procuratorem in rem suam, & fideicommissum non esset reciprocum, & coæquale, secus quando remissum esset plenum ius, & dominium, & plena possessio, & fideicommissum esset reciprocum, coæquale, renuntiatum iuribus de futuris, & adesset scientia testamenti per supradicta, & per Soc. iun. d. consi. 116. num. 50. uolum. 1. Rota Peruſ. decisione 19. numero 16. in 1. par. car. 87.

Quintò colligitur clare hanc remissionem fideicommissi per istam clausulam in d. instrumento diuisionis insertam.

Insuper d. partes diuidentes promiserūt & dederunt, & dant obligando se se, & omnia sua bona sibi uicissim, & ad inuicem,
19 † quòd semper, & omni tempore prædicta bona, & iura diuisa sibi uicissim, & ad inuicem defendent, guarentabunt, authorizabunt, disbrigabunt, & libera tradent, præstabunt, manutenebunt, & conseruabūt ab omnibus, & singulis persona, & personis, & ab omni hipotheca, & iure in forma communi, & iuris, & secundum ius, & prout de iure tenentur ueri diuidentes sibi uicissim, & ad inuicem, &c. Quæ uerba rectè intuenti denotant mentem contrahentium fuisse, uelle renuntiare fideicommisso puro & cōditionali, quia promiserunt defensionem generalem non solum pro tempore præsenti, sed etiam futuro, & post eorum mortem per illa uerba, semper & omni tempore libera tradent, & per illa uerba, ab omni hipotheca, & iure, & ab omnibus persona & personis, aliàs si non importarent remissionem fideicommissi, & iniurium alterius, non tradidissent libera, nec manutenerent a quibuscunque personis, nec semper & omni tempore, ideo ut illa uerba operentur eius effectum, dicendum est intellexisse defendere ab omni onere fideicōmissi, hipothecæ, & iuris alterius, semper & omni tempore, & sic importare dicta uerba remissionem fideicommissi, Crau. cons. 24. numero 11. uersi. ex alio, Rolā. consilio 34. numero 91. uolum. 4. Parisi. consi. 71. nume. 9. uol. 3. Ceph. consi. 430. nume. 51. uol. 3. Bero. consi. 130. nume. 22. uolu. 2. Tobi. Noni. consi. 41. nu. 6. Octauia. Pedamonta. decisio. 112. nu. 17. car. 455. qui loquuntur, quando non adsunt illa uerba, semper, & omni tem pore, multo fortius in casu isto propter ista uerba, quæ important in sæcu

la

la sæculorum,& in perpetuum,Petr.Anch. Regiens.q.72.numero 10.& seq.in 1.par.

20 Sextò colligitur,† per aliam clausulam positam in d. instrumento diuisionis, ubi partes promiserunt q facient omnia ea, quæ debent, & ad quæ tenentur, & quòd reddent,& restituent sibi uicissim, & adinuicem omnes expensas, omnia damna, & interesse,quas, & quæ fierent, & paterentur occasione præmissorum,unde promittendo reficere expensas,damna, & interesse, quas & quæ fierent, & paterentur occasione præmissorum,apparet renunciasse fideicommisso,aliàs pateretur damnum,expensas,& interesse,& diuisio non esset reciproca,& æqualis,ita dicit Rolan.d.consilio 34.num.91.Crauet.consi.24.sub nu.11.Tobi.Noni.consi.41.nu.6.Crot.consi.146.nume.18.uolu.1.& Paris.d.consi.71.numero 9. uolum. 3.

Septimò colligitur remissio fideicommissi non solum puri, sed etiam conditionalis, per hanc clausulam in d.instrumento contentam.

Quare dictæ partes promiserunt, & dederunt,& dant obligando se, & omnia bona sibi uicissim,&adinuicem,uidelicet una pars alteri,& altera alteri præsenti, & stipulanti q semper omni tempore præsens instrumentum diuisionis,ratum, gratum, & firmum habebunt,& tenebunt, & nullo tempore contrafacere, nec uenire aliqua occasione,causa,uel ratione,quę dici posset,uel excogitari modo aliquo, causa,uel ingenio de iure,nec de facto sub refectione,restitutione omnium expensarũ,dam-

21 norum,& interesse litis,&c.Nam † huiusmodi uerba tam ampla important remissionem fideicommissi,quia respiciunt pręterita, pręsentia, & futura per illa uerba, semper, omni tempore,& nullo tempore, & aliqua causa,quę dici,uel excogitari modo aliquo de iure, & de facto. Doctrina est Io.Andr.in addi.ad Spec.in rub.de testam.§.in primis, uersi.quid si duobus,quã communiter obseruari in iudicijs dicit Frãcis.Marzari.d.tract.de fideicommissis,in q. 59.Soc.iun.cons.116.n.51. uol.1.Ripa d.§. duo fratres,num.48.Octauia.Pedamonta. decisio.112. nu.17.car.455. Cepha.consilio 430.numero 51.uolu.3.Menoc.d.consi.87. nu.33.Bursa.consi.64.nu.29.& nu.33.consi.86.nu.13.et nu.17.Tobi.Noni. consi.41.nu.5.& nu.11.in fi.latè Paris.d.consilio 71.nu.3.et seq.uol.3.Crot.consi.146.num.18.uolu.1.Porci.in suis commu.opinio.lib.2.concl.39.uersic.primò limita. car.469.qui omnes attestantur de communi, et sequitur Gab.Rom.de fideicommissis.d.conclu. prima. nu.20. 23. et nu.47.ubi dicit magis communem.Nec habet obstare,quod Bar. in d.§.duo fratres.in 2.q.prin.n.11. teneat contrarium,quem sequuntur Bello. consi. 19.nume.7.& 8.& seq.Villalob. commu.opinio.in uerbo, fideicommissum,nu.44. & nu.51.Hugo Celsus consi.22.nu.1. uolu.2. Alba cons.29. num.13.Bal. consi.18. cons. 440.factum,uol.3.Capra consi.89.uiso dicto puncto.latè Simon de Pręt.d.cons.137. nu.112.113.129.& seq.& nu.151.& Franc. Becci.consi.111.nu.7.seq. & nu.21. & seq. Quia Bar.loquitur,quando simpliciter solum esset promissum non contrafacere, nec contrauenire aliqua de causa,occasione,uel ingenio,& etiam alij Doctores nõ loquuntur, quando adsunt in instrumento tam ampla, & pręgnantia uerba respicientia etiam futurum tempus, & quamlibet causam,quę dici & excogitari possit, & de iure, uel de facto, ut ibi est uidere. imò quando adsunt uerba geminata, et tã pręgnantia, ut sunt in casu nostro futurũ etiam respicientia,sentiunt idem, q sit renunciatum fideicommisso,ut etiam sentit Cur.iun.consi.274.nu.44.et seq.uolu.3. et in casu nostro hoc non habet dubium, qa sumus in fideicommisso puro et purificato tempore diuisionis,ut dicit Gabr.Rom. d.concl.1.num.28.Fran.Marza.d.q.59.in fine. car.53.

Octauò colligitur remissio fideicommissi per illa uerba.

22 Renunciando † dictę partes diuidentes exceptioni non facti, et non celebrati huiusmodi instrumento diuisionis sic,et taliter,ut pręditorum omnium, et singulorũ non ita,et taliter actorum,et factorũ, omniq; probationi,et defensioni in contrariũ. Nam talia uerba important remissionem fideicommissi,cum contrarium probari nõ possit.ita dicit Bursa.d.consi.64.sub numero 32. uersi.quintò,lib.1. et Bero.consilio 130. nu.35.uolu.2.

Nonò colligitur etiam remissio fideicommissi,

commissi, per alia uerba posita in dicto in
23 strumento diuisionis, † ubi partes fecerũt inter se finem, quietationem, donationem, & totius sui iuris remissionem cum pacto perpetuo de illo pluri, & donato non repetendo, & renuntiarunt tit. C. si quis alteri, uel sibi, & etiam noluerunt posse conueniri omni tempore, si contra fecerint supradictæ diuisioni, & contentis in ea, & renuntiarunt omni exceptioni, & noluerunt posse opponere, nec allegare causas coloratas, uel colorandas, & iurarunt obseruantiam sub pœna dupli per quæ uerba clarè apparet remisisse fideicommissum purificatũ, & etiam conditionale, propter illa uerba, donationem, & totius sui iuris remissionem, & per illa uerba. C. si quis alteri uel sibi, & per illa uerba, nec allegare causas coloratas, uel colorandas, quæ omnia uerba non solũ important naturam contractus diuisionis, sed etiam finis, & quietationis generalis, & uoluerunt, quod quilibet teneret, & possideret pacificè, & quietè sine aliqua exceptione colorata, uel coloranda, hoc est cogitata, uel cogitanda etiam tit. donationis cum iuramento, quæ uerba rectè intuenti important remissionem d. fideicommissi omnibus simul iunctis. Soc. d. consi. 116. num. 59. & seq. uolum. 1. Bero. d. consi. 130. num. 22. uolum. 2. & maximè existentibus dictis bonis penes personam quietatam, & donatarium, adnotata per Ias. in l. sub prætextu specierum, circa finem, C. de transactio. & ibi Bar. & Doct. Cor. consi. 29. uolu. 1. col. 2. uersicu. indefinita, & Bar. in l. si de certa. columna si. numero 5. C. de transactio.

Nec habent obstare nonnulla adducta
24 per Doct. in l. de his. C. de transactio, † ubi non censetur renuntiatum fideicommisso, nisi fiat mentio in specie de illo fideicommisso, & etiam dicunt quòd non potest renuntiari iuri de futuro, ut multa alia etiã allegant Franc. Becci. d. consi. 111. nu. 29. & seq. Simon de Prætis. consi. 137. nu. 134. & seq. Octauia. Pedamonta decisio. 112. nu. 9. & seq car. 454. Quia respondetur, primò prædicta non procedere, quando in instrumento diuisionis adsunt clausulæ tam prægnantes, & amplæ, quæ nihil aliud importare possunt, quàm renuntiationem fideicommissi, ut etiam in dubio ita præsumitur, & etiam quando adest renũciatio, aliarum legum cum iuramento, ut late per Paris. d. consi. 71. uolum. 3. & Menoch. d. consi. 87. num. 20. Tob. Non. consi. 41. numer. 20. Octauia. Pedamonta. decis. 112. numero 21. car. 459. Secundo respondetur d. l. de his, loqui in transactione propria, & nos sumus in diuisione, quæ licet sit quasi transactio, tamen non est transactio, & est fauorabilis: transactio uerò odiosa, & ibi illa lex ita disposuit propter fraudem, & læsionem sed in casu nostro fuit reciproca diuisio, & renuntiatio, & nulla interuenit læsio, quo fit quòd non habet locum dispositio d. l. de his, C. de transactio. ita respondet Tob. Noni. d. consilio 41. numero 17. 18. & communem dicit Soc. iun. consilio 116. numero 65. & seq. uersi. non obstat quod non fuerit dictum in specie, uolum. 1. Tertiò respondetur, ꝙ sufficit istos fratres habuisse scientiam dicti fideicommissi ante diuisionem, quia postea in transactione ueniet talis renuntiatio fideicommissi: sed in casu isto apparet habuisse scientiam testamenti, & de fideicommisso prædicto, ut infra patebit, ergo talis renuntiatio extendetur ad fideicommissum, ita respondetur per Tobi. Non. d. consilio 41. numer. 19 car. 87. Octauia. Pedamonta. d. decis. 112. numero 20. car. 456. Alias frustra loquutus fuisset Bar. & Doct. in d. l. qui Romæ. d. §. duo fratres. ff. de uerb. oblig. ponendo coniecturas, quibus censeatur renũtiatum fideicommisso, nam nunquam censeretur renuntiatum, nisi expresse fuisset dictum in instrumento diuisionis, & coniecturæ, ac clausulæ prægnantes, & amplæ seruirent de uento, † &
25 tex. in l. 1. & l. cum proponas. C. de pact. nõ haberet locum in diuisione quo ad renunciationem fideicommissi, quod totum contrarium apparet ex dictis Bar. Bal. Ripæ, & Doct. in d. §. duo fratres, & per dictam pulchram doctri. Io. And. in Addi. ad Spec. tit. de testam. §. in primis, uersi. itẽ quid si duobus, & Franc. Marzar. d. tit. de fideicommis. d. q. 59. car. 52. & per alios supra abundè allegatos, & etiam contrarium obseruatur, ut ibi declarat Franc. Marzari. d. q. 59. & Mediolani, Cremonæ, alijsque in locis fuisse
* obseruatũ, & IVDICATVM * a ualentioribus Aduocatis, & ꝓcuratoribus audiui, & facilè dignosci poterit, & licèt nõ esset expres-

expresse facta mentio fideicommissi, tamē ex diuisione fuit recessum a dicto onere restitutionis, ut respondet Octauia. Pedamō. decisio. 112. sub nu. 16. 17. car. 455. & in fine ostendit ita ex supradictis fuisse IVDI-
* CATVM, * & sufficit constare de mente contrahentium, Bal. consi. 417. in facto, nume. 2. uolu. 5. quæ isto casu clarissimè apparet, quia Mag. Oldra. & Mag. Dom. Christophorus, fratres & eorum descendentes masculi, nō fuerunt amplius domini Treccatæ, ut antea erant, & requirebatur per d. fideicommissum, sed Mag. Do. Nicolaus, & eius descendentes uirtute d. diuisionis, & æstimationis tenuerunt, & tenent dominium, & iurisdictionem d. Castri Treccatæ cum homagijs, ergo ulterius non est quærendum, Ripa d. §. duo fratres, nu. 40. & facit tex. in l. minimè. C. de legi. Bal. cōs. 267. proponitur, in fi. uol. 5.

26 Et dato, † ꝙ supra omnia in contrariū adducta fuissent uera, & ꝙ per diuisionem non censeretur renuntiatum fideicommisso: tamen omnes indifferenter tenent non procedere in fideicommisso puro & purificato, tempore diuisionis, & præcipuè quando est reciprocum, & coæquale, & sciunt uires testamenti & fideicommissi, Doct. in d. §. duo fratres. ubi Ripa, nu. 17. Alex. consi. 100. nu. 11. uol. 7. Bero. consi. 130. nu. 9. & 11. uol. 2. Crau. cons. 24. nu. 2. uers. tacitè ēt Dec. cons. 79. in 2. dub. Bursat. cons. 12. nu. 44. 45. Rui. cons. 139. de duobus. uol. 2. Francis. Becci. cons. 111. sub nu. 25. in fi. ibi, similiter Dec. car. 221. Simon de Prætis d. consi. 137. nu. 127. Fran. Marza. de fideicommis. d. q. 59. in fi. Phili. Porci. in suis commu. opinio. lib. 2. concl. 39. & Gabr. Rom. lib. 4. de fideicom. concl. 1. num. 28. uersi. 2. limita.

27 Quod † autem isti fratres sciuissent uires testamenti, & fideicommissum prædictum, apparet ex instrumento diuisionis, & confirmationis inuestituræ d. Castri Treccatę per illos requisitæ, & obtentę. Nam sciebāt d. Castrum Treccatę esse feudum, & in illo non adesse primam genituram, sicut etiam hodie non est, & eos esse dominos iurisdictionis prædictæ, & etiam sciebant Mag. Do. Oldradum seniorē patruum magnum emisse d. Castrum, & fecisse testamentum nuncupatiuum, & plura legata reliquisse, & præcipuè super Castro de Treccatę, & in instrumento diuisionis inter se se distribuerunt onera dictorum legatorum, & illi, cui fuit assignatum Castrum de Treccatę fuerunt etiam relicta onera dictorum legatorum soluendorum tertijs personis, dictaque legata unusquisque soluere procurauit iuxta dispositionem dicti testamenti, ipsamque iurisdictionem omnibus masculis relictam uirtute præallegati fideicommissi uni tantum assignarunt pretio appretiatam, & sic Mag. D. Nicolao, ex quibus relationibus, confirmationibus, & separationibus clara colligitur scientia huiusmodi fideicommissi, & maximè ipsis alijs duobus fratribus non existentibus dominis Castri Treccatę, ut per Bar. Rip. & communiter Doct. in d. l. qui Romæ. d. §. duo fratres, q. 3. & 5. ff. de uerb. oblig. Bursa. consi. 64. nu. 35. & seq. uol. 1. cons. 143 nu. 71. uol. 2. Roland. cons. 36. nu. 12. & seq. & nu. 21. & seq. uol. 2. Tobi. Noni. cons. 41. nu. 12. & seq. Bero. consi. 160. nu. 6. & seq. cons. 130. num. 16. uol. 2. Dec. cons. 287. num. 17. uer. tertiò quia facta Mari. Angusso. consi. 18. sub nu. 3. uolu. 1. Rota Perusi. decis. 19. nu. 13. & seq. in 1. par. Rota Pedamon. decis. 112. nu. 21. in fi. car. 456. Bal consi. 440. factum proponitur, nu. 3. in fi. uol. 3. Roland. consi. 81. nu. 8.
28 seq. uol. 3. † Et licèt talis remissio fideicommissi puri, aut conditionalis non extendatur ad descendentes, & alios uocatos per d. fideicommissum, cum non fuerint uocati, nec interuenerint in huiusmodi diuisione, ut dicit Dec. in consi. 252. Cepha. cons. 371. nu. 32. & seq uol. 3. Federic. Schench in cōclu. 95. alienatio. Egidi. Boss. in sua Pra. crimi. tit. de publica. bono. nu. 54. uers. tamen aduertendum est ad duo, car. 297. Ripa in d. l. qui Romæ. §. duo fratres, nu. 101. uersi. postremò unus. ff. de uerb. oblig. car. 292. Ari. Pinel. in repe. l. 1. in 3. par. nu. 48. C. de bonis mater. car. 371. Grat. consi. 23. nu. 21. & seq. uol. 1. ubi dicit communem, & ita fuit
* IVDICATVM * Florentiæ per Rotā in causa illorum de Naccis de Monte Poli-
29 tiano, de anno 1566. † tamen si uolunt esse, aut sunt hæredes illorum, qui renuntiarunt d. fideicommisso, non possunt cōtrauenire pro eorum rata, nec petere fideicommissum, etiam si uellēt refundere pretium, uel æstimationē, aut acciperēt hæreditatem cum benefitio legis. & inuentarij, quia

quia tenentur seruare factum defuncti et in feudis, & fideicommissis, secundum magis communem opinionem ubique locorum ita obseruatam, ut dicit Ari. Pinel. in d. l. 1. d. 3. par. num. 48. uers. Necessaria fuit, car. 372. ibi, Sed contraria opin. ubi ostendit esse crebriorem opinionem, & perbellè discutit articulum, & secundum illius decisionem in fideicommisso ita fuit IVDICATVM * Florentiæ per Rotam de anno 1566. ut mox dixi, & latè hoc idem tenet Cephal. consilio 391. numer. 58. & seq. & d. consi. 371. num. 32. & seq. Dec. consilio 38. col. 4. in fi. Alba. consi. 29. numero 17. & Gomes. de testa. c. 5. nu. 6. car. 44. Natta consilio 214. nu. 4. 5. uol. 1. & dixi in meo Trac. de Vsufru. mulie. relic. nume. 98. car. 476. in 1. par. & Octauia. Pedamont. decisio. 178. & 179. car. 720.

30 Nec proximiores testatoris, aut grauati uocati ad huiusmodi fideicommissum non hæredes dictorum fratrum possunt uenire ad dictam diuisionem per uulgarem substitutionem, quia non sunt uocati, nisi in defectum descendentium Ioannis Andreæ, & sic istorum fratrum, nam illa dictio, aut resoluitur in &, & ordine successiuo, hoc est post Ioannem Andream, eius filios, & descendentes, & postea agnatos proximiores, ut dicit Ripa in l. qui Romæ. d. §. duo fratres, n. 102. uers. postremò unus. ff. de uerb. oblig. car. 292. cõferunt adducta per Rom. cons. 35. nu. 1. cons. 134. nu. 5. & 6. & in emphitheusi loquitur Ias. in l. 2. nu. 186. C. de iure emphite. Rom. cons. 21. nume. 2. & ibi Mandos. lit. A. Nam donec durat spes filiorum, & descendentium dicti Ioannis Andreæ immutabiliter ipsi agnati non possunt
31 succedere, † quia cum fideicõmissum fuerit factum in filios, & descendentes in perpetuum & in infinitum dicitur intellexisse et de nascituris post diem conditionis fideicommissi, latè Rim. cons. 244. & cons. 245. nu. 41. & seq. & nu. 49. uol. 3. Natta consilio 675. nu. 6. & seq. uol. 4. & Cagn. in l. fi. num. 235. C. de pact. car. 50. & donec durat illa spes habilis immutabiliter ad procreandũ filios, & descendentes, non possunt agnati remotiores succedere, Soc. cons. 19. col. 3. uol. 3. tex. in l. si duobus, in prin. & ibi glo. in uerbo, non nacto. ff. de leg. 1. Rom. consi. 134. nu. 5. & 6. Paris. cons. 71. nu. 72. uolu. 4. adeo ꝙ isto interim illam hæreditas stat in suspenso penes restituere debentem cum fructibus, & postea conditione adueniente restituere habet sine fructibus, ut ex nunc. d. l. si duobus, & ibi glo. Soc. in l. si cognatis. nu. 30. in 2. & 3. fallentia. ff. de reb. dub. Ruinus cons. 22. nu. 8. 11. & seq. uol. 2. cons. 77. nu. 9. cons. 139. in fi. uol. 3. & Paris. d. consi. 71. nu. 18. & seq. uol. 4. Cephal. cons. 450. nu.
32 23. uol. 3. † & ex his fuit responsum, electionem unius fiendam de uno filio Sempronij aut Meuij non posse fieri, n. si ambobus nactis & donec durat spes nascẽdi immutabiliter, quia electio duorum fit in uno solo per supradicta, & l. legatum. de optio. lega. l. cum illius. ff. quan. dies lega. ced. & ibi glo. & Cepol. in l. 1. num. 25. & 26. ff. de ser. fugiti.

Data remissione fideicommissi non obstantibus supradictis in primo fundamẽto
33 colligitur uera, & æqua conclusio, † ꝙ si dictum Castrum Treccatæ euincatur, bona Magnificorum D. Oldradi, & Christophori erunt hipothecata & obligata pro euictione, quia isto casu debetur euictio etiam ꝙ res euincatur secundum naturam rei, hoc est per defectum masculorum, & sic extinctionem lineæ, cum sciuerint fideicommissum, & coniecturis sit promissa euictio etiã quando res euincitur ex natura rei, ita ad longũ consuluit, & tenet, & omnibus contrarijs respondet doctus, & bene ordinatus Menoch. cons. 87. nu. 88. & seq. lib. 1. Crau. cons. 24. nu. 15. lib. 1. Gaspar Cabal. in tract. de euictio. §. 5. nu. 33. & nu. 35. car. 216 Panciro. cons. 193. nu. 20. & Burs. cons. 173. nu. 17. seq. nu. 31. & nu. 58. lib. 2.

Et dato ꝙ nõ esset promissum de euictione in casu reuersionis & euictionis ex natura rei, quod contrarium clare superius est demonstratum per tot clausulas appositas in instrumento diuisionis: tamen ille, qui dedit licentiam alienandi & faciendi alteri quicquid sibi uidebitur, & placuerit, non poterit (fideicommisso ad eum, aut eius hæredes reuerso) agere hipothecaria contra emptores, & creditores bona illa habentes pignorata, & hipothecata, nec uendicare, sed solũ actione præscriptis uerbis contra uenditores ad pretium agere, l. 2. C. de remis. pigno. Alex. cons. 189. nu. 10. uol. 2. cõs. 8. num. 6. & seq. uol. 5. Cur. iun. cons. 49. numero

mero 12.conf.4.nu.22.ubi dicit communẽ, Rui.conf.133.col.1.uerf.fed præmiffis,cõfi. 147.nu.6.& n.15.uerf.prætcrea.uol.2.Soc. iun.conf.116.nu.60.lib.1. Parif. latè confi. 46.nu.23.& feq.uol.2.Crau. conf.24.nu.8. ubi dicit ueriorem,& communem, & crebriorem dicit Cepha.conf.295.nu.23. uol. 2.Ripa d.l.qui Romæ.§.duo fratres,num. 83.& feq.& Tobi.Non.d.confilio 41.& hoc procedit,fiue diuidẽtes fciuerint,fiue ignorauerint fideicommiffum quoad ipfos & eorum hæredes.Alex.d.conf.8.fub. num.7. lib.5.Rui.d.conf.147.fub. nu.6. & Parif.d. conf.46.nu.26.lib.2.& alij fupra allegati,& maxime nu.9.& 12.& faciunt,quæ dixi fupra decif.23.num.11. & 13. & ita IVDICAVIT * Rota Florẽtina,de anno 1578. Martij,ad fauorem D. Magdalenæ, uxoris Alberti Bindaccij,& Lucretiæ neptis pro recuperatione earum dotium,pro quibus bona omnia fuerunt obligata,& fibi retenta quod fapit æquitatem.

34 Et † cum d.Caftrum Treccatæ fit emptitium,& non feudum gratiofum,non eft dubium q; eft alienabile,et tranfit ad fœminas & ad extraneos hæredes, cum in hoc non retineat propriam naturam feudi,& nõ habeat feruitium uirile, ita dicit Cur. iun.in trac.de feud.in 1.par.prin.q.6.& q.8.& in 2. par.q.5.nu.39.Rom.conf.367. fub nu.12.& 13.Natta conf.159. nu.14.& 15.conf.216. nu.3.4.uol.1.& Bal.in c.1.§.hoc autem,circa fi.uerf.quæro,qui feud.da.pof.& in l.qui fe patris.col.pen.uerf.hoc fcias.C.un.lib.& in l.fi quam.uerf.& fic eft argumentum,C. de oper.lib.& in c.fignificauit.col.1. de refcript. & Ripa Refponf.1. pro refolutione, nu.76.lib.1.car.6.tit.de leg.& longa confuetudi.& Iul.Cla.in §.feudum.q.73.uerf.fed quid in feudo empto.car.125.ubi eft magis communis, & etiam de confuetudine obferuatur,ut ibi,uerf.fed quæro.Rol. de luc. dot.q.54.nu.27.& feq.Licèt Burf.in confi. 121.nu.27.uol.2.& Rol.conf.90. nu.13.20. & feq.uol.4.titubent quo ad fœminas, fed loquuntur in cafu diuerfo, & feruili. Et

35 † nullus alius,quam dominus, qui uendidit,uel inueftiuit,poteft excipere,& opponere,quod non fit alienabile, nec tranfitorium ad fœminas, aut extraneos hæredes, adnotata per glo.in l.his confequenter, in uerbo,non pertinet.ff.famil.ercif. Soc.confi.84.uifa conuentione,in fi.uolu.4. Alexã. confi.136.uifo proceffu,numero 5.uerf.& pofito, uolum.7. confi.173. uifo themate. num.6 uol.2.Hippoli.Rimi.conf.23.numero 177.Tobi.Noni.conf.53 num 39. uer.fi. poftremò refpondetur.Cur.iun. conf.252. numero 15.& feq.uol.3.Gherar. Mazol.cõfi.31.nu.37.Roland.conf.22.numero 40.& feq.uol.3 facit ratio generalis. Bald.in l.fi. C.de reuocan.dona.& Bero.conf.81.num. 6.uol.1.cum fimi. & ratio colligi poteft ex adductis per Rolan.confi.100. numero 68. 72.uol.4. & faciunt quæ dixi fupra decifio. 11.numero 62.Et cum caufa hæc Mediolani difcuteretur, aduocati omnes uenerunt in hanc fententiam, & ita erat IVDICANDVM. * Sed quia æquum uidebatur,feudum tale nobile, & antiquum remanere debere in familia Lampognanorum, ifti agnati de Lampognanis renuntiarunt Mag. Dom. Alexandro de Lampognanis domino dicti Caftri quædam eorum credita & prætenfiones,& ipfe Mag.Do.Alexander legauit, & dedit dictum Caftrum, Mag. Do. Octauiano, aut Oldrado fratribus de Lampognanis,& in cæteris fuis bonis inftituit hæredem uniuerfalem Illuftriffimam Dom.Ifabellam eius filiam,& uxorem Illuftriffimi Dom.Comitis Petri Mariæ de Rubeis Dom.Sancti Secundi, ac Domini, & Patroni mei obferuandiffimi, & ita hodie res fe fe habet de anno 1577. ac etiam ita fuit IVDICATVM * in Rota Florentina,de anno 1578. menfis Martij,ut fupra dixi, nu.15.

DE CONTRACTIBVS.

DECISIO VIII.

ARG.

Camerarius Communitatis, qui recipit granum, & introitus Communitatis, quando teneatur de diminutione, calo, & mancamento, & quando non, hic latè difcutitur.

SVMMARIVM.

1 *Pacta ex conuentione legem accipiunt.*
2 *Contractus à principio uoluntarij, ex poft facto neceffarij.*

Quod

3 Quod semel placuit, amplius displicere non potest, & nu.26.
4 Officialis extractus de bursa, intelligitur extractus secundum formam illius statuti, & constitutionis, & ad omne illud obligari.
5 Vbi est casus legis, ibi non cadit quæstio iuris.
6 Lex, & statutum est obseruandum, quamuis sit durum.
7 Semel malus, semper præsumitur malus in eodem genere mali.
Declara, ut nu.32.
8 Mutatio animi non præsumitur.
9 Frumentum, & pannum mensuratum officiali, & sartori, si non reperitur, præsumitur furatum ab officiali, & sartore, & nu.33.
Declara, nu.20.34.44.45.
10 Administrator, & officialis tenetur reddere rationem administrationis, & conuertens in vsus proprios dicitur prædo, & tenetur ad damna, & interesse quanti plurimi. nu.33.
11 Conuentum præsumitur, quod solitum est fieri.
12 Administrator, Camerarius, & officialis ac conductor, solum tenetur de dolo lata & leui culpa, nu.23.24.25.30.
13 Minor, ecclesia, vniuersitas, & locus pius æquiparantur, & dispositum in vno, censetur in alio dispositum.
14 Camerarius, et administrator si facit illud, quod quilibet bonus paterfamilias solitus est de rebus facere suis, liberatur a dolo & culpa.
15 Dolus, lata, leuis, & leuissima culpa, casus fortuitus, & uitium naturale, quæ sint, hic remissiuè notatur, & nu.22.23.24.25.
16 Possidere, & recipere dicitur, qui per alium possidet, & recipit.
17 Claues non tradunt possessionem, & curam, quando quis non potest liberè disponere.
18 Scholaris dans valisiam cauponi sigillatam, & retinens clauem, si ualisia est aperta, non tenetur caupo ad restitutionem.
19 Administrator culpa caret, si se gessit in administratione secundum morem, & consuetudinem loci.
Camerarius non tenetur de furto facto in re sib data in custodia, & deposito.
20 Officialis & administrator si non potest exercere eius officium sine clauibus, & præsentia aliarum personarum, si administrauit cum clauibus, & personis, non tenetur ad damna, & interesse, & nu.26.38.44.
21 Culpa leuissima est, quando quis potest præuidere, & non præuidet ignorantem.
22 Administrator communis, quando habet liberam administrationem non tenetur de leuissima culpa, de uitio naturali, neque de casu fortuito.
23 Accipiens boues ad soccidam cum æstimatione, non tenetur de morte naturali.
Idem in mula empta lite durante nu.24.
Idem in roncino conducto ad uecturam nu.25.
Conductor tenetur solum de dolo, lata & leui culpa, ibi nu.12.23.24.& 25.
26 Conuentio non potest retractari, nisi ambabus partibus consentientibus, & nu.2.& 3.
27 Conuentio non debet claudicare.
28 Debitor, & non obseruans promissa peccat, & maximè si non soluit.
29 Statutum, & reformatio intelligitur secundum ius commune, & recipit ampliationes, & limitationes iuris communis, etiam si esset correctorium iuris, quando alter damnum pateretur.
31 Vtens aliquo statuto, & reformatione, debet probare qualitates statuti, & reformationis ad fuisse tempore contrauentionis, aliàs non dicitur habere locum statutum, nec reformatio.
34 Statuti reformationis uerba quando in sensu directo nihil operantur, disponunt a contrario sensu etiam quòd derogarent iuri communi.
35 Præsumptio una tollit alteram, & maiorem, minorem plures unam.
36 Administrator reddens bonam rationem suæ administrationis, non præsumitur lucrari ex bonis administratis.
37 Testium dicta sunt benigne interpretanda, & reducenda ad concordiam, ne contineant contrarietatem. & nu.38.
39 Damnum, quod quis sua culpa sentit, sibi imputet.
40 Culpa caret, qui non potuit prohibere, si non prohibet.
41 Testes rei præualent testibus accusatoris & actoris, quando probant innocentiam, & non dolum ipsius rei.
42 Portatores, brentatores, fachini, & deputati ad portandum absque custodia, probant rem portasse, licèt de facto proprio testificentur.
43 Iudex habet præ iuribus ueritatem inuestigare, & defendere cum eam uidet esse pro una parte.
45 Minor, Ecclesia, & communitas non potest ire contra administratores, tutores, & Camera-

merarios de mancamento frumenti & fructuũ, quando prouenit a casu fortuito, uel a uitio naturali, aut a leuissima culpa.

46 *Solitum non dicitur esse in restitutione, quando ex alia causa potest euenire restitutio.*

DECISIO VIII.

De anno 1569. de mense Augusti, fuit extractus eburſa Cõmuni Leo. Ioannis Francisci de Guglielmis ꝑ exercendo officium Camerarij bladarum die 1. menses Septembris sequentis, & dedit fideiussores de exercendo eius officiũ, & restituendo, ac reddendo rationem sui officij secundum consuetudinem, & dispositionem reformationum, & illi de Inghiranis uolentes consignare certam quantitatem grani dicto Leoni, ipse repudiauit acceptare, quia erat humidum, & malè conditionatum, & similiter Antonius Guardauilla Camerarius præteritus uolens consignare granum, quod habebat de Cõmuni dicto Leoni, ipse noluit acceptare, quia erat molle, & humidum, ac brutum, & ob id fuerunt pluries ad Mag. Dom. Priores, & ad Mag. Dom. Capitaneum, & habitis pluribus præceptis pœnalibus finaliter fuit per Dom. Priores coram Cancellario Communis, & Mag. Dom. Capit. Luisio de Martellis conclusum, & dictum dicto Leoni, qualiter accipiat dictum granum, & teneat computum, quia uolunt quòd augumentum, & diminutio ualeat super Commune, & fecerunt ei præceptum quòd accipiat granum a Camerario præterito, cum illa mensura qua fuerat metitum, & mensuratum d. Camerario præterito, deinde dicti Mag. Dom. Priores fecerunt facere unam clauẽ de mense Septembris ad ostium granarij Communis, & penes se ipsos retinuerunt, & hinc ad duos menses fecerunt facere unum, uel duo ostia ad dictum granarium cũ tribus clauibus, & adiunxerunt ad curam, & custodiam dicti grani duos arruotos officiales, qui vnà cum officialibus bladorum, & homine dominorum priorum adessent, quando granum uenundari debuerat pauperibus & fecerunt consignare dictum granum officialibus, & arruotis cum alia mensura, & non cum illa quam ipse habuit, quibus factis, & adimpletis, & uendito dicto grano, fuit repertum deficere saccos uiginti septem grani prædicti de summa saccorum 1600. & plura fuerunt facta præcepta dicto Leoni per dict. Priores, quod dictum granum restituat sub pœnis, & cum protestatione ad maiorem ualutam, & cum dictus Leo repudiaret restitutionem hanc, fuit causa commissa per Magnif. Dom. nouem conseruatores ciuitatis Florentiæ ad Mag. Dom. Capitaneum ciuitatis Vollaterrarum, & dubitatum quid iuris.

Et secundum ea, quæ proponebantur, uidebatur concludendum, dictum Leonem teneri ad restitutionem dictorum saccorũ 27. grani pluribus de causis. Et primo, quia ipse Leo accepit officium Camerarij bladarum, & dedit fideiussores de omni eo, quod ad eius manus perueniet, & sic de restituendo omnem quãtitatem grani, quæ ad eius manus proueniet, sed ad eius manus prouenit summa saccorum grani *mille quattrocento venti in circa*, ideo totum illud debet restituere,

1 † quia pacta ex conuentione legem accipiunt. l. 1. §. si conuenerit. ff. deposi. l. 1.

2 C. de ope. lib. † & cõtractus a principio sunt uoluntarij, ex post facto necessarij. l. sicut. C. de actio. & obliga. glo. in princi. Insti. de

3 emptio. & uendit. † & quod semel placuit, amplius displicere non potest, regula, quod

4 semel. de reg. iur. in 6. Secundò, † quia extractus de uno officio secundum formam statuti, aut reformationis, uidetur secundum illam reformationem officium sumpsisse, & ad omnia contenta in dicta reformatione se obligasse cum omnibus qualitatis, & conditionibus illius: aliàs non diceretur habere locum reformatio, nec officialis electus secundum reformationem, si qualitates omnes non uerificarentur, adnotata per Iaco. de Are. & Cy. in l. 2. C. de proba. Bar in l. denuntiasse. §. quid tamen. ff. de adulter. Hyppol. sing. 187. Qualitas, & Pra. crimi. §. quoniam, nume. 52. uersicul. Nam quando aliquid profertur. Pet. Anchar. Regiens. quæstio. 9. nu. 5. & per Alexan. in consil. 172. num. 5. colum. 2. Dixi supra decisio. 11. num. 10. At in reformatione disponitur quòd debeat Camerarius ad omnem requisitionem dominorum Priorum ostendere granum, & si uiderint deficere, & non esse in granario ultra saccos octo, cõdemnetur in libris uigintiquinque, & sit obligatus, & adstrictus ad restituendum illud, quod

deficerit

defierit.cum igitur reperiatur deficere saccos 27.grani de grano granarij, dicendum est dictum Leonem Camerarium teneri ad
5 illud restituendum † quia ubi est casus legis, ibi nõ cadit quęstio iuris.l.ancilla.C.de
6 fur.& lex est seruanda, quãuis † dura, ut per
7 Crau.consi.4.nu.1.uol.1.Tertiò, † quia semel malus, semper pręsumitur malus in eodem genere mali, regula, Semel malus, ubi Dyn.de reg.iur.in 6.sed in casu isto apparet dictum Leonem insaccasse saccos 4. uel quinque grani causa asportandi sub colore dandi granum Reuerendo Michael Angelo, de quo fuit conuictus de mendacio, ergo præsumitur granum asportasse, & sic
8 accepisse, postquam reperitur mancum, † quia mutatio animi non præsumitur, c. maiores, & ibi per glo.de baptis. Bar.in l. non solum.§.si mandato. ff. de iniur. & Alexand. conf.113.nu.19.uol.6.Quartò, quia reperitur fuisse mensuratum granum, de quo agitur, dicto Leoni, uti Camerario Cõmunis, & de præsenti reperitur deficere,
9 † qua de re præsumitur subtractũ ab ipso Leone, adnotata per tex.in §.si tamen alienam, & ibi glo.& Are.sub nu.2.Instit.de rerum diuis.ubi pannus totus si non sit positus in ueste, præsumitur furatus a sartore, & tenetur ad restitutionem, ut per Plo.in leg.si quando, numer.750.uersi. quinquagesimosecundò, C.unde ui, facit quod dixi supra decis.26.numero 14. Quintò, quia d.Leo sconficcauit ostium granarij, & dedit canapum scholaribus, & habuit clauem a Ser Antonio Balduino dicti granarij, & eam restituere nolebat, & sic posuit ad eius libitum extrahere de dicto grano, ergo ab ipso subtractum, dicendum est, & ad restitutionem tenetur. ut dicit reformatio & colligitur ex supradictis. Sextò, quia remanserunt staria triginta grani in domo D. Enghirami, & non fuerunt conducta ad granarium Communis, & staria 5.uel.6.uẽdidit dictus Leo, ut deponit D. Enghiramus, ergo ad restitutionem obligatus cum æstimatione quantiplurimi. Septimò, quia
10 dictus † Leo uti Camerarius & administrator Communis tenetur reddere administrationem dicti grani, & si non reperitur in libro rationum posuisse dictum totũ granũ, præsumitur in eius utilitatem conuertisse, & dicitur prædo, & tenetur ad dãna & interesse, & potest contra eum iurati in litem, ut per Plot.in l.si quando, nu.194. item iurari, & nu.233.uersi.tutor. aut curator.C.unde vi. dixi latè in tract. de Tutore. nu.116. car.111.in 1. par. immo tenetur ad residuum in quadruplum, ut per Dec.cõsi. 255.Casus, de quo Bar.in l.1.C.de fur.pub. persec dixi in tractatu de Tutore num.116. car.111.Dec.cons.473.Quæritur in effectu. nu.9.& 10.Are.in §.fi.Inst de publ.iudic.& Bello.cons.31.nume. 13.& 14. Cum igitur in ratione reddenda appareat deficere granum, de quo agitur, tenetur ad restitutionem, & sequitur Ripa trac.de peste, nume. 154.uers.sed quęritur, & nu.250.& seq.car. 85.Iodoc.in trac.de Tuto.interes.c.1.num. 42.& seq car.130.Cor.cons.1.uol.1.Hier. Gabr.consi.26.car.37.& Calca.cons.93.car. 150. Octauo, quia Camerarii Communis tenentur ad restitutionem totius grani sibi consignati nulla diminutione considerata, ut alii fecerunt & restituerunt, ut dicit Ludouicus de Inghiramis, ergo & ipse
11 tenetur uti Camerarius. † nã quod solitum est, præsumitur conuentum. Bar. in l. nemo est, qui nesciat.ff. de duob. reis. Pantal. in repet.l.2.columna 54.C. de rescind. uenditione.

Quibus tamen non obstantibus, ut uerè non obstant, reuoluto mantello (ut utar uerbis glosæ in l.Papinianus. §. sed nec impuberis, ff.de inoffi. testamẽ.) dico intrepidè, dictum Leonem non fuisse, nec esse obligatum ad restitutionem dictorum saccorũ 27.grani petiti, nec adstringi ullo modo
12 debere ex infra dicendis. Et primo, † quia Camerarius, officialis, & administrator Communis, & uniuersitatis, in exercendo eorum officio tenentur solum de dolo, lata culpa, & leui, & non de leuissima culpa, neque de casu fortuito, & de uitio naturali, sicut administrator bonorum minoris, text. est in l.contractus.ff.de reg.iur.& ibi Dec.
13 & Cagnol. † Nam minor, Ecclesia, uniuersitas, & hospitale æquiparantur, & dispositum in uno, cẽsetur habere locum in alio, ita dicit Plot.in l.si quando.num.24. uersi. & ubi probaretur enormis læsio. C. unde ui.& nu.201. uersi. & quia Communitas, per tex.in l.respublica.ubi Doc.C. ex quib. caus. maio. & semper æquiparat Plo.in d.l. si quando. quando loquitur de tutoribus,

curatoribus, & administratoribus, & hoc
14 non habet contradictorem, † & quotiescũque quis facit illud, quod quilibet bonus paterfamilias fecisset in rebus suis administrandis, dicitur, liberatus a dolo, lata & leui culpa. l. pignus. C. de pign. actio. sentit Petrus de Vbald. de duob. fratrib. in 8. par. q. 3. nume. 4. uersi. tertiò quæro erat contractus societatis, & Barto. in l. tutor. §. non est. ff. de administ. tut. & Plot. in d. l. si quando, numer. 229. uersi. tenetur tutor, cum simil. & Deci. consi. 473. queritur in effectu. numer. 7. & 8. tetigi in tracta. de tutore. nume. 114. car. 110. & nume. 319. car. 304. Laur. de Pinu, consil. 74. numer. 22. Bald. consil. 163. numer. 3. uolum. 5. At in casu isto iste Leo nedũ fecit illud, quod fecisset quilibet bonus paterfamilias, sed etiam plus ultra, quia uidens granum Ludouici de Inghiramis, & Antonij de Guardauilis molle & humidũ exclamauit, & repudiauit consignationem ex eo, quia in præiudicium ipsius, & Communitatis redundaret talis receptatio, & hoc non obstante fuit factum sibi præceptũ pœnale, quòd receptaret dictum granum, ut ex attestationibus omnibus hoc apparet: ergo eam diligentiam adhibuit, quam adhibere potuit patefaciendo damnum Cõmunitatis, unde neque leuissima, neque leuis, neque lata, neque dolus ascribi sibi potest ullo modo per supradicta, & per Bald.
15 in l. quæ fortuitis. C. de pigno. actio. † ubi etiam declarat, quid sit dolus, lata, leuis, & leuissima culpa, & casus fortuitus, & de uitio naturali etiam tradit idem Bal. in l. 1. C. de fru. & lit. expen. & Cagno. in d. l. contractus. num. 114. 115. & seq. ff. de reg. iur. Bald. in l. quę fortuitis. C. pignora. actio. & infra, num. 23. Secundò, quia dictus Leo non fuit custos dicti grani, nec custodiam accepit, neque consignationem proprio nomine, licèt Notarij scripserint qualiter fictuarij, & Antonius de Guardauillis mensurauerunt eorum granum dicto Leoni, quia sibi pro Communitate mensurarunt, uti fictuarij
16 Cõmunitatis, † & ille dicitur recipere, cuius nomine recipitur: sicut ille dicitur possidere, cuius nomine possidetur; & qui per alium facit, per se ipsum facere uidetur. l. quod meo, & no. Bar. in l. interdum, in prin. & ibi Alexand. ff. de acquir. possess. & uidetur tex. in §. possidere autem. Instit. de interdi. & quamuis Camerarijs antecessoribus esset data cura, & custodia dicti grani, tamen dicto Leoni non fuit, ut alijs Camerarijs concessa, sed sublata, quia fuit facta alia clauis per Dominos Priores ostio granarij antequàm d. Leoni fictuarij, & Antonio Guardauillæ mensurarent granum in horreo communis, & commissum, quod illa clauis restaret semper penes D. Priores, & quod per famulũ, & donzellum palazij asportaretur, quando granum esset dandum officialibus, & arruotis pro uendendo pauperibus, & sic quod semper adessent donzellus cum claue Communis, officialis, & arruotus, ac mensurator, quo fit, quòd cura possessio, & custodia nõ trãsiuit in Leonem, & consequenter de
17 dolo, lata, ac leui culpa teneri posse, † quia quando quis non potest solus de re disponere, claues non tradunt ueram possessionem, & custodiam, ut consuluit Oldrad. consil. 209. & apostilla ad Practi. Papien. in form. libel. in actio. reali. in glo. iure dominij, sub
18 lit. I. car. mihi 23. † & uidemus quod si scholaris dat ualisiam cauponi sigillatam, & ponat eam in camera, & clauem consignat scholari, si deinde ualisia sit aperta, non tenetur caupo ad restitutionem earum ablatarum: Nam per clauem non retentam, & cõsignatam scholari fuit liberatus a cura, custodia, & a culpa, ut per Docto. in leg. in actionibus, ubi Ias. colum. penult. uersi. tertiò limita. ff. de in litem iuran. & Plot. in d. l. si quando. num. 406. uersic. fallit ulterius.
19 C. unde ui, ubi alios allegat. Tertiò, † quia administrator culpa uacat, si se gessit in administratione secundum morem, & consuetudinem aliorum, ut dicit Benuenut. Strac. in tracta. de Mercatu. numero octauo, & nono. car. 157. Ias. in l. certi condictio. in 3. nota. ff. si cer. petat. Crauet. tracta. de antiqui. tempo. par. 1. sectione, quarto limitatur, numer. 28. car. mihi 70. At in casu isto dicto Leo se gessit nedum, ut alij Camerarij, sed etiam magis fuit diligens, quia nullam grani quantitatem confessus fuit, & recipere repudiauit granum humidum, & non mercantile, ut ex actis apparet, ergo culpa uacare dicitur, & consequenter ad nihilũ teneri, ut sentit in furto facto Camerario. Deci. consil. 473. quæritur in effectu, & facit Sebastia. Vanti. de nullita. ex defe. citatio. nume. 75. Quartò, quia iste Leo non potuit

tuit

fuit ingredi granarium ullo unquam tempore sine clauibus, & donzello Dominorũ Priorum, & officialium cum uno officiali, & arruoto, ac mensuratore, ut apparet ex attestationibus tam ad instantiam Commu
20 nitatis, quàm dicti Leonis, † quo fit quòd quotiescunque unus officialis, & administrator non potest administrare, & exercere eius officium sine clauibus, & præsentia aliarum personarum, si administrauit cum dictis clauibus, & personis non tenetur ad damna, & interesse, nec ad aliquid, nec potest contra eum iurari in litem, secus si administraret sine clauibus, & personis, adnotata pulchrè per Plot. in l. si quando. nume. 493. versic. unde si unus ex cohæredibus. C. unde ui. & Dec. consil. 473. quæritur in effectu. nume. 7. & seq. Nicola. Festasi. in tracta. de æstimo, & collect. in 3. par. cap. 1. numer. 71. car. 45. Quintò, quia apparet ex introitibus librorum Camerariorum antecessoris, & successoris, dictum Leonem nomine Communitatis recepisse a fictuarijs Communitatis, & ab Antonio de Guardauilla in totum saccos 1500. grani humidi, mollis, & bruti, & cum mensura Ioannis Lusarij subtilis mensuratoris, & cum stario, deinde restituisse officialibus, & arruotis *per forza de commandamenti*, sine eodem mẽsuratore, & cum eodem stario, & sic cum alijs mẽsuratoribus nõ ita praticis, & nõ cũ medio stario, pro ut fuit, & est consuetum alijs Camerarijs in restitutione mensurare cum medio stario, ut dicunt testes, & dominatio uestra potest se informare a Camerarijs antiquis, & apparet per testes peritos granum siccum in recollectis positum in granarijs mancare 2. *&* 3. *per cento*, *& quando è humido* 4. *&* 5. *& così più quando è molle*, *& in mensuratione dallo Staio*, *al mezzo Staio*, *mancare* 2. *& più per cento*, *& da un misuratore a un'altro*, *& massime dal detto Giouan Lusario a un'altroi mancare* 2. *&* 3. *per cento*, *per essere sì sottile misuratore*, *che non ue n'è un'altro*, ut dicunt testes, quibus sic consideratis, & calculo facto apparet, quòd nedum possunt deficere sacci uiginti septem in saccis 1500. sed etiam quàm plures, ut experientia docet, & iste defectus, & calo, est defectus naturalis, præcipuè *quello del mezzo Staio*, *& del grano de suoi granai*, *& quello del mi-*
21 *suratore*, est leuissima culpa, † quia præuideri poterat, sed ignorabat, ut patet sensui, & notat Cagnol. in d. l. contractus. num. 59. & sequen. uersic. quintus casus. ff. de reg. iur. & Bald. in d. l. quæ fortuitis. C. de pigno. actio. & Bartol. in l. quod Nerua. ff. deposi. & Curt. iunio. consil. 250. uolum. 3. & certum
22 est, † quòd administrator Communis, quando habet liberam administrationem, non tenetur de leuissima culpa, neque de uitio naturali, adnotata per Deci. in d. l. contractus, nume. 29. uersic. & ex prædictis infertur, cum eodem modo defecisset, & mancasset dictum granum penes Communitatem, & sic dominum grani, quo casu administrator non tenetur, l. si plures. ff. deposi. l. si uehenda. ad leg. Rhodi. de iac. & d. l. quæ fortuitis. C. de pignor. act. & ibi Bald. & idẽ Bald. in l. prima. C. de fructib. & lit. expens.
23 Hinc est, † quòd accipiens ad socidam boues, & uaccas cum æstimatione, si morte naturali moriuntur, non tenetur socius accipiens ad medietatem damni, quia eodem modo perituræ essent penes dominum. ita decidit Petr. de Vbald. in tract. de duob. fratri. in quinta parte, quæstione 24. sub numero 27. columna duodecima, uersi. secus, si moriantur morte naturali. car. mihi 52. & in 8. par. quæstio. 19. numero 20. car. 89. & decidit Dom. Pileus, antiquus glosator, in quæstio. 104. incip. Cum prouinciali cui-
24 dam, † quod emptor, qui emit Mulam bona fide alienam, si a domino conueniatur, & lite durante moriatur morte naturali, non tenetur ad æstimationem dictæ Mulæ, quia eodem modo perijsset penes ipsum dominum, per text. in argumen. l. si a bonæfi. ff. de rei uendic. & l. illud. ff. de
25 petit. hęredi. † & in conductore roncini ex uiuolis, morte subitana, & peste loquitur Hippoli. Bonacos. in suo tracta. equorum, quæstio. 5. incip. ueterinarius, & quæstio. 94. si conductor roncini, & Cagnol. in d. l. contractus, numer. 62. & sequent. & nume. 71. uersi. postremò infertur. ff. de regul. iur. & ibi Deci. numer. 42. Lancellot. Conrad. de offic. prætor. §. tertiò, titul. de furibus. numero uigesimotertio, car. 369. facit text. in §. item is, cui. circa medium, Institut. quibus mod. re cõtrahi. obligat. & uide Didac. in cap. peccatum. §. sexto, numero primo, de reg. iur. in 6. Sexto, quia dicto Leo ullo modo nolebat recipere dictum gra-

num a dicto Ludouico, & Antonio, & ob id fuerunt pluries, ac pluries coram Magnificis Dom. Prioribus, & Capitaneo ciuitatis Vulterræ, & Cancellario, & finaliter coram eodem Capitaneo, & Cancellario fuit commissum per Magnificos Dom. Priores, & Collegium dicto Leoni, ut dictum granum acciperet, & computum teneret, quia uolebant quod augumentum, & diminutio spectaret ad Communitatem, & non ad ipsum Leonem, & propterea fecerunt unam clauem, & deinde duo ostia cum tribus clauibus pro ostio, & penes eorum tres retinebant claues, & adiunxerunt duos arruotos propter ordinem, & consuetudinem antiquam, & iusserunt quod officiales, & arruoti haberent cura, ne dictus Leo disponeret de dicto grano sine interuentu dictorum officialium, & arruotorum, ac donzelli, cum eorum clauibus, & de mandato dictorum Dominorum Priorum, quod nunquã fuit consuetum alijs Camerarijs, ut apparet ex processu, & hoc fecerunt, quia incrementum, & diminutionem acceperunt super seipsos, ut dicit Magnificus Dominus Capitaneus, & Benedictus Manutius unus de Collegio, & colligitur ex tot diligẽtijs adhibitis per Dom. Priores, & uidentur dicere testes, quo pacto, & promissione facta clara succedit conclusio, quod dictus Leo remanet liberatus ab omni periculo præterquàm a periculo, & mancamento eius culpa, & facto oriundo. Nam uerba ligant ho-
26 mines taurorum cornua funes, † & ex cõuentione partium legem accipimus, & pacta rumpunt leges, uulgatis iuribus, & non licet a conuentione recedere altera parte non consentiente, ut dicit glo. 1. prin. Insti. de empt. & uend. & tale pactum & promissio ualuit. c. fi. de pact. in 6. ubi optima assignatur ratio per Pontificem, quæ est, quia non debent fratres per suos actus aliquem decipere, & sequitur Roland a Valle, consi. 15. numero 45. & seq. uersi. tertiò corroboratur, uolu. 1. Si ergo hoc mancamentũ grani non euenit culpa, & defectu ipsius Leonis, ut supra fuit ostensum, quomodo Communitas potest uenire contra dictum Leonem, & eius conuentionem? Minime, nequaquam adnotata per Tiraq. de retrac. lignag. §. 1. glo. 2. num. 7. & seq. & § 26. glo. secunda, numero 7. & 8. Nicola. Festasi. in tract. de æstimo & collect. in 3. par. nu. 71. car. 45. & inseruit bene consilium Io. de Amic. consi. 152. columna 13. uersic. insuper
27 non potest, † quia conuentio non debet claudicare. l. cum quæritur. ff. de administ. tuto. l. nam absurdum. ff. de bonis liber. & per Tiraq. de retract. conuen. ad finem tituli. numero 4 uersi. huc quoque. immo di-
28 cuntur peccare: † nam qui non obseruat promissa, incidit in peccatum, Rimi. sen. cõsi. 525. numero primo. uolum. 3. Mathesila. sing. 23. num. 2. Bar. in l. omnes populi. nume. 24. ff. de iusti. & iure. sicut ille, qui scit aliquid debere & tenere, & non restituit, nec soluit, ut etiam tradit Balb. de præscr. in 2. par. 3. par. q. 13. car. 63. & in 3. par. q. 3. car. 93.

Non obstant modò allegata in contrarium, quia non procedunt in casu isto, sed ualde diuerso: & primò nõ obstat quod dictus Leo acceperit officium Camerarij bladorum, & dederit fideiussorem de remittendo, quod deficiet: Nam illa uerba non sunt ita simpliciter intelligenda, sed recipiunt
29 interpretationem a iure communi, † quia statutum, & reformatio intelligitur secundum ius commune, & recipit ampliationes a iure communi traditas, ut per Dec. in consi. 356. uersi. non obstat quod statutũ, Pau. de Cast. in l. fi. C. ubi in rem actio. Alexan. in l. dies cautioni. §. prætor ait, nu. 12. ff. de damna. infe. Ias. in l. tres fratres. nu. 3. ff. de pact. & in l. scimus. §. in computa. nume. 13. C. de iure delib. Federic. de Senis consil. 1. columna 3. uersi. statutum enim loquens. consilio 80 columna 2. car. 31. latè Ioan. Saison in consuetud. Turon. tit. de Tutor. artic. 1. col. 2. & 3. car. 148. dixi supra decis. 2. nu. 9. & 10 Ne quis indebitè damnum patiatur, ut esset in casu isto, si ad corticem intelligeremus uerba dictæ reformationis, quo casu etiam si esset correctoria iuris cõmunis (ut non est,) reciperet prædictas ampliationes, & limitationes, ut consuluit Io. de Amic. consi. 11. incip. consuetudo. Apostilla ad Mathesila. sing. 193. nume. 6. Phanuci. de lucr. dot. glo. 5. nume. 37 car. mihi 255. & est communis opinio, ut per Pau. de Cast. in consilio 249. statutum Paduæ, sub numero 3. uolum. secundo, & est bona Apostilla ad Bar. in d. §. in computatione, sub nu. 8. non obstan. adduct. per Abb. in c.

cum

cum dilectus, numero quinto, de cleri. non residen. Rimi. iun. consi. 27. numero 64. uolum. primo. & Cur. iun. consilio 207. numero 23. uolum. tertio. & uide Corne. consilio 437. columna 3. uolu. secũdo. & dixi supra, decisio. 2. numero 9. & 10. Ne ergo d. Leo indebitè damnum patiatur, intelligẽda est dicta reformatio, ꝙ d. Leo Camerarius sit obligatus præstare fideiussores de omni eo, quod ad eius manus peruenerit, hoc est quod bonum reddet computum de omni eo, quod ad eius manus perueniet, & de restituendo omne id, quod eius culpa, & defectu deficiet, quia ad hoc de iure communi est obligatus, & non de eo, quod absque
30 dolo, culpa lata, & leui sua deficiet, † cum ad id non tenetur, ut per Docto. in d. l. contractus, & per ea quæ supra dixi in primo, & quinto fundamento ad fauorem dicti Leonis aliàs indebitè damnum pateretur, quod non est dicendum per supradicta, & colligitur etiam ex narratione dictæ reformationis, ubi arctat dictum Camerarium ad reddendum rationem eius officij, & hoc non habet dubium apud me, & multum facit consilium Io. de Amic. d. consi. 152. colũ. 13. uers. insuper non potest.

Secundò nõ obstat secundum fundamẽtũ, quia resolutum remanet per ea, q̃ ꝓximè dixi in præcedenti responsione, nam uerba dictę reformationis in illis uerbis, (*sia tenuto il Camerlingo del Biado, & cosi gli officiali ogni uolta che li Sig. Priori, uorrãno fare misurare il grano, o biade della Communità per uedere se sarà tutto ne granai della Communità, concedere le chiaui a loro Sig. sotto pena di lire 25. qualunque di loro non le darà, & possino detti offitiali, & Camerlingo stare presenti, o deputare uno per loro, quando dette biade, o grano si misurano, & trouando d. Signori Priori mancare di detto grano, o biade oltre sacca otto possino, & debbino per loro partito condennare il d. Camerlingo del biado per ogni uolta faranno detta ricerca in lire 25. & pagare il premio della misuratura di d. grano, & biade, & a rimettere subito in sudetti granai quello mãcherà sotto pena de lire 50. ogni giorno, che d. grano & biade non harãno rimesso*) debẽt intelligi de necessitate de illo grano, quod non fuisset per Camerarium positum in granarium, & confessum fuisset: nam paulo superius prohibet uehementer huiusmodi confessionem, & etiam de illo grano, quod per dictum Camerarium fuisset uersum in alios usus, quàm Cõmunitatis, quia ibi reformatores expresè intendunt granum deficere culpa ipsius Camerarij, quia nõ fuit portatũ in granario, uel de illo subtractum, & quando per D. Priores hoc inueniretur in mensuratione dicti grani, si ergo granum fuerit totum positum in granario, & non confessatum, nec subtractum a Camerario, nec repertum mancum in mensuratione a Dominis Prioribus, nulli dubium est quòd est satisfactum uoluntati, & menti reformatorum, & quòd non ha-
31 bet locum amplius reformatio, † quia utens aliquo statuto aut reformatione debet probare qualitates statuti, & reformationis adfuisse tempore contrauentionis, aliàs non dicitur habere locum dictum statutũ, nec reformatio, ut dicit Iac. de Aret. & Cyn. in l. 2. C. de proba. Deci. in c. dilecti. nume. 14. & ibi bona Apostilla, de appellat. & in consil. 37. in 4. colu. & Plot. in l. si quando. nume. 355. uersic. pro ista opinione facit C. unde ui, dixi supra decisio. 11. & 13. & facit Purpura. consil. 496. nume. 19. uolum. 2. at in casu nostro totum granum fuit positum, & mensuratum in granario, & nõ subtractum a dicto Camerario, nec subtrahi potuisset per claues, & personas præsentes, ut supra demonstraui, nec repertum mãcum per Dom. Priores, ergo nullus dolus, nulla culpa, lata, & leuis ascribi potest ipsi Leoni, & consequenter uerba d. reformationis non habere locum, & tanto magis, cum iste Leo non sit Camerarius bladorũ, ut loquitur reformatio, quia non habuit curam, neque libertatem ingrediendi, & custodiendi granarium, & granum, prout alij Camerarij facere consueuerant, quo etiam casu non potest dici esse Camerariũ secundum dictam reformationem, quia qualitates omnes in dicta reformatione continentes non fuerunt concessæ dicto Leoni, ergo non uenit compræhensus, adnotata per Plot. in d. l. si quando, nume. 35. uersic. & donatio, uel pactum, & nume. 345. uersic. Imò quod notandum est, C. unde ui, & dixi supra in d. decisio. 11. Non obstat ter-
32 tiò, tertium fundamentum, † quia regula illa, quod semel malus, &c. non habet locũ, quotiescunque contrarium probatur, ut dicit Dyn.

cit Dy.in d.regula,semel malus, in fine,&
ibi apostilla, i uerbo,adde an semel malus,
facit Roland.consilio 87.uolum.4. Nã præ-
sumptio cedit ueritati, & plus non opera-
tur quàm ueritas, ut per Dec. consil.400.
numero 8. Crauet.consilio 35. numero 6.
Afflict.decisio.44.numero 9.& seq. & Ro-
land.a Valle consilio 99.numero 10.& seq.
uolum.primo.at in casu nostro apparet,q
dictos saccos quatuor, uel quinque grani
insaccari d.Leo reposuit in montibus gra-
ni,ut fatentur ipsi Dom.Priores, & dicunt
testes,ergo,&c.& etiam quia non erat ma-
lum insaccare dictum granũ pro eius usu,
cum nõ excederet quantitatem saccorum
octo grani,& uirtute reformationis usque
ad saccos octo durante eius officio non po
terat molestari ibi in illis uerbis, *& trouan-
do mancare di d.grano, o biade oltre sacca otto,
possino,&c.* ergo a contrario uoluerunt q
usque ad summam saccorum octo nõ pos-
sint Camerarium molestare, durante eius
officio, quia d.uerba nihil operãtur in sen-
33 su directo, † nam idem de iure communi
disponitur, quod tenetur ad damna, & ad
restitutionem mancamenti,ut per Plot.in
d.l.si quando, numero 750. & seq. uersicu.
quinquagesimosecundo,C.unde ui,& dixi
supra in septimo fundamento contra Leo-
34 nem, †& quando uerba statuti,& reforma
tionis in sensu directo nihil operantur,
tunc sumitur argumentum a contrario sen
su,etiam quod derogaret iuri communi,
ut per Bal.in l.conuenticulam.C.de episco.
& cleri.& per Crauet.in consi.201. nume-
ro 12.uolum.2.& Capici.decisio.21. in cau
sa læsæ,numero 3. Anch.consilio 213. De-
ci. consilio 484.numero 10. & dixi latè in
meo tract.tit.de tutore,numero 91.car.78.
& de usufru. numero 126. car.532. si ergo
poterat insaccare usque ad summam sac-
corum octo grani, non poterat dici malus
homo,imò malè fecerunt Dom.Priores,&
Cancellarius non concedendo, & etiam
quia apparet q dictum granum erat obli-
gatum d.Reuerendo Michael Angelo, ut
dicit fides Dom.Enghirami, & approba-
tio dicti præsbiteri, quia dicit quod hoc
fuit de mense Octobris in principio, & so-
lutio grani fuit facta d.præsbitero Michael
Angelo de mẽse Decembris, uel Ianuarii,
ut apparet per apocam,ergo dictum testiũ
fuit nullum,& non uerum: & dato quod es
set uerum, tamen non releuat, quia satis
est quod granum fuit repositum in grana-
rio in montibus grani,& sic mutata fuit uo
luntas, quia non punitur affectus, nisi se-
quatur effectus, nisi in casibus exceptis,
Bald.& Docto. in l.vtrum. ff.ad leg.Iul.de
parricid. Quartò non obstat quod granum
præsumitur subtractum a d.Leone postea-
quam ei consignatum,& mensuratum fue
rit,& ideo tenetur ad restitutionem, quia
aduertendum est q fuit isto casu mensura-
tum dicto Leoni Camerario de mandato
Dominorum Priorum, qui recepit nomi-
ne eorum secundum conuentionem, & in
granario, & ad præsentiam donzelli, offi-
cialis, & arruoti, ac mensuratoris,& cum
clauibus Dominorum Priorum,& officia-
lium,& postea non remansit ae eius curã,
& posse; cum ad eius libitum non poterat
ire ad dictum granarium sine alijs clauibus
& personis,quo casu eliditur supradicta p-
sumptio, quia ibi sartor postquam accepit
in eius potestate pannum, & non reperia-
tur in ueste, si non docet mancamentum,
præsumitur ab eo furatum, quia alia non
potest oriri præsumptio,sed in casu nostro
diuersa apparet ratio, & custodia, & alia
præsumptio quod non potest ab ipso surri-
pi,quin uideatur a tot personis,quibus nõ
uisis,contraria resultat præsumptio, quòd
ab ipso non præsumitur subtractum, atten
to etiam q mancamentum apparet ortum
ex defectu ipsius grani mollis, humidi, &
bruti,ac ex defectu mensuratoris,& medij
35 starij,igitur,&c. † Nam una præsumptio
tollit alteram, & maior minorem, & plu-
res uincunt unam.Alex.consi.88.nu.7.uol.
7.& Io.de Amic.consi.128.& Hippo.Pract.
crimi.§.diligenter.numero 19.& sequen.
36 † & administrator, qui bonam reddit ra-
tionem administrationis suæ, non præsu-
mitur lucrari ex bonis domini, & sufficit
q diligenter reddantur rationes arbitrio
boni uiri,ut consuluit Dec.in cons.6.& di-
ligenter pro tenui,numero 1.ubi consuluit
satis ad propositum,Ripa, de peste, nume-
ro 239.& seq.car.84.& faciunt,quæ dixi in
tract.de tutore,numero 223.car.210. in 1.
par.Rom.consi.346.nu.16.17.Corne.cons.
103. lit.G. uolu.1.Menoch.consi.80.lib.1.
Laur.Silua.cons.86.lib.2.car.91. Burs.con-
silio

filio 209.nu.24.uol.2.Rimi.sen.consil.751. numero 17.& seq.uolu.4.ubi loquuntur in tutore,& socio, & alio negotiorum gestore effecto diuite. Nec obstat quintum fundamentum,quia si dictus Leo sconficcauit, & aperuit dictum ostium, apparet etiam sconficcasse ad præsentiam Bastiani de Passetis unus ex officialibus, & donzello,& ꝓ causa iusta,& necessaria,hoc est causa dandi granum Dominis Prioribus,& etiam de mandato Dominorum Priorum, ut daret canapum scholaribus,ut ex præcepto Do. Enghirami apparet, & ita etiam est intelligendum, cum omnes testes tam pro parte Communitatis,quàm dicti Leonis, fateantur ipsum Leonem non potuisse ire in dicto granario solum,& sine donzello, officialibus,& arruotis,ac clauibus Dominorum Priorum,& officialium quo casu,ut dicta testium concordentur, ita sunt intelli-
37 genda prædicta uerba: † nam dicta testium sunt benignè interpretanda, & reducenda ad concordiam, ne contineant contradictionem,ut dicit Ias.in l.2.§.creditum. ff.si cer.pet.Fely.in c.cum tu.de re iudica.& per Egid.Bossi. Pract.crim. de opposi.testi. nume.... & seq.uers.non est tamen omittendum,& Hippo. consi.2. numero 1. uolu.1. & Dec.in c.causam,quæ.de rescrip.in c.tertio loco. nu.9.de proba.in consi.242.nu.5. in consi.295.& latè Crauet.consil.6.nu.66. & consi.198.num.5.uol.1.& ita etiam sunt intelligenda uerba ser Antonij de Bladinetis,quando dicit ꝙ dedit clauem d. Leoni, & ꝙ eam retinuit,quia sunt intelligenda, ꝙ dedit d. Leoni petenti mediante donzello, & Bastiano de Passetis officiale, ut ipse paulo supra,& infra se declarat,dicendo, *che non è mai andato,ne potuto andare in d. granaio senza la chiaue de Priori,& del loro tauolacino*,quod corroboratur per dictum dicti Bastiani in examinationibus factis ad perpetuam memoriam, ubi dicit, *che andò con d. Leone piu uolte a domandar la chiaue al d. ser Anto. Proposto per mettere su la fenestra,che era caduta, & mai la uolse dare, & alla fine la dette doppo alquanti giorni con il tauolacino*,& licèt in secundo testificatu uideatur dicere d.ser. Ant.*mai hauer uoluto dare detta chiaue*,& nihil aliud subiungat, hoc non importat, nec dicitur se contradicere, sed quòd nunquam uoluit illam dare illis temporibus, sed bene post aliquot dies, adnotata per Barto. in l.de ætate, numero septimo, &
38 undecimo.ff.de minoribus. † ubi dicit, ꝙ testis, qui dicit aliquid scire, & postea alio in loco dicat se nihil scire, non dicitur contrarius, sed debet intelligi se nihil scire præterquàm quod supra deposuit, attento maximè quòd donzellus, & omnes alij testes affirmant, dictum Leonem nunquã iuisse, neque ire potuisse sine dicta claue, & donzello,officiale, & arruoto,& etiam, quia apparet mancamentum unde proficiscitur, hoc est a seuissima culpa, & uitio naturali ante uiso a dicto Leone,& demõstrato dictis Domin.Prioribus, qui noluerũt prouidere, ergo sibi ipsis imputati debet, ut in proposito notat Io. de Amic.d.
39 consi.152. colu. 13.in fi. † quia damnum, quod quis sua culpa sentit,sibi,& non alteri imputet.regula,damnum,de reg. iur. in
40 6. † & cum dictus Leo non potuit prohibere hoc damnum, culpa dicitur carere.l. culpa caret.ff.de reg.iur.& ibi Dec.Purpura.consi.428. num.70. uol.2. & sentit Pau. de Cast. in consilio 422. quia scio. colu. 2. in antiquis qui loquitur in Communitate,quæ non prohibuit maleficium nactum
41 inter ciues, † & quando testes rei concludunt dictum Leonem non habuisse,nec retinuisse dictam clauem,uel saltem habere, nec retinere potuisse,& adiuuetur alijs præsumptionibus,quia d.Ser Anto.erat uexillifer,& fecisset præcepta fulminata si habuisset,& restituere noluisset,& quia nunquam dabat dictam clauem nisi donzello, qui non dabat Camerario, sed ipse aperiebat ostium & postea reportabat Dominis Prioribus, tunc dicta testium actoris & accusatoris,non sunt attendenda,ut optimè declarat Crau. in consilio 6. numero 66. & seq. uersic.testes autem accusatoris, & etiã quia non poterat cum illa claue introire granarium; nam necesse erat habere aliam clauem officialium, & arruotorum, qui erant deputati ad custodiam dicti granarij una cum d. Leone & tauolacino, & habebant suam clauem, igitur &c. Minus obstat sextum fundamentum, quia apparet granum remansum in domo Domini Enghirami fuisse remansum culpa,& defectu agentis d.D. Enghirami,qui noluit ita re tantum in granario, quòd portare-
tur,

tur, quia nox superuenit, & etiam apparet postea die sabbati fuisse totum portatum in tinello officialium bladarum pro uendẽdo pauperibus, & in uesperi residuum non uenditum fuisse portatum in granario Cõ
42 munitatis, ut dicunt portatores, † & mensurator, qui in hoc faciunt plenam fidem, cum exerceant officium portatoris, adnotata pulchrè per Pract. Pap. in for. lib. opposi. contra test. in glo. in facto proprio, nume. 5. Egid. Bossi. Pract. crimi. titu. de opposi. contra testes, numer. 57. & Lancellot. Conrad. tracta. de officio prætor. in Rubrica de testibus, num. 47. in fi. car. mihi 93. quod est notandum Florentiæ pro Zanaiolis, Pisis pro Fachinis, Lombardiæ prò Brẽtatoribus, & portatoribus vini, & rerum, & Prosper Passer. consil. 182. numer. 10. licèt in hoc contrarium uoluerit Angel. de Gambilio. in cõsil. 129. car. 490. & malè per supradicta, & sic apparet dictam apocham, & fidem non esse ueram, & nunquam uerificari posse, attento quòd non dicit, quibus fuit uenditum d. granum, & quis mensurauit, & quo tempore, etiam quia dicit quòd hoc fuit de mense Octobris in principio, & apparet quod illud granum fuit totum mẽsuratum eo tempore in granaria Communis, & non remansit *pure uno staio de grano* in domo d. Dom. Enghirami, sed illi sacci decem, de quibus habetur sermo, fuerunt remansi in domo dicti Dom. Enghirami de mense Decembris, quo tempore soluit residuũ grani pro Ludouico eius fratre uero fictuario Communitatis, & ad hoc multum debet iusdicens animaduertere, ne accipiatur unum tempus pro alio, ut de illis decem saccis grani possit haberi recta ratio, nam solum sacci decem grani toto illo anno remanserunt in domo d. Dom. Enghirami, & una uice, & non duabus uicibus, sicut etiam de solis decem saccis disputatur, si igitur redditur bonum computum de illis, & quod non fuerunt uenditi per Leonem, apparebit fidem non ueram, an autem sint consignati officialibus bladarum in tinello legantur testes, & apparebit de portatoribus, de officialibus & mensuratore, & complemento.
43 † Et iudex debet iuxta posse ueritatem inuestigare, & defendere, cum eam cognoscit esse pro una parte ex actis, l. fi. ff. de proba. l. si cum. §. 1. ff. si quis cautio. & l. 2. C. de edẽ. Parisi. consi. 54. num. 19. & 24. uolu. 1. quia debet habere salem scientiæ, & conscientiæ, alias eius mens est diabolica, & insipida, ut dicit Barb. in c. quoniam. §. in aliis, vt li. non conte. & sequitur Sylua Nupt. lib. 5. titu. quomo. iudic. in dubio. num. 90. uersi. debet enim iudex, car. mihi 532. ubi etiã nume. 92. dicit, ꝙ ueritas, & æquitas sunt duo lapides angulares, quos debet seruare iudex, & plura accumulat D. Henniag. in sua pract. ciuili, in princi. Ad septimum respondetur, quòd dictus Leo non negat, se teneri ad reddendam rationem eius administrationis, immo se obtulit paratum eam reddere, ut obligatus, & bonus uir, & dare libros, & rationes, ut apparet in responsione ad præceptum sibi factum per D. Priores, sed bene negat habuisse dictum granum mancum, & teneri ad restitutionem, nec ad aliquam pœnam, quia mancamentum non euenit eius culpa, & defectu ut apparet, & quia sic cessat præsumptio, ut supra sępius docui, quo casu cessant allegata in d. septimo fundamẽto, quia cessante causa, cessat effectus; & destructo fundamento, corruit ædificium. l. nam origo. ff. quod vi, aut clam: cum igitur mancamentum dicti grani euenerit culpa leuissima,
44 & uitio naturali, ad illud nõ tenet̃, † imò nec de dolo, lata, ac leui culpa tenetur isto casu dictus Leo, quia ista culpa ascribi deberet Cancellario, & Dominis Prioribus, qui noluerũt prouidere, & prohibere cũ potuerint, & non dicto Leoni, qui uti diligens, & amator suæ Communitatis præuidit hęc oĩa, & palam fecit Dominis Prioribus, Mag. D. Capitaneo ac Cãcellario Cõmunitatis, qua de re fuit, & ẽ liberatus ab omni culpa, d. l. culpa nõ caret, & ibi Dec. ff. de reg. iu. & per Doct. in d. l. contractus. ff. eo. cum alijs similibus supra allegatis, & maximè per Ioã. de Amic. d. consi. 152. col. 13. in fi. Nec etiam obstat octauum, & sic ultimum fundamẽtum, ad laudẽ Dei, quia negatur, Camerarios teneri ad restitutionẽ totius grani absq; diminutione naturali vitio & casu fortuito nacta, & Ludouicus in hoc nullam facit fidẽ, quia est unicus, & nullã bonã reddit rõnem sciẽtiæ, nam non probat hoc esse, quod ex hoc contingit abesse, attẽto ꝙ non fuit p̃sens, quãdo Camerarij restituerunt granum Communitatis,

& etiam

& etiam quia non receperunt granum humidum & brutum, ut dictus Leo, & restituerunt cum mensuratore practico, & cum medio stario, & quia confitebantur dictū granum, & postea quando Communitas uolebat uendere in fine anni d. granum, tunc dicti fictuarij, ut plurimum mensurabant granum siccum, & smaltitum Camerarijs, quibus de causis non poterat mancare, & sic deficere, & etiam quia non iuuat dicere, alij Camerarij restituebant totum granum sine diminutione, ergo & dictus Leo tenetur restituere. primò, quia communitas non habet hoc priuilegium,
45 sicut non habet minor, & Ecclesia, † At minor, & Ecclesia non possunt ire contra eorum administratores legitimos ob mancamentum grani propter casum fortuitū, & uitium naturale ac leuissimam culpam per tex. in d. l. contractus. ff. de regul. iur. & Natta in consilio 131. uolum. primo. & dixit in tract. de tutore, numero 114. car. 109. in prima parte. ergo nec Communitas, ut ét demonstraui supra in primo fundamento
46 facto ad fauorem Leonis. Secundò, † quia Camerarij propter aliquod commodum fortasse donauerunt Communitati illud mancamentum, quod donare non intēdit dictus Leo, & ideo non potest dici teneri ad restitutionem sine diminutione, adnotata pulchrè per Crauet. consilio 171. numero 14. & consilio 197. sub numero 12. & seq. & faciunt adducta per Alex. in consilio 45. uisis, sub numero secundo. uersicu. non probat étiam alia ratione. uolum. 2. Bello. consilio primo. numero 17. & consilio 8. numero 13. & seq. uersicu. ad tertiam, cum similib. Tertiò, quia dictus Leo non fuit, nec est Camerarius bladorum, ut alij fuerunt, quia non potuit ad eius libitum custodire dictum granum, & quia conuenit cum Communitate de augumento, & mancamento, & ubi est casus legis, ibi non cadit quæstio iuris. l. ancillę. C. de furt. Et ideo nullus dolus, nulla culpa, & negligentia potest sibi imputari, sed bene illis, qui eum indebitè molestarunt, & ideo est absoluendus, & liberandus, per supradicta, & per Io. de Amic. d. cons. 152. col. 13. uers. insuper non potest. Et ita ad eius fauorem fuit Volaterris IVDICATVM * de anno 1570. mensis Septembris.

DE CONTRACTIBVS.

DECISIO IX.

ARG.

Hæres administratoris & tutoris tenetur reddere administrationis rationem, & exhibere libros, nec statur eius iuramento de illis non repertis in hæreditate, quando præsumptio uiolenta esset contra eum, non confecisset inuentarium, promisisset restituere omnes libros, uel esset condemnatus ad omnes libros exhibendos.

Administrator, & eius hęres tenetur de neglectis, & omissis, & ad debita non exacta, si debitor effectus est non soluendo tempore eius administrationis.

Hæres administratoris tenetur soluere debita contenta in libro rationis, si talis liber non est bene ordinatus, & non facit fidem.

SVMMARIVM.

1 *Haeres tutoris, & administratoris non tenetur exhibere libros rationum, nec alia bona in inuentario descripta, si iurat ad se non peruenisse, & in hæreditate non inuenisse. nu. 14.*

Limita, num. 2. 3. 9. 13. 14. 18. 23.

2 *Qui omne dicit, nihil excludit, & includit illud, quod aliàs non includeretur.*

3 *Obligatus insolidum, & ut principalis per instrumentum, si plures sunt condemnati simpliciter, quilibet intelligitur pro rata, & uirili, licèt petitio sit facta insolidum.*

4 *Debitor condemnatus, si non appellat, censetur fateri debitum propter rem iudicatam.*

5 *Producens uerbaliter instrumenta in iudicio, potest cogi ad illa realiter, & cum effectu exhibenda.*

6 *Quis præsumitur memor, & habere scientiam eius rei, de qua mentionem facit, & de qualitatibus suis.*

7 *Qui uult consequens, uidetur uelle & antecedens,*

dens, sine quoad illud perueniri non potest.

8 *Heres præsumitur habere scientiam earum rerum, quę apud defunctum fuerunt. nu. 21.*

10 *Hæres administratoris tenetur exhibere libros, & bona minoris, & uniuersitatis, quando illos habuit, aliàs tenetur de dolo, & potest iurari in litem contra eum, & præsumitur animo fraudandi occultaße. nu. 11.*

12 Exceptio firmat regulam in non exceptis, & omnia continentur sub regula præter excepta.

13 *Heres, administrator, & tutor tenetur exhibere libros, data & recepta ad hoc, ut ratio administrationis rectè reddi possit.*

15 Possidere hodie non præsumitur in bonis mobilibus, qui quandoque possedit, si negat se possidere.

Declara, ut ibi.

16 *Tutor post rationem semel redditam non potest ulterius molestari, nisi prius probetur de dolo, aut errore calculi.*

17 Dictio, omnes, & quoscunque, licet sit uniuersalis, restringitur ad naturam actus, super quo interponitur, ne quis indebitè damnum patiatur.

Declara, ut nu. 18.

18 *Verba sententiæ intelliguntur, ut iacent, & plus inferri non potest, uide nu. 19. 20.*

22 Præsumptiones plures & coniecturæ uincunt pauciores, & debiliores.

24 *Administrator, qui cœpit administrare ita, & taliter, quòd omnia erat gesturus, & alius non erat facturus, tenetur de neglectis, & nõ exactis, si debitores sunt effecti soluendo tempore suæ administrationis nu. 33. 34. 37.*

Declara, ut nu. 31.

25 *Administrator, tutor, & quilibet negotiorum gestor, & procurator ad negotia tenetur libros legales facere, & quolibet anno rationem administrationis reddere, aliàs potest contra eum iurari in litem. nu. 38. 40. 41. 44. 45.*

Declara, ut nu. 46.

26 *Item tenetur fructus, & introitus exigere, & ad tempus congruum uendere iusto pretio, & ad utilitatem domini, & pupilli, & non secundum eius caput, aliter ad intereße tenetur.*

27 *Item tenetur nomina debitorum exigere, & introitus debitis temporibus, aliàs tenetur de neglectis, & non exactis, nu 30. 31. 33. 34. 36. 37. 41.*

Declara, ut nu. 28. 30. in fi. 38. 46.

29 *Administrator & tutor quando recipiunt salarium obligantur, & reciproca dicitur utriusque obligatio domini, & administratoris.*

Administrator tenetur etiam de leuissima culpa quando negotium requirit exactam diligentiam.

30 *Administrator, qui indifferenter singulo anno fructus, & introitus recipit, & pecunias exigit, & instrumenta ac locationes facit, præsumitur habere authoritatem uendendi, debita exigēdi, & debitores interpellandi, & nu. 37.*

31 *Administrator ad hoc ut teneatur de neglectis, debet dominus probare administratorem omnia gesturum, & alium aliter non facturum.*

32 *Administrator, & tutor pauper, effectus diues, præsumitur locupletatus ex bonis pupilli, & domini, cum non potest ex bonis suis, & salario alimenta sibi, & familiæ subministrare.*

34 *Negligentia in administratore, & tutore, est peccatum mortale.*

Administrator & tutor ac socius, tenetur probare adhibuisse omnem diligentiam in administratione, et exactione debitorum ad hoc ut non teneatur de neglectis, nu. 35.

Macellator debet adhibere omnem diligentiam in eius societate, et exactione debitorum, aliàs tenetur de neglectis.

35 *Administrator, & socius, ac tutor tenetur de dolo, lata, & leui culpa, & nu. 29.*

Dolus, lata, leuis, & leuissima culpa, quæ dicatur, remissiuè & 36.

37 *Debitor præsumitur effectus non soluendo tempore administrationis tutoris, & administratoris.*

39 *Liber tutoris, & administratoris ac illius factoris non solemnis, nec legalis, facit fidem contra scribentem, & tutorem.*

40 *Hæres tutoris, & administratoris tenetur semper reddere rationem de administratis per defunctum, & ipsum hæredem.*

42 Creditor antequam conuincat debitorem, debet probare suum debitum.

43 Debitorem non esse, & eße, sed nullum producere effectum, paria sunt.

Paria sunt non esse, & eße, sed non apparere.

44 Paria sunt, non habere libros contra debitores, & habere, sed inualidos, & inefficaces.

45 Paria sunt, non facere libros, & facere, sed non solemniter in forma probante.

46 *Minor non tenetur reddere rationem, & si tenetur, non tenetur de neglectis, sed solum tenetur de eo, in quo est factus locupletior.*

DECI-

DECISIO IX.

REuerēdiſſimus Hieronymus Rubeus Comes, & Epiſcopus Papienſis fecit ſuum adminiſtratorem, & negotiorum geſtorem, D. Oliuerium Galganum Papienſem, pauperem cum ſalario, qui cœpit omnia adminiſtrare, exigere debita, & introitus, adeo ꝙ de paupere fuit factus diues, & mortuo Epiſ. Illuſt. D. Ferrantes Rubeus eius nepos & hæres petijt hæredib. d. Oliuerij, ut reſtituerent oēs libros, & reliqua ad rōnem reddēdam ſpectantia, ac etiā ipſos teneri de neglectis, & de debitis non exactis per dictum D. Oliuerium, qui ſunt effecti nō ſoluēdo, & ipſi negāt teneri de neglectis, & libros petitos ad eos perueniſſe iurando non uidiſſe, & non reperiiſſe in hęreditate. Et quamuis hęredes tutoris, adminiſtratoris, & negotiorum geſtoris non teneātur edere, & producere libros in reddenda adminiſtratione pro tempore defuncti, quos ad eos non peruenerūt tempore mor
1 tis defuncti, † & ſufficiat illis dicere iureiurando alios libros ad eos non perueniſſe, & qui cōtrarium vult dicere, debeat probare, ut no. glo. in l. cum de leg. ff. de prob. Roma. conſil. 222. in fi. & in conſi. 276. uiſis dubiis, in fi. & ibi Mandoſi. ubi dicit communem, & ſufficit hæredi dicere, ad eum non perueniſſe, & fuiſſe deperditos, & ꝓbare ſolo ſuo iuramento, ex doctrina Bart. in l. ſi quis ex argentarijs. §. pen. ff. de eden. Alcia. pręſum. regula. 2. præſumpt. 21. num. 7. 8. car. 73. Ripa in c. cum eccleſia Sutrina. nu. 30. de cauſa poſſeſſ. & proprie. car. 61. Bald. in c. vaſallus, el j. in fi. ſi de feu. fuer. contro. inter domin. & agnat. car. 47. & in terminis uoluit Aret. in conſil. 119. procedendo breuiter, colum. 2.

Tamen in caſu, de quo agitur, hæredes Magn. Oliuerij non poſſunt hoc fundamento iuuari, quia in ſententia fuerunt cōdemnati ad edēdum, & conſignandum, & ſic cū effectu omnes libros adminiſtrationis, ex quibus libris ſi compertum fuerit in d. calculis, & ratione adminiſtrationis aliquem dolum, uel errorem interueniſſe, teneri ad debitam de prædictis rationem reddendā, unde cum negauerint habere libros, teneri ad reddendam rationem, cōdemnati fuerunt & ad conſignandum omnes libros adminiſtrationis prædictæ, & cum conſignauerint aliquos, & non omnes, non dicuntur
2 adimpleuiſſe ſententiam, † quia qui omne dicit, nihil excludit, immo includit illud, quod aliàs non includeretur, & ſic includit illos, quos dicunt non habere, Bart. in l. generali. §. ſi uxor, ff. de uſufru. lega. Deci. in l. omnia. ff. ſi cer. peta. Plot. l. ſi quando, nume. 15. & ſeq. uerſic. & illa dictio, omnia. C. unde ui. & cum fuerint condemnati per ſententiam, dicuntur ipſi obligati ad omne illud, quod dicit ſententia, & nō poſſunt illam interpretari, & extendere ſecundum ius commune, & ſic dicere, non habere, & uelle probare iuramento, ad eos non perueniſſe, quia hoc procedit de iure communi, & ſententia uoluit quòd omnes libros adminiſtrationis teneantur conſignare, & ideo omnes debent edere, pulcra eſt decíſio. Afflict. deciſio. 215. ſexdecim. qui dicit eſſe nouum dictum, & ita fuiſſe uotatū per magnam Curiam, per tex. & ibi Barto. Bal. & Paul. de Caſt. l. unica, C. ſi plures una ſenten. Boeri. deciſio. 59. num. 8. & 9. & Grāmat. deciſio. 68. ſub numer. 9. ibi, inſolidum
3 obligati, & ſimpliciter cōdemnati, † ubi habetur quòd ſi plures conuenti inſolidum per ſententiam fuerunt ſimpliciter condēnati, quòd pro rata eorum tenennatur, & non inſolidum, licèt uirtute inſtrumenti eſſent obligati inſolidum, quia agitur ex ſententia, & non actione primęuæ obligationis, & obſtat res iudicata, & cum ſint obligati noua hac actione ex ſententia, non poſſunt iuramento ſolo probare amiſſionem, & rem ad eos non perueniſſe, ſed aliis documentis, & probationibus debent probare, ita diſtinguendo tenet Barto. d. l. ſi quis ex argentariis. §. penul. nume. 2. uerſic. ſi uero tenebatur iure actionis. Federic. de Senis, & ibi Grifol. conſil. 113. incip. Titius cōſtituit Meuium procuratorem. Grat.
4 conſil. 23. nume. 19. uolum. 1. † Et cum acquierint ſententię, & non ſe appellauerint, uel fuerit confirmata, & tranſacta in rem iudicatam, dicuntur conſenſiſſe, & faſſos fuiſſe habere omnes libros adminiſtrationis prædictę, adnotata per Alexand. conſil. 84. ſuper conſultatione, num. 3. & 4. uolum. 5. conſil. 213. numer. 4. uolum. 7. uerſicu. quia quando in ſententia enunciantur, Socin. conſilio 220. colum. 1. in fi. & col. 2. uolu. 2.

Pariſ.

Parif.conf.132.numero 28.uolum.4. quod expresfè demonftratur per cōuentionem, & promiffionem factam poft dictas fententias per dictos hæredes, ubi contentantur quòd obferuetur res iudicata, & ita pro dictis rationibus,& computis fiendis,feu reuidendis exhibent & producunt omnes libros & fcripturas d.adminiftrationis(demptis illis,qui alias confignati fuerunt prædicto Reuer.Dom.Epifcopo,feu eius agen
5 tibus per ipfos Galeanos, † cum igitur exhibent,& producunt omnes libros,& fcripturas d. adminiftrationis uerbaliter, debent cogi ad realiter & effectualiter illos exhibendum,& edendum,Soc.iun. confil.134. uolum.fecundo.Bal.in l.1.§ .edenda.ff. de eden.Purpura.confilio 8.confilio 11.num. 10.uolum.1. Deci. confilio 302. & pro tenui,& in l.edita.nume.87.& 88.C.de eden. cum præfumitur habere fcientiam illorū:
6 † nam quis præfumitur habere fcientiam eius rei, de qua mentionem facit, & de qualitatibus illius, Alex. confilio 183.uifo proceffu,colum.fi.in fi.uerfi.ita ꝙ non poteft allegari, uolum.2. Corne.confilio 81. numero 3. uolum.3. ficut quis præfumitur memor earum, quæ dicit,& facit l.magnū. C.de contrah.& commit.ftipul.Pau.de Caftro in l.hactenus. numero feptimo. ff. de leg.fecundo.& latè Bald. confilio 505.numero primo. & numero fecundo.uolum.5. ergo apparet omnes libros, & fcripturas adminiftrationis prædictæ effe,& perueniffe ad dictos hæredes,quia nemo dat, quod non habet,uulgatis iuribus, & cum uelint confignare & producere omnes libros, & fcripturas, neceffariò fequitur quòd debēt
7 edere,& exhibere effectualiter, † quia qui uult confequens, uidetur uelle antecedēs, fine quo ad illud confequens deueniri nō poteft. Alex.confi.84.numero 4.uolum.5.fi habent fcientiam dictorum librorum, &
8 fcripturarum, † ficut etiam præfumitur pofteàquàm penes defunctum femel fuerunt, ut dicit Pau. de Caft. in confilio 63. fub numero 3.in 2.par.per tex.in l.1. § qđ penes hæredem,ff.de fideiuf.tuto. Rui confilio 69.numero quarto, uolum.fecundo.
9 † & fi confignarunt, & exhibuerunt orete nus,tenentur edere effectualiter, & non ftatur eorum iuramento de amiffione, fed alijs probationibus debent probare amiffionem,Rui.d.confilio 69.numero quarto, quinto,uolu.2.&dixi fupra,& ita dicit Bar. d.l.fi quis ex argentarijs. §. an uerò hæredi.numero 2. Afflict. decifio.330. quidam Thomas.Plot.l.fi quando.numer.541.uer
10 ficu.mandatarius.C.unde ui. † Imò præfumitur ex dolo & animo fraudandi occultare dictos libros, & fcripturas.Anch.confilio 316.in caufa,quæ uertitur,columna 2. uerfi.non obftat fi dicatur,Plot.d.l. fi quādo,numer.246. uerfi.nec excufantur tutores,& Grat.confilio 23.numero 19.uolum. primo. & cum habuerint, & uerbis confignauerint, fi nolunt realiter exhibere, te
11 nentur de dolo, † & poteft contra eos iurari in litem tanquam contra factum proprium.Plot.in d.l.fi quando. numero 775. uerficu.fallit fecundò.ubi cætera allegat. Alex.de Neuo. confil. 40. car. 46. tetigi in tract.de tutore,numero 61. car.38. in prima par.

Nec poffunt fe iuuare dicendo adimpleuiffe cōtenta in fententijs, & promiffionibus,ex eo quia confignarunt omnes libros, & fcripturas adminiftrationis prædictæ exiftentes penes eos, & alios non habere, nec ad eos perueniffe, & ita probare folo iuramento, & fic adhuc militare adducta per Areti. d.confilio 119. quia animaduertendum eft,hoc non effe uerum,ipfos intellexiffe de libris & fcripturis exhibitis, fed de alijs libris & fcripturis ultra productas. Nam dicunt in promiffione & conuētione,ꝙ exhibent & producunt omnes libros & fcripturas d.adminiftrationis (demptis illis,qui alias confignati fuerunt præfacto Reuerendiffimo Epifcopo, feu eius agentibus)cum excipiant confignatos per inuētarium,fequitur non de confignatis, fed de alijs libris non confignatis, & fcripturis intellexiffe,alias d. uerba effent fuperflua,
12 & feruirent de uento, † & exceptio firmat regulam in non exceptis,& omnia contenta in regula debentur præter excepta, Menoch.confilio 87.numero 34. & 35. libr.1. & Alexand.confilio 39.numero 10.uolu.4. confilio 36 uolum.6. & confilio 14. abundè,uolum.7.& Plot in l.fi quando.numero 272.uerficu. ubicunque enim exceptio.C. unde ui.& dixi in tract.de ufufr. nume.83. car.432.in 1.par.tetigi fupra decifio.9.nu-
13 mero 47. † cum igitur teneantur libros, & fcri-

& scripturas ac data, & recepta, & apocas exhibere, & edere, si uolunt posse recte fieri calculum, & quod dicatur rectè reddita administratio, ut perbellè docet, & declarat Soc. consilio 24. uisis, col. 11. uers. & ideo, uolum. primo, Bal. consilio 152. uolum. 3. Feder. Scot. consilio 9 numero 9. & seq. uolum. 2. car. 339. Fran. Marcianen. consilio 2. uolum. primo Responsorum diuersorum, car. 11. & numero 58. & seq Menoch. de arbit. casu 209. car. 291. Io. de Amic. consi. 80. Grat. consi. 135. numero 28. uolum. 1. Cag. l. 1. numero 45. C. de eden. Plot. l. si quando, numero 233. uersic. tutor, aut curator, numero 246. & seq. C. unde ui. Rui. consil. 90. numero 7. uolum. 5. dixi in meo tracta. de tutore, numero 202. car. 193. in 1. par. sequitur, quod omnino debent cogi effectualiter ad exhibendum omnes libros citatos, scripturas, apocas, & data & recepta captis pignoribus, & multa indicta, cum clarè appareat calumniosè opponere amissionem, & quod ad eos non peruenerunt, per supradicta, & per Soci. in consilio 159 & consilio 290. uolum. 2. & præcipuè, quia non fecerunt inuentarium a principio, ut per Nattam consilio 199. numero 11. 12. uolum. primo. car. 447.

14 Et † quamuis perdoctæ fuit dubitatum istos de Galeanis non teneri ad edendum libros petitos per agentes Illustris Dom. Ferrantis de Rubeis, iurando non habere, & non uidisse eos, per doctrinam Bar. in d. l. si quis ex argentarijs, §. pen. ff. de eden. & Areti. d. consi. 119. procedendo breuiter, & Alcia. de præsump. reg. 2. præsump 21. nu. 7. & 8. & per supradicta, numero primo. tamen adhuc dicendum est, dictos Galeanos uti hæredes teneri ad exhibendum omnes libros pro reddenda ratione administrationis necessarios, & ab alijs libris nominatos propter scientiam, quam præsumuntur habere, ex eo quia promiserunt omnes illos restituere (demptis restitutis per inuentarium) adnotata per Alex. consilio 183. uiso processu. columna fi. in fi. uersi. ita quòd non potest allegari. uolu. 2. & amissionem debere probare per manifestas coniecturas, aut probationes, & non per iuramentum, posteaquàm tenebantur bene custodire & reddere, ut per Bar. in d. §. pen. in 2. capite. & per Afflict. decisio. 274. numer. 6 Anchar. consilio 316. colum. 2. uersicu. non obstat, Grat. consi. 23. numero 19. uolu. primo. & Cæpha. consilio 170. numero 6. uolum. secundo.

Nec puto obstare motiua in contrarium adducta, & primò quod sumus in primo capite. Bar. d. §. pen. ubi per solum iuramentum hæredes possunt probare ad eos non peruenisse, quia dico uerum esse quando aliter non apparet ad hæredem peruenisse, sed quando in contrarium est præsumptio & coniectura, ut hic; tunc non sufficit solum iuramentum, sed alijs coniecturis & probationibus debet probari amissio, aliàs dolosa hæc erit assertio, idem Barto. in d. §. pen. in secundo capite. Anchara. consi. 316. in causa, col. 2. uers. non obstat, si dicatur. Plo. l. si quando, nu. 541. uersi. Mandatarius. C. un. ui.

15 Nec obstat, † quod ille qui quādoque possedit, non præsumitur negando hodie possidere in bonis mobilibus, quorum possessio de facili perditur, ut dicit Alcia. in regula. 2. præsumpti. 21. num. 6. in 3. limitat. quia non procedit contra illum, a quo ipse habuit causam, sed contra tertium sic, tex. in l. si creditor. C. de pigno. actio. Alcia. d. præsumpt. 21. sub num. 6. uersi. fallit secundo Ripa, c. cum ecclesia Sutrina. num. 30. de caus. posse. & ppriet. at in casu isto Galeanus habuit causam ab Episcopo, & sic ab eius authore, ergo idem de hæredib. Galeani, cum quilibet hæres repræsentet personam defuncti. l. cum a matre. C. de rei uend. & etiā non procedit in casu nostro statim quòd ad eum semel peruenit, quia in eius odium præsumitur extare, donec per legitimas coniecturas, uel probationes docuerit de interitu & amissione, & non sufficit ei sola negatio etiam iuratoria, Bar. in d. l. si quis ex argentariis d. §. an uerò heredi. in secundo capite. Afflict. decis. 330. Plot. d. l. si quando, nu. 541. uers. mandatarius. Grat. consi. 23. nu. 19. uol. 1. & supra, nu. 14.

16 Similiter † non obstat secunda ratio de ratione semel reddita, quod qui uult contra illam uenire, debet legitimè probare dolum uel errorem, ut dixi in tract. de tutore, nu. 203. car. 194. quia non sumus in hoc articulo, sed sumus an isti Galeani hæredes teneantur edere omnes libros pro ratione reddenda, ad hoc ut possit uideri, an interuenerit

uenerit dolus in illa iam reddita administratione, & pro alia reddenda pro aliis téporibus, quod probare actores intendunt per legitimas probationes, hoc est per libros rationum, & ad hoc probandum oportet illos exhiberi, & an debeant ipsi exhibere, de hoc disputatur, & solum est uidendũ, an ad eos peruenerint, uel non, & quod peruenerint fuit probatum per præsumptionem iuris, ut etiam tradit Alcia.d.præsumptio.21.nu.7.Rui.consi.69.nu.4.5.uolu.2. licèt ista præsumptio tollatur per hæredis iuramentum. Alcia.ibi, n.8.Hiero.Mago.in Rota Luca.decis.77.nu.16.car.273.

Non obstat etiam penultim. fundamen-
17 tum magis urgens, † quòd dictio illa, omnes, & quoscunque licèt sit uniuersalis, tamen restringitur ad naturam actus, super quo interponitur, & ne quis indebitè damnum patiatur, & ne fiat contra ius, per ea quæ dixi in trac.de usufru.mulie.reli.num. 105.car.489.in 1.par.Geminia.in c.dilecto, nu.12.de sent.excommu.in 6.Cephal. cõsi. 370.nu.100.& seq.consi.371.numero 35.& seq.uol.3.Quia respondetur, hoc procedere posse in uerbis legis, ut euitetur iurium
18 contrarietas, † secus in uerbis contrahentium, & sententiæ, quia sunt intelligenda, prout sonant, Bal.in l.fi.col.1.uers.reliquis. C.senten.rescin.Bar.in l.1.§ nunciatio.ff.de noui.oper.nuncia.& ibi Ias.& nouissimè Ripa in Responso 9.nu.10.& 11. uersic.nam illud quod dicitur.uol.2.car.94.col.1.& plus inferri non potest, quàm quòd in eis continetur.Bar.in l.si expressim, q.2.ff.de appella.Dec.consi.348.nu.6.& Rolan. consi. 79.num.10.& seq.uol.3.& dixi in tract.de usufru.nu.29.car.344.& nu. 208.car.716. in 1.par. nec etiam indebitè læderentur, nec quid fieret contra ius, quia si ad eos peruenerunt, tenẽtur edere, & ideo non fit contra ius.Bar.d.§. an uerò hæredi. in 2.c. Affli.d.decisio.274.num.6. cum igitur fuit disputatum super hoc coram iusdicentibus, & fuerit sententiatum teneri nõ libros simpliciter, sed omnes edere, apparet quòd illa dictio, omnes, operatur eius effectum, quia satis erat condemnare ad restituendum libros, & tunc poterat dubitari an ad omnes essent condemnati, uel solum ad il-
19 los, quos ad eos peruenisse assererent, † & tunc uerum est quod d. sententia deberet interpretari secundum ius commune, ut minus illud læderetur, iuxta tradita per Crau.consi.74. nu.9.lib.1. quia poterat ad utrumque adaptari: sed dicendo, omnes libros, tunc non potest ad utrumque adapta-
20 ri, † quia dictio, omnes, habet suum significatum, & potest operari suum effectum, minueretur de intentione loquentis, si restringeretur, cum possit suum effectum sortiri, & ideo debet stare prout iacet, & in suo proprio significatu, ut per Bar.in d.l.expressim.d.quæstio.2.Roland.d.consilio 79. nu.10.seq.facit tex.in l.omnia.ff. si cer.peta.& ibi Dec.& prout natura contractus, & negotii suadet, quæ est reddere ratione administrationis, in qua omnes libri debentur, ergo ita intelligi Crau. consi. 23. nu.2.consi.188.num.2.& consi.231.num.7. & cum sit contra ius, in hoc non recipit interpretationem a iure, ut dixi supra, decisione 2.nu.10.Soc.consi.52.nu.6.uolu.3.& consi.89.sub nu.9.& 10.uolu.4.Dec.in l.1. sub num.15.C.qui admitti.& in 2.lectura, sub num.14.

Accedit, quod nedum acquieuerunt d. sententiæ, sed & expresè per conuentionem promiserunt restituere omnes libros & foliatios facientes ad rationem administrationis reddendam (demptis restitutis Reuerendissimo Episcopo per inuentarium) & sic magis clarè apparet de eorum intentione uelle omnes libros restituere (dem-
21 ptis illis,) † & cum promiserint restituere, & dicant quod ex nunc restituunt, clarè apparet habuisse & habere scientiã de illis omnibus, & sic ad eos peruenisse. Alex. consilio 183.uiso processu.colum.fi.in fi. uersic. ita quod non potest allegari, uolum.2. & dixi supra, cum præsumatur Galeanos ex noua promissione eos habere, uel illorum scientiam adnotata per Hierony.Mago.in Rota Luca.decisio.28. sub numero 18. car.103. & etiam præsumatur de iure ad eos peruenisse posteaquàm ad defunctum peruenerint, & etiam quia non fecerunt inuentarium, & dicãtur actores habere pro se tres præsumptiones urgentes, & rei solum unã,
22 quæ est iuramentum. unde sequitur, † quod habens plures coniecturas, & præsumptiones, uincit habentem pauciores & minores, nam una tollit alteram. plures uincunt unam, & fortior tollit debiliorem. Alexan. consi.

consilio 88.numero 7.uol.7.Hippo.Pract. crimi.§.diligenter.numero 193. Ioan. de Amic.consilio 128.Bello.consilio 10. numero 4. & Ias. consilio 125. uolum.4 dixi supra,decisio.12.numero 50.car.171. Con
23 cluditur ergo, † agentem illustris Do.Ferrantis esse in secundo capite, Bar. d.l.si qs ex argentarijs,§.an uerò hæredi.ff.de edē. & non obstare consilium Areti.119. quia loquitur in primo capite Bar. quando aliter non apparet ad hæredes aliquid peruenisse,& quando hæres fecit inuentarium, & ratio aliqua non fuit reddita per defunctum:secus si non fuit factum inuentariũ. quia præsumitur contra eum,uel sit cępta ratio administrationis per defunctum, ut per Ancha.d.consi.316.col.2. uers.non obstat,si dicatur.Bursa.consilio 105.numero 8.uersi.cum itaque,uol.1.Hippo.singu.83. in ore,numero 4. pulchrè Roma.consilio 481.præsentis dubitationis, numer.10.uersicu. cæterum in hoc casu non admittitur, car.346.& ibi Mandosi. faciunt adducta p Gram.uoto 4.num.21.22.car.7.& bene loquitur Natta consilio 199.nu.11.12.uolu. 1. car.447.ubi propter inuentarium nō cōfectum non statur dicto hæredis,& Alex.in l.si constante,sub nu.7.ff.sol.mat. ubi multum sibi placet hæc coniectura, car.43.'& finaliter causa bene discussa coram Illustri Do. Hiero.Montio, dignissimo Senatore Regio,ueritatis Doctore, & Prætore meritissimo inclitæ ciuitatis Papiæ,his meis allegationibus,& alijs Excel. D.Georgij Ripæ fuit IVDICATVM * doctrinam Areti.in allegato consilio 119.non procedere in casu isto,& Galeanos teneri ad exhibendum omnes libros pro reddenda ratione administrationis cum uictoria expēsarum de anno 1578.Nouemb.& confirmata per Excel.Do.Camillum Gallinam Iudicem appellationis. An uerò iste Galeanus teneatur de neglectis,&omissis tempore suæ administrationis,cum uideatur solũ teneri de dolo & lata culpa in omittendo, & debita non exigendo,ut consuluit Alex. consi.104. in causa,& lite,sub nu.3.uol.4. gl.in l.2.C.arbit.tute.per illũ tex. & Anto. Piagi.in trac.de tutore,q.19 n.13.car.118. in proxima præcedenti decisione latè discutietur.

DECISIO X.

VErum quia iste Oliuerius Galeanus, de quo supra, proxima præcedenti decisione sum loquutus,administrationem generalem redditus, & bonorum Episcopatus Papiæ,& aliorum bonorum a Reuerendis.Dom.Episcopo diu recepit, & exercuit introitus,& debita recipiendo, & exigendo,ac fructus uendendo, pecuniasque in marsupio reponendo, debitores liberando, ac data, & recepta aliqua in libris registrando, & non solum debita& fructus sui temporis contracta, & recollectos,sed etiam tempore sui prædecessoris, ut ex pluribus documentis, & ex libris faci
24 lè dignosci potest, † nulli dubium uidetur teneri de neglectis & non exactis tempore suo,& contra eum posse iurari in litem & etiam de neglectis & non exactis per eius factorē,& coadiutorem, alio in contrariũ non apparente.l.2.ff.de administratio.rer. ad ciu.pertin.l.a procuratore. C.mand.l.si pupil.§.uideamus.ff. de nego. gestis. & ibi Docto.Bursa. consilio 133. numero 62. & seq.& consilio 193.numero 1.uolu.2.Soci. sen.consilio 2. sequendō ordinem. nu.2.9. 12.uol.1.Corne.consilio 103.in prin.uolu. 1.dixi in trac.de tutore,nu.114.car.110.& nu.311.car.286.in 1.par.& Cepo.consi.56.
25 in ciuilibus,car.55. † Quia quilibet administrator,negotiorũ gestor,factor, ac procurator ad negotia, tenetur libros facere, & rationē quolibet anno reddere suæ administrationis,aliàs potest contra eũ iurari in litem,l.1.§.officio.ff.de tutc. & ratio. distra.& ibi Bal.l.in re mãdata,in fi.C.mãda.Ant.Piagi.de tutore,q.19.nu.19.q.fi.numer.33.Tobi.Noni.consi.63. nu.11.& seq. car.121.Neuiz.consi.3.num.13.& seq. latè Bero.consi.33.uol.2.Bal.consi.152.ad euidentiã,uol.3.& Crau.conf.218.nu.1.uol.2. Panci.conf.173.num.17.18.& 19 Ang.de Gãbi.cōs.43.nu.5.6.& 9.car.179.lib.1. Purpu.conf.339.uol.1. dixi in tract.de tutore,
26 nu.202.car.193.Io.de Amic.consi.80.† Tenetur ēt fructus & introitus exigere, & ad tp̄s congruũ uēdere iusto pretio & ad utilitatem domini, & non secundũ suũ caput, aliter ad interesse erit obligatus. Barto.in

V l.omnia,

l.omnia,in fi.C.de condi.impub.horre.lib.
10.Roma.conſ.188.nu.4.conſi.425.colu.2.
Dec.conſilio 274.uiſo decreto,ſub nume-
6.& Iodoc.in tracta.de tutore mun.c.10.
numero 48.car.81.& dixi in trac.de tuto-
27 re.numero 117.& ſeq.car.12.in 1.par. † Si-
militer tenetur(ut poſſit rationem redde-
re)exigere nomina debitorum, & introi-
tus debitis temporib.& ſi propter eius cul-
pam, & negligentiam durante adminiſtra-
tione debitor effectus ſit non ſoluendo, te
netur talis negotiorum geſtor de neglectis
& non exactis, ut ſupra dixi in principio.
Cor.conſ.104.circa prin.col.1.& 2.uolu.1.
Dec.in l.periculum.ff.ſi cer.pet. niſi eſſet ſi
bi relicta liberatio,uel omne illud,in quòd
condemnari contigerit,ut dixi in d.trac.de
tutore,nu.115.car.111.& uide Bero. conſ.
37.numero 10.uolum.2. Nec habet obſta-
re conſilium Rom.in conſi.413.num.16.&
ſeq.& Cor.conſi.81.in 2 dubio.lit.I.& ſeq.
uol.4 ac Angel.conſilio 312.prout, col.1
28 & 2.in 2.dubio, † ubi negotiorum geſtor
non tenetur de neglectis,quando ipſe non
habet mandatum ad exigendum, & etiam
quando exactam diligentiam non adhibuiſ
ſet in exigendo nomina debitorum. Quia
nos non ſumus in caſu ipſorum,ſed ſumus
in caſu claro, ubi iſte Galeanus erat pau
per,& locauit operas ſuas ut famulus, ſer-
uitor,factor,& adminiſtrator Reuerendiſ-
ſimi Epiſcopi Papienſis, operam dando ut
introitus bonorum Eccleſiaſticorum dicti
Reuerendiſſimi Epiſcopi fideliter, & exa-
ctè ſingulo anno in illius domum repone-
rentur,ad tempus uenderentur, & debito-
res exigerentur,& ob id Reuerendiſſimus
Epiſcopus ſingulo anno ei ſuum ſalarium
29 ſoluebat, ut ex libris apparet, † quo caſu
obligatio erat reciproca, & contractus ul-
tro citroque obligatorius,adnotata per Fe
der.de Sen.in conſilio 113.Titius, & per
Dec.ac Cagnol. in l. contractus. ff. de reg.
iur.unde exactam diligentiam adhibere te-
nebatur,& ſic non ſolum de leui culpa, ſed
fortaſſe etiam de leuiſſima culpa redargui
poſſet,cum mandatum ſuſceperit,& nego-
tium exactam requirebat diligentiam. §.
igitur,& ibi Are.numero 5.6. Inſt. de obli-
gat. quæ ex quaſi contra. & in §. actionum
autem,numer.29 Inſt.de actio.& in §.man
datum,numero tertio,Inſt.mand.& tetigi
in tract.de tutore,numero 118.& nu.120.
car.114.& Pariſ.conſilio 123. per totum.
& numero 4.uolumine primo, ubi loqui-
tur de eo, qui iuit ad emendum equos in
Regno Neapoli, uide ſupra deciſione 37.
30 numero 12.22.& ſequen. † Cum igitur in
iſta ſua negotiatione magnos fructus, in-
troitus, & pecuniarum quantitates rece-
piſſet pluribus in annis, & diuerſa inſtru-
menta, & procurationes feciſſet,& recepiſ
ſet, apparet quòd habebat authoritatem
uendendi,& debita exigendi,& recipiendi,
ac debitores interpellandi adnotata per
Dec.conſilio 36.numero 8. Natta conſilio
636.numero 185.uol.3.& Viui. commun.
opinio.in uerbo,mandatum,col.2.car.148.
& Plot.conſilio 96.numero 10. uolum. 1.
& etiam ſupradicti Doctores,& in l.tutori.
& ibi Doct. C. de nego. geſt. loquuntur in
coniuncto,uel familiari aut amico, qui nō
31 erat obligatus negotium gerere; † ſecus in
caſu noſtro,ubi erat extraneus,& mercena-
rius,& cæpit ſub ſe totum negotium,quòd
alius non erat facturus, durante dicto eius
officio,& conducta,ac etiam cæpit exerce-
re negotium,exigere debita, & fructus uen
dere,& pecunias recipere,& non ſolum ea
quæ in ſuo officio geſta fuere, ſed etiā ſuo
rum prædeceſſorum,cum omne negotium
præteritum, præſens,& futurum ſuper dor
ſum ſuum ſufferre, exercere, & diſſoluere
durante eius officio promiſerit, ut facere
cæpit, quo in caſu de non exactis tenetur
omnino,& in omni caſu,ſi durante eius of
ficio debitores fuerint effecti non ſoluen-
do,tex.eſt in l.ſi pupilli.§. uideamus.ff. de
nego.geſt.& ibi Bar.Bal.Pau.de Caſt.& Do
cto.& habetur pro Doctores in d.l.tutor.C.
eo.Corne.d.conſi.103.col.1.2.uol.1. Et li-
cet tex.glo.Bar.& Pau.de Caſt.in d.§.uidea
mus,diſtinguant inter negotiorum geſto-
rem,qui acceſſit ut omnia ſit geſturus, uel
ſolum,ut geſturus aliqua, & cępit gerere,
& non finiuit, & hoc eſſe probandum per
eum, qui ſe in eo fundauit. Corn. conſilio
255.uolum.1. & conſilio 81. uolum.4. ubi
ponit quatuor probanda eſſe,in col.4.uerſ.
circa ſecundum. tamen in caſu iſto omnia
ferè concurrunt,quia iſte Galeanus acceſ-
ſit,ut omnia geſturus,& cæpit gerere ut di
32 ligens & geſſit per multos annos, † ita ꝙ
de paupere fuit diues factus de bonis ec-

cle-

ecclesiasticis præsumptiuè, cum aliam artem non bona alia & haberet habilia ad se sustentandum, adnotata per Cor.cons.103.lit. G.uol.1.car.102.Rom.cons.274. cons.346. num.16.& 17.Grat.cons.135.nu.39.& seq. uol.1.Laur.Sylua.cons.86. uol.2. car.91.& Burs.cons.209.nu.24.uol.2.Crau.cons.191. nu.8.consi.129.nu.3.uol.1.dixi supra decis. 37.nu.36 & dixi de tutore.nu.223.car.210. & etiā gessit aliqua, & ex stipulatione erat
33 obligatus gerere, † cum igitur exegit debitorum nomina aliqua suorum prædecessorum,& alia facta tempore suæ administrationis uirtute librorum sibi consignatorum in principio sui officij, tenebatur perseuerare,& exigere residuum,& semper antiquiora debita,& illis, qui non respondebant in tempore alios fructus non uendere,nec cum illis contractare, ut dicit Cor.
34 d.cons.103. col.2.& 3.uol.1. † at quoniam reperitur fuisse negligentem, & debita inchoata exigere non finiuisse,& alia non petijsse,nec exegisse,& omnia erat gesturus, nulli dubium est teneri de suo damnum resarcire,& illa debita decocta soluere uero domino,d.§.uideamus,& ibi glo.Bar. Pau. de Cast.& Doct. & l. tutori, & ibi Doct.C. eod.Cagno.in l.contractus. nu.82. & 83.ff. de reg.iur.car.103.quia ista negligentia dicitur peccatum mortale, ut dicit Plo. in l.si quando,nu.216.& seq.uersi.negligentia tutoris,& nu.247.uersi.& minus excusantur. C.un.ui, & plura de negligentia congerit Doctus Ludo.Gomes. in regula Cancellariæ, in Epilogo casuum negligentiæ,car. 395.& tenetur probare se adhibuisse omnē diligentiā in exigendis creditis. Alcia.in l. 1.§.sed mihi,nu.49.ff.de uerb.obl.Soc.sen. in c.ult.de iureiuran.& Cacialup.in l.admonendi,num.13.ff.eo.tit. Et in macellatore administrante loquitur Hippo.sing.281.so
35 cius tenetur. † & cum iste factor, & administrator teneatur de dolo,lata,& leui culpa.l.tutoris,& l.si negotia C.de nego. gest. Corne.d.cons.103.lit.C.& D.uol.1.ubi ponit etiam, quid sit dolus,quæ culpa lata, & leuis,ut etiam declarat Rom. consilio 425. & consilio 426. colum.2. Bald.in l.1.C.de fruct. & lit. expens. Cur. iun.consilio 256. uol.3. car.127. & in non exigendo nomina
36 debitorum, † cum maximè tendat eius officium potissimum ad exactionem, & cæperit exigere,& non finierit,dicitur in lata,& leui culpa,ut per Doct.in d.l.si pupilli.§.uideamus.ff.de nego.gest. tex.in l. quicquid, C.arbitr.tute.Corn.d.cons.103.lit. C. D.&
37 seq. uolum.1. † & ideo tenetur de neglectis,& non exactis,si debitor est effectus nō soluendo tempore suæ administrationis, ut præsumitur speciali fauore.l.1.§. si magistratus.ff.de magis conueni.glo.in l.2.C. arbit.tu.& Aret.in cons.66.in dubio,quamuis debitor præsumatur soluendo, & non pauper,quando conuenitur. l. si fundus.C. arb.tute.Rom.consi.163.constitutio. num. 4.Ias.consilio 44.sub numero 7. lib.1. Alc. de præsumptio. Regula 2. præsumptio.27. nu.3.& 4.& Corne.Beninncas.de Paupert. quæst.6.car.55.ubi etiam habetur quomodo probetur, & Alex.Ias.& Doct.in l.si constante,in princi.ff.sol.matri.idem Alexand. consilio 37.uolum.7.cons.141.num.5.uol. 5.Afflict.decisione 179.nu.2.& 3.& præcipuè de debitis contractis tempore eius officij,& de rebus per eum administratis. Nā illo in casu tenebatur omnino, & poterat exigere etiam sine mādato, & debitor erat liberatus, pulchrè Alexand. consilio 104. nu 6.uol.4.Afflict.decisio.147.quidam gerebat,Tiraq.de Retractu.conuenti.§.4.glo. 9.num.5.car.322.& Franci.Becci. consilio 19.lib.1.car.35.tetigi in tract.de tutore.numero 272.car.255.& sic ex premissis breuiter sine pompa concluditur, istum Galeanum,& eius hæredem teneri de neglectis, & non exactis ex omni capite.

38 Tenetur † etiam de neglectis, & omissis,si debitores essent soluendo,& negarēt in præsentiarum ipsi,aut eorum hęredes esse debitores,& debitum non posset probari per libros inordinatos,& non authenticos dicti Oliuerij administratoris, quia sibi erit imputandum, cur autentica documenta non fecerit,quando fructus,& introitus bonorum suæ administrationis alteri dedit,& uendidit, Docto.in d.§.uideamus, & conferunt etiam omnia supradicta,quia & iste casus compræhenditur in ratione administrationis.Bal. consilio 151. uolum.3. Rui. consilio 90. uolum.5. Federic. Scot. consilio 9.numero 9.seq.lib.5.uolumine 2. car.339.Marciane.consilio 2.uolum.1. Responsorum diuersorum, numer.58. & seq. car. 11.Grat.consilio 23. numero 7. & seq.

 uol.1.

volum.primo.Rolan.consilio 49.uolu.pri-
39 mo.cum mille similibus. † Nam si dictus eius liber non faciet fidem contra debitores ibi descriptos: tamen contra eum scribentem ad fauorem illius, cui tenetur reddere administrationis rationem, faciet indubitatam fidem. l. exemplo. l. rationes. C. de probatio. Cephal. consilio 85. numero 33. uer. circa reconuentionem, uol. primo. Menoch. cõsilio 23. numero 13. & seq. uolum. 1. qui propriè loquuntur in libro factoris, & administratoris, quod etiam procedit, si dictus Galeanus factorem cõstituisset, & ille librum solemnem & auctenticũ non fecisset, Bursa. consilio 133. nume. 63. uolum. 2. & in inuentario loquitur Natta consilio 574. 575. uolum. 4. Parisi. consi. 45.
40 numero 20. uolum. 2. † si igitur non poterit dominus conuincere debitores per exhibitionem dictorum librorum, poterit se uertere contra & aduersus administratorem, & eius hæredes, ut de rebus descriptis in dictis libris sibi reddant rationem administrationis, quam tenetur semper statim requisiti reddere. Pancıro. consilio 173. lib. primo. ubi latè. Natta consilio 685. num. 5. uolum. 4. Menoch. de arbit. iudi. libro 2. cétur. 3. casu 209. car. 291. dixi de tutore, numero 202. car 193. Tobi. Noni. consilio 63. colum. 1. 2 libro 1. cum similibus supra, numero 25. allegatis, non obstante consilio. Purpura. in consilio 339. uolu. primo. qui uoluit non teneri ultra annos triginta reddere computa & non requisitus, & in hærede loquitur Cagno. in l. 1. numero 45. C. de eden. Aret. consilio 119. Bursa. consilio 105. libro primo. & Ioan. de Amic. consilio 80. Vnde ex prædictis colligitur firma,
41 & solida conclusio, † ꝙ si libri istius factoris, & administratoris non sunt authentici, & fidem non faciunt, quod omni in casu tenetur iste Galeanus de neglectis, & nõ exactis tempore suo, & intra tempus exigendi, Rimi. sen. consi. 448. numero 15. uolu. 3. & etiam ipse tenetur de illis debitis reddere rationem tanquam uersis in eius utilitatem, cum non appareant uera & liquida,
42 & exigibilia. † Nam in primis, & ante omnia, debet constare de debito antequàm quis uelit conuenire debitorem. l. hæreditarium, ubi glo. & Bar. ff. de bon. auth. iud. possid. Petr. Anto. Angusso. lib. 3. consi. 34.
43 numero 3. car. 86. † & paria sunt nõn esse debitorem, & esse, sed nullum producere effectum, & sic non posse cogi ad soluendum, sicut paria sunt, non esse & esse, sed non apparere. l. Fulcinius. §. si in diem. ff. quibus ex caus. in possess. eat. l. quotiens. ff. qui satisda. cogant. & ibi Ias. l. 4. §. condemnatum, cum concordantibus ibi per Alex. ff. de re iud. Afflict. decisio. 182. numero 4. Petr. Anto. Angusso. lib. 2. consilio 38. nu. 38. car. 41. Grat. consilio 138. numero 20. uolum. 2. car. 151. consilio 118. numero 32.
44 eo. † sicut etiam paria sunt, non habere libros debitorum, & habere, sed inualidos, & inefficaces. Grat. consi. 124. numero 27. consilio 140. numero 33. uolu. 1. car. 107. Menoch. consilio 112. numero 12. uolu. 2. Bursa. consilio 143. numero 23. uolum. 2.
45 † & etiam paria sunt non facere libros, & facere, sed non solemniter. Andre. de Sicilia consilio 72. numero 23. 24. uolum. primo. Responsorum diuersorum authorum, car. 170. Simon de Prætis consilio 179. nu-
46 mero 37. lib. 1. † & obligatus ad rationem reddendam, debet ritè conficere rationum codices, aliàs tenetur de suo resarcire, & soluere, ut in administratore loquitur Natta consi. 361. nu. 11. uersi. & obligatus. uol. 2. & Bal. d. consi. 152. uolu. 3. col. 2. tetigi in tract. de tutore, nu. 60. & seq. car. 37. Afflict. decisio. 44. nu. 33. 34. & in usufructuario loquitur Phanuci. de in litem iuran. in secunda parte numero 21. car. 60. nisi esset minor, quia solum tenetur de eo, in quo factus est locupletior, & imputet sibi, qui minori reliquit administrationem, ut dicit Rebuf. in suis commentis. titu. de restitutio. art. 2. glo. 4. numero quarto. car. 145. sed uide quæ dixi in tracta. de tutore, nu. 6. car. 3. in 1. par. Paris. consi. 53. num. 67. uol. 3. Iaco. Menoc. de arbit. iudic. libro 2. cent. 3. num. 9. casu 209. car. 291. & tex. in l. commodato. ff. de mino. Et ideo stantibus prædictis tenetur iste Galeanus, uel eius hæres de neglectis, & ad debita debitorũ effecta non exigenda tpe administrationis
* suæ, & in simili casu ita IVDICAVIT * Florentiæ Excellens Do. Lelius Taurellus, auditor primarius Serenissimi Magni Ducis Etrurię ad fauorem cuiusdam D. Catherinæ Ioannis de Cattognano, Capitaneatus Fiuizani de anno 1539. Iulij.

DECI-

DE CONTRACTIBVS.

DECISIO XI.

ARG.

Electus ad aliquod officium, & præsentatus ad beneficium iuris patronatus non poteſt ſe ipſum eligere, præſentare & nominare in electione & præſentatione, ſed poſt electionem & præſentationem poteſt electioni & præſentationi de ſe factæ conſentire, & talis conſenſus operatur augumentum vocis.

Eligere & præſentare habens, poteſt eligere & preſentare eius patrem, filiũ, nepotem, idoneum, & capacem, aliàs ſecus.

Delegatio facta Vicario, illo remoto, vel mortuo, non tranſit ad ſucceſſorem: ſecus, ſi eſt facta Epiſcopo; & habenti dignitatem a ſe ipſo.

SVMMARIVM.

1 *Eligere & præſentare ſeipſum non poteſt, qui habet authoritatem eligendi & præſentandi. nume. 8. 10.*

2 *Inter eligentem & electum, præſentantem & præſentatum, nominantem & nominatum differentia eſſe debet. nume. 9.*

3 *Electus per ſcrutinium ſecretum priuatum non poteſt conſentire electioni de ſe factæ. numer. 10.*

4 *Electus & præſentatus a compatronus & ab alijs de capitulo & conſilio, poteſt conſentire electioni de ſe factæ, & talis conſenſus auget numerum. nume. 6. 7. 11.*

Et quando, ac quomodo, uide nume. 12. 13. 14. 15.

5 *Probationes, quando ſunt pares, ille præfertur, qui præſumptionem, aut talem, qualem aliam probationem, uel coniecturam habet pro ſe.*

16 *Eligens & præſentans indignum & inhabilem, perdit electionem pro illa uice, & alia minor pars præualet in eius electione & præſentatione, aut ordinarius.*

17 *Preſentatus, uel electus indignus, & incapax tempore electionis, & præſentationis, licèt fiat idoneus, & capax tempore officij exercendi, non poteſt obtinere, ſi ſtatutum, lex, teſtamentum, & contractus conſiderat tempus electionis, & præſentationis, aliàs ſecus.*

18 *Statutum, quod minor 25. annis, uel maior 30. aut qui non habeat annos 40. non poſſit eſſe de prioribus, nec habere officia in communi, an intelligatur de anno perfecto, uel de initio anni.*

Tempus a lege, uel ſtatutum, aut homine inductum, an ſtet incluſiuè, uel excluſiuè.

19 *Præſentare, & eligere, quis poteſt per procuratorem, quando eſt abſens, uel iuſta de cauſa impeditur.*

20 *Electio, & extractio officij, quando eſt fienda certo tempore, ſi fit alio tempore ualet.*

21 *Præſentatus & electus, an poſſit ab eligentibus ante acceptationem reuocari & remoueri.*

22 *Delegatio facta Epiſcopo tranſit in ſucceſſorem eo remoto, uel mortuo.*

Delegatio facta Vicario Epiſcopi, & Prætoris, eo remoto, uel mortuo nõ tranſit in ſucceſſorem.

23 *Præſentare & eligere patrem, filium & Nepotem poteſt, qui habet authoritatem eligendi & præſentandi, dummodo ſit idoneus, & capax.*

DECISIO XI.

PVlcra & perutilis ſe ſe offert præſens deciſio, Magnifici Dom. Priores, & Antiani Fiuizani de anno 1561. debebãt mittere Florẽtiam unum Ambaſciatorem pro quibuſdam negotijs publicis pertractãdis, & conuocato conſilio fuerunt nominati, & electi Doctores quamplures Fiuizanenſes, inter quos aderat uenerandus pater meus, Dom. Carolus, qui erat unus de Prioribus, & factis publicis nominationibus, & recepto partito fabarum, ſtatim pater meus dixit, qualiter erat contentus de nominatione & electione in eum facta, & conſentiebat, unde fuit repertum in iſtis nominationibus & electionibus, excellentem Mag. D. Io. Baptiſtam Stradellam, con ſobrinum meum honorandum, habere tot uoces, quot uenerandus genitor meus (dẽpto aſſenſu patris mei) quo uiſo Mag. Do. Priores uolebant iterum ballottare, & mittere ad partitum dictos Dominos Ioã. Baptiſtam, & patrem meum, prætendentes eſſe pares in uoce: quibus ſe oppoſuit Pater

 ter

UNIVERSIDAD SEVILLA

ter meus, asserens se habere plures uoces & a maiori parte fuisse electum, & præcedere una uoce Dom. Ioan. Baptistam, ex eo quia eius assensus post electionem præstitus operatur effectum unius uocis, & sic præcedit una uoce alterum. & cum hoc uideretur durum omnibus, quòd quis posset se ipsum eligere, & in causa propria dare uocem, sub iudice lis fuit dirimenda, sicut etiam de anno 1575. in morte Serenissimi Ducis Etrurię, Domini nostri, euenit inter eundem Magnificum Dom. Io. Baptistam, & Mag. Do. Dionisium fratrem meum honorandum Iurison. qui erat similiter tempore eius electionis, & nominationis de Prioribus, & Antianis.

Pro parte Magnifici Dom. Io. Baptistæ
1 faciebat † dictum glosæ in c. in iure, de electio. & in l. planè. & ibi Bar. ff. quod cuiusque uniuer. nomi. & tex. in c. fi. de insti. ubi habetur, ꝙ quando alicui datur potestas eligendi aliquem in officialem, in dignitatem, aut in aliquem locum, & ex eo habeat emolumentum, vel gerat aliquid nomine eligentis, non potest se ipsum eligere, & nominare, quia esset ambitiosa nominatio & electio, & quodammodo simoniaca, & magis ut prosit non ut præsit, adnotata ēt per Lamber. de iure patro. libro 2. artic. 12. in 9. q. princip. numero 2. car. 91. & Docto. in c. quia propter. de electio. Secundò,
2 † quia debet esse differentia inter eligentē & electum, nominantem & nominatum, præsentantem & præsentatum, & dantem & recipientem, c. per uestras, de iure patrona. c. fi. de institu. & ibi per Docto. Tertiò,
3 † quia electus per scrutinium secretū non potest consentire electioni & nominationi de se factæ, cum ignoret a principio, qſnam illorum sibi dederit fabam & uocē; aliàs esset ambitiosa approbatio, & penderet principaliter a uoluntate sua, & esset procurata & demonstrasset affectionem ad electionem, & officium, & ꝙ oportet illud habere causa magis sibi & suis iuuandi, ꝙ alijs benefaciendi, text. in c. quia propter, de electio. & ibi Docto. At in casu isto nominatio & electio fuit facta per scrutinium ponendo fabas in bussula, & uaso paruo concauo, ubi a principio non apparet, qſnam illorum approbauerit, & dederit uocem, ergo consentire non potuit.

Pro parte Magnifici Dom. Caroli patris mei, & Do. Dionisij fratris, dicebatur omnino eos esse præferendos, cum a maiori parte mediante eorum consensu sequuto fuerint electi, per tex. in c. cum in iure, &
4 ibi glo. & Docto. de electio. † ubi nominatus ab alijs consocijs, cōpatronis, compromissarijs, coofficialibus, & collegiatis publicè, adeò ꝙ nomen ipsius sit expressum, & publicè dictum, potest facta nominatione & fabis publicè uisis, & in unum congestis consentire electioni de se factæ, & talis cōsensus auget numero unā uocem, & fabā, adeo ꝙ dicitur electus a maiori parte, & præfertur alijs illa uoce & faba, & dicitur non a se electus, sed a Deo, & ab alijs de Prioribus, & compatronis, & sequuntur hanc decisionem etiam glo. & Docto. in l. planè. ff. quod cuiusque uniuersi. nomi. & Alex. in addi. ad Bart. in l. ab omnibus. §. si Titio, nu. 5 ff. de leg. 1. quæ omnia possunt extendi ad innumerabiles casus, qui quotidie accidunt, sicut in electione Rectoris studij, & maximè in Rectore, quolibet anno creando in illo almo & optimo collegio Sapientiæ ciuitatis Pisarum, in creatione officialium uniuersitatis, Priorum, Consiliariorum, Patialium & Sindicorum, & Ambasciatorum Fiuizani, & aliorum locorū, & in præsentatione alicuius clerici in capellanum iuris patronatus, & electione Abbatissæ Monialium, Abbatis, & Generalis Monachorum, quia istæ possunt uti accessione, sicut fit in creatione Summi Pontificis, & Imperatoris, & consentire post nominationem ab omnibus factam electioni de se factæ, & talis consensus augebit par-
5 titum una uoce, † & ita electus superabit aduersarium, sicut facit ille, qui in paribus probationibus aliquid plus probauit, uel habet præsumptionem, aut talem qualem probationem pro se, adnotata per gl. communiter receptam, in l. si duo patroni, in prin. ff. de iureiurando, quam sequuntur Cepol. in consi. 1. numero 4. & 13. in crimi. & Hippoli. consi. 51. numero 43. uersicu. & pro hac parte, uolum. 1. unde apparet ꝙ ille, qui est de consilio, & de electoribus, ac Prioribus, est melioris conditionis, quàm
6 ille, qui est extra locum consilij, † nam potest suo consensu augere uocem, & numerum, & superare alterum coeligendū una uoce,

uoce, & faba, ut supra dixi & sequitur Cepolla cautela 96. uidimus pridie, & ibi apostilla. Arno. caute. 35. & caute. 53. quotidie, pro singulari tradit Roma. sing. 813. in addi. & Fran. Marci. decisio. 931. Quæritur, an
7 electus, in 1. par. car. 341. † & in præsentatione Capellani iuris patronatus, quod possit ab alijs compatronis præsentari, & ipse consentire præsentationi factæ, loquitur Abb. in consilio 25. Quoniam de infrascriptis, numero 3. uolum. 2. Bursa. consilio 33. scripsit Psalmista. colum. 5. numero 13. uolum. 2. Roch. de Cur. in tract. de iure patrona. in uerbo, honorificum, numero 20. uersi. circa aliud, an quis possit præsentare se ipsum, car. 14. & est communis opinio, ut etiam sequitur Lamber. in tract. de iure patrona. lib. 2. Art. 5. 6. 7. & 8. q. 8. prin. car. 85. ubi ordinatè, & perbellè loquitur, & in fi. art. 8. car. 86. ponit differentiam inter compatronos Ecclesiasticos, & laicos.

Ad supradicta in contrarium respondebatur, non procedere in casu isto, sed ualde
8 de dissimili. † Nam adducta in primo fundamento loquuntur, quando est data facultas uni soli eligendi aliquem, quia tunc nõ potest se ipsum eligere, nam esset ambitiosa, quia procederet a se ipso & non ab alio, quod non est permissum. d. c. quia propter, de electio. Apostilla ad Cepol. d. caute. 96. per glo. in d. l. planè, & ibi Bar. ff. quod cu-
9 iusque uniuer. nomi. † Similiter secundum fundamentum non obstat, quia in casu isto est differentia inter eligentem & electum, præsentantem & præsentatum, cum depédeat a uoluntate eligentium & non a seipso, quod secus erat in d. c. per uestras, de iure patro. & c. fi. de insti. Tertium, & ultimũ
10 fundamentum non releuat, † quia loquitur, quando electio est fienda secundũ formam. c. quia propter, de elect. & sic per scrutinium secretum priuatum, ut est quando ponuntur scrutatores, & uadunt singulari Electores ad scrutatores, & summissa uoce nominant eligendum, adeo ꝙ nullus ex electoribus scis, quis sit electus, & nominatus, nisi quem quilibet eorum nominauit, nam tunc non potest consentire electioni de se factæ, quia esset ambitiosa, & ostéderet animũ clarũ optandi tale officiũ, ut sibi prosit, & non præsit, cũ ignoret electionẽ de se factã, posteaquàm neminem audiuit seipsum eligentem, & tamquam diuinatiua, esset ambitiosa, & inualida, ut ibi tradunt Docto. in d. c. quia propter, & in c. cũ in iure, & c. publicato, de electio. & de isto scrutinio secreto latè loquitur Gugliel. Mãdagot. in suo tract. de electio. prælato, cap.
11 24. & c. 26. † secus, quando fit electio per scrutinium publicum, aut priuatum in forma communi & extra formam dicti c. quia propter nominando expresse omnibus audientibus eligendum, & postea fabis, uel uoce, aut bullettinus colligantur uota, & partita publicè, nam post uotum, & partitum recollectum potest nominatus consentire, si alteri non consensit, si uerò consensit, potest reuocare illum consensum, & postea electioni de se factæ cõsentire, quia isto casu aliqua non potest cadere ambitio, cum audiuerit nominari, & eligi ab alijs publicè, & sic uti electus non a se ipso, sed ab alijs, poterit assentire per eandẽ rationem finalem ambitionis, ut supra demonstraui, & declarat Abbas in d. c. cum in iure, colu. 3. sub nu. 6. & ibi Docto. Cepolla d. caute. 96. uidimus, in fi. Franc. Marci. decisio. 931. in 1. par.

12 Et est animaduertendum, † quòd iste assensus, & consensus est fiendum, quando maior pars in eum consensit, uel pars quælibet est æqualis, aut ita, & taliter quòd talis consensus simplex, uel duplex, operetur effectum superioritatis, aliàs nihil ualeret talis consensus, & alter præualeret, ita Abbas in d c. cum in iure, in princi. col. pen. sub nu. 6. uersi. puto tamen, & ibi Docto. Franci. Marci. decisione 934. Quæritur, an in electione, num. 2. in 1. par. car. 342. & Lamberti. in d. tract. de iure patrona. lib. 2. Artic. 8. quæst. 8. princi. columna 3. sub numero 3. circa finem, car. 86. nisi essemus in forma seruanda, iuxta c. quia propter, & c. publicato. de electio. aut in electione monialium, quia tũc potest fieri accessio de minori parte ad maiorem partem, non econtra, c. indemnitatibus. §. sane de electio. in 6. Abbas in d. c. publicato, & Franc. Marci. decisione
13 944. numero 3. in 1. par. car. 342. † Secũdo est fiendus consensus antequàm a loco discedant Electores, & sic intra tempus, quo fiunt partita, & electiones in d. c. cum in iure, sub numero sexto, Lamberti. d. quæstio. 8. Artic. 7. numero 2. car. 85. columna 3.

14 † Tertiò est fiendus non ante electionem sed in electione facta, uel post electionem, aliàs esset ambitiosus assensus, Abbas in d. c. cum in iure, numero 6. & Lamberti. d. 7.
15 Artic. nu. 1. car. 85. colum. 3. † Quartò est fiendus his uerbis, Consentio electioni de me factæ, & non perfectæ, sed perficiendæ, cum a maiori parte nondum sit facta, uel solum dicere, secundum communem consentio electioni, uel præsentationi de me factæ, & non dicere, uel coeligo me, aut presento, uel compresento me, quia isto casu esset ambitiosa tanquam a se facta, & humiliter, & summissa uoce assentire, uti facit sponsa, quando desponsatur a uiro, & interrogata consentit in uirum, Fran. Marc. decis. 932. car. 342. per glo. in c. scripturis. nona quæstione prima. Abb. in c. cum post de electio.
16 Et † debet eligi, & præsentari persona idonea, & non indigna, aliàs eligentes, & præsentantes scienter indignum, amitterēt pro illa uice facultatem iterum eligendi, & minor pars, quę elegisset dignum, & idoneum, obtineret, & si nullus alius fuisset electus, aut præsentatus ordinarius præsentaret, & eligeret in pœnam eligentium indignum. Abbas in d. c. cum in iure, numero 7. uersi. ultimo pro declaratione, & ibi Doct. & in c. quia propter. §. uel saltem, nume. 5. de electio. Lamberti. de iure patrona. lib. 2. artic. 5. q. 4. princip. 3. par. car. 223. in 28. artic. 9. quæst. princip. primæ par. & in 2. & 3. artic. decimæ quæst. princip. 1. par. car. 10.
17 & artic. sequenti. † Quæ incapacitas, indignitas, & inhabilitas consideratur tempore electionis, non exercitii, quando lex & statutum considerat tempus electionis & extractionis, secus si cōsideraret tēpus exercitii, & sic offitij exercendi, & eligerentur offitiales ante tempus exercendi officium per duos, aut quatuor menses, ut aliquando solet fieri in creandis quolibet anno Prioribus, & offitijs, ita ad propositum plura adducit Hippolit. in Pract. crim. §. diligenter, nu. 184. & seq. Rom. consi. 59. circa propositam consultationem, Tiraq. de retract. lignag. §. 14. in glo. 2. sub nu. 17. uersi. nec mouet, sentit Aret. §. furiosus, sub numer. 1. Instit. qui dari tuto. in testam. pos. Fely. in d. c. quoniam Abbas, sub numero 5. uersicu. & allegat Bar. de offi. delega. Vincenti. Carroci. in c. cum quid in 3. par. limita. 3. numero secundo. de regul. iur. in 6. car. 153. Hippol. in l. si. numero 102. & seq. uersi. quæri etiam potest & numero 113. ff. de iuris. omni. iud. & in l. pen. numero 4. ff. de quęstio. & ideo fuit IVDICATVM * Volaterris per D. Iudicem appellationis de anno 1565. Ioannem de Ioanninis minorem tempore electionis, & maiorem tempore officij exercendi non fuisse idoneum Doganerium salis, & alium eligendum, cum reformatio illa Vulterrana potius consideraret tempus electionis & extractionis, quā exercitij officiorum, quod est notandum pro statuto nostro Patialium, & Priorum requirente ętatem annorum 40. quia pauci ad hoc animaduertunt.
18 Et † an debeat totum tempus ætatis adimpleuisse tempore electionis, uel solum attingere initium anni, ut puta xxv. uel quadragesimi, & sic an stet inclusiuè, uel exclusiuè illud tempus, uide glo. Bartol. & Doctor. in l. patronus. §. Sempronio. ff. de legatis tertio. Bartol. in l. meminisse, numero sexto. ff. de offi. procon. sul. lega. bene facit tex. in l. 1. ff. de manumis. glo. in l. si minor. ff. de uerborum obligatio. l. 1. §. quod dicimus, intra diem. ff. de successo. edict. l. qui ante Kalendas, & ibi Pau. de Cast. ff. de uerborum obligatio. l. Maiores. ff. de iu. immun. Bartol. in l. 2. §. creditum, numero sexto, & septimo. ff. si certum peta. Franc. Marci. decisione 898. quia in causa. in prima parte Emanuel Soarez. commu. opinio. in uerbo, tempus a lege, numero octauo, & in uerbo, Accas. numero 130. ubi distinguunt inter legem, statutum, & testatorem, & contrahentes, & inter casum fauorabilem, & odiosum.
19 † Et quando uocatus ad eligendum esset absens, uel infirmus, & iusta de causa impeditus, posset per procuratorem alteri de collegio committere eius uocem alias non Abbas, in d. c. quia propter, numero secundo, & ibi Docto. de electio. Lamberti. ubi supra, artic. 9. & 10. quæstione 8. prin
20 ci. 1. par. car. 86. † Si electio est fienda regulariter de mense Ianuarii, & fiat de mense Aprilis, ualebit talis electio, ut consuluit Abbas in consilio 93. uolumine primo, car. 46.

Dubium tamen oriebatur in hac materia

21 teria electionis, an electus ante acceptationem, & ratihabitionem possit ab eligentibus reuocari, & remoueri annullando electionem, & alterum eligendo, & uidebatur dicendum quòd publicato scrutinio, & recepto partito electores non possent deuenire ad electionem alterius in præiudiciū electi, cum iam sint functi officio eorum, c. cum inter canonicos, & c. publicato, & ibi Docto. de elect. Tiraq. in repeti. l. boues. §. hoc sermone. 23. limita. numero primo. ff. de uerborum signifi. car. 78. Tamen contrarium dicunt Bar. Ang. Imo. & Docto. in l. absenti. ff. de donat. quos refert & sequitur Soc. in consilio 25. numero 17. uersicu. septimò faciunt, uolum. primo. ubi uolunt posse uariare ante acceptationem, cū nōdum ius sit ei quæsitum. tu dic quod aut electores eligunt a se ipsis, & nomine eorum proprio, aut nomine alieno tanquam electi a populo, superiore, a capitulo, a Papa, ab Impatore, a ciuitate, a primo casu, quādo Papa, Imperator, Dominus, ciuitas, capitulum, & consilium eligit absentem, potest uariare ante acceptationem, quia eorū officium adhuc durat: secundo casu, quando ab alijs sunt deputati ad eligendum, ut delegatus, & electi ad eligendum a consilio, a populo, a cap. a ciuitate, & a superiore, & sic nomine alieno eligunt, & præsentant, non possunt uariare, quia functi sunt eorum officio, & amplius nō durat eorum authoritas, etiā quod nulliter elegissent: uel si electio esset fienda per scrutinium secretum, iuxta formam d. c. quia propter, & c. publicato, de electio. & isto casu procedūt adducta supra in contrarium: secus, quando a se ipso, & nomine proprio eligunt, quia possunt uariare, ut supra dictum est, & ita sentit Rimi. iun. consi. 111. numero 9. & numero 75. & consilio 112. num. 297. & seq. uolu. 2. & ita declarando distinguit Abb. in d. c. publicato, col. 3. sub nu. 3. de e-
22 lect. Hinc uidemus, † ꝙ Episcopatus dignitas tanquam proueniens a se ipso, & nomine proprio, durat etiam post mortem Episcopi, & transit in successorem, secus in dignitate Vicariatus, quæ licèt sit perpetua quo ad officium Vicarij, tamen Vicario mortuo, uel remoto non transit in alium successorem, nisi noua cōmissione, & ideo causa delegata Vicario alicuius Prætoris, aut mihi Vicario Gener.' Episcopatus Papiæ (me remoto, aut mortuo) non transiret in successorem Vicarium, quia non habeo officium a me ipso, & nomine proprio, sed ab Illustris. & Reuerendis. Dom. Hippolito Rubeo, Comite Sancti Secundi, & Episcopo Papiense, Domino meo colendissimo, ut est communissima opinio, quando sub nomine officij, & sic Vicarij est facta, Bar. in l. more. sub numero 19. & ibi Ias. nume. 18. & Docto. ff. de iurisd. om. iud. idem Bar. in l. quod Principi. in fi. ff. de leg. 1. Lap. allega. 88. Rebuf. in sua pract. benefi. num. 216. car. 63. Sebast. Medic. in tract. mors omnia soluit. in 2. par. concl. 31. nu. 33. in uerbo, delegatio. & in concl. 110. nu. 304. car. 133. Crot. consi. 102. nu. 14. uolu. 1. Dec. & Doct. in c. quoniam. Abbas. numero 19. uersi. tertiò. Abbas infert. & ibi Imo. nu. 19. de offi. deleg. ubi dicunt communem, & consuluit Panciro. consi. 127. colum. 1. & 2. car. 258. & Hiero. Gigas in consi. 86. car. 116. ubi dicit magis communem Legistarum, & Canonistarum, & ita Romæ IVDICATVM * fuisse. Nec obstant adducta in contrarium per Dom. Probum in additio. ad Ioan. Monac. in c. nemo, nume. 23. & seq. de elect in 6. car. 83. & perdoctè per eximium & excellentem Iuriscon. Dominum Marc. Antoni Cucch. in sua aurea Institu. maior. Canonica. in rubr. de Vicarijs. tit. 8. numero 12. & seq. car. 183. quia licèt coloratè, & subtiliter loquantur, tamen opinio contraria est receptior, & ita obseruatur, sicut ita fuit IVDICATVM * hic Papiæ de anno 1576. ad fauorem Illustrissimi Cardinalis Albani contra Illustrem Dominum Octauium Palauicinum, & Romæ confirmatum, & ita in quibusdam causis Monitorialium delegatis IVDICAVI * de anno 1580. contra illos de Burgo Franco ad fauorem illorum de Bassignana.

Et in ista electione non solum ille, qui est de consilio, & capitulo, poterit assentire electioni de se factæ publicato scrutinio, & nominatione facta, sed etiam
23 poterit nominare, & præsentare patrem, filium, & nepotem suum, & ei dare uocem, dummodò sit capax, & idoneus, aliàs secus. ita tenet Speculato. in tit. de iure patrona. col. fin. numero

deci-

decimoquarto. & ibi Io. Andre. Roma. singula. 813. an in collegio. Aret. in §. praeterea, il. 2. nu. 38. uers. ad unum tamen, Institu. de exceptio. Roch. de iure patrona d. uerbo, honorificum, nu. 20. Abbas in consi. 96. uol. 2. latè Lamber. de iure patrona. lib. 2. artic. 12. q. 8. princ. in 1. par. & articu. 13. car. 87.

Vnde ex prædictis fuit de anno 1561. ad fauorem honorandi patris mei Iureconsul
* ti IVDICATVM * & de anno 1575. ite
* rum CONCLVSVM * pro parte Mag. D. Dionisij fratris mei, quæ omnia bene notanda sunt a Dominis Cancellariis status Florentiæ in creandis officialibus, & in Terra Fiuizani a Dominis Prioribus, & Consiliariis.

DE CONTRACTIBVS.

DECISIO XII.

ARG.

Doctor exercens officium Prucarationis, & Notariatus in ciuitate prædominantis non efficitur infamis, & potest de iure respondere.

Procurator, & Aduocatus possunt petere salarium pro mercede.

Procuratoris, & Notariatus officium non est infame, sed uile, nisi consuetudo esset in contrarium, & eos admitteret ad quæcunque offitia.

Lex, & statutum non trahitur ad præterità consumata, & factum in damnum particularium personarum dicitur odiosum, & iniustum, & non ualet.

Procurator, & Aduocatus non potest facere pactum de quota litis, aliàs amittit officium, & efficitur infamis.

SVMMARIVM.

1 *Variatio, & mutatio uoluntatis non admittitur.*

2 *Vbi duo proponuntur, uno electo alind uidetur reiectum.*

3 *Officium Notariorum & procuratorum est uile, & infame. nu. 6.*
Declara, nu. 21. 22. 23. 26. 30. 32.

4 *Infamis potest esse Notarius.*
Doctoratus est dignitas, & nobilitas.

5 *Doctoratus esse potest infamis.*

6 *Procurator est infamis, et uile exercet officium, & perdit nobilitatem priuilegium doctoratus, dignitates suę ciuitatis. nu. 7. 8. 9. 10.*
Declara. nu. 13. 15. 19. 20. 24. 26. 30. 32.

11 *Notarius, & iudex quis non potest esse, numero 38.*

12 *Quis non potest eodem tempore personam duorum substinere.*
Declara, nu. 38.

14 *Doctor eminentis scientiæ dicitur Antecessor Imperatoris, & ob id habet plura priuilegia.*

15 *Reseruatio, & protestatio iuris doctoratus parte acceptante, operatur reseruationem prioris iuris directi etiam quòd esset contraria facto, nu. 37. 43.*
Clausula, non aliter, nec alio modo, multum operatur.

16 *Doctor matriculatus in arte notariorum, non ammittit priuilegium doctoratus, nu. 20.*

17 *Protestatio, quando non est de directo contraria actui, interpretatur ipse actus ut non intelligatur recessum a protestatione, & numero 15. 37. 43.*

18 *Priuilegium vnum non operatur annullationem alterius debite competens.*

22 *Statutum potest dare Notarijs authoritatem creandi tutores, curatores, & mondualdos, ac vtendi iurisdictione.*

23 *Ars dicitur nobilis, & ignobilis, & idem in officijs, secundum quod ex loci consuetudine, & hominum opinione practicatur, nu. 24.*

25 *Consuetudo, quæ non est contra ius debet attendi.*

28 *Dictum Doctoris, est intelligendum secundum legem, quam allegat.*

28 *Opinio communis non est sequenda, quando conuincitur per casum legis.*

29 *Doctores sequentes, ut aues & oues, alios, faciunt modicam fidem.*

31 *Viles, & infames personę non possunt in curijs Principum adesse, & postulare.*

32 *Coquus Principis exercet artem nobilem, & habet dignitatem.*

33 *Curia Principis dicitur illa, in qua Princeps*

creat suos iudices, & officiales.
Iudices, & officiales creati a principe gerunt ui ces Principis.
34 Iudex ecclesiasticus subrogatus in locum iudicis laici, sequitur naturam iudicis laici eius qualitatibus, & idem econuerso.
35 Subrogatus sapit naturam subrogati cum omnibus eius qualitatibus.
36 Notarius effectus Doctor potest conficere instrumenta, & stare ad banchum iuris, uide & nume. 38.
Delegatus seruire per substitutum non potest, quando est electa industria personę.
38 Doctor potest esse procurator, & nume. 36.
39 Procuratores, & Notarij possint de iure respondere, & postulare, allegare in scriptis & in uoce.
40 Aduocatus, procurator, & causidicus non possunt facere pactum de quota litis, alias puniuntur pęna arbitraria, & efficiuntur infames, perdunt officium, & dignitatem, nume. 43.
Declara, numer. 44.
41 Pœna quando a lege non est expresse ordinata, qui facit contra prohibitionem legis, aut statuti pęna extraordinaria puniri potest.
42 Hebræus cognoscens carnaliter Christianam meretricem publicam, pœna arbitraria est puniendus.
43 Pactum de quota litis, est a iure prohibitum. Declara, nume 44.
Pactũ de quota litis, est quando super re litigiosa conuenitur, & sic quando aliquid de re litigiosa detrahitur.
45 Pactum, & conuentio de honorario, & uictoria extra rem litigiosam facta inter Aduocatum, & clientulum, ualet.
46 Aduocatus, & procurator licet non conuenerit de salario, poterit tamen officio iudicis illud a clientulo petere.
Omnis labor optat præmium.
47 Iudex potest moderare petitionem salarij factam ab Aduocato, & procuratore, quando de eo non est conuentum.
48 Aduocatus & procurator possunt petere salarium conuentum a clientulo, etiam si clientulus se concordaret cum aduersario lite mota.
49 Ars Notariorum, & iudicum non potest interdicere Doctoribus matriculatis in arte Notariorum exercentes officium procurationis, ut non respondeant de iure, sed solum super facto.
50 Lex, & statutum factum in odium, & damnum particularium personarum, aut contra utilitatem publicam, uel libertatem ecclesiasticam, est iniqua, & iniustum, & non ualet.
51 Statutum, & constitutio noua non trahitur ad præterita consumata.
Nec contra conuentionem, & reseruationem procedit. num. 52.
53 Princeps etiam cum causa non potest alteri ius quæsitum tollere, quando illud ius per pactum, & conuentionem est quæsitum.
54 Princeps auferens ius tertio quęsitum ad postulationem alterius, præsumitur circumuentus, & per importunitatem postulantis, uel propter occupationes concessisse, & abstulisse, & non ualet, & nu. 55.
Princeps præsumitur iustitiæ plenus, & non uelle uti plenitudine potestatis in præiudicium tertij, nisi hoc specificet.
56 Doctores appellari possunt Domini, & Magnifici.

DECISIO XII.

In quæstione de facto uertente, An Doctores matriculati in arte matriculę Notariorum, & exercentes officium procurationis in hac alma Ciuitate Florentina de nobilib. effecti fuerint ignobiles, & populares, & priuilegium nobilitatis, doctoratus, ac aliarum dignitatum perdiderint? & an pragmatica contra procuratores edita, quod de iure non respondeant, eis præiudicat, & ualeat? Pro parte Aduocatorum uidetur quod sic. Et primo, quia sub intrantes in matricula Notariorum, & officium illorum exercentes, uidentur conuenisse beneficio Doctoratus amplius uti nolle, cum a principio habuerint electionem, aut exercendi officium aduocationis, aut notariatus, & procurationis, & cum elegerint matriculam notariorum, & procuratorum censentur dereliquisse matriculam Aduocatorum, & non possunt amplius re-
1 uerti ad illam, † quia uariatio non admittitur, nec mutatio uoluntatis, l. nemo potest mutare, ff. de re. iudi. & per Iaso. in l. quicquid astringendæ. colum. 3. C. de codici. & in l. serui electione, in fi. princi. ff. de lega. 1. &
2 † quando duo proponuntur alicui, uno electo, aliud uidetur reiectum, cap. non ne, & ibi

ibi per Docto.de præsumpt.& faciunt addu cta per Soci.in d.l.serui electione.Secundo,
3 † quia matriculati in matricula Notariorum dicuntur assumpsisse officium, & artē uilem, quia officium Notariorum est uile, & infame, & ideo interdictum est decurionibus, l.si quis procuratorem, & l.vniuer-
4 sos.C.de decurio.lib.10.† cum infamis possit esse Notarius,& sic Tabellio, ut censuit Barto.in l.1.C.de manda.princi.Crauet.cō sil.163.numer.1.& Abb.in c.sicut,colum.3.
5 de cleri.uel monaci.† sed ars aduocationis, & doctoratus est nobilis,& dignitas,in qua infamis intrare,& stare non potest, ut per Feli.in cap.quando, nu.1.extr.de magistr. & Ioan.Franc.Ponti.in trac.de Lamijs.nu. 18.uersic.est etiam certissima scientia. er-
6 go,&c.Tertiò,† quia officium procurationis est uilissimum,& infamissimum,ut utar uerbis Bald.in l.si quis procurationem. C. de decurio.lib.10. in princi. quod fuit originale dictum Dyn.in cap.infamibus, in fi-
7 ne,de reg.iur.in 6.† & exercentes tale officium amittunt nobilitatem, & omnem dignitatem,& priuilegium,ut per Guid.Pap. decisio.388.Tiraq.de nobilit.c.30. num.12. & dixit notabiliter Guido Papæ in decisio. 399. an autem procuratores,quòd licèt de nobili sit ortus procurator, potest & debet ueluti quilibet plebeus, taliari, quem refert,& sequitur Gabr.Saray.in addi.ad Mathesi.sing.814. tu habes quod officium, & Barto.in d.l.uniuersis,& in l.si quis.la.2.C.
8 de decurio.lib.10.† dicit quòd procuratores non possunt esse de prioribus populi,& in proposito tenet Guido Papæ d.decisio.
9 388.† q Doctores exercentes officium procurationis non gaudent beneficio,ac priuilegio doctoratus,sicut alij, qui exercent officium aduocationis, & sequitur Gabri.Saray.in addi.ad Mathesi.sing.58.Nota unum
10 casum,nume.6. Quartò, † quia exercentes officium Tabellionis, & procurationis amittunt exercitium doctoratus,& aduocationis,licèt retinerent priuilegium doctoratus, & econuerso,ut per Barto.in d.l.uniuersos,Ioan.Firma.in tracta.de Episcop.in 5.par.sub nume.16.Bonu. de Curte.in tracta.de Nobilit.in 3.par.sub.nume.138.& sequen.Gomes.§.in personam, sub nume.13. Instit.de actio.& Beltran.consil. 312. num. 3.uolum.3.post Afflict.de prohib.fe.alien. numer.54.uide infra, numero 16. Quintò
11 † quia quis non potest esse Notarius, & Iudex, ut probatur in c.quoniam contra, de probatio.& sic allegare,& ferre sententiā, ut etiam not.Innoc.in c.cum a nobis, de testib.& Guido Papæ decis.564.utrum iudex. Mathesila.singula.1. cum uulgaris sit regu-
12 la, † quod quis duplici munere fungi nō potest, nec eodem tempore duorum sustinere personam.l.fin.C. de assessor. l. pen.ff. de offi. assessor. auct. ut iudi. sine quoquo suffrag.§.illud,& in l.hac parte, & ibi glos. C.de proxi.sac.scrin.cum simili.
13 Doctores † uerò matriculari in matricula Notariorum, & exercentes etiam officium procuratoris in dignissima,& famosissima Ciuitate Florentina dicebant non amisisse,nec amittere eorum nobilitatem,dignitatem,ac doctoratus insignia, & consequens denigrari ullo modo non posse honorem,ac dignitatem nobilitatemque ipsorum,& ad quoscunque honores uenire, & uocari posse.l.laudabile.C.de Aduo.diuerso.iudi.& in prima constit.C.& ibi Bar.Bal.
14 & Salicet † cum Doctor scientiæ præcellens respectu illius scientiæ doctoratus, & dignitatis dicitur Antecessor Imperatoris. §.cum hoc quoque,in proœm. Instit. & ibi Aret.nume.3.& propter talem dignitatem, & gradum reperitur habere quamplura priuilegia specialia, de quibus habetur per Docto.in l.miles. C. de officio milit. & per Doct.in d.proęm.Instit.& per Aret.in §.itē Romæ.numer.2. Insti.de excusa.tut.& Ias. in l.1.ff.solut.matrimo.ut etiam perbellè notat Ioan.Franc.Ponti.in tract.de Lamijs.numero.1.& seq. Quod autem non amiserint insignia doctoratus propter tale exercitiū, & matriculam, apparet ex petitione ipsorū producta coram Magnificis Dom.Aduocatis,& Notarijs artis iudicum, & Notariorum, in qua continetur, qualiter petunt in dictam artem ingredi,& matriculari,reseruato sibi eorum priuilegio doctoratus, & non aliter,nec alio modo,qui Mag.de Collegio ipsos Doctores in dictam artem receperunt, & matriculauerunt cum dicta reseruatione priuilegij doctoratus,& contractum celebrauerunt: quo casu clarissimè apparet huiusmodi priuilegium doctora-
15 tus, & connexa illius, non amisisse, † quia protestatio,reseruatio,& clausula,saluo iure do-

re Doctoratus, & non aliter operatur reseruationem prioris iuris directi.l2.distin. in fi.sequitur Boueri. in sing. uerbo protestatio, num.3.Ias.in §.præterea, nume.58. Inst.de actio. Hippol.sing.365. & sing.696. Roland.consilio 62.numero 16.& seq.uol. 4.Rim.iun.consilio 285.nu.33.& seq.& numero 44.& seq.uolum.3. & Cephal. consilio 118. numero 9.& 10. uolum.1. ubi latè de illa clausula, non aliter, nec alio modo, & maximè quando est facta in præsentia partis non contradicentis, imo eam acceptantis, ut per Rip.in c. cum M. Ferrarien. numero 92.& seq. de constit. & Cagnol. l. in omnibus causis, numero 9.ff.de reg.iur. quia tunc per talem acceptationem (etiam quod esset talis protestatio de directo contraria facto) aliquid operaretur iuxta tex. in l.pacta nouissima, C. de pact.& per Ias. in l.admonendi, numero 104.ff. de iureiuran.Dec.in c.prudentiam, numero 26. de officio & potest.iud.delega.& consilio 475. numero 35.& consi.499.numero 13.uersi. ultimò non obstat præterea quod in casu nostro ista protestatio & reseruatio non
16 est de directo contraria facto, † quia per ingressum matriculæ Notariorum, & iudicum non amittitur priuilegium doctoratus, licet fortasse cessaret exercitium per ea, quæ tradit Pau.de Cast. & ibi Soc. in l. falsa demonstratio. §. 1. ff. de condi. & demonstra. Alexand. consi.32. sub numero 7. uol.5.Niconi.c. quoniam contra, numero
17 128. de proba. car.mihi 43. & † quando protestatio non est de directo contraria actui, interpretatur ipse actus, ut non intelligatur recessum a protestatione, Grat. in consi. 10, quæritur iterum, nu.fi. uolu.1.sequitur Marc.Ant.Bar.in suo trac. de temp. uti.& conti.c.11.sub nu. 17. uersi. sed si di-
18 recto, & supra nu.15. † Quia priuilegium, ut est matriculæ, alicui concessum non debet taliter interpretari, ut per illud tollatur aliud priuilegium ei debite competens ut per Bal. Angel. Fulgo.& Alex.in l.si Rufinus C.de testam.milit.quos refert, & sequitur Io.Bernar.Diaz.in reg.596. in uerbo, priuilegium, & sic ex his, & alijs infra dicendis demonstratur, priuilegium doctoratus, & quamcumque aliam dignitatem huiusmodi Doctores matriculatos in arte Notariorum, & Iudicum Ciuitatis Florentiæ non amittere, nec amisisse, & consequenter potuisse, & posse uti tali priuilegio, & alia facere, quæ usque adhuc facere consueti sunt, & de iure respondere.

Nec modò (dicebant) obstare fundamenta in contrarium superius deducta, quia re uera non procedunt in casu isto. Nā primò
19 non obstat, † quòd uideantur tacitè conuenisse priuilegio Doctoratus amplius in ciuitate Florentina uti nolle, cum elegerint matriculam Notariorum, & amiserint illā Aduocatorum, quia respondetur duobus modis, uno modo, quòd non uideantur renuntiasse priuilegio eorū doctoratus, imò per talem reseruationem expressè factam, & admissam a Collegio contrarium apparet per ea, quæ supra in proposito allegata fuere, numero 13.& 16. secundò, ꝙ non ualet consequentia, elegerunt matriculā Notariorum, & noluerunt uti matricula Aduocatorum, ergo renuntiauerunt priuilegio
20 eorum doctoratus, † quia quis potest non ingredi matriculam aduocatorum, & tamē retinere eius priuilegium doctoratus, & alterius dignitatis, & illo uti in alijs causis, quàm aduocationum, cum sint separabilia & compatibilia, prout multum in proposito adnotauit Alberic.in tract.stat. in 1.par. quæstio.162.in ciuitate Vercellarum, ubi dicit contra Aduocatos fuisse iudicatum, & nota Ias.in l.1.ff.de uerb. obl. & patet ad sensum. Secundò non obstat, ꝙ ingressi in matriculam Notariorum elegerint artem uilem & infamem, & ideo propter talem infamiam amiserunt priuilegium doctoratus & nobilitatis, cum infamis non possit esse Doctor propter illius dignitatē, quia respondetur, prout supra, quòd attento quòd sibi reseruarunt talem dignitatem, & priuilegium, non potest dici illud a-
21 misisse, & † etiam quia non est uerum, quòd officium tabellionis sit uile & infame imò est nobile & honorabile, cum repræsentet personam publicam, & ei tanta fides adhibeatur, propterea quod infamis non potest ad talem matriculam peruenire, nec huiusmodi artem exercere, ut probatur ex gloss. in lege secunda, §.miles. ff. de his, qui notant. infam. in uerbo, Sacramento. Abbas Cardin. & Fely. in capitulo cum dilectus, de fide instrumentorum, & Fely. in cap. fraternitatis,

tis, de hæreti. colum. prima. & latissimè omnium hanc conclusionem pertractat & firmat Didac. in sua pract. quæstio. c. 19. sub numero 4. & seq. uersi. his tandem prænotatis, & ostendit esse communem opinionē in Notarijs matriculatis a Principe, aut ab aliquo Collegio, & Communitate, præterea quod in ista florentissima Ciuitate Florentina Notarij matriculati in matricula Notariorum, & Iudicum habent iurisdictionem a statuto, & possunt dare tutores, curatores, & mundualdos minoribus, & mulieribus, ac etiam emancipare, & omnia alia facere, quæ requirerent auctoritatem
22 ordinariam, † & sic dicuntur habere honorem, & dignitatem, & ea posse facere, quæ ad iudicem ordinarium spectant, & pertinent. l. naturali. §. si quæratur. ff. de cōfir. tut. Dy. in regula, beneficium, colum. 8. uersi. sicut dicitur legitima, & ibi apostilla, de reg. iur. in 6. tex. in §. sed hoc iure, ubi Aret. Insti. de Attilia. tut. & latè per Spec. de tutore, cum mille similibus, & tale statutum potest illis dare huiusmodi autoritatem, ut Roma. consilio 86. & Gab. Saray. ad Mathesi. sing. 1. numero 15. facit Ceph. consilio 611. uolum. 4. Et præcedit ars iudicum & Notariorum omnibus alijs artibus ciuitatis Florentiæ, ut omnibus notum est tanquam nobilior reputata in dicta ciuitate, & ideo non potest dici officium & artē
23 uilem & infamem exercere, † quia ex loci consuetudine, & hominum opinione ars seu officiū aliquod dicitur nobile, & ignobile, ut per Io. Staphil. in tract. de gratia, & expect. in 5. par. uersi. circa tertiam partē, numero 6. Alcia. in l. mercis. ff. de uerborū signifi. & in tract. de præsump. reg. 1. præsump. 58. numero 12. uersic. hodie tamen, Ceph. d. consi. 71. uolu. 4. & dicit Bar. in l. 1. C. de dignit. sub numero 57. lib. 12. ꝙ regulariter illud officium, seu actus annexam dignitatem, seu nobilitatem habet, quam in uniuersitate illa, ubi de hoc agitur, homines opinantur, quem refert, & sequitur Beneuenu. de mercatu. in par. 2. numer. 17. uersic. item quæritur. Hinc est ꝙ uidemus mercatores, Notarios, procuratores, & artifices etiam uiles ascendere, & consequi dignitatem, & officium nobile in eorum locis, & ciuitatibus propter eorum primæuā nobilitatem, & sic esse de Prioribus, Antianis, & uexilliferis, quo casu nullo modo erit dicendum illorum artem esse uilem & infamem, cum opinione hominum & loci consuetudine pro nobili habeatur, ut etiā notat Io. de Plat. in l. maximarum. C. de excu. mun. Ceph. late, d. consilio 111. uolu. 4. ubi loquitur in chirurgo, stante statuto ꝙ non possit quis admitti in Collegio, qui non sit natus ex patre nobili.

Tertiò minus obstat, ꝙ officium procuratoris sit uilissimum, & infamissimum, & propter hoc quem amittere nobilitatem, & dignitatem, ac priuilegium doctoratus. Quia respondetur pluribus modis, & pri-
24 mò ꝙ non procedit, † quando ex loci cōsuetudine, & hominum opinione non reputaretur infame & uile, sed nobile & ad honores ac dignitates ciuitatis admitteretur talis procurator, per ea quæ supra ꝓximè de Notario dicta sunt. Et sequitur in procuratore Didac. in sua pract. quæstio. c. 19. sub numero 7. uersi. sed & idem respondendum est, ubi formaliter dicit, postquā locutus est de officio Notarij. (Sed & idem est respondendum in procuratoris officio, quo si Nobilis, & hidalgus utatur, non priuetur nobilitatis & hidalguiæ priuilegijs. Etiam ubi hoc officium exerceat apud ea tribunalia, quæ sunt extra curiam Principis, & Regis, quia non est ab usu forensi alienum, si quidem non semel uidimus fabros lignarios, eiusmodique artifices, probata ipsorum nobilitate, quam hidalguiā dicimus, pronuntiaria, solutione, & cōtributione subsidiorum regalium immunes.) Vnde cum in ciuitate Florentina tales ꝓcuratores originarij, aut ciues priuilegiati admittantur ad honores dictæ ciuitatis, est dicendum ꝙ ex loci consuetudine, & hominum opinione non sit tale officium uile, & infame. facit Ripa respon. 14. numero 9. de diuer. rescrip. car. 109. attento etiā ꝙ Foranei matriculati in dicta ciuitate, & si Doctores fuerint, officium procurationis nedum per decennium, ut solum requiritur, uerum etiam per 30 40. 50. annos, & ultra exercuerunt, utendo priuilegio doctoratus tam circa nomen eorum, quàm circa allegationes, de iure in uoce, & in scriptis referendo, ut per Iaso. in l. de quibus.
25 numero 47. ff. de legibus. † quæ consuetudo omnino debet attendi, cum non sit cō-

tra

tra ius commune, nec etiam contra bonos mores, ut per Doct. in d. l. de quibus. latè p Iul. Clar. tract. de feudis. §. feudum. uersicu. quartò nunc. q. 36. sentit Villalo. suis commu. opinio. uerbo, consuetudo. nume. 179. car. 81. Secundò respondetur, quod de iure communi communis est intellectus. l. si qs procurationem. & l. uniuersos. C. de decu. libro decimo. & §. fin. Institu. de exceptio.
26 † quod procurator ad negotia, & lites sit persona uilis, & infamis, & ob id officium ad dignitatem aspirare non posse, imò consequutam amittere, ut ibi per Doct. qui loquuntur de procuratoribus exercentibus officium procurationis in curijs inferiorũ iudicum, & non personarum illustrium, licèt nũquam potuerim uidere tex. dicenté, officium huiusmodi esse infamissimum, ut dicit Dy. in d. c. infamib. in fi & Bal. in d. l. si quis procurationem, nam licèt text. in l. si quis procurationem, repellat procuranté ab illo officio decurionatus, non per hoc sequitur quod procurans sit infamis: sed quia est officium uile, non uult legislator illum uocari ad decurionatus officium, & similiter tex. in d. §. fi. Insti. de exceptio. nõ appellat ipsum infamem, sed dicit, q possit in iudicio procurare, non obstante aliqua exceptione, quæ olim procuratoribus propter infamiam uel dantis, uel ipsius procuratoris opponebatur, nedum de his altercantur, ipsius negotij disceptatio protelétur, & sic non concludit ullo modo q per exercitium procurationis quis efficiatur infamis, & equidem ualde miror, q tanti uiri in hunc inciderint errorem, & extraneum intellectum, † cum dictum Doctoris sit regulandum secundum legem, quam allegat, & non secundum eorum prauum animum, & intellectũ, ut ait ipsemet Bar. in l. non solum. §. liberatio. ff. de lib lega.
27
28 † Et ideo, quando communis opinio, & intellectus conuincitur per casum legis cõtrarium, talis opinio, & intellectus non est sequendus & tenendus. l. 1. in princ. C. de sen. pas. Dec. consi. 23. col. 5. & Cur. consilio 76. super motiuis. ad finem. Areti. §. responsa. Insti. de iure natu. & Corset. singu. in uerbo, opinio. il 2. uersi. ubi Doctores. Et Syl. nupt. lib. 5. numero 67. uersi. limita tertio. car. mihi 485. uide Marc. Ant. Coracci. de commu. opini. lib. 2. tit. 9. casus 24. & 25.
29 car. 176. † Et sic omnes Doctores sequentes Dy. Bar. & Bal. ut aues & oues, quæ quãdo una uolat, omnes aliæ eam sequuntur, iuxta adnotata per Dec. in consilio 481. numero 12. non probant, nec eis est adhibenda fides, cum eodem morbo laborare dicantur, ut dixi in trac. de vsufruct. numero 77. car. 415. in 1. par. Rimi. sen. consi. 756. numero 4. uol. 4. & per Ias. in consilio 151. colum. 3. uol. 4. Alcia. de præsump. reg. 1. præsump. 51. & ibi addét. & Beneuenu. de mercat. tit. de sponsionibus. numero 6. car. mihi 119. Et Hiero. Gabr. consilio 93. Menoc. consilio 51. numero 53. uolum. 1. Purpura. consilio 396. numero 10. uolu. primo. Villalob. in suis commu. opinio. in uerbo, cõmunis opinio. numero 107. car. 66. Bene posset colligi conclusio ex dictis legibus, quod officium procurationis sit uile, non autem infame, cum sit officium, & exercitium manuale, per ea, quæ superius allegaui, & ideo ob id non admittitur a legislatore ad honores, & ad officium decurionatus, nisi ut supra dixi, ex loci consuetudine, & hominum opinione admitteretur, & non haberetur pro persona ignobili.
30 † tamen prædicta conclusio, & si esset uera, cum loquatur de procuratoribus exercentibus officium procurationis in curijs inferiorum iudicum, & personarum non illustrium, non habet locum in procuratoribus procurantibus in curijs Principum, Regum, Episcoporum, & personarum illustrium, quia procurantes in huiusmodi curijs dicuntur habere honorem, & officium honorabile, & non uile exercere, ut sentit Bal. in l. Cassius. col. 3. uersic. & notat. ff. de Senat. & Aret. in d. §. fi. de except. & sic non amittere nobilitatem, dignitatem, & doctoratus insignia, ut etiam sequitur Feder. Schenc. in sua pract. ciui. tit. de procura. col. 2. lib. 1. titu. 17. & Tiraq. de nobilit. d. c. 30. numero 3. & Didac. d. c. 19. sub d. numer. 7.
31 † quia in talibus curiis non possunt personæ infames & uiles ingredi, & postulare. c. 1. 3. q. 7. Bal. in l. 1. §. ait prætor. ff. de postulan. & alii supra relati.
32 Tertiò respondetur, † quod quando Princeps tolerat procuratores officium procurationis exercere in eius curia, ciuitate, aut a. o loco, tunc tales exercentes officiũ procurationis, non dicuntur esse uiles, & officium

cium procurationis, non dicuntur esse uiles,& officium vile exercere,sed nobile,ut dicit Didac.in d.c.19.sub nu.5. uersic. quo fit ut liberrime. car. 300. & ideo coquus Principis dicitur nobilis,& artifex,& habere dignitatẽ. Roma. singula.655. Nũquid. Franc.Crem.singula.99.& Arno. Epit.81. Et sic ex prędictis clarissimè patet,exercentes officium procurationis in ciuitate Florentina,ubi residet supremus Princeps, tã ex patientia Principis, & consuetudine ciuitati,quàm autoritatibus Iurisperitorum non amittere nobilitatem eorum, nec dignitatem,& doctoratus insignia.

Nec obstaret dicere, quòd procuratores huiusmodi non dicuntur procurare in curia Principis, sed inferiorum Iudicum, &
33 Magistratuum, † quia aduertendum est, ꝙ curia Principis dicitur illa, quam Princeps in sua ciuitate ordinat & eligit, ut a molestijs & rumoribus ipse se liberet & separetur,& in illa homines ad uotum ponit,eligit, a cdelegat, & unicuique suum tribuit officium, qui representant personam Principis tamquam delegati,seu ab ipso electi, ut tradunt omnes Doct.in l.fi. per illũ tex. C.de iudi.Aret.consi.87.col.2. Afflict.387. sub nu.8.& latè per Blanc. de compromis. in 6.q.nu.4.nam receditur a persona, non autem a forma procedendi, ut pulchrè per Io.de Amic.consi.94.colum.2.ubi notabili
34 ter dixit, † quòd Iudex ecclesiasticus,qui intrat in locum iudicis sæcularis, debet procedere cum illis qualitatibus,cum quibus procedebat Iudex secularis, & si Episcopus succedit in locum fratrum in electione alicuius debet eligere de illis,de quibus debebant eligere fratres,in quorum locum succedit,& sequitur Corf.in sing.in uerbo, consilium.num.2. quia isti Magistratus, & Iudices subintrarunt in locum Principis,
35 quoad iudicia curiæ, † & tanquam subrogati sapiunt naturam illius,in cuius locum sunt subrogati,& censentur subrogati cum omnibus qualitatibus subrogantis. l. 1. §. hæc actio.ff. si quis lib. testam. lib. esse iuss. fue.Panor.c.1.in col.pen.de mut.pet.sequitur Nico.Euerar. in sua centur.loco a subrogato, & possunt omnia, quæ poterat facere primus autor,& sic Princeps,& Iudex. Alex. in consi 89. uol 3. consi.,6 uol.2. & Afflict. in constit. Hostici exceptionem. in 10.notab.lib.2.Hippo.in rub.de Probatio. sub num.342.uersi. sed ultra adducta. Soc. consi.195.Circa primum,uol.2.Bal.in l.parabolani.C.de epis.& cler.

Quartò non obstat quòd exercentes officium notariorum, non possunt exercere officium aduocationis & Doctoris,& econtra.Quia respondetur, quod cum Doctor sit Notarius etiam,& non desinat esse Doctor, quòd non uidetur per hoc ei interdictum exercere etiam officium doctoratus,
36 & sic allegare iura, † sicut Notarius effectus Doctor, non desinit esse Notarius, & potest conficere instrumentum, ut tradit Pau.de Cast.& ibi Soc.in l. falsa demonstratio.§.1.ff.de condi.& demonst. Alex. in addit.ad Bar.in d.l.uniuersos.& in l. 2. C. de Tabular.& in consi.32. sub nu.7. uolu.5.& Niconi.in c.quoniam contra.num.128.car. 43.De proba.& maximè cum talia offitia sint compatibilia,& non repugnantia.l.ille a quo.§.tempestiuum.ff. ad Trebel. Aret. §.cumque hoc nu.1. in proem. Inst. per illum tex.uel penitus non diuersa, ut tradit Paris.de sindi.c.offitium nemo debet.num. 3.& Gabr.Saray.in add. ad Mathesi. sing. 1.nu.13.uersi.nec similiter, qui cæteros allegat. & num.14. & præcipue cum de consuetudine hoc admitteretur,ut est Tusciæ, & Mediolani,ut dicit Ang. in consilio 283. quem sequitur Beltran. in consi.312.num. 3.uolu.3.& colligitur ex traditis per Alex. consi.120.nu.5.uol.7.& Pract.Pap.in for.ex sententia diffiniti.in glo.uiso.numer.2.car. 161.& Pater meus in responso 191. lib.2. ubi loquitur de Domino Monardo,& dicit quòd non poterat exercere artem notariatus,exercendo artem doctoratus,& sic non poterat esse Notariatus Banchi,neque aliũ in eius locum ponere,quia statutum Fiuizani elegit industriam personæ, quo casu non habet locum substitutio, quod notate Notarij Fiuizanenses, & facit doctrina Fel.& Dec.in c.quoniam Abbas.de offi.delega.& Soc.in l.si seruum,nu.7.ff. si ex noxa.causa.Rim.sen.consi.612. uol.4.& Dec. in c.si pro debilitate.nu.4.& 5.de of.deleg. ubi delegatus non potest subdelegare, quando est electa industria personæ, unde enim uidemus in ciuitatibus Etruriæ, ut Romæ, Florentiæ, & alijs in locis, ac in ciuitatibus Etruriæ, ut Romæ, Florentiæ, & alijs

alijs in locis, ac in ciuitate Mediolani, Neapoli, ac Bononiæ, aliorumque locorum Notarios, & procuratores exercentes officium postulationis, & doctoratus, etiam allegare iura in scriptis, & in uoce, ut patet omnibus, & apparet ex operib. editis ab istis tam præclaris hominibus, nõ est dicendũ saltem ex consuetudine non posse exercere offitium doctoratus, & sic iura allegare, ut Doctores & causidici Florentini. Attento etiam ꝙ in tali matricula reseruarunt sibi autoritatem & priuilegium eorũ
37 doctoratus, † quæ reseruatio, ut supra dixi, operatur retentionem prioris iuris directi, ut per Boer. d. sing. in uerbo, protestatio. nu. 3. & Hippol. d. sing. 696. Reseruatio.

Quintò & ultimò minus habet obstare,
38 † quòd quis non potest esse Notarius, & Iudex, & sic duo offitia uno tempore exercere. d. c. quoniam contra falsam, & ibi Doct. extra de probationi. Mathesi. sing. 1. Quia respondetur, hoc non habere locum in casu nostro, quia non sumus Notarij, & Iudices, sed procuratores, Notarij, & I.V. Doc. quæ officia non sunt penitus diuersa, & compatiuntur inter se, ut supra proximè dixi, & etiam quia simpliciter prædicta conclusio non procedit in causis summarijs & breuioribus ac actis non probatorijs, & ubi de consuetudine hoc non obseruaretur, ut est Mediolani, & Tusciæ, Alexand. d. consilio 120. numero 5. uol 7. & Pract. Pap. d. glo. uiso, numero 2. car. 161. & sequitur Gab. Saray. in addi. ad Mathesi. d. sing. 1. numero 13. & 14. & seq. Dec. consilio 42. in 2. dubio, numero tertio, & tradit P.M. in Responso. 111. lib. 1. Ias. in l. quæ supplicatio, numero 3. 4. C. de preci Impe. offe. quæ consuetudo etiam inter Iudices peritos, & legislatores habet locum, ut ostendit summus Pract. in d. glo. uiso etiam libello. d. num. 2. ubi dicit procedere in ciuitate Montisferrati, in qua ipse & Iudex, & Notarius erat, & notãt alij supra proximè allegati, & Fel. in d. c. quoniam contra, numero 54. & ibi Lanfranc. in uerbo, Libellus, nu. 91. Pau. de Cast. cons. 84. nu. 6. uol. 1. Plot. in l. si quando, C. unde ui, & sic ex his omnibus patet. I.V.D. matriculatos in matricula Notariorum, & exercentes etiam officium procurationis in Ciuitate Florentina, non effici infames, nec amisisse priuilegium doctoratus, & nobilitatis, & posse ad quoscunque honores uocari.

39 Verum quia poterat dubitari, † an isti notarij, & procuratores doctorati, dato ꝙ non amiserint priuilegium doctoratus, possint allegare in scriptis, & postulare in uoce de iure coram Mag. D. Auditoribus Rotæ, & alijs assessoribus; Breuiter absq; multiloquio dico, tales procuratores potuisse, & posse allegare in uoce, & in scriptis sub nomine procuratorum, & causidicorum Ciuitatis Florentiæ, per tex. in l. 1. C. de postulan. ubi procuratores etiam postulare possunt sicut Aduocati, & etiam quia procuratores, & causidici, qui largo modo dicuntur Aduocati, ut per tex. in l. Aduocatos, de uar. & extra. cogn. Dec. in l. inuitus nemo. ff. de re. iu. possunt inuiti cogi ad procurandum pro aliquo, si sunt soliti exercere se in palatijs, ut per Alexand. & Pau. de Cast. in l. inuitus. C. de procurat. & Dec. in d. l. inuitus numero 3. & tenentur interrogati scire respondere de meritis causæ, aliàs faciunt litem suam, & tenentur ad expensas, ut per Boer. singu. in uerbo, procurator, num. 15. & ipsis est magnum dedecus, cũ nemo possit de ea re, quam non nouit, nisi turpissime dicere, & ideo isti procuratores, & causidici ex iuris utriusque libris collectas, atque in ordinem certum redactas habere debẽt multas de unaquaque materia propositiones, ut eleganter scribit Ant. Gales. in tract. de exercit. Iurisperito. lib. 3. numero 15. & numero 19. uersi. post suscepta, & uersiculo, quæret fortasse aliquis, & ostendit etiã ipse in Curia Romana post scholastica sua studia summo & assiduo cum labore multis annis uersatum fuisse, ut legitur in d. tracta. lib. 1. sub numero septimo, circa finem in qua curia officium procurationis exercebat, ut ipse asserit in principio sui tract. de form. lib. ad for. cam. obliga. ubi etiam quamplures connumerat socios non modicæ autoritatis & scientiæ, qui multa in lucem prodierunt, ut etiam adnotat. Octauia. Vest. in sua pract. Roma. lib. 2. titul. procura. causa. Sac. Pala. car. mihi 29. & Iac. Mach. Bononi. in suis Patrocinijs, circa principium, cum mille similib. qui adhuc uiuunt & offitium procurationis, & causidici exercent in istis florentissimis ciuitatibus, & uere isti sunt

procuratores,& cauſidici,cum ſciũt de meritis cauſæ reddere rationem. ſed nonnulli reperiuntur, qui uolunt nominari procuratores,& ſunt ignari legum & carent ratione,& deſtruunt cauſas,qui ſolicitatores deberent appellari, & ipſis deberet interdici officium procuratoris, ut optimè dicit Octauia.Veſt.in præcitato loco,fuiſſe interdictum Romæ talibus perſonis,quod eſt notandum pro Procuratoribus uulgaribus Fiuizani ignorantib. pactũ de quota litis,
40 † per quod quis efficitur infamis,priuatur officio,& dignitate,& punitur arbitrio iudicis,ut notat Andr.de Iſer.& ibi Afflic. de prohibi.feu.aliena.§.tertiò noto,ſub num. 41.& Roland.conſi.36.num.2.& ſeq.uol.3.
41 † Nam quando a lege non eſt determinata pœna, & factum eſt prohibitum,qui facit contra prohibitionem legis pœna arbitraria puniri poteſt,ut per Iaſ.in l.non dubium,in 2.Notab.C.de legib. Bal. in tract. ſtatuto.in uerbo, Tranſgreſſor, car.128. Franc.Marc.deciſ.479.in 2.par. latè Caſſane.in conſuetudi.Burgun. ſub rub. des iuſtices,& droit.in §.3.ſub numero 19.& ſub rub.de confiſcatio.§.primo ſub numero 21. uſque ad numero 22. Guido Papa. deciſio. 433.& Pater meus in Reſponſo 225.Petrus Figulus, lib 2. & ideo male conſuluit Petrus de Vbal.in conſilio 29.Factum, uol.1.
42 conſi.Crimi.diuerſorum authorum, † ubi conſuluit hebræum habenté rem cũ Chriſtiana meretrice publica, nullam mereri pœnam,licet lex prohibeat commiſtionem & copulam,quia lex nullam imponit pœnam,ſed ſolum ſtat in ſimplici prohibitione, & miror de opinione tanti hominis, quia punitur pœna extraordinaria arbitrio iudicis,per ſupradicta,& per Iul.Clar. in pract.Crim.§.Fornicatio.col.4.uerſiculo cum iudicis.car.14.Boer.deciſione 316.numero 5. & Alexand. conſilio 13. uolum.7.
43 † At facere pactum de quota litis,eſt facere contra legem,& bonos mores, propter nimiam affectionem,quam tunc Aduocati & procuratores haberent ad cauſam cupiens per fas & nefas obtinere, Afflict. in conſtitu.Regni.§.Aduocatos, nu.6.& 7. & in 8.notab.nu.14.& ſeq. car.168. Chriſto. Porci.in §.mandatum, in fi. nu.6. Inſt. de manda.Iaſ.in §.tripli.Inſt.de actio. Guido Papa deciſ.190.Pariſ.de Sindica. Cap.Aduocati.nu.17.col.2.in fi.Franciſ.Becci.conſilio 49.num.2.car.83.& late per Plot. in l. ſi quando, numero 534.uerſi.Aduocati, & numero ſequen.C. unde ui.ubi dicit,quod pactum de quota litis, eſt quando de re litigioſa aliquid detrahi debet, ut etiam notant doct.in l.ſumptus.ff. de pact. Spec.tit. de Salario Aduocatorum,ſub num.1.uerſi. illud autem certum,Franc.Marci.d.deciſione 479.an procurator,in 2.par. Natta conſilio 145.numero 15.uolum.1.Io.de Ami. conſilio 149.col.4. Roland. conſilio 38. numero 9.& conſilio 36. nu.20. & ſeq. uol.3. Pariſ.de ſindica.uerbo, corruptio. numero 4.quib.in locis habetur etiam de pœna iſto
44 rum. † & uidetur habere locum ſolum in aduocato Iudice & procuratore & poſtulatore in iudicio,ut dicit Fran.Becci.d.conſi. 49.nu.2.& quando fouet iuſtitiam,uidetur poſſe tolerari in foro conſcientiæ,licet non in foro fori,ut ibi affirmat idem Franc.Bec. nu.4.& dicunt procedere,quando pactum tale eſt factum ante litem motam, ſecus ſi lite mota,& iudicio inchoato,per glo. in l. quiſquis.§ preterea,in uerbo,contractum. C.de poſtulan.Afflict. deciſio. 223. & Ari. Pinel.in l.2.in 2.par.C. de Reſcind. uend.c.
45 2. numero 33.quod nota tu Petre. † quod ſecus eſt ſi extra rem litigioſam conueniret de honorario, & uictoria, quia tunc talis cõuentio ualeret.Bar.in l.ſalarium.ff. manda.per illum tex. & glo. & per Iaſ. in d. §. tripli.& Guid. Papæ.deciſione 190.ubi in fine ponit formam libelli petendi ſalarium, & per Spec.in tit.de ſalario aduocatorum, numero ſecundo, & 3. ubi ponit modum faciendi hanc conuentionem, & Nicola. Euerar.in conſilio 212.colum.3.car.531.&
46 late per Io.de Amic.conſilio 149. † Si uero aduocatus, & procurator non conuenit de ſalario poterit officio iudicis illud petere, Bar.in l properandum §. illo proculdubio,poſt princi.ubi etiam ſcrib. C. de iudic.Alex conſi.109.nu.2.uol.6.Petr. Duen. Regu 63.Alciat.in l.creditori.uerſi.Patrocinio.C.de pact.& Iaſ.in §.tripli. num.50.& nu.59.Inſt.de actio. ubi dicit ĉt quo tempore poſſit petere hoc ſalarium, & de forma libelli habetur per Spec.in tit.de Magiſtris, numero 4.car.172.& tit.de actio. ſeu petitio. §.2.num.24.car.4. quia omne officium exigit de honeſtate pecuniam,Bal.in l.2.C.

de

de oper.liber.& uidetur tex.in c fi.8.quæst. 1. ubi glo. 1. notat, quòd labor sine præmio, & fructu esse non debet. Hippol.singula.693.uulgariter, quod procedit etiam si pro ecclesia,& alio priuilegiato non pau pere aduocaret,Bal.in c.breui.extra de iureiurando Fel.in c.1.de offi. iudi. & Paris. de Sindica.in c.potestas cum esset, & c.ad-
47 uocati. † licet iudex possit moderare illud salarium, quando non est conuentum, secundum importantiam causæ, loci consuetudinem, & scripturarũ productionem.l.1. §.in honorarijs.ff.de vari.extraordi.cogni. glo.in l.1.§.ait prætor,uersi.non habebunt ff.de postulan. Guido. Papæ decisio. 102. & decisio. 190. & Specul. in tit. de salario Aduocati,numero quarto,7.& 9.car.124. & maior esse debet in causa criminali, ubi pecuniæ pluunt,quam in causa ciuili. Egidi.Bossi.in pract.Crimi.tit.quomo.proced. in delict. numero 36. & Ioan. de Amic. d.
48 consilio 149. † quod salarium,& honorarium debetur Aduocato, Procuratori, & Iudici,etiam si clientulus se concordaret, & componeret lite durante cum suo aduersario,quia per eos non stetit, ut per Ias. d.§.tripli.columna fi.numero 58.Instit. de actio. Guido Papæ d. decisio. 102. ubi dicit communem, & Pileus Glosator antiquus,in sua quæstione 54.quidam cum alterius, car.99. Dec. consilio 70.consi. 108. numero 5. Emanuel Soarez. commu. opinio.in uerbo, Aduocatus,numer.105.& Cagnol.in l.diem functo,numero 156.ff.de offi.assesso. Afflict.constitu.hac edictali.nu.7. Dec.in l.in iure ciuili,numero 1.ff.de reg. iur.Corneli.Benincas.de pauperta. quæst. 7.Specia.1.numero 6.car.64.Hippoli.singu
* la.693.uulgariter,& ita OBTINVIT* venerandus pater meus in hæreditate Ballini,contra Io.Francis. Bellandini de Fiuizano de anno 1562.

49 Reliquum est modo uidere, † an ars Notariorum,& Iudicum possit interdicere doctoribus matriculatis in arte notariorum, & Iudicum,ut non audeant domi, publicè & palam,in iudicio,ac extra in uoce, & in scriptis de iure respondere, & sic allegare iura,& decisiones coram auditoribus Rotæ,aliorumque locorum, & licet nonnulli sint, qui dicũt hoc potuisse interdici,& statui,ut per Rom.sing.264.prohibet statutũ, & Alberi.in d.tracta.stat.in 1.par.quæst.162. tamen hoc potius erit de plenitudine potestatis, quàm de iure communi,cum sit contra bonos mores, & priuilegium doctoratus ac utilitatem publicam,& in odium cer
50 tarum personarum † per ea quæ tradit Durant.de arte testan.tit.de his,qui non hab. testam.factio.Caut.2.Rom.sing. 494. milites,& ibi adden.Mathe.Brun.in tract.de cessio.bono.quęstio.11.4.quæst.princi.sub nume.11.car.61.ubi dicit communem,& Practi.Pap.in forma responsio.rei, in gl.saluis alijs,nume.17.uersic.ultimò quæritur, car. 96.& latè per Cur.iun.consil.175. nume.14. & seq.& consil.349.nume.19.& seq. uolu.3. Crauet.consi.195.ubi habetur, quòd lex,& consuetudo facta contra utilitatem publicam,nel inæqualiter,aut contra particulares personas, dicitur odiosa, & iniusta, & nulla, & quod debet reduci ad æqualitatẽ, Bar.in l.omnes populi,nume.52. uersi.ulti. quæro.ff.de iusti.& iu.& ibi Ias.& Doctor. Bald.in Rubri.extra de constitu.Cephal.cõsil.247.nume.46.& seq.uol.2. & Rolan.consil.72.num.43.uolum.3.& ideo fuit dictum edictum Parmæ emanatum de anno 1575. quòd nullus audeat seminare risos, nisi in suis terris proprijs, & non conductis; & statutum collegij Papiæ, quod nullus clericus possit in collegio artium,& medicinę ingredi,fuisse iniquum & iniustum,ut in odium particularium factum,& contra libertatem ecclesiasticam,& ambitiosum,ut notat etiã Alcia.consil.30.lib.2.Tomo.1.car.32. Octauia.Pedamonta.decisio.17.car. 55.& Bero.
51 consi.146.nume.18.uolum.3.† Nec dicitur habere locum contra Doctores iam matriculatos in arte notariorum,& iudicum,sed matriculandos, quia non trahitur ad præterita consummata.Bal.consi.477.punctus, uolum.4.& per Barto.in l. comperimns.C. de proxi.sacr.scrinio.lib.12.Deci.& Fely. in cap.fina.de constitu.Alexan.consi. 7. nume. 2.4.& 13.uolu.2.sequitur Cors.sing.in uerbo, statutum,il 14.incip.si per formam.Roland. de luc.dot. quæst.93.idem Barto.in l. Lucius.§.quæro.ff de leg.2. quibus ius fuerat quæsitum, quod sine causa eis non pôt tolli, quæ causa non pręsumitur, ut latè tradit Crauet.de Antiq.tempo.par.1.num. 32.& nume.50. & sequen. & maximè non procedit in casu isto, quia isti Doctores se

matriculauerunt in arte notariorum, & iudicum cum reseruatione eorum priuilegiorum doctoratus, & non aliter, nec alio modo, & omnes de dicto collegio fuerunt contenti, & cum dicta reseruatione illos matricularunt, & concesserunt ipsis matriculari cum dicto reseruo, & post matriculam illud comprobarunt, ut in petitionibus, & concessionibus clarissimè legitur,
32 † quo casu ullo modo non potuit, nec pôt per illosmet derogari priuilegijs doctoratus dictarum personarum absq; consensu dictorum Doctorum, per tex. in l. nihil tam naturale, ff. de reg. iur. ubi eadem solemnitas requiritur in distractu, quę fuit in contractu, & quod semel placuit, amplius displicere non potest, c. quod semel, de reg. iur. in 6. & in proposito sentit Ruinus consi. 230. nu. 2. 3. & seq. uol. 1. & glo. in princip. Inst. de emptio. & uendit. facit tex. in l. 1. §. si conuenerit. ff. deposi. & l. 1. C. de optio. liber. & maximè isto casu, ubi fuit per uiam pacti, & contractus hoc priuilegium sibi re-
33 seruatum, † & quando per uiam contractus, & pacti est ius alicui quæsitum, etiam Princeps ex causa non potest illud auferre, ut late per Crau. de antiquit. tempo. par. 1. numero 55. Mainer. in l. nemo potest, nu. 125. ff. de reg. iur. late per Alex. cons. 216. nec arguendo, uolumine secundo, & Bello. consilio 38. numero 7. Crot. consilio 145. numero 11. seq. uolum. 1. Plot. l. si quando,
34 numero 19. seq. C. unde ui. † & si auferret ad postulationem alterius, tunc circunuentus præsumeretur Princeps, & non ualeret talis ablatio, & concessio, ut dicit Ludo. Gozadi. consilio 62. numero 18. & seq. Rom. cons. 298. circa præmissa, sub num. 2. & pulchre sequitur Misinger. in sua cẽturia 3. obserua. 561. incip. quando Princeps, ubi dicit ꝙ adeo censetur deceptus fuisse Princeps, quando reuocat, ꝙ seruare tenebatur ut contrarium probari nõ possit, & allegat hoc dicere Bal. in consi. 279. pridie enim consului, col. 10. uol. 3. quia conuentiones pacta, & constitutiones in præiudicium tertij fieri non debent. l. 3. ff. de transact. Cra. consi. 592. nu. 57. & per totum, uol. 4. consi. 933. nu. 2. & seq. uolum. 5. & maximè isto casu, ubi uidetur fuisse concessum, & obtentum contra ius quæsitum per uiam pacti, & conuentionis, & contra utilitatem
35 publicam, † quo casu pręsumitur, Principem hoc potius concessisse propter importunitatem personarum, & occupationes ipsius, quàm spontanea uoluntate, l. 1. C. de petit. bono. c. ex parte, de capel. Aret. consi. 15. columna 3. in fi. & in §. præterea. sub numero 10. uersi. Et primo aduertendum est. Inst. de except. cum Princeps præsumitur Iustitiæ plenus, & nunquam velle uti plenitudine potestatis, nisi hoc specificet, argu. l. 1. ff. de offi. cius. & probatur in c. dudũ. il 2. & ibi Anto. de Butr. de decimis. Aret. consi. 15. col. 4. prope finem. Alex. consilio 122. nu. 15. & seq. uol. 4. & Rom. sing. 764. Dixi alijs. Innoc. in c. innotuit. de electio. Paris. consi. 20. nume. 24. & seq. uol. 1. Soc. consilio 164. Visa bulla. col. 5. uolu. 2. Dec. cons. 468. Et sic patet, prædictum statutum contra pactum, & conuentionem factam per ipsosmet statuentes non potuisse, nec posse afficere dictos Doctores matriculatos in arte Notariorum, & Iudicum cum dicto reseruo, & non amisisse eorum priuilegium, dignitatem, & nobilitatem, ac de iure in uoce, & in scriptis uti causidicos in ci-
56 uitate Florentina respondere posse, † & non solum Dominos, sed uerius Magnificos appellari debere, ut in prima constit. C. & in proęmi. Instit. & latè per Io. Franc. Ponzi. in tract. de lamijs. num. 21. Et ideo re bene discussa coram Excell. Legum Doctore D. Lelio Taurello Auditore Magni Ducis primario, de anno 1577. Februarij, fuit ad fauorem procuratorum tunc existen-
* tium IVDICATVM * Et declaratum per rescriptum Serenis. Magni Ducis Etruriæ in hunc modum. (*La legge s'osserui da quì auanti, che S. Al. non vuol prçiudicare a quelli, che sono in buona fede insino ad hora.*)

DE CONTRACTIBVS.

DECISIO XIII.

ARG.

Donatio absenti, & Notario pro eo stipulanti, & acceptanti facta purè, simpliciter & irreuocabiliter, ac cum promissione non reuocandi, et quòd possit consequi donationem statim sequuta

morte,

morte, uel post mortem donatoris, et non prius, dicitur donatio inter viuos, et non causa mortis, licet sit facta mentio mortis, et dicitur perfecta, et non potest reuocari etiam ante ratificationem donatarij.

Donatarius primus pręfertur secundo, cui res donata fuit tradita, quando a principio donatio fuit perfecta, licet priori donatario non tradita.

Statutum non comprehendit, nec ligat forenses, nec casum mixtum, in odiosis.

SUMMARIUM.

1 Instrumenti & contractus, seu inuestiturae tenor semper est inspiciendus, & attendendus, nu. 3.
2 Donatio inter uiuos postquam est perfecta de sui natura non potest reuocari, nu. 33. in fi.
3 Verba contractus sunt obseruanda, & a uerbis contractus non est recedendum, quia sunt testimonium mentis contrahentium.
4 Donatio inter uiuos perfecta, transit ad herędes, si donatarius moritur ante donatorem, secus in donatione causa mortis, num. 13. & seq.
5 Augumentum dotis idem operatur, quod ipsa constitutio.
6 Donator promittens donationem perpetuò firmam habere, & non reuocare, dicitur inter viuos donare.
7 Iuramentum, quae de sui natura sunt reuocabilia, facit irreuocabilia.
8 Actus in dubio debet iudicari potius ut valeat, quam pereat.
Donatio inter viuos, coram duobus testibus facta, ualet.
9 Donatio facta coniunctae personę, censetur inter uiuos.
10 Donatio in dubio praesumitur inter viuos, & quid si est facta mentio mortis, uide per totum & nu. 12.
11 Donatio inter uiuos facta cum hoc, quòd donatarius accipiat rem donatam post mortem donatoris ualet, & dicitur inter viuos, & non causae mortis.
13 Donatio inter uiuos facta absenti, & Notario aut parti praesenti, stipulanti, & acceptanti nomine donatarij, non ualet ante ratificationem, & non potest vendicari contra tertium re non integra, nu. 21. 31.
Declara nu. 14. 15. 16. 17. 19. & seq. usque ad nu. 35. ubi communis est in contrarium, & non procedit de iure Canonico, & in donatione ad pias causas, nec etiam contra eum, cui donatarius tenetur restituere.
14 Iuramentum operatur praesentiam donatarij.
17 Pater potest adire haereditatem absque praesentia filij.
18 Donatio in dubio, an praesumatur facta donatario praesenti uel absenti.
19 Donator, qui non potest expresse reuocare donationem, non potest etiam illam tacitè.
Actus, qui non potest expresse fieri, aut reuocari, neque etiam tacitè.
20 Donatarius an possit agere possessorio reintegrãda cõtra haeredẽ donatoris, uel tertiũ possessorẽ, si re nõ integra ratam habuit donationem.
23 Haeres non debet esse melioris conditionis, quàm fuerit defunctus.
Ratificatio praesumitur, quando de eius utilitate agitur, & sufficit etiam tacita, quae inducitur ex scientia etiam praesumpta, & 25.
24 Soror pręsumitur scire donationem sibi a fratre factam.
26 Contractum ratificare dicitur, qui petit ex contractu.
27 Ius acceptandi in actu perfecto durat ad omnem eius uoluntatem.
28 Donatarius, qui habet bona obligata pro re donata potest agere hipothecaria, & saluiano inter dicto, si adest constitutum post mortem donatoris.
29 Constitutum collatum post mortem constituentis, nihil operatur, nisi fuisset dictum, ex nunc prout ex tunc, & e contra, & nu. 30.
31 Donatio facta absenti si alteri postea res donata est tradita, secundus praefertur donatarius, licèt donator teneatur ad interesse priori donatario.
Limita, at nu. 32.
32 L. quoties. C. de rei uendica. patitur quàm plures limitationes, de quibus hic.
33 Donatio pro dote, acquiritur mulieri absenti ante acceptationem.
34 Donator in sua donatione inter uiuos potest apponere pactum, conditionem, modum, tempus, & eam facere reuocabilem, & prout sibi placuerit.
35 Filiusfamilias potest donare inter uiuos absque

absque consensu patris, quod facere non potest in donatione causa mortis, & nu. 36.

Solemnitas statutaria debet attendi secundum statuta loci, ubi contractus conficitur, & non aliunde, nisi in fraudem hoc fuißet factum.

Statutum loci contractus, & non contrahentis, debet attendi in solemnitatibus statutarijs, nisi in fraudem fuißet factum.

37 *Statutum loquens de matrimonio, intelligitur de matrimonio sui loci, in quo habet iurisdictionem, & non de forensi. nu. 41.*

38 *Statutum non habilitat neque in habilitate forensem, & nu. 43. 46.*

39 *Statutum, quòd filij primi, & secundi matrimonij succedant per capita matrimoniorum, & non personarum, est odiosum, & non comprehendit filios, nec matrimonia forensia.*

40 *Statutum loquens in uno loco de ciuibus loci sui intelligitur etiam in alijs locis loqui de ciuibus suis.*

42 *Dos, & hæreditas uxoris nuptæ extra territorium regulariter petitur contra maritum, vel eius hæredes in domicilio viri, etiam quòd contractus aliunde esset factus.*

43 *Forensis non gaudet beneficio alterius statuti, neque etiam tenetur illud sequi in eius præiudicium.*

44 *Statuta inferiorum locorum non comprehendunt ciues ciuitatis prædominantis etiam priuilegiatos.*

45 *Statutum in odiosis non comprehendit casum mixtum, nu. 50.*

46 *Mulier nupta extra territorium in fauorabilibus & commoditatibus, gaudet beneficio statuti eius patriæ, in damnosis & odiosis non est ligata dicto statuto originis, nu. 49.*

47 *Statutum, quòd Forensis non posit acquirere bona, non comprehendit filiam nuptam extra territorium.*

Iudex debet sequi communem opinionem.

48 *Vxor nupta extra territorium dicitur habere duo domicilia, originis, & domicilium uiri, nu. 54.*

31 *Natus quis dicitur in fauorabilibus, & in odiosis non habetur pro nato.*

32 *Bona mobilia, iura, & actiones dicuntur esse illius territorij, in cuius reperiuntur ibi perpetuo, uel ad beneplacitum mansura secus si ad tempus sunt ibi posita, quia tunc sequuntur personam creditoris, & nu. 53. 54.*

35 *Statutum non comprehendit bona extra eius territorium posita.*

56 *Iura, actiones, & nomina debitorum dicuntur tertia species, & non circumscribuntur loco.*

57 *Statutum Ciuitatis prædominantis in defectum statutorum loci particularis subditi, attendi debet, & non ius commune.*

58 *Iudex in re dubia mediam uiam eligere debet, & rem litigiosam per medium diuidere.*

DECISIO XIII.

Reuerendus D. Io. Baptista Baua de Riccobaldis, Volaterranus, donauit Dom. Catherinæ eius sorori scutos ducentum quinquaginta, ut apparet ex publico instrumento, in quo dicitur.

Qualiter Reuerendus Dom. Ioannes Baptist. per se, & suos hæredes, & omni meliori modo, &c. purè, merè, & liberè, & irreuocabiliter inter uiuos, ita quòd hæc donatio nulla ingratitudinis causa, uel uitio ualeat reuocari, uel annullari, &c. & omni meliori modo, &c. iure proprio, & in perpetuum dedit, tradidit, & donauit D. Catherinæ eiusdem Domini Ioannis Baptistæ sorori carnali, & uxori Ser Augustini de Falconcinis de Volaterris, & mihi Io. Baptistæ Notario infrascripto, ut publicæ personæ pro eadem Domina Catherina, & eius hæredibus, &c. recipienti, stipulanti, & acceptanti, &c. ex bonis, rebus, & iuribus dicti donatoris, tam præsentibus, quam futuris, florenos ducentos quinquaginta auri lati de auro in aurum, ualoris librarum septem pro quolibet floreno, & quam donationem ideo fecit dictus Dominus Ioannes Baptista, quia dixit, & asseruit, dictam Dominam Catherinam nõ fuisse dotata in ea quantitate & summa, prout fuerunt dotatæ aliæ sorores d. Dom. Ioannis Baptistæ, & uelle d. Dom. Catherinam consequi eandem dotem, & ideo dictam summam florenorũ 250. ut supra donauit eidem Dom. Catherinę in augumentum dotis ipsius Dominę Catherinæ iam receptæ, & quam summam, ut supra donatam, uoluit consequi per dictam Dominam Catherinam, uel eiusdem Dominæ Catherinæ hæredes statim sequuta morte dicti donatoris, & non prius ex eisdẽ donatoris bonis ubicũq; positis, & existẽtibus statim sequuta morte d.

Domini

Domini Ioannis Baptistæ ad omne libitũ, & uoluntatem ipsius Dominæ Catherinæ, uel eius hæredum,& prout in instrumento ipso d.donationis continetur,& dictam donationem dictus Donator promisit perpetuò firmam habere , & contra non dicere, & aliqua causa non reuocare; nec etiam reuocari facere,& ita iurauit, pro ut in dicto instrumento dicitur.

Stante ergo tenore huiusmodi instrumẽ
1 ti, & contractus dictæ donationis,† qui attendi omnino debet. l. si quis stipulatus sit Stichum,in princi.ff.de uerbor. obligat. & ibi uolunt Paul.de Cast.Aret.& Ias.& Soci. in consil. 30. colum.1. uolum.1.& Bald.in consil.497.in princip.in 3.par.& in cap.1.in fi.tit.de duob. fratrib.a Capi.inuestit. Ioan. Gallicus, in consil.2.numer.25.car.68. uolum.1.consiliorum feudalium,Bursat.consil.85.nume.1.seq.uolum. 1. non potest dici, hanc donationem non esse donationem inter uiuos, licèt etiam de morte in ea fiat aliquando mentio.Nam primò hoc apparet,quia in primis uerbis dispositiuis dicitur purè,merè,& irreuocabiliter, quæ uer-
2 ba donationi inter uiuos conueniunt,† cũ natura donationis inter uiuos sit postquàm perfecta est,non posse reuocari, l. perfecta. C.de donatio.quæ sub modo,l. Aristo. ff.de donatio.Paul.de Cast.consil. 831. nume.1. uolum.1.ubi dicit procedere, etiam quòd in testamento esset facta,Iul.Clar.§. donatio.quæstio.1.& quæstio.4.car. 58. Cephal. consil.531.numer.22.uolum.4.& infra,numer.33.in fin.Secundò, quia in dictis uerbis expresè dicitur inter uiuos, & ea dicitur donatio inter uiuos, quam ita donator
3 nominauit, † cum a uerbis contractus non sit recedendum.d.l.si quis stipulatus sit Stichum.l.fideiussores magistratuum. ff. de fideiuss.l.fin.C.coram utriusque iudic. & l. si ita stipulatus §.Grisogonus , & in fin. ff. de uerbo. obligat. & nullum est magis mentis nostrę testimonium , quàm qualitas inspecta uerborum, ut dicit Bal. in c.de testib.& ex loquela hominis animus eius iudicatur, Bald.in l.sed & reprobari, in princip.ff. de excusa.tuto.& uerba contractus sunt forma contractus,quæ forma dat esse rei,ut notat Bald.in l.quotiens,in 2.col. C.de suis,& legit.Bursa.consi.85.numero.4. uolum.1.& ita in specie concludit Alexand.in consi.14. in 1.uol.in princi.ubi dicit , ꝙ erat donatio inter uiuos, quia ita expresè dicebatur in casu suo,prout in casu isto: & Roderic.Soarez Hispan. in allegati.20. sub nume. 3.& sequen. car.205.& Fran. Mantica de coniectur.ultim.uolunta.lib.1.tit.13.car.13.Fran. Marzari.consil.61.nume.8.& seq. car. 189. & ista conclusio indubitanter procedit. q.a effectus rei in casu proposito donationi inter uiuos correspondet, & patet ex infra dicendis: Vnde tertio apparet esse donationẽ inter uiuos, quia in ea subdit donator , ita quòd hæc donatio nulla ingratitudinis causa,uel uitio ualeat reuocari, uel annullari, quæ etiam uerba naturam donationis inter uiuos sequuntur. Roderic.ubi supra,nume. 4.& 5.& infra dicetur,num.6.& magis communem dicit Anto.Gabri.li.2.conclu. 9. nu. 2.& sequen. Quartò , quia dicitur, dedit, tradidit, & donauit dictæ Dominæ Catherinæ, licet absenti,& mihi Notario pro eadem Domina Catherina,& eius hęredibus, recipienti , stipulanti,& acceptanti,& uerba , pro hæredibus, donationem esse inter
4 uiuos apertè demonstraut,† quia illa transmittitur ad hæredes,nõ donatio causa mortis,si prius decederet donatarius, quàm donator, ut tradit Alex.d.consil. 14. nume.4. uolum.1.& infra,nume.13.& seq. & nume. 27. Quintò etiam apparet esse donationẽ inter uiuos,quia donator dixit se facere talem donationem in augumentum dotis.d. Dom.Catherinæ: & sicut dos data, est contract⁹ irreuocabilis inter uiuos, ita eius au-
5 gumentum esse dicendum est,† quia idem iudicatur de augumento dotis,quod de ipsa dote.l.etiam,ubi Barto.& Doct.C.de iure doti.l.inter socerum. §. cum inter.ff. de pact. dotali. & latè tradit Brun. in tract.de augumento, & diminutio.rerum, in 5.conclusione, & Tiraquel.in l.si unquam,in uerbo, donatione largitus , numer.481. C.de reuoc.donatio,& Rube.in consi.151.sub nu-
6 me.1.facit Deci.consil.36.† Sexto etiã hoc demonstratur, quia donator promisit talẽ donationem perpetuo firmã habere,& non contradicere, & promisit non reuocare,nec reuocari facere, quæ uerba esse etiam donationẽ inter uiuos significant, ut per Doc. in locis allegatis, ubi etiam eam donationem inter uiuos expresè nominant,& Marzar.consil.61.nume.8.10.Anto. Gomesi.de

X 4 dona-

donatio.cap.4.nume.22.car.205.Anto. Gabri.lib.2.conclu.9.nume.2.3.car.28.& Roderic.Hispan.d.allega.20.numer.5.Aret.consil.74.colum.2.Bello.consi.60.nume.12.13. Emanuel Soarez.commu.opinio.in uerbo, donatio causa mortis,numer.285.& seque. car.63.Septimo, quia donator iurauit obseruantiam talis donationis,& promisit nõ
7 reuocare, † & per iuramentum,quę de sui natura sunt reuocabilia,efficiuntur irreuocabilia,ut per gl.in l.si pecuniam,ff.de condi.ob causam,& per Ias.ibi,colum.3.in 11. limitat.& prædicta latè ponit, & sequitur Ferrat.Caute.30.Aret. d.consil. septuagesimoquarto, columna secunda. Bello. consil.
8 60. Octauò etiam demonstratur, † quia in tali donatione adhibiti tantum sunt duo testes,& non quinque, qui duo sufficiunt in donatione inter uiuos, & non in donatione causa mortis, & debet actus iudicari q̃ ualeat,& non quòd pereat,adeo quòd si sonat in donationem causa mortis,& non ualeat, resoluendus est in donationem inter uiuos,& idem econtra,ut per Anto.Gabri. commun.opinio.lib.2.conclusio.9. numer. 8.car.229. ita colligitur ex notatis per Dy. post Petr.in l. licet, C. de pact.& expresse tenet Alexand.in l.quæ dotis.ff.solut.matrimo.uersi.ultimò fallit.& in l.stipulatio hoc modo concepta,circa 5.colum. ff.de uerb. obligat. idem tenet Paul.de Cast.in consil. 76.colum.2.notandum est,uol.secun.& Socin.in consi.232.multum eleganter,uolum. secun.Pancirol.consi.59. nume.96. car.95. Bursa.consil.136.nume.49.uol.secun.& sentit Purpura.consil.508.uolu.2.car.171.No-
9 no, † quia talis donatio facta fuit sorori, & donatio facta coniunctæ personæ censetur inter uiuos, ut uolunt Imo. & Roma. in d.l.quæ dotis,& licèt Alexand.ibi reprobat hoc dictum illa ratione,quia nemo pręsumitur velle donare, & quilibet creditur causam suam præferre alienæ.l. præses. C. de seruitu.donator enim,dum dixit, uidetur uoluisse potius sibi, quàm coniuncto prouidere:tamen ista dicta Alexan.nõ militant in proposito casu, ex quo ista donatio,licèt sit inter uiuos: tamen non sortitur effectum,nisi post mortem donatoris,sequitur Riminal.iun.consi.274.nume.70.uol.3.
10 Decimò, † etiã quia res ubi esset dubia, in dubio donatio præsumitur inter uiuos,leg. Seia.ff.de donatio.causa mort.tradit Benedi.in cap.Rainutius,in uerbo,testamentum filij,nu.22.de testam.& Iul.Cla.§. donatio. quæst.4. uers.sed quæro,nunquid.car. 168. & Franc.Marci.decisio.486.nu.5.par.1.Bello.d.consil.60.Iul.Clar.§.donatio. quæstio 4.Bursa consil.136.nume.45.uolum.secun. & maximè fauore dotis, ut in casu isto, ut sentit Rimi.iun.consil.254.nume.95.uol.3. & sic omni respectu ista donatio uidetur esse donatio inter uiuos.

Nec uidentur obstare, quæ per Dominũ Gabrielem adducuntur:quia licèt in aliqua parte facta fuerit mentio de morte in ipsa donatione,dum dicitur ibi, & quam summam, ut supra donatam, uoluit consequi per dictam Dominam Catherinã,uel eiusdem Dominæ Catherinę hæredes statim secuta morte,& nõ pri⁹, & dũ dicitur ex donatoris bonis ubicunque positis, & existentibus statim sequuta morte dicti Domini Ioannis Baptistæ ad omnem libitum,& uoluntatem dictæ Dominæ Catherinæ, uel eius hæredum, & dum dicitur ibi, quã summam petendi &c.statim sequuta morte, & dum ibi dicitur,uolẽs dictus Dominus Ioãnes Baptista donator p̃dicta omnia quàm primum sequuta morte dictam summam, ut supra donatam, & iura cessa pleno iure spectare, & cæt.ad dictam Dominam Catherinam,& quando fit mentio de morte, uideatur posse dici donationem esse causa mortis,per ea,quæ tradit Dec.in consi.305. & in l.non omnis.ff.si cer.petat.& Iul.Clar. d.§.donatio.d.quæstio 4.uersic. cæterum si in donatione,Cephal.consil.494. nume.29. uolum.4.Hier.Mago.in Rota Luca.decisio. 87.nume.1.car.259.

Quoniam respondetur, quod dicta uerba (sequuta morte,) non denotant dispositionem,sed dilationem temporis eius, qđ dispositum reperitur,& donatio causa mortis non dicitur, quando mentio mortis facta est in hoc tantum,ut designetur tẽpus, quando donator uult donationem habere effectum, sed dicitur donatio inter uiuos,
11 † quia donari potest inter uiuos post mortem ipsius donantis, & ut donatarius accipiat possessionem rei donatæ post mortem ipsius donatoris, & talis dicitur donatio inter uiuos,& non causa mortis,l.1.& seq.C. ut actio ab hære.& l.hæreditatum.ff.de bo

nis

nis auct. iud. pos. & l. nã & si cura, & ibi Bar. in ultima opposi. ff. de cond. indebi. & l. ultima. C. de contra. & commit. stipul. & §. post mortem. Insti. de inutili. stipula. & notat gl. in l. ultima, in uerbo, accomodauerat, in fi. & ibi Docto. C. de pact. & gl. in l. hereditas, in verbo, te nulla actio. C. de pact. conuent. & gl. in l. 1. ff. de test. Oldra. latè in cõs. 114. factum tale est, quædam mulier, & cõs. 129. ad habendum, post princip. ubi ad hoc multa allegata Ioan. Andr. in addi. ad Specul. ti tu. de instrum. editio. §. porrò, colum. ultim. uersicu. fuit etiam alia quæstio. Bartol. consil. 212. Angel. consi. 179. uisis prædictis, colum. 1. Panormit. in cap. secun. colum. 3. de conces. præben. Alexand. consil. 93. uisa, colum. 3. uersic. & in proposito, uolum. secun. Guido Papæ consil. 23. uiso facto, colum. secund. uersic. Item uidetur, & in consil. 31. uiso ad plenam, colum. secund. & seq. Ias. consil. 6. exhibentur. colum. 3. uersicu. sed istud, uolum. tertio. Stephan. Beltrand. consilio 315. quoniam, numero secund. consil. 266. etiam si non tantum, nume. secun. & nu. 7. & 8. uol. 2. & consil. 70. Christi, nume. 2. uol. 3. & ita prædicta referens sequitur Tiraq. de iu. primogeni. quæstio. 6. num. 33. Hier. Mago in Rota Luca. d. decisio. 87. per totũ, & maximè nume. 12. & seq. Bursa. consi. 136. nume. 44. & seq. uolum. secund. ubi latè. Riminal. iunio. cons. 112. nume. 225. & seq. uolum. secun. Marzari. consil. 61. num. 8. & seq. car. 118. Franc. Mantica de coniect. ultima. uolunta. tit. 13. lib. 1. nume. 13. & sequẽ. car. 13. & Natt. consi. 533. nume. 9. sentit Rodericus. Soarez in l. quoniam prioribus, in 5. limita. sub nume. 16. uersic. duo fratres. C. de inoffic. testam. car. 331. Panciro. consi. 59. nume. 93. & tanto magis, cum illa uerba (sequuta morte) nil aliud importent, quàm si dictum fuisset, post mortem donatoris, cum sint eiusdem effectus, & uniformiter semper ponuntur ad declarationem uoluntatis donatoris ad hunc effectum dilationis temporis, & non ad effectum tituli, & causæ expresse, quòd donauit inter uiuos propter augumentum dotis, ut per Rip. in Rubri. solu. matrimon. sub numero 30. & sub nume. 33. in 1. & 3. limita. Purpura. consil. 508. nume. 5. uolu. 2. facit Maria. Angusso. consi. 19. num. 16. 17. Hiero. Mago. d. decisio. 87. nume. 12. & sunt ponderanda uerba Antoni. Gomesi. de contractib. c. 4. de donatio. nume. 19. uersic. item quæro, car. 204. & numer. 22. uersic. Item quæro, Rimin. iun. consi. 254. num. 85. 86. uolum. 3. ubi dicit procedere in donatione expressa, & non in tacita, Panciro. consil. 59. num. 91.
12 93. & seq. † & etiam non procedit, ubi dictum sit in primis uerbis substantialibus, quod titulo donationis inter uiuos donatur, nec ubi sit mentio de hæredibus, nec ubi promissum sit nõ reuocare, & iuratum sit, nec ubi natura causæ expressè non patiatur, ut est causa dotis, & eius augumenti, & ubi concurrunt alia supra deducta, & ita habetur per Doct. supra allegati, qui cęteros allegant, & latè Marzari. d. consil. 61. numer. 8. & sequen. car. 188. tradit Boer. in decisio. 353. & Franc. Marci. decisio. 486. in 1. parte, & Roderic. Soarez d. allegat. 20. nume. 3. 4. 5. & sequen. & Hierony. Mago. d. decisio. 87. car. 259. ubi dicit ita Rotam IVDICASSE, * Franc. Manti. in tracta. de coniectu. ultima. uolunta. lib. 1. titu. 13. numer. 5. & seq. car. 13. Panciro. consil. 59. numer. 90. & seq. car. 94. ubi dicit ita his IVDICATVM.* & Bursat. consil. 136. numer. 94. & sequent. uolu. secundo, ubi dicit ita Romæ IVDICATVM* fuisse.

13 Nec etiam obstat, † quod talis donatio, licet sit inter uiuos, non ualeat, quia fuerit facta dictæ Dominæ Catherinę absenti, & Notario pro ea acceptanti, & tali casu requiritur ratificatio, & illa non fuerit facta uiuente donatore, & post eius mortem fieri potuisse non uideatur, cum re integra fieri ratificatio debeat, ut per Deci. in l. contractus, nume. 16. & 17. ff. de reg. iur. consil. 661. nume. 11. Hiero. de Monte, quæstio. 25. nume. 27. & 28. car. 100. Roland. consil. 78. nume. 23. & sequen. uolu. 3. Purpura. consi. 595. nume. 23. & 24. uolum. secund. Quia licèt Domina Catherina esset absens, & ignorans; tamen uidetur fuisse præsens, & pro præsente habere debere, quia fuit talis donatio iu
14 rata, † & iuramentum operatur præsentiam, & acceptationem partis, ut per Alexand. consi. 31. uiso themate, colum. penult. uersic. & maximè, in 6. uolum. & in consil. 207. numer. 2. & consil. sequen. numer. 1. in 7. uolum. Petr. Gherar. singul. 8. Nota diligenter, colum. penul. & tradit Ias. in l. stipulatio ista. §. alterum, in 4. limit. nume. 4. ff. de uer-

de uerborum obliga. idem tradit Beltran. consilio 89. sub numero 2. uersic. præterea, uol. 3. & Rolan. a Val. consi. 9. numero 29. & 31. uol. 1. Bursat. consilio 118. numero 4. uolum. primo, Ioan. Guteri. Hispa. in repeti. c. quamuis pactum, numero 55. & 58. de pact. lib. 6. car. 394. Rimi. iun. consilio 112. numero 243. uolum. 2. consilio 242. numero 154. uol. 3.

15 Secundò respondetur, † quod ex quo Notarius stipulatus est pro absente, licèt multi tenuerint requiri ratificationem ad hoc ut acquiratur ius absenti, ut fuit Paul. de Castro in consilio 195. in secundo dubio, numero secundo, in secunda parte, quem sequitur Deci. consilio 126. & in l. contractus, numero 16. ff. de reg. iur. Marian. Angusso. consilio 130. numero 3. car. 264. Rube. consilio 132. & Cur. iun. consilio 130. libro 2. Purpura. consilio 478. numero 21. & seq. uolum. secundo, & quamplures alij, quos refert Andr. Tiraq. de iure consti. sub numero 8. limita. 30. Plot. consilio 54. num. 25. & seq. uersic. sed dato. car. 276. Panciro. consilio 60. numero 10. & seq. car. 98. ubi dicit communem, Rimi. iun. consilio 112. numero 30. & seq. uolum. 2. Tamen uerior, & communis opinio est in contrarium, non solum in donatione facta ecclesiæ, aut pio loco, de qua latè loquitur Rota Perusi. decisio. 29. in 1. par. sed etiam facta priuatæ personæ, ut in casu nostro maximè de iure canonico, & in terris Ecclesiæ, latè Marian. Angusso. consilio 126. numero 16. 17. car. 258. & de iure ciuili etiam in terris Imperij, ut per Guid. Pap. d. decisio. 222. & Tobi. Noni. consilio 56. numero 16. & 24. post Bar. in l. 2. ff. rem pupil. sal. fore. cum cōcordantibus ibi adductis per Alex. in l. stipulatio ista. §. si stipuler. ff. de uerborum oblig. ubi attestatur hanc esse cōmunem opinionem, & sequitur Rimi. iun. d. consilio 112. numero 138. & seq. uolum. 2. ubi dicit magis communem, Rui. consilio 119 & consilio 127. uolum. primo, latè tradit Ripa respon. 11. numero 6. & seq. de donatio. & grati. lib. 3. car. 12. Rimi. iun. consilio 242. numero 96. uol. 3. Soc. iun. consilio 67. sub numero 9 & in consilio 127. sub numero 7. 8. uol. 3. Ceph. consilio 34. uol. 1. Ioan. Guteri. d. c. quamuis pactum, numero 53. & seq. car. 394. & Tiraq. de iure consti. limita. 30. sub numero 13. & 23. Rube. consilio 117. Iul. Cla. §. donatio. q. 13. Roland. a Val. consilio 19. uolum. 1. & eius effectus concludunt communiter Doctores hoc esse, † quod

16 donator post talem stipulationem, & acceptationem a Notario factam non potest reuocare, aut pœnitere etiam ante acceptationem donatarij, ut latè ibi tradit Tiraq. sub numero 39. 50. Rimi. iun. consilio 112. numero 242. uol. secundo, Roland. d. consilio 19. numero 47. uolum. primo, Dec. consilio 58. columna secunda, & etiam tradit Ripa latè in responso 11. car. 12. uersi. quid concludendum, libro 3. de donatio. & grati. & Crau. consilio 251. latè tradit Iul. Cla. §. donatio. q. 13. & sequē. Ioan. Guteri. d. c. quamuis pactum, numero 53. & 54. car. 394. ubi dicit communem, & Bursat. consilio 173. numero 68. & numero 70. uolum. secundo, ubi dicit magis communem etiā quo ad alium successorem in donatione post mortem, uel certum tempus ipsius donatarij, ut notat etiam in isto tertio Ioan. Guteri. in d. c. quamuis pactum, nume. 60. de pact. in 6. car. 396. ut est quando donator donat Meuio cum hoc, quod post certum tempus restituat hospitali Ecclesiæ, aut Sempronio, & uide Rim. iun. consilio 112. num. 32. & numero 246. & consilio 131. numero septimo, uolum. secundo, consilio 239. numero 10. 12. & 46. consilio 242. nume. 102. uol. 3. Rimi. sen. consilio 409. numero 5. 6. uolum. 3. Iul. Clar. §. donatio. d. q. 13. uersi. secundus est articulus. Anto. Gab. commu. opi. libro tertio, conclusi. 5. car. 376. & uide semper Anto. Cordub. Hispa. in repeti. l. si quis a liberis, §. item rescripserunt, numero 29. & seq. ff. de lib. agnosc. Alioquin nulla extaret differentia inter stipulationem Notarij, qui est persona publica; & stipulationem priuati, ex qua etiam absenti acquiritur sequuta ratificatione. l. si ego. ff.

17 de nego. gest. † nisi esset pater, qui acceptaret, quia non requireretur prius ratificatio, & ualeret donatio ut irreuocabilis, etiā quod filius esset emancipatus, Fely. in c. in præsentia, numero 57. uersi. nonò quæro, de proba. Rui. consilio 47. numero tertio, uolum. quinto, Alba. consilio 36. numero 2. & 5. Iaso. in l. quodcunque, columna pen. ff. de uerborum oblig. & Fran. Nicon. in c. quoniam contra, numero 170. in quinto notab. de

proba.

proba.car.45.licet Purpura. consi.478.nu. 22.& 23.uol.2.car.123. teneat contra quò ad possessionem,& uide Rol.d.consilio 19. nu.28.& seq. uol.1. considera adducta per Menoch. de adipiscen. possess. remed. 4. q. 33.34.& 35. car.46. ubi pater potest adire hæreditatem sine filio: immo etiam antequàm ab aliquo acceptetur donationē ipsam reuocari non posse, uoluerunt Pau.de Castro, Cuma. & plerique alij in d.§.Flauius; si igitur secundum omnes donatio ab aliquo pro absente acceptata reuocari non potest, sequitur necessariò, donationem ipsam esse ualidam, ac perfectam, saltem quo ad titulum, & contractus ualiditatem, ac perfectionem, in tantum ꝙ dicitur donatio
18 irreuocabilis, ut supra ostendi, † & in dubio donatio præsumitur facta donatario præsenti, & non absenti, licèt de præsentia nihil fuerit dictum, Boeri. decisio.353.numero 3.Ioan.Guteri.in d.c.quamuis pactū, numero 58.car.395.licèt Anch.Regiens. q. 29.numero 14. libro secundo, teneat contra, & sequitur Rimi.iun.consilio 119.num. 85. uol. secundo.

Et stante firma conclusione, ꝙ sit donatio inter uiuos, & non possit per donatorē reuocari, & effectus executionis collatus sit post mortem testatoris, necessariò uide-
19 tur sequi, † ꝙ si nō potest reuocari expressè, non possit etiam reuocari tacitè per alienationem, uel aliam dispositionem in contrarium factam, iuxta regulam, l. cū quid, ff.si cer.peta.Crauet. consilio 103.numero 16.libro primo, Cur.iuni. consilio 189. numero 22.& 23.uol.3.& quod non potest fieri una uia, non potest fieri alia, cap. cum quid, de regul.iur. in sexto, & quod non potest fieri principaliter & directò, nec permittitur incidenter, & per indirectum.l.Seius.ubi etiam Bar.& cæteri. ad leg. falcid. & ex his patet errasse Pau.de Cast. & cęteros eum sequentes, & Purpur.cons.595.nu.23.24.cons.478.num. 22.uol.2.tenentes donatorem transferendo rem donatam in alium adeo præiudicare donatario, ut tanquam re non integra donationem non posse ratificare: nam, ut dixi, dummodo ab aliquo donatarij nomine fuerit acceptata, donator non potest donatario prę̨iudicare, ut expresse etiam uolunt Rui.cons.172.in 1.lib.& Rub.consilio 91.in fi.Iul.Clar.d.q.13.& Ripa d.Respon. 11.nu.12.& 13.Rol.d.cons.19.nu.47.uol.1. Tob.Non.cons.56.nume.16.& seq.car.112.
20 † Item sequitur, quòd actiones personales, utiles, & reales transferuntur in donatarium absque aliqua ratificatione.l.1.2.& 3.ff.rem pupil.saluam fore, quæ iura nullā exigunt absentis ratificationem, & concludunt non esse necessariam, ut eleganter, & subtiliter deducūtur, & pōderantur a Rui. in consi.119.nu.7.cons.126.nu.12. consilio 129.uol.2.& in d.consi.172.nu.15. uol.1. & in consi.47.num.2.& seq.uolu.5.ubi dicit, contrariam sententiam semper sibi uisam fuisse unum somnium, & ita fuisse de intentione Bar.& Doct.in dictis iuribus, quatenus simpliciter dicunt, actiones utiles competere ex stipulatione Notarij, & ex contractu, non autem ex ratihabitione donatarij, uel pupilli, & ista est communis opinio, secundum Alex.ut dixi in d.l. stipulatio ista. §.si stipuler, sub d. nume.11. ubi etiam Ias. col.5.uersi.secundò uidendum.ff. de uerb. obl.& in d.§.Flauius, col. antepenult.ad finem.idem Alex.consi.207.nu.2.& consilio 208.nu.1.uol.7.cons.31.col.pen.uol.6.Tob. Non.d.cons.56.nu.16.seq.& uult Corn.cōs. 50.col.3.in 1.par. & in cons.2. in 4. par. & Paris. eum allegat; & sequitur in cons.69. num.136 & 148.cum seq.in 3.lib.& Rub.d. consilio 117. licet possessorio re integranda.3. quæst.1. fortasse ante acceptationem non posset agere, Purpura.d.consi.478. nu. 22.& consi.595.num.23.& 24.uolu.2.Rota Bononi.decis.12.nu.4.& seq. Rol. consilio 78.nu.23.seq.uol.3.Mari.Angusso.consilio 130.nu.3.17.18.car.265. licèt idem Rolan. d.consi.16.nu.12.13.& melius nu.28.& 47. uol.1.& Afflict.decis.300.fuit, uideantur tenere contrarium, cum acquiratur sine cessione, ut ibi per eos, Bursa.cons.118. nu.4. 5.9.& 10. lib.1. & tetigi in tract. de tutore, nu.255.car.242.tamē cogita, & uide etiam Tobi. Non.d. consi.56. numero 16.& seq. car.111. Et ratio huius conclusionis ui-
21 detur, † quia dispositio continet merum commodum absentis, & tunc prius etiam sortitur effectum, quàm ad ipsum perueniat, Anchara.consilio 169.refert & sequitur Deci.consilio 161.numero 10. Secus, ubi ageretur de obligando absentem, quia tunc bene requiritur ratificatio, ut per Deci.

tiain d.consilio 161.& per Rube.d.consilio 117.numero 5. & 6. quæ distinctiones sunt notandæ.

Et ulterius(attenta alia opinione,quòd requiratur ratificatio) uidetur sequi,quòd per ipsam donatariam potuit petendo ratificari, cum non potuerit donator pœnitere, & reuocare eam, nec impediri donatariam, quominus ratificet,& sibi acquirat.d. l.si ego.ff.de nego.gest. & supra dixi, & expresse tradit Rui.in d.consilio 172. numero 19. & Rube. consilio 91. in fine. Vnde
22 † si donator non posset præiudicare penitendo non uidetur potuisse per hæredem rem donatam in alium transferri, cum ea, quæ ad hæredem transferuntur cum suo onere,& cum sua causa transmitti debent, prout erant apud defunctum, l.Pōponius, §. cum quid.ff.de acq.pos. quia hæres non debet esse melioris conditionis, quàm fuerit defunctus, l.nemo plus iuris, & l.hæredem,ff.de regu.iur.& l.cum hæres,ff.de diuers.& tempo.præscriptio.Ceph.consi.33. numero 16.& seq. vol.1. & ideo sicut si donator uiueret donataria posset ratificare, nec posset ab ipso impediri,ita dēt posse eo mortuo,nec posse a suo hr̄de impediri, sed facta ratificatione ius pfectū trāsit in ipsū ratificātē, & hæres Donatoris tenet̄ pstare donatarię, cum habuerit cū dicto onere præstandi, & satisfaciendi, ac persoluendi
23 donata sequuta ratificatione: † alioquin hæres esset melioris conditionis quàm fuerit defunctus,cuius oppositum in hac reuocationis materia omnes affirmant in d. §. Flauius,& in l.fi.de reuocā.donatio. & per Afflict.decisio.111.&Iul.Clar.d.§.donatio. d.q.13.uersi.tertius casus est. & talis ratificatio etiam præsumitur, ex quo de eius utilitate agitur,ut per Dec.consilio 186.Rolā.
24 consilio 19.uolum.primo.† Et quia erat soror,quæ etiā præsumitur donationem scire.l.Octaui. C. unde cogna.Rolan.a Valle, d.consilio 19.numero 34.& seq.uolu.1. Cephal.consilio 33.numero 19.uolu.1.Et non poterat petere quia executio eius fuerat
25 collata post mortem donatoris,† & ex sola scientia præsumitur talis ratificatio, nisi expresse reprobauerit,l.si absenti,ubi Bar. C.si cer.pet.per l.quo enim.§.1.& ibi Bart. ff.rem ratam habe.& l.Pomponius scribit, ff.de neg.ges.quam ponderat Bar.in l.quāuis,circa medium,ff.sol.mat. Roland.d.consilio 19.numero 34.uolum.primo,& sufficit tacita ratificatio, ut per Deci.in l.traditio,numero 15.C.de pact. Roland.d.consilio 19.numero 34.& seq.& Cephal.d.consilio 33.numero 19.Tiraq. de iure consti.in 30.limi.nu.11. & seq. uers.& si hanc opinionem, car.193.

Imò fortius uidetur talis ratificatio etiā ipsa collata post mortē donatoris, ex quo constituit se tenere, &c. & uoluit sequuta morte spectare ad ipsam Dominam Catherinam, & ei præstitit potestatem petendi summam donatam statim sequuta morte dicti donatoris, nam ex tali potestate concessa, uidetur donator concessisse ei posse facere talem ratificationem,quia in concessione petendi summam donatam necessa-
26 riò uenit ipsa ratificatio, † cum petens ex contractu,contractum ratificasse,& ratificare censeatur.Crau.consilio 237.numero secundo,uolum.secundo.Item quia licentiā consequendi,& accipiendi eam Do.Catherinæ tunc sequuta morte omni modo dedit ad omne libitum,& uoluntatem ipsius Dominæ Catherinę in instrumento:ergo & ipsam ratificationem posse fieri eo tempore pariter contulisse uidetur, cum sit antecedens ad licentiam consequendi,& accipiendi,l.illud,ff.de acq.hæred. ubi Pau. de Cast. cum similib.ut per Ripam in l. naturaliter, §.nihil commune,sub numero 29.ff.de acquir.posses.Nec per mortem donatoris uidetur posse dici, rem desijsse esse integram, cum donatio fuerit perfecta, & irreuocabilis respectu donatoris & eius hæredum, & uoluntas donatoris duret in potestatę concessa donatariæ eam accipiendi post eius mortem,per supradicta. Item quia tenentes requiri ratificationem,fatētur ante acquiri ius acceptandi,ut per Galiaul.in rub. de uerborum obliga.in 12.conclusio.& per Rube.d.consilio 117.cuius ratione non potest ille,qui donauit reuocare, & quandocunque uidetur posse acceptari per donatarium, & sic etiam post mortem, cum post mortem duret donatio irreuocabilis,& ius acceptādi, etiam ubi donator non dedisset d.potestatem petendi,consequendi, & acceptandi post mortem suam ad omne eius libitum, & uoluntatem, per supradicta, & Iul.Clar.d.q.13. & Tobi.Noni.d.consi.56.

numero

nume.7.& seq.& nume.15.& seq.car.112.

Tertiò etiam responderi potest, quod in dicto instrumento donationis aderat obligatio omnium bonorum pro obseruantia
28 dictę donationis, † quo casu potuit, & potest post mortem d. testatoris hipothecaria, & Saluiano interdicto agere contra bona donatoris, & tertium possessorem, ut cōsuluit Ias. in consil.6.colum.9.uersic. Tertiò adest expressa hipotheca. uolum. 3. faciunt tradita per Anto. Nigusan. in tract. de pignorib.3.memb.in 8.par.nume.26. uersicu. Restat modò, car.557. Franc. Becci. consil. 89.nume.14.& 15.car.159.& Gherar. Mazzol.consil.23.nume.40.& seq.uolum.1.car. 76 Bursat.consil.118.nume.9.& 10.uolu.1.
29 † & præcipuè, cum fuerint posita illa uerba (constituit ex nunc, prout ex tunc, & econtra tenere, & possidere, &c.) quæ uerba operantur hunc effectum, quòd donator statim intelligitur possidere nomine donatarij, & usque ad eius mortem perseuerasse, & solum executionem, & effectum traditionis fuisse collatum in tempus mortis, cum statim donatio ualuerit, & solutio fienda post mortem, quod non est inconueniens, ut supra fuit ostensum, ita declarat Anton.de Fano de pignoribus. in 2. par.2. memb.nume.4. Tiraquel.de iur. constitu.in 3.par.limita.2.nume.15. & in tracta. de retractu.conuentio.glo.1.§.2. nume. 86. Alexand.consi.83.colum.2.uersi. confirmatur, sub numer.6.uolum.2. Bero.consil.58.num. 14.uolum.3. Hiero.Gabri. consilio 141.colum.2.& 3 Sigismund.Loffred.consil.9.numer.10.& seq.uersicu. ad idem adduci potest, car.38. Bursat.consil.136.nume.53.uolum.2. maximè cum iste donator a principio, & tempore mortis transferre possessionem in donatarium, & eius hæredem potuerit, aliàs secus, Ioseph Ludoui.in Rota Luca.decisio.63.nume.29. & sequen. in 1. parte, car. 310. & ita declarantur dicta do-
30 ctorum, † quòd cōstitutum collatum post mortem constituentis, nullam transfert possessionem in alium, tamquam collatum in tempus inhabile, ut uoluerunt Deci.consil.247.in causa Magnifici, & in l. contrac. numero decimotertio, ff. de regul. iur. Ripa, Respon.ulti.de donatio.& grati. per fi. lib.3.car.22. Lauren.Sylua.consil.97. numero decimosexto, uolum. 2. Ioseph Ludo.in Rota Luca.d.decisio.63.numero uigesimooctauo, & sequen.car.310. Ias.in d. consil.6. colum.penulti.uersic. Non obstat ergo primò constitutum, uolu.3.car.12. Et ideo tollitur illa difficultas tradita a Doctoribus,
31 † quòd donatio facta absenti sine traditione rerum donatarum, licèt ualeat: tamen si ante acceptationem donator alteri tradat rem donatam, secundus, & non primus præfertur in re tradita, licèt primus possit agere contra donatorem, & eius hæredem ad rem, uel æstimationem, & interesse, Purpura.consil.478.numero 22.uolum.2. & notat Iul.Clar.in §.Donatio.quæstio.13. uersic.aut uerò donator, per l. quotiens.C.de rei uendica.notat Rota Perusi.d.decisio.29. in 1.parte, Cephal.consil. 468. numero 21. sequen.& nume.109.& sequen.uolum.4. & faciunt, quæ dixi in tracta. de tutore & curato.num.258.car.244.in 1.parte, Cephal. d.consil.468.nume.71.& sequen. uolum.4. Quia hic supradicta sunt sublata per hipothecam, per constitutum, & per iuramentū, ac acceptationē factam a Notario, ut etiam notat Tobi.Noni.consil.56.nume.5. & seq.
32 & nume.15.sequen. † attento quod dicta l. quoties.C.de rei uendica.patitur quàmplures limitationes, adeo quòd secundus possessor non præfertur, & inter cæteras sunt supra narratæ, & etiam quando promisisset donator, & uenditor alteri non alienare sub hipotheca speciali, uel quòd haberetur pro non tradita, & reuersa ad recipientem promissionem, uel quòd possit donatarius, aut eius hæres recuperare rem donatam a quocunque emptore, & recipiente, & alias limitationes posui in d.tracta. de tutore, d.num.758.& in tracta.de usufru.mulie.reli.numer.174.car.643.in 1.parte, Menochi.consil.63. numero 10. & sequen.uol. 1. Ripa Respon.20.de donatio. & grati. lib. 3.car.22. Hieron.Gabri.consilio 141. Donauit, Rota Perusi.decisio.60.in 1.parte, Guido Papę, consil. 181. numero primo, Cephal.consil.131.uolum.1. Roland. consil.6. numer.32. uolum. 1. Gozadin. consil. 100. colum.2.

Quartò etiam responderi potest, ꝙ ista donatio pro augumento dotis habet speciale, ꝙ mulieri absenti ius acquiritur, l.unica. §.accedit, C.de rei uxor.actio.l.fina. in princip.ff.de iure doti.& tradit Bar.in consi.123.

factum

factum sic se habet, Titius, & Seius, uol. 1.

Et donatio inter uiuos licèt sit sui natura irreuocabilis, quando est perfecta, ut dixi supra, numero secundo, & est tex. in l. fin. C. de reuoc. donatio. ubi glo. & Doctor.
34 † tamẽ potest donator apponere pactum, conditionem & modum, & facere illam ad tempus, & reuocabilem, & prout sibi uidebitur a principio contractus antequàm sit ius quæsitum donatario, & ualebit talis donatio regulariter inter personas non prohibitas, ut per Soc. consilio 53. consilio 55. cõsilio 56. uolum. primo. Hiero. Gab. consilio tertio, columna prima, & secunda. Sigism. Loffred. in consilio quinto, numero 6. & sequen. Cepha. consilio 440. numero 59. & sequen. uolu. tertio, & facit Soc. iun. consilio 129. numero 26. & 27. uolum. secundo.
35 † Et ideo dixi filiamfamilias Volaterranã nuptam extra territorium potuisse de dotibus suis, in quibus pater nullum habebat usumfructum, facere inter uiuos donationem filijs, & alijs sine consensu patris cũ dictis pactis, modis, & conditionibus, ut per Didac. in rub. de testam. numero 9. in fi. car. 18. Rube. consilio 25. numero 4. Crauet. cõsilio 39. & consilio 92. libro primo, Cepha. consilio 55. numero 14. uolu. primo. Ascani. clem. in tracta. de patria potesta. effectu 10. numero 11. & numer. 15. car. 118. & Iul. Clar. in §. donatio, q. 6. col. prima, uersi. aut quæris. car. 60. adhibitis tamen solennitatibus a statuto, & cõstitutione ordinatis in loco, ubi celebratur contractus, & nõ aliunde, ut per glo. in l. 2. ff. de eo, quod cer. loco, Plot. in l. si quando, numero 264. uers. ergo sequitur, C. unde ui, Simeon de Prætis, consilio 152. numero 11. & seq. car. 314. & latè per Rolan. consilio 91. uolum. tertio, nisi in fraudem statuti iuisset extra territorium ad faciendam donationem, & hoc appareret facto, uel uerbis, Parisi. consilio 99. numero 58. & seq. uol. primo, & Roland. consilio 33. in fi. uol. tertio, Aret. consilio 54. columna secunda. consilio 73. columna quarta, quod est notandum per Fiuizanẽses respectu statuti, & leges Ducalis disponentis mulieres non posse contrahere, & se obligare
36 sine certis solẽnitatibus. † Quod secus esset in donatione causa mortis, quia tunc requireretur consensus patris expressus, aut per Nuncium, uel epistolam, alias non ualeret talis donatio, ut dicit Iul. Clar. d. §. donatio. d. q. 6. columna secunda. & Ascani. clem. de patria potesta. d. effectu 10. numero primo, & sequen. car. 115. & per alios mox allegatos.

Quam donationem si fecisset hæc filiafamilias Volaterrana, non fuisset disputandum, an statutum Volterranum, (disponens ꝙ filij primi, & secundi matrimonij ad successionem dotis, & totius hæreditatis suæ matris æqualiter perueniant computato numero matrimoniorum, & non personarum, & ꝙ potestas non faciat rationem, nec ius reddat hæredi, uel alicui uolenti contra prædicta uenire) compræhenderet filios secundi matrimonij forenses, & matrimonium secundum forense, ac matrem secundo nuptam extra territoriũ Vulterræ, quamuis latius ego consuluerim, prædictum statutum non comprehendere has personas, nec matrimonia hæc sequentibus fundamentis, & alijs, quæ breuitatis causa omittere proposui, de quibus suis loco, & tempore forsan ero dicturus: sed quia hæc ualde utilia ad multorũ statutorum declarationem esse existimaui, ideo in medium hæc pauca adducere proposui.

Et, primò, quia loquitur statutum de matrimonio, & uult, ꝙ hæreditas diuidatur per capita matrimoniorum, & non ꝑ-
37 sonarum. & clarum est, † ꝙ nullam habet auctoritatem, & iurisdictionem in matrimonijs forensibus, nec de illis intellexisse dicendum est, Dec. consilio 218. numero 3. Rube. consilio 24. numero 11. Crot. in c. ut animarum, de consti. Bald. in rub. C. qui accusa. non pos. sub numero 13. dixi supra decisio. 12. numero 7. & 13. quia inhabilitat matrimonia maritorum ad non posse
38 succedere, prout iura disponunt, † sed in capita matrimoniorum & non filiorum, quo casu non inhabilitat, neque habilitat matrimonium forense, Bar. in l. 1. ff. de tuto. uel cura. dat. ab ijs. Alex. consilio 181. numero 17. uolu. 2. consilio 44. numero 3. & seq. uolum. 5. Roland. de luc. dot. q. 36. nu-
39 mero 4. & 11. † præcipuè cum sit odiosissimum tale statutum, & contra ius commune, ac æqualitatem seruandam inter filios, ut dicit Roland. de lucr. dot. consilio 20. numero 13. Bursat. consilio 189. numero 60. uolum.

uolum.secundo,Cur.iun.consilio 231. numero 56.& seq.uolum.3. quo casu non extenditur ad forenses,Parisi.consilio 12.sub numero 24.& seq.uolum.tertio,communẽ dicit Soc.consilio 128.uol.4.& ab ista communi non esse recedendum dicit Ias.consilio 146.consilio 149.colum 5. & consilio 8. colum.3.volum.3. Alex.consilio 41. uol.7. & latè tradit Tiraq.de legi.connubi.glo.8. numero 225.& in tracta.primogenit.q.44. numero quarto, & quæstio.46. numero 7. & 8.ubi dicit procedere etiam respectu bonorum ibi positorum, Roland.consilio 24. uolum.tertio, & sentit Crauet. consi.271. numero secundo, uersi.quarto dico, libro
40 secundo, † & quia statutum multis in locis loquitur de ciuibus Vulterranis, ergo & hic de illis loqui dicendum est, adnotata etiam per Alex.consilio 50. in fi.uolum. secundo,Alba consilio 96. numero secundo,Cephal.consilio 156.numero septimo, uolum.secundo, Simon de Prætis consilio 137.numero 113.car.271. Misingeri.consilio 21.numero 74. Christophor. Porci. §.si cui,numero 18.Insti. dẽ Attili.tuto. & faciunt adducta per glo.fi.in l.mariti.ff.ad legem Iul.de adulte. & per Barto.in l.si quis seruũ,§.fi.ff.de legatis secundo,ubi quando a principio est facta mentio de hærede, pactum sequens licet de eo non faciat mẽtionem,tamen intelligitur facta repetitio hæredis in eo, & sequitur Bald.in l.omnes populi,colum.fin ff.de iusti.& iure. Quod apertè colligitur ex uerbis dicti statuti, ibi (& teneatur Potestas non facere rationẽ, seu ius reddere de supradictis alicui hæredi,uel alij uolenti contra prædicta uenire)
41 † quæ uerba loquuntur de Potestate Vulterrano, qui ibi reddit ius, & non de foraneo,& existente extra eius territorium, in quem non habet Imperium, & qui non tenetur ei obedire, ut per Deci. d.consi.218. numero tertio,Misingeri.consilio 21.decada 3.numero 74.uersi.51.in statuto,columna 225.& dixi supra, numero 37. & in decisione secunda,numero septimo,& 13. & regulariter uxor nupta extra territorium
42 moritur in domicilio mariti, † & ibi conuenitur maritus,& petitur hæreditas, l.exigere dotem.ff.de iud.Roland.de luc.dot.q. 21.numero tertio,& sequen. Plot. in consilio 18.numero 13.& seq.car.115.dixi supra decisio.3.nume.28.car.47.

Secundò, quia loquitur de filijs, & filij secundi matrimonij sunt forenses, adeò ꝙ non ligantur dicto statuto Vulterrano: præcipuè,quia loquitur in personam,& nõ
43 in rem. † Nam sicut filij forenses non gaudent beneficio dicti statuti, ita etiam non tenentur sequi illud statutum in eorũ præiudicium, Alex.dicto consilio 41.columna secunda,uolum. septimo,consilio 100.numero tertio,uolum.tertio,Rui.consilio 18. columna fi. uolum.quinto, Parisi.d.consilio 12.numero 24.& sequen.uolum.3. Et etiam, quia isti filij forenses sunt etiam ciues Florentini, ut ex capitulis initis cũ ex-
44 celsa Republica Florentina apparet, † quo fit,ꝙ statuta aliorum locorum subiectorũ ciuitati prædominantis,illos non comprẽdit, Grat.consilio 61.numero 40.& seq.numero 50.& sequen. uolum.primo. car.81. Brun. de stat.exclud.fœmi. art.8. q.27. numero 132. car.62. ubi loquitur de Sancto Miniato, & etiam quia cum sint, & ciues eorum patriæ, & Florentini,dicuntur duo
45 habere domicilia, † adeo ꝙ casus est mixtus, & non compræhensus a statuto Vulterræ in odiosis, ut pulchrè notat Anchar. consilio 37. columna prima,in fi.sequitur, Dec.consilio 352.numero 5.columna 3.Roma.consilio 294.numero 4 & tetigi supra, decis.11.numero 38.car.147.

Tertiò, quia loquitur in hæreditate materna, & sic in matre, quo casu dicitur loqui de illa matre,quæ contraxit primum, secundum, & tertium matrimonium in ciuitate Vulterræ, & non extra territorium & iurisdictionem ciuitatis Vulterræ, ubi statutum non habet Imperium, ut etiam illa uerba, (& teneatur Potestas non facere rationem,seu ius reddere) demonstrant, adnotata per Dec.dicto consilio 218. numero 3.& Rube.consilio 21.numero 11.& supra dixi, numero trigesimoseptimo, &
46 numero 41.& 42. † Nam mulier Vulterrana maritata extra territorium Vulterræ dicitur habere duo domicilia, unum originis, alterũ habitationis domicilij uiri sui: Primum retinet,& illo gaudet in fauorabilibus,& in his quæ sibi commodum,& utilitatem reportant, & non in odiosis, & in damnosis, quia in his habetur pro extranea,& statutum originis ipsam non ligat, nec

nec compræhendit; bene ipsam comprendit in fauorabilibus, & quando potest sentire commodum, ita loquitur tex. in l. cum quædam puella. ff. de iurisd. omnium iudic. & ibi Pau. de Cast. & omnes Docto. Barto. communiter approbatus in l. fi. §. item rescripserunt, numero quarto, & quinto, ff. ad municipal. & ideo inferunt Doctores,
47 † q statutum, quod forensis non possit acquirere bona, non compræhendit filiam alibi nuptam, nisi clarius loquatur. quia respicit utilitatem. & commodum filiæ, adeo q illa regula, q filia alibi nupta retinet originem patris, & domicilium originis, solum restringi debet in fauorabilibus, & sic quò ad eius utilitatem, & commodum, & non aliter, ut per exempla supra a Doctoribus tradita facilè dignosci poterit, & hãc distinctionem sequitur & ita declarat Pet. Anto. Angusso. in libro septimo, consilio 22. car. 209. Petr. Anch. Regiens. q. 9. numero 9. & 10. in prima par. car. 13. unde apparet, q inconsideratè loquuti sunt. Bero. in q. 109. col. fi. consilio 93. numero 43. uolu. secundo, Alba. consilio 23. numer. 8. & seq. car. 34. ubi uoluerunt in successione dotis mulieris nuptæ extra territorium attendi debere statutum originis, & non domicilij uiri, nec ius commune præsupponendo hanc mulierem semper retinuisse domiciliũ originis ét in odiosis, & damnosis. Nam in damnosis, & odiosis non retinuit, nec retinet originis domicilium, sed mariti, aut ciuitatis prædominantis, ut in terminis nostris contrarium tenuit ipse Bero. consilio 154. & consilio 155. numero 40. & 42. uol. secundo, Gherar. Mazol. consilio 53. num. 40. in fi. uolum. primo, & est communissima hæc distinctio, ut consuluit Rimi. iun. consilio 15. numero 66. uersic. unde isti Comites, & numero 72. uersi. nec agitur, uolu. 1. consilio 256. numero 30. & seq. consil. 242. numero 51. uolum. 3. Bursa. consilio 8. numero 33. & 37. uolum. primo, consilio 189. numero 55. & 61. uolum. secundo, Cephal. consilio 161. sub numero 8. & 9. uersic. his præmissis, uolum. primo. Ancha. consil. 37. uersi. uenio ad secundum, Purpura. consilio 84. numero 6. uolum. primo, car. 93. nouissimè Lancellot. Galia. in consuetu. Alexand. prohib. marit. relinq. uxor. in præfatio. numero 42. & 43. car. 42. & Angusso. d. consilio 22. car. 209. & hanc partem, & distinctionem omnino bonus Iudex sequi tenetur, ut per Grat. consi. 105. nu. 7. uolu. 1. Dom. Alfons. Mendoc. de compatibilia, & incompatibilia. in 2. par. c. 12. numero 26. & 27. car. 144. & per ea quæ dixi supra, decisio. 28. numero 16. 17. & 31.
48 car. 391. quod corroboratur, † quia hæc mulier dicitur & Vulterrana, & de domicilio uiri, & ideo duo dicitur habere domicilia, ut dicunt Doct. in d. l. cum quædam puella. Rimi. sen. consilio 135. numero 32. uol. 1. Bar. in l. quoties. C. de priuileg. scholar. libro 12. Cum sit mixti fori, non est inconueniens ut una lex, & unum statutum, & una persona secundum quid, & quo ad quid, sit correcta, & intelligatur uno modo, & secundum quid alio modo, & non correcta, Alex. consi. 107. num. 6. uol. 5. Mathe. Vesembeci. consi. 44. num. 44. numero 61. uersi. & tantum abest, col. 1109. sicut etiam non inconuenit, ut secundum quid dicatur de uno domicilio, & secundũ quid
49 de alio, † & sic in fauorabilibus, & utilibus, de foro originis in odiosis, & damnosis de foro domicilij & habitationis, ut dicit Abb. in c. nulli, nu. 13. de reb. eccles. non alien. & uidetur tex. in c. statutum, & ibi gl. & Doct. de elect. & Geminia. consilio 131.
50 Dec. consi. 352. nu. 5. col. 3. Accedit, † quòd cum habeat duo domicilia, & casus sit mixtus, non ligatur dicto statuto Vulterrano, ut consuluit Anch. d. consi. 37. col. 1. in fi. & Dec. consi. 352. col. 3. num. 5. facit Rom. consi. 294. nu. 4. & consi. 259. col. fi. Hiero. Magoni. in Rota Luca. decis. 91. num. 2. car. 269. &
51 dixi supra numer. 45. † sicut nos uidemus quem in fauorabilibus & utilibus haberi pro nato, & in odiosis & damnosis pro mortuo, §. seruus autem alienus, & ibi gl. fi. Insti. de hæred. insti. & ita ad fauorem filiorum forensium IVDICAVIT * supremus Magistratus Dominorum Consiliariorum ciuitatis Florentiæ de anno 1580. inter Pratensem, & alium de Sancto Gemi niano, utrosque debere succedere in capita personarum, & non in stirpes in dote materna nuptæ extra territorium.

52 Immo † cum ista hæreditas consistat in re mobili, & sic in pecunia, & in iure, ac nomine debitorum, dicitur esse illius territorij, cuius reperitur, si ibi est ad beneplacitũ, uel

uel in perpetuum remansura: secus, si ad tempus certum, Alex.consilio 16.numero 5.& 6.consilio 31.numero 10.uolu.primo, Abb. & Docto. in c.fi. numero 43.& 44. de foro compe. Docto. in l.fin. C. ubi in rem actio. & ibi Pau. de Castro.Tiraq. de primogenitu.q.48.numero 7. car.331. Carauita,ritu.132.numero 4.car.72.dixi supra,
53 decisio 3. numero 19. † & cum actio, & ius istud sit personale, adhæret ossibus mulieris creditricis tempore eius mortis, & dicitur esse in loco, ubi mulier creditrix perpetuò est mansura. l. 3. ff. pro socio, l. quis ergo casus,ff.de pecul. Rimin.sen.consilio 186.numero 32. uolum.primo, Deci. in l.edita,numero 92.& ibi Apostilla.C.de eden.pulchrè Ripa responso 7.numero 11. & sequen. uersi. sed nunc suboritur altera
54 dubitatio,car.5.uolum.secundo,† sed nulli dubium est, quòd uxor præsumitur uelle perpetuò manere, ubi manet eius uir, & sic in domicilio uiri,& ideo ibi habere eius domicilium,dicunt Doct.ubi Pau. de Castro,& Cagno. in d.l.cum quædam puella, facit bene Federic. Schenc,in conclusio. 3. mulier, & dixi supra numero 48. & maximè, quando agitur de præiudicio tertij, & sic aliorum filiorum,adnotata per Rip.respon.18. de substitutio. col 3. numero 13. & sequen.car.56.uolum.secundo.Si bona præsumuntur esse in terra,ubi mulier cum uiro commorabatur, & mortua est, sicut sunt paraphernalia ad usum mulieris ibi
55 destinata,† cui dubium quòd statutum Vulterranum non compræhendit bona extra eius territorium posita,adnotata per Bursa. consilio 93. numero 21. consilio 8. numero 25.& sequen.uolum.primo,ubi dicit communem Rota Perusi. decisio.77. in 2. par.& Cagnol.in l.fi. numero 21. uersi. infertur,ff.de iurisd.omnium iudic. car.170.
56 † & si loco non circumscriberentur tanquam casus mixtus, & tertia species per ea, quæ dixi in meo tracta. de usufructu, numero 83.car.430.in prima par.Lau.Sylua.consilio 37. numero primo, & Federic. Scot tomo 2.consilio 3.libro secundo, car.
57 86. † tunc secundum statuta ciuitatis prædominantis tanquam ius commune esset distribuenda hereditas,ad quod recurritur in defectu statutorum ciuitatum, & locorum inferiorum, & subditorum, ut dicit statutum ciuitatis Florentiæ, incip. urbem nostram,ut esset in casu isto,ubi nec statutum Vulterranum,nec domicilij uiri uxoris attenderetur respectu filiorum primi,& secundi matrimonij forensium,& subditorum ciuitatis Florentię,& Serenissimi, ac iustissimi Domini mei Magni Ducis Etruriæ,ita Rimi.iun.consilio 269.numero 69. uol.3.car.175.& Rimi.sen.consi.750. colũ. fi.uol.4.facit bene Soc.consi.7.nu.7.uol.1. Rolan.de luc.dot.q.85.car.259.cõsilio 21. nu.22.&seq.uol.4.Ceph.consilio 32.num. 13.uol.1.consilio 414.numero 35.67.uolu. 3.Deci.consi.147. nu.2. dixi supra,decisio. 30.nu.8. & secundum dictum statutum tota hæreditas ad filios secundi matrimonij
58 deuoluitur,† & quando esset dubium(prout nõ est in casu nostro) per medium illud dubium esset diuidendum, & præcipuè inter filios, fratres, & coniunctos, ut dixi in tract.de tutore,in fi.nu.338.car.309. in prima par.cui addo D. Prob. in addi. ad Ioan. Monac.in c.discunt,de regul.iur. in 6. car. 332.Franc.Tontulus,in consi.5.num.4.car. 58.Ari.Pinel.in l.2. in 2.par. c.4.nu.40.car. 144.C.de rescin.uend.Dec.consi.445.& in c.1.num.45.& 46.de consti.car.8. Cur.iun. consilio 154.numero 2.libro 2. & consilio 205.col.fi.uol.3. Tiraq.de primogenitu.q. 17.in 4.oppositio.numero 9. & Anto.Maria Corati.in tract.commu.opi. lib.2.tit.9. casu 32.in fi. car.187.

Considera ergo, benigne Lector, hanc naturam donationis, & inuenies esse inter uiuos,irreuocabilem,& perpetuam, & tẽpus mortis esse appositum quo ad solutionem, & executionem, & non in substantia donationis,& consequenter hanc nobilem D. Catherinam potuisse petere huiusmodi donationem,& transmittere ad eius hæredes,& ita causa missa per Magnificos D. iudices appellationum ciuitatis Vulterræ ad consilium sapientis, fuit relatum per ue nerandum patrem meum Dominum Carolum Caualcanũ, & IVDICATVM* Volaterris de anno 1567.confirmando primam sententiam iudicis,& in similibus casibus IVDICAVIT * Rota Lucana, & Perusina,ac Romana Curia,& Taurina, ut dixi supra nu.12.

DE CONTRACTIBVS

DECISIO XIIII.

ARG.

Bona ecclesiastica locata ultra triennium, & de triennio in triennium, non valet uirtute extrauagantis, Pauli II. & IIII.

Locatio bonorum Ecclesiasticorum facta de triennio in triennium, & renouata ante finem locationis, cũ hoc quòd incipiat habere locum post finem prioris locationis, non ualet, & dicitur facta ad longum tempus.

Emphiteuta propter iuramentum cadit a iure suo, facta declaratione post terminum solutionis nõ expectato bienio, aut triennio: fallit in multis casibus, & multa hic de materia caducitatis habentur utilia, & necessaria.

SVMMARIVM.

1 *Ecclesiastica bona possunt locari ad modicum tempus sine solemnitatibus, & causa necessaria. Declara. nu. 70.*

Conductor ad modicum tempus, non dicitur habere ius in re. 33.

2 *Paulina non est usu recepta, quod bona ecclesiastica non possint ultra triennium locari sine solemnitatibus, & causa necessaria.*

Extrauagans Pauli II. & Bulla Pauli IIII. non est usu recepta, quòd bona ecclesiastica non possint locari ultra triennium.

Declara, ut nu. 4. 67. & 71.

3 *Declaratio caducitatis non potest fieri re non integra, & sic mortuo conductore deficiente in solutione contra hæredem. Nec per hæredem, & successorem, mortuo locatore. nu. 12.*

Declara, nu. 11. 14 50.

5 *Papa solus potest declarare extrauagantem esse in uiridi obseruantia.*

6 *Locationis renouatio bonorum ecclesiasticorum non potest fieri per nouennium, uel triennium ante finem prioris locationis, quia in fraudem præsumitur facta, nu. 7. 8. 9.*

7 *Locatio bonorum ecclesiasticorum facta de triennio in triennium, de quinquennio in quinquennium, & de nouennio in nouennium, non ualet sine causa, aut euidenti utilitate, & solemnitatibus, quia dicitur facta ad longum tempus, nu. 6. 9.*

8 *Verba in dubio præsumuntur potius posita demonstratiuè, & exemplatiuè, quam restrictiuè.*

9 *Locatio ad longum tempus, & sic vltra, decennium, non ualet in bonis ecclesiasticis sine causa, aut euidenti utilitate, & solemnitatibus.*

10 *Decisiones, quæ sunt in terminis, sunt securiores, & faciunt cessare omnia argumenta.*

Doctores doctissimi inueniunt decisiones in terminis, ut cessent regulæ generales.

11 *Rector ecclesiæ ignorans qualitates primæ inuestituræ potest declarare caducitatem contra hæredes emphiteutæ ob canonem non solutum per defunctum.*

Ignorans non ratificat factum, nec remittit pœnam.

13 *Declaratio caducitatis ob solutionem non factam per biennium, non requirit sententiam, sed sufficit fieri tacitè, uel expressè extraiudicialiter.*

15 *Pactum, & promissio etiam pœnalis transit in hæredem, & ad hæredes, licet de hærede non sit facta mentio, nu. 50.*

16 *Caducitas ob solutionem non factam requirit triennium integrum, & continuum in re prophana, & biennium in ecclesiastica.*

Rector ecclesiæ non potest declarare caducitatem ob Canonem non solutum, nisi triennio integro & continuo, aut biennio transacto.

17 *Emphiteuta, qui non soluit in terminis conuentis non cadit a iure suo, sed potest cogi ad soluendum, & tenetur ad interesse quanti plurimi, secus post integrum biennium.*

28 *Iuramentum operatur, quòd cessans soluere per annum canonem rei liuellariæ, perdit omne ius suum, & potest declarari caducitas, & idem si cessauerit post terminum conuentum.*

Declara, nu. 21. 26.

19 *Debitor promittens soluere in tribus paghis, aut terminis cum iuramento, si cessauerit in uno, poterit cogi ad soluendum integram quantitatem omnium terminorum. 18.*

Declara, nu. 20. 21. 26.

Iura-

49 *Hæres mariti non tenetur restituere dotem uxori, uel hæredibus consistentem in pecunia, nisi post annum.*

Fallit, quando testator legaret dictam dotem uxori.

51 *Melioramenta sunt soluenda ante relaxationem bonorum.*

Licet non sint liquida, quando est conuentum quòd prius soluantur melioramenta.

52 *Mora an possit purgari post lapsum tempus, si sit conuentum quòd cadat a iure suo, si cessauerit soluere per biennium.*

53 *Pactum non potest interpretari secundum ius commune, quando in illo casu est contra ius commune, secus in reliquo non contradicente iuri communi.*

54 *Censuarius nunquam cadit a iure suo, licèt per mille annos non soluisset.*

55 *Censualis, an emphiteuticarius contractus in dubio præsumatur.*

Contractus emphiteuticarius, aut censualis in dubio, an præsumatur.

56 *Emphiteuta recognoscens per instrumentum ecclesiam absque alia præcedenti inuestitura, sed solum per confessiones, non cadit a iure suo ob solutiones non factas.*

57 *Locatio facta ad tempus intra nouennium, dicitur simplex conductio, & potest fieri sine solemnitatibus, & causa de iure, & conductor nullum ius habet in re, secus si post nouennium est facta, & sic ad decennium, & ultra.*

Conductor simplex licèt non habeat ius in re, tamen habet retentionem, & hipothecam pro fructibus & laboribus sui factis in re conducta. nu. 54.

58 *Conductor, & emphiteuta ad modicum tempus, si non adest pactum de non expellendo, & est præsens, & non soluit pensionem per annum, potest expelli a conductione.*

59 *Emphiteuta non soluens per biennium cadit a iure suo conductionis, & biennium intelligitur secundũ naturã fructuum recolligendorũ.*

Annus in emphiteuta, & conductore cessante a solutione canonis, consideratur secundum quòd terra fructus producit maturos; ut si est oliuetum singulo biennio, si nemus singulo triennio, aut quinquennio; si magesatica terra singulo anno cum dimidio, & sic de singulis. nu. 56.

60 *Emphiteuta laici, & postea ecclesiæ si cessauerit soluere per annum cum dimidio laico, & per unum ecclesiæ, poterit sibi declarari caducitas uti cessans a solutione per biennium.*

61 *Conductor bouum, aut rei immobilis tenetur in fine conductionis rem conductam relaxare statim omnibus fructibus perceptis, licèt annus totus non sit finitus.*

62 *Caducitas potest declarari per rectorem, & locatorem tacitè, & expressè, & quomodo.*

Locator, qui potest extraiudicialiter expellere conductorem, si viam iudicis petierit, non poterit amplius uiã extraiudicialẽ cõsequi. n. 59.

63 *Locator, quomodo debet expellere conductorem, & de practica uide.*

64 *Caducitas non potest declarari contra non possidentem.*

Locator non potest declarare caducitatem contra eum, qui non possidet.

Conductor non tenetur soluere pensionem, si res effectualiter non fuerit sibi tradita, & illam non possideat. nu. 61.

65 *Locator, qui prius habent aliquid adimplere pro parte sua, non potest declarare caducitatem re non adimpleta.*

66 *Qui differt facere quod debet, non potest petere, quod ei debetur.*

67 *Conductor non tenetur pro parte sua adimplere, quando prius locator defecit pro sua parte, imò ipse potest exequi contra aduersarium, & non aduersarius contra ipsum.*

69 *Caducitas non potest declarari nisi per dominum, uel prætendentem interesse.*

71 *Stylus, & usus contra ius, non ualet, & non præsumitur.*

Lex semper loquitur, & præsumitur in uiridi obseruantia.

73 *Ecclesiæ fauore, in dubio est pronuntiandum.*

In dubio pro ecclesia est pronuntiandum, n. 70.

DECISIO XIIII.

Reuerendus Præsbiter Antonius de dotis Papiensis, de anno 1574. die sexta Maij locauit plura bona ecclesiastica ad affictum a festo Sancti Martini proximè futuri in antea, usque ad annos tres proximè sequuturos, & sic de triennio in triennium, usque ad nouennium proximè futurũ, ita ꝙ sint tria triẽnia, siue tres locationes triẽnales, nobili. Do. Cæsari Ferrario ꝓ se, suis hæredibus, & successoribus,

ribus, pro libris 700. ac appendicijs soluendis in festis Paschatis Resurrectionis pro medietate, & pro alia in festo Sancti Martini, cùm hoc, quòd si cessauerit per unum mensem post terminum solutionis soluere, sit in arbitrio dicti Locatoris declarare caducitatem præsentis locationis, si sibi videbitur: & cum hoc, quòd præsens locatio incipiat in fine alterius primæ locationis.

Euenit, quòd Dom. Cæsar non soluit de anno 1577. in festis Paschatis, & de mense Augusti, seu Septembris mortuus est, & d. Reuer. Dom. Antonius die 9. Nouemb. d. anni 1577. & de mense Decẽbris declarauit nolle perseuerare in locati, & D. Cæsarem, ac eius successores esse caducos, & priuatos commodo d. conductionis ob solutionem non factam debitis temporibus, & ob locationem factam usque ad nouennium a die primæ locationis, & prohibitam, uti factam in fraudem legis, ac etiam cõstitutionis extrauagantis Pauli II. incipi. ambitiose & confirmatam a Paulo IIII. & quærebatur, an conductor inciderit in commissum, & an locatio sit prohibita, & debeat annullari? Et uidebatur dicendum, non esse priuandum conductorem conductione prædicta, & sic usque ad nouennium successores debere perseuerare.

1 Primò, † quia de iure communi non est prohibitum Rectori locare bona ecclesiastica ad modicum tempus sine solemnitatibus, & sic usque ad nouennium, intra quod tempus conductor dicitur simplex, & non transfertur dominium, nec aliquod ius in re habet. glo. in clem. 1. de reb. eccl. nõ alie. summa Armilla in uerbo, locatio, nume. 5. tex. in c. fi. & ibi gl. ne præla. uices suas. Rota decis. 1. de loca. in nouis. & Soc. sen. consilio 32. ex his, uolu. 1. in 1. dub. Mandosi. in sua prac. tit. commis. super causa propha. in uerbo, locationum, col. 3. car. 28. Pau. de Castro consi. 4. uol. 1. Guliel. Rodoa. de reb. eccles. non alie. car. 346. nu. 5. & 6. & tetigi infra, nume. 57.

2 Secundò, † quia extrauagans Pauli II. Veneti non est in usu in ciuitate Papiæ, & ideo non ligat, licèt sit inserta in corpore iuris, ita dicit Corne. consi. 6. licèt in hoc, nu. 4. uol. 4. Armilla in uerbo, locatio. nu. 5. Roch. de Curte, tract. de consuetud. sectio. 6. numero 9. car. 77. uersi. item infertur, Didac. uaria. resolutio. c. 16. numero 6. 7. lib. secundo, Francis. Sarmenta. tracta. de redditib. eccles. in 1. par. c. 2. numero 20. car. 48. Bursat. consilio 55. numero 20. uol. primo, ubi dicit probare debere fuisse usu receptam, qui in illa se fundat, nisi probet saltẽ uario modo fuisse iudicatum, & Franc. Sarmenta. in tracta. de redditibus ecclesiæ, in 1. par. c. 2. nu. 20. car. 48.

3 Tertiò, † quia declaratio caducitatis nõ potest fieri re non integra (hoc est per locatorem mortuo conductore deficiente soluere) contra hæredem, sicut etiam non potest fieri per hæredem mortuo locatore cõtra conductorem, quia præsumitur renuntiasse iuribus suis ad fauorem prędefuncti, cum in uita non fuerit conquestus, ita dicit Cassador. decisio. 2. numero 2. 5. & seq. de loca. & condu. Bero. in c. potuit. numero 7. & sequen. extra, loca. consilio 49. nume. 13. & seq. uol. 3. consi. 98. numero 17. & seq. uolu. 1. Rota Bononi. decisio. 37. numero 17. & Guliel. Rodoan. de reb. eccles. non alie. in fi. car. 532. Rimi. sen. consilio 429. numero 66. & seq. uol. 3. car. 30. consilio 22. numero 25. uol. primo, & in consilio 269. numero 10. seq. uol. 2. car. 90. ubi dicit magis communem, Rimi. iun. consilio 22. numero 19. seq. uol. primo, Ripa libro 3. de dona. & grati. reuocan. q. 70. num. 236. 237. & 238. car. 22. in parua impressione, Anchara. Regiens. q. 45. in 2. par.

Pro parte Rectoris, & ad fauorem ecclesiæ adducebantur fundamenta hæc, & primò uirtute extrauagantis Pauli Veneti, re-
4 nouatæ per Pontificẽ Paulum IIII. † ubi bona ecclesiastica non possunt ultra triennium locari, aliàs locatio sit ipso iure nulla, & cum sit præceptiua, & inserta in corpore iuris, & approbata ultimo loco a Summo Pontifice, præsumitur usu recepta, & esse in uiridi obseruantia, l. Arianus, C. de hæreti. & ille, qui contrarium dicit, debet probare, ut pulchre loquitur Benintend. in Rota Bononi. decisio. 13. numero 14. seq. Bero. consilio octauo, numero nono, & sequen. uolum. tertio, Francis. Becci. in consilio 92. columna prima, & secunda, car. 163. & latè Guliel. Rodoan. de rebus eccles. non alienan. quæstio. sexta, §. item ex præmissis, numero undecimo, & sequen. car. 347. ubi ostendunt esse in

in uiridi obseruantia, idem Plot. consil. 19. nume. 62. 63. lib. 1. car. 127. Arnon. sing. 66. vulgata est, & in dubio pro Paulina est tenendum, adnotata per Federic. de Senis con
5 sil. 246. de iure communi, colum. 1. † quia ad Papam solum spectat declarare, extrauagantem nõ esse obseruandam, Geminia. in proœmio Decreta. §. sanè, nume. 5. in 6. & in cap. cum personæ. §. si autem, sub nume. 2. de priuilegi. in 6. car. 291. Bero. consil. 72. numer. 22. uolum. 1. qui declarauit ualere, posteaquam eam confirmauit. Secundò, quia ista locatio fuit facta ante finitam anteriorem locationem, & voluerunt partes incipere debere a die finitæ primæ locationis, quo fit quòd dicitur facta de nouennio ad nouennium, & sine causa, & solemnitatibus requisitis, uti facta ad longum tempus ad instar alienationis bonorum eccle-
6 siasticorum, † & ideo est prohibita a iure talis forma locationis, ex eo quia non potest fieri locatio de triennio in triennium, nec quod si non soluerit melioramenta, intelligatur pro alio nouennio res conducta, & sic de nouennio in nouennium, cum sit alienatio sine solemnitatibus, & causa, aut euidenti utilitate, Alexand. consil. 165. in causa, uolum. 3. Crot. consil. 315. nume. 28. uolum. 3. Plot. consil. 19 nume. 62. & seq car. 127. Riminal. iun. consil. 234. nume. 73. seq. uolum. 3. latè Franc. Becci. consil. 92. nume. 2. & seq. car. 164. Gul. Rodo. de reb. eccles. nõ alien. quæst. 6. nume. 11. & seq. car. 347. Mari. Angusso. consil. 99. car. 218. Quasi quòd partes a principio in fraudem legis ita conuenerint uidelicet, uolo ut faciamus hanc locationem ad nouennium, & intra nouennium postea, quòd quandocunque cum aliquo augumento pensionis eam renouamus ad aliud nouennium, & sic poterit fieri sine
7 causa, & solemnitatibus, † & hac sola ratione, meo iudicio, Doctores communiter limitarunt, non ualere hoc genus locationis, ut originaliter tradit Cardinal. in clem. 1. §. fina. quæstio. penulti. de reb. eccle. non alienan. uersic. quintò quæro, qui ita dicit: Quintò quæro, locauit prælatus usque ad nouẽ annos, & finito anno uno locauit ad alios nouem annos inchoandos a fine primæ locationis: dic, quòd hoc non licet, quia fit in fraudem huius clementinæ, sequitur Alexan. in consi. 165. colum. 1. uersi. secundò adducitur, uolum. 2. Mari. Angusso. consil. 99. nume. 5. car. 218. Arnon. sing. 66. uulgata est, & bona Apostilla ad Abba. in cap. tua nos. nume. 11. uersic. an prælatus, de eccle. ædific. facit Riminal. iunio. consil. 234. numer. 4. 7. 160. 166. uolum. 3. & nume. 169. & in casu nostro consuluit Franc. Becci. in d. consil. 92. numer. 15. lib. 1. car. 164. & est communis sententia, per quæ patet ꝙ Ari. Pinel. in l. 1. in 3. par. sub nume. 63. uersicu. dicitur etiam locatio. C. de bonis mater. car. 461. non uidit Cardinalem in d. clem. in d. §. fina. quia Cardinal. ibi aliter loquitur, & ideo facit pro hac opinione Cardinalis, postquàm eum allegat. quia dictum Doctoris debet intelligi secundum doctrinam, quam allegat, Barto. in l. non solum. §. liberatum. ff. de libe. lega. Laur. Sylua. cons. 44. nume. 17 lib. 1. Aliàs malè loqueretur, & contra communem, & ita etiã sentit Plot. consi. 19 numer. 63. car. 127. & ita fuisse IVDICATVM, * attestatur Rebu. in tract. compen. Aliena. rer. eccle. nume. 18. 19 car. 96. & huic argumento meo iudicio, non uideo responsum, quia oppositio uerbalis facta per Excellentem Aduocatum partis aduersæ satis argutum, quòd Cardinal. in d. §. fina. loquitur, quando post annum, & pro eadem pensione esset renouata dicto modo locatio, & non quando post sex annos, & cum maiori pensione, est friuola, & non diuersificat rationem, & intentionem supradictorum Doctorum, & nullus est, qui hoc dicat, quem uiderim, imò omnes supradicti Doctores exemplificant in uno, in tri-
8 bus, quinque, & alijs annis, † & dictum Cardinalis, de uno anno non fuit positum restrictiuè, sed demonstratiuè, & exemplificatiuè, ut etiam præsumitur, Crauet. consil. 301 numero quinto, uolum. secundo. Paris. consil. 92. nume. 42. uolum. 1. uoluit solum demonstrare, quod si locati o fuerit renouata, uel facta de nouo ante finem primæ locationis, quoquomodo fiat intelligatur a principio, ita conuentum in fraudem dictæ clementinæ, & ideo reprobauit talem
9 modum locationis: † nam ponamus, quòd sit facta locatio his uerbis, loco usque ad nouẽnium pro scutis decem singulo anno, finito dicto nouennio pro alio nouennio, uel pro quatuor, aut quinque annis, & sic ultra decennium pro scutis quindecim singulo

gulo anno: quæro ab eo, an ualuerit talis locatio? certè est dicendum quòd non, quia sapit alienationem, & perinde est ac si facta fuisset usque ad quindecim annos, cum hoc quòd soluere deberet scutos decem per annos nouem, & quindecim per alios sex annos, & tamen sine causa aut euidenti utilitate & solemnitatibus non ualet huiusmodi locatio, Docto.in cap.1.de reb. eccle.nō alien.Paul.de Cast.consi.4.uolum.1. ubi dicit communem, Alexand.consil.104.nume. 4.seq.consil.165. uolum.3. Riminal. iunio. consil.233.nume.67. uolum.3. Guliel. Rodoan.de reb.Eccle.non alien.nu.5.6.11.car. 346.Socin.consil.29.consil.32.colum.2.uolum.1.Angel.consil.245.quia omne, colum. 3.uersic.quartò est uidendum,bene in proposito loquitur Emanuel Soarez, in suis commu.opinio.in uerbo,conductor ad longum tempus,car.35. nume.197. & seq. Mari.Angusso.consil.99.uolum.1.Plot. cōs.19. nume.59.& seq.& etiam quia non potest talis locator esse certus temporis futuri, ac etiam quia poterat extendi ad tempus quo non esset amplius Rector dictæ ecclesię, iuxta notata per Abba. in Rubri. de testamentis, nume.2.& ita dicit Rebuf.d.tract.de cōpend.aliena.rerum eccle.numer.18.19. car. 96.ubi dicit hac de re ita per Senatum fuisse IVDICATVM,* & cum habeamus Doctores tam graues loquentes in terminis nostræ conclusionis, non est curandum de argumentis, & regulis generalibus, ac alijs coniecturis,quia in practica, dum casus accidit,magnum est habere decisionem non solum legis, sed alicuius Doctoris in terminis,etiam sine lege loquentis,ut dicit Ias.de Paulo de Cast.in l.non est minus, in
10 fi.C.de procura.† nā decisiones, quæ sunt in terminis, sunt securiores, & ibi cessant omnia argumenta,ut dicit Alber. Brun. de stat.exclud.fœmi.art.6.q.2. unde Angel. in consi.14.Noscarolus,col.2. dicit,q̄ allegare regulas gn̄ales, ubi est decisio in terminis, est pauperis Doctoris,& ideo in actu practico laborandū est, ut inueniamus decisionē in terminis,quia talem inuenire, est doctissimi Doctoris,ita dicit Fely.in cap.cum ordinem, de rescript.& plura ad propositum adducit nouissimè Mathæ. Vesembeci. Oltramonta.in consil.19.numer.6;.uers. quia in practica, colum.635.& dixi supra decis. 28.numero 16. 30. & 31. car. 397.

Tertiò, quia fuit cessatum a solutione canonis per defunctum, & successorem ultra terminum conuentum, & sic defecit in
11 promissis,& non adimpleuit promissa,† & licet declaratio caducitatis fuerit facta post mortem primi locatoris, tamen cum promissio solutionis fuerit ad certum tempus, aliàs rector possit declarare caducitatem post mensem termini elapsi, potuit per Rectorem fieri declaratio etiam contra hæredem pro termino defuncti, & ipsius hæredis uirtute d.promissionis non adimpletæ, nam concurrit duplex prohibitio,& legis, & hominis, & ideo ualet talis declaratio propter promissa non adimpleta,& dicitur facta re integra, ita dicit Bald.in l.fina. uersicu.ibi, ita ut hic.C.de reuoc.donatio.Rui. consil. 167. numero nono,& numer. 28. & 29. uolum.1. Alexand. consil. 131. numero 4. uolum. 4. & latè per Franc.Becci.in consil.9. explorati iuris, car. 18. ubi dicit esse receptissimam opinionem, & ita sentit bene Ripa,Respon.26.nume. 6. de iu.emphi. lib.2.car.96. Bursa.consil.91. numer.6.7.uolum.1.consil.143.nume.54.uolum.2. Riminal.iunio.consil.1.nume.34.uolum.1. Ripa Respon.9.nume.3.4.5.eodem uolum.2.car. 87.& in Repet.l.fina.C. de reuoc. dona. lib. 3.de donatio.& grati.reuoc.quæstio.70.numer.236.car. 22. ubi dicit communem, & maximè secundo Rectore ignorante qualitates primæ inuestituræ factæ a primo Rectore.Bursat.consilio duodecimo, libro primo, consil. 143. numer. 47.& consil. 181. numer.33.& seq.& nume.54.lib.2. Riminal. iun.consil.1.numero 28. & sequen. uolu.1. quia ignorans non ratificat actum, nec remittit caducitatem, ut ibi dicunt Doctores, & tetigi supra decisio.21. numero 71. car.310.sentit Riminal.iunio.consil.242. numero 88.uolum.3.Guliel. Rodoan. de reb.
12 eccle. non alien.numero 21.car.499.† Nec obstat doctrina Bald.in c. imperialem §.insuper, columna secunda, uersic.considera. de prohibi. feu. alien. per Federic. & Abb. in consilio tertio, sub numero 7.uersi.item ponit Bald. uolum.2.& Bero.consil.98. numero 27. & sequen. uolum.1.ubi non transit ad hæredes ista declaratio, quando ipso iure non cadit, sed facto, & sic uoluntate rectoris, quia loquuntur, quando pœna ipso

ipso iure non est incursa, sed requiritur condemnatio, & sententia, ut ibi est uidere, & tradit Ripa in d. lib. 3. in Repeti. l. fina. C. de donatio, & grati. reuoc. quæstio. 70. numer. 257. car. 22. ubi priuatur dominus feudo, propter felloniam, & ingratitudinem, sed in casu nostro non priuatur locator propter ingratitudinem, & felloniam, sed propter promissionem non adimpletam, & solutionem promissam non factam, quo casu est incursa pœna ipso iure (uolente ita dicto re-
13 ctore,) † & alia condemnatio, & iudicialis sententia non requiritur, secundum communem, Cassador. decisio. 3. nume. 5. versic. item quia erat pactum, Deci. consil. 146. numero 4 5. 6. Mandosi. in addi. ad Roma. consilio 212. sub numero 7. Ias. d. l. 2. numero 22. & sequen. C. de iu. emphi. Bursa. consilio decimo, numero 40. uolum. 1. & Iul. Clar. §. emphiteusis, quæstio. 9. car. 83. & quæstio.
14 13. † & quod transeat ad hæredem isto casu, ita etiam dicit Iacob. de Sancto Georgio, in tracta. feud. in uerbo, dictique Vasalli. numero 60. versicu. aut feudum erat iam quesitum, car. 85. & sentit Crot. in consi. 72. numer. 36. uersic. ad quartum, uolum. 1. Ripa d. Responso. 26. numero quarto, 6. car. 96. libro 2. ultimę impressionis, & in d. quæstio. 70. sub numer. 236. car. 22. ubi dicit communem propter pactum non seruatum, &
15 promissionem non adimpletam, † quod pactum, & quæ promissio transit etiam ad hæredes, & econtra hæredes, ut ibi dicit Ripa, & est tex. in l. 1. 2. & 3. C. de hæredi. acti. in unica, ut actio. ab hære. & contra hæred. & maximè, quando in principio dictum est, per se, & suos hæredes adnotata per Paul. de Castro, & Alexand. in leg. si postulante, ff. ad Trebellia. facit tex. in l. pactum, ff. de probatio. l. iuris gentium. §. pactorum, ff. de pact. Bald. consil. 112. uolum. secundo. Tiraquel. de retract. conuenti. §. 1. glos. 6. numero primo. Barto. Alexand. & Ias. in l. si sic, ff. de uerbor. obligat. Deci. & Cagno. in l. hæredem, ff. de regul. iur. & Bald. in l. 1. C. quorum legato. Riminal. iunio. consil. 1. numero 34. uolum. 1.

Quæ declaratio caducitatis non potuisset fieri post terminum solutionis, & sic post festum Sancti Martini, & Paschatis per mensem, si ita expresè non fuisset con
16 uentum inter partes, † quia requirebatur cessatio solutionis canonis per triennium continuum integrum in emphiteusi priuata, & sęculari, & per biennium continuum in ecclesiastica, l. 2. C. de iure emphiteu. & ibi latè per Docto. ubi Ias. numero quinquagesimosecundo, quæstio. 14. & numer. 180. & Cy. numero duodecimo, quæstio. 11. Alexand. in l. diuortio §. ob donationes, numero decimo, uersic. unum non omitto. ff. solut. matrimo. in consil. 105. colum. 2. numero secundo, & tertio, uolu. 3. Deci. in auct. qui rem, numero decimo. C. de sacrosanct. Eccle. sentit Iul. Clar. in §. emphiteusis, quęstio. 8. in princip. ibi, quòd cesset per triennium integrum, & ibi, quòd cesset per bien
17 nium integrum, † & solutio fienda in festo Sancti Martini, aut Sancti Michaelis ex partium conuentione solum operatur, quòd post dictum tempus debitor est in mora, & tenetur ad damna, & interesse quantiplurimi creditori, & potest cogi ad soluendum, iuxta tex. in l. quod te, & l. minimum, ff. si cert. peta. & l. si mora. ff. solu. matrimo. & non quòd si cessauerit per duas uices continuas duobus annis non finitis ceciderit in commissum, & quòd potuerit expresè, aut tacite rector declarare ei caducitatem, & alteri locare, per text. in cap. potuit, in fi. & ibi Imola, de loca. pulchrè Cyn. in d. l. 2. quæstio. 11. C. de iur. emphi. & ibi Iason, numero 52. & numer. 180. in fin. & per ea, quæ dicit Alexand. in consil. 105. colum. 2. sub numero secundo, uolum. tertio, sed tantum finito integro & continuo triénio, aut biennio, ut ibi per eos, & supra dixi,
18 † nisi adesset iuramentum in inuestitura, quia tunc propter iuramentū, si cessauerit per annum, in pœnam periurij poterit expelli, & priuari omni eius commoditate, iuxta l. si quis maior. C. de transactio. & ita latè tradit Ripa in c. ex parte, numer. 20. & 21. de rescript. in 2. par. car. 25. & in Respon. 9. numero quarto, de iur. emphi. lib. 2. car. 87. Bero. consil. 125. nume. 12. uolum. 1. Gozadi. consil. 57. numer. 10. & sequen. Rolan. consil. 25. nume. 23. uersicu. plus uidemus, uolum. 2. Riminal. iunio. consil. 254. numer. 20. uolum. 3. Ferrant. Caute. 20. & Iul. Clar. §. emphiteusis, quæstio. 8. colum. 2. ubi dicunt communem, & idem per unicam solutionem unius termini, si in anno duas, aut tres ex conuentione deberet facere so-

lutiones,

lutiones, uidelicet tempore Sancti Martini, Paschatis, & Sancti Ioannis Baptistæ, aduocati patriæ meæ, Bald. in l. ædem. nume. 6. C. loca. Alexand. consil. 105. nume. 14. uol. 3. & Ias. in d. l. 2. nume. 52. C. de iur. emphit. & Roland. consil. 6. numer. 41. & 42. uolum. 1. Riminal. iunio. consil. 165. nume. 57. facit Alexand. in consil. 85. Non puto, & consil. 126. uolum. 1. & pro singulari refert, & sequitur Mathesila. singula. 54. Nota quòd iuramentum, & ibi addentes, ubi dicunt esse
19 communem opinionem, † quòd si debitor est obligatus soluere in tribus paghis, aut annis certam summam pecuniarum cum iuramento, si defecerit in una paga, & uno termino, statim erit obligatus ad totam summam, & poterit conueniri pro integra summa propter periurium, uirtute d. l. si quis maior, C. de transactio. sequitur Bero. in consil. 126. nume. 6. & 7. uolum. 1. Anchara. Regiens. quæstio. 51. numer. 14. in 3. parte, car. 177. & ita fuit IVDICATVM per Dominos Patiales Fruzani de consilio sapientis, de anno 1572. Quod primò uidetur intelligi in iuramento obli-
20 gatorio, & non assertorio; † & quando iuramentum statim immediate est positum post promissionem terminorum, & non quando in fine est positum, ut solent communiter inaduertentes Notarij facere, qui in fine contractus ponunt clausulam, iurantes, & c. ita aduertit Gaspar Caballi. in tracta. de euictione, §. 3. numer. 71. car. 75. & dixi supra decisio. 30. numer. 24. car. 419. ui-
21 de supra decisio. 9. numero 28. Secundo † uidetur procedere, quando in instrumento non adesset aliud pactum caducitatis: secus si plura pacta adessent, uidelicet, quòd teneatur soluere medietatem canonis de mense Sancti Martini, & aliam in Paschate resurrectionis: & casu quo non solueret in termino supradicto quolibet anno, & cessaret per biennium a dicta solutione, quòd tunc intelligatur cecidisse a canone, sic uolente dicto Rectore, ut in multis instrumentis hic Papiæ uidi, quo casu si emphiteuta nõ solueret in termino statuto, nõ incidisset in commissum, & caducitas non posset sibi declarari a Rectore, sed solum posset cogi ad soluendum integrum canonem, & ad interesse quãtiplurimi, ut dixi supra, nume. 17. licèt Rui. consi. 167. nume. 18. uol.

1. contradicat: sed deberet attendi alius terminus, qui est tempus biennij, aut annus ad hoc ut illa uerba aliquid operentur, aliàs essent superflua, si termini solutionum attenderentur, quia de per se sufficiebant sine illis uerbis (& cessaret per biennium a dicta solutione,) ut per Alexan. d. consil. 105. sub d. nu. 14. ibi, nam respondeo, quòd statutum prædictum, uolum. 3. & dixi supra, nu. 11. & 12. ergo illa clausula, & qualitas, quod teneatur soluere in termino Sancti Martini, & Paschatis, & si cessauerit soluere in termino prædicto, &c. dicitur repetita, annexa, & posita quo ad caducitatem in sequẽti clausula (& cessauerit per biennium a solutione) scilicet fienda uirtute dicti instrumenti, & sic requiritur quòd cesset per biennium, aliàs implicarent contradictionem illa uerba, si inuestitura esset facta, verbi gratia de mense Iulij, & solutiones solum finirentur de mense Aprilis, & sic annus, & biennium non finiretur, nec emphiteuta cessaret per biennium, nec per annum, sed ante Grat. consil. 79. punctus, colu. 2. nu. 8. & seq. uersic. Et primò solutione canonis, uolu. 1. car. 103. & tamen partes uolunt, quòd cesset
22 emphiteuta a solutione per biennium, † ergo ita sunt intelligenda dicta uerba, ut euitetur contrarietas, & uerba operentur, per text. in l. licet Imperator. ff. de lega. 1. & ibi Barto. Rimi. sen. consi. 94. nume. 63. uolu. 1. Laur. de Pinu, consil. 121. nume. 9. car. 154.
23 † quod demonstrat etiam illa dictio, (&) quæ copulat utranque orationem, & qualitatem, & ambæ de necessitate requiruntur, & sic quòd cesset per biennium, ut per tex. in §. si plures, Instit. de hæred. insti. Plot. in l. si quando, nume. 35. uersic. & donatio, & nume. 345. uersic. Imò quod notandum est, C. unde ui. ubi quando duo copulatiuè requiruntur, non sufficit unus, in proposito. Octauia. Pedamon. decisio. 50. nume. 11.
24 car. 186. † & sic dicitur repetita illa prima promissio solutionis duorum terminorum in sequenti clausula cessationis per bienniũ per modũ declarationis adnotata per Laurent. de Pinu, in consil. 121. numero 8. & 9. car. 154. Purpura. consil. 402. nume. 28. uol. 1. adeo quòd iuramentum refertur quo ad caducitatem solum ad hanc conuentionẽ, si cessauerit per biennium, & non ad primam loquentem de solutionibus ad tempus fien-

pus fiendis, ut per Octaui. Pedamon. d. decis. 50. num. 10. & 11. Roma. consi. 14. num. 3. & per Bart. in l. mulieri, in princip. & ibi Theseus Mantua. in fi. ff. de cond. & demõstra. Alex. consi. 100. num. 4. uolu. 6. & Ferrant. Gargia in Patroci. suo 74. nume. 2. & 3. car. 347. & pulchrè per Cur. iun. in consi. 232. sub num. 24. uersi. postremò confirmatur, & numero 25. car. 94. uol. 3. facit Crau. consilio 231. num. 11. uers. Rursus facit, uolu. 2. adeò quòd ante biennium, & post terminum poterit debitor cogi ad soluendũ canonem, & interesse, & post biennium ad soluendum integram pensionem, & ad relaxandum bona liuellaria, ita declarante Rectore, per Cyn. in d. l. 2. q. 11. C. de iure emphi. ut dixi supra, numero 16. 17. & sic
25 utrunque operetur eius effectum, † & sufficit, ꝗ in uno operetur, ut minus derogetur iuri communi, quàm fieri potest, adnotata per Grat. consi. 46. nu. 7. seq. & consi. 16. nu. 18. uol. 1.

26 Tertiò † uidetur procedere d. l. si quis maior. C. de transactio. de iure ciuili, & in terris Imperij, secus de iure canonico, & in terris ecclesiæ mediatè, & immediatè, ubi habetur pro odiosa, iniqua, & rigorosa, ita Bursa. consi. 26. nu. 43. uol. 1. Roland. consi. 57. nu. 46. uol. 1. Sigismun. Loffred. consilio 41. nume. 8. Rimi. iun. consi. 89. nu. 9. & seq. uol. 1. & per Galiaul in l. 4. §. Cato, col. 24. & ibi Horma Det. nu. 577. ff. de uerborum oblig. cum multis similibus, licèt multi alij dicant ualere etiam de iure canonico, ut consuluit Dec. consi. 452. Rimi. iun. consi. 124. nu. 43. & 44. uol. 2. Laur. de Pinu, in cõsi. 138. nu. 28. car. 172. & Ferrant. Gargia in suo Patroci. 100. num. 17. car. 423. cum alijs similibus, & potissimè dicunt procedere d. l. si quis maior etiam de iure canonico,
27 † quia omnes leges, quæ tractant de contractibus, uidentur approbatæ de iure canonico, ubi Canones non contradicunt, ut notat Abbas in c. Ecclesia Sanctæ Mariæ, colum. 4. de consti. ubi Fely. & Deci. nume. 32. uers. tertia conclusio, sed l. si quis maior, loquitur de contractibus, & Canones nõ cõtradicunt, ergo ualet de iure canonico, quia hæc eorum ratio facit contra eos:
28 † nam Canones eam non admittunt ex eo, quia est rigorosa, & affert proximo lucrum odiosum, ut tradunt Docto. in d. l. si quis maior, ubi Cagno. nume. 156. in fi. car. 72. Didac. variar. resol. libro 3. c. 7. sub num. primo, in fi. car. 253. Roland. consi. 100. nu. 157. uolu. 4. & dixi supra, & patet sensui, qa quis consequitur lucrum absque præmio, & in odium illius, qui fuit periurus, & causatur propter lapsum temporis. unde sequtur aurea, & singularis, ac semper menti tenenda, & a nemine reprobata decisio, Abbas in c. filius, in 4. notab. num. 3. & 4. de testam. qui dicit, ubi ius ciuile expresè non reprobatur ab Ecclesia, nec continet peccatum in se, debet obseruari in foro animæ, & tamen lex ciuilis disponens legatum rei alienæ scienter factum ualere, non reprobatur expresè aliqua lege canonica, nec continet in se peccatum, cum procedat ex præsumpta morte testatoris. Tamen dicitur ꝗ iste Episcopus non debebat seruare illam legem ciuilem. & potest esse ratio, quia illa lex fouet quodammodo lucrum odiosum hæredi, nec uidetur fundata super æquitate naturali, ex quo potest tradi hæc limitatio ad theoricam antedictam, * quòd ubicunque ius CIVILE * fouet lucrum proximo odiosum, uel rigorem quendam, ꝗ tunc non sit seruanda talis lex in foro Canonico, licèt expresè non reprobetur, quam doctrinam communiter approbant Doctores, & eam sequitur Fel. in c. Ecclesia Sanctæ Mariæ, nu. 52. in 4. declaratione, de consti. & hanc doctrinã extẽdunt ad terminos l. si quis maior, C. de trãsactio. ut refert Cag. in d. l. si quis maior, nume. 156. in fi. car. 72. & Ioã. Guter. Hispa. in repeti. authẽ. sacramenta puberum, nu. 85. C. si aduer. uendi. car. 333. facit dictum Pet. a Gambara, in tract. de offic. lega. a latere, libro 10. numero 127. & 128. car. 306. Did. variar. resolu. libro 3. c. 7. col. 3. sub numero primo, in fi. uersi. est etenim pœna, car. 253. Roland. d. consilio 100. numero 157. uolum. 4. consilio 40. numero 18. uolu. 3. & a contrario facit Apostilla ad Fely. in c. cum illorum, col. 2. lit. A. de senten. excommuni. sub numero 2.

29 Quartò † uidetur procedere in maiore 25. annorum, secus in minore, quia d. l. si quis maior loquitur expresè de maiore 25. annorum, ergo in minore uti odiosa, & rigorosa non haberet locum, etiam ꝗ haberetur ꝑ maiore 25. annis a lege propter iura-

iuramentum,uel a statuto, aut a Principe, ita dicit Cagnol.in d.l.si quis maior, num. 16.& nu.31.& seq.& num.165.& 166.Odofred.in d.l.si quis maior.col.1.& in l.si maiores, Virgil. Boccaci. in constitu. Egidia. glo.2.nu.86.car.25. & ideo ad hoc ut dicta lex habeat locum, necesse est quòd omnes qualitates in d.l.expressæ uerificētur, aliàs non diceretur habere locum d.legis dispositio & pœna,ita in terminis loquitur Rol. consi.57.nu.46. uol. 1.& facit dictum Cepha.consi.601.num.16 & seq.uol.4. Rimi.sen.consi.139.nu.30.& 31.uol.2.Ioseph Ludoui.in Rota Luca.decis.2.nu.10.& seq. in 1.par.Lauren.de Pinu, in consi.125. num.7. car.158. dixi supra, decisio.9. numero 17. car. 112.

30 Quintò † uidetur procedere d.l.si quis maior,quando est iuratum in die feriato, & iuridico secus si est iuratum in die festo in honorem Dei,& in die letaniæ,& ebdomadæ sanctæ, quia his diebus non ligat iuramentum,nec ualet,ut dixi supra,in decis. 9.nu.31.& 32.car.106.

31 Sextò † non habet locũ d.l.,si quis maior, quando est renuntiatum per partes d.l. si quis maior,aut est remissum iuramentum ante periurium quoad pœnas legales, sed solum ꝙ det robur instrumento, ita notat Cagnol.in d.l.si quis maior,nu. 213.uersi. Tertio quæro, & ibi Bolognet. nu.103.C. de transactio.tetigi supra, d.decisio.9.nu. 35.car.115.quo fit quod in Ciuitate Papię, & eius principatu,non haberet locum pœna d.l.si quis maior,& emphiteuta non caderet a locatione propter iuramentum, si non soluisset intra terminum, uel intra annũ,quia de stylo, & forma Formularij Notariorum est semper in instrumento clausula(ita tamen quod per præsens iuramentum non intelligatur incurrisse in aliquam pœnam legalem,sed solum robur,& firmitatem adeat præsenti instrumento,& cætera) quæ clausula restringit, & determinat præcedentia,Rim.sen.consi.85. nu.14.uol. 1. car.122. quod potuit ordinare statutum & collegium Notariorum per eius Formularium, sicut legislator potuit inducere d. l.si quis maior,& partes,potuerunt remittere iuramentum, & sic pœnam legalem, ut per Ias.in l.iubem',col.1.C.de iudic.in l. si quando §.generaliter,in fi.C.de inoffi.testam.& in auth.præterea,col.6.C.unde uir & uxor.Syl.Nuptial. lib.1. sub numer.228. uersi.de pacto ad statutum,car.117.& Rol.

32 de luc.dot. q. 59.num.7. † ubi ualet argumentum de pacto ad statutum affirmatiuè,

33 † & partes præsumuntur intellexisse omnes clausulas insertas in instrumento,& notarium eas legisse,& de illis fuisse rogatum consensu partium,Menoch.latè in consilio 37.per totum,& maxime nu.154.uol.1.Neuiza.consi.28.Rol. consi.34. numero 93. & seq.uol.4.imo si non adesset in instrumento dicta clausula,ita tamen,& cæte.deberet notarius illam apponere, & extendere postea quam est de stylo, consuetudine & formulario Notariorum Papiensium,illam apponere,ut in proposito notat Soc.iun. consilio 144.num.100.uol.3.car.171.Bal.consilio107.in fi.uol.2.Menoch.d. consi.37. & Neuizan.d. consi.28. Rol.d. cons.34.nu.93. & seq.uol.4.Rim.iun.consi.80. nume.42.& seq.uol.1.Hiero.Gigas consi.58. num.11. car.86.& consi.161.nu.7.& seq.Franc. Mantica de coniectur.ultimar.uolunta.tit.9.nu. 1.& 2.lib.1.car.9.Crau.consi.75.nu.4.uol.1. & consilio 718.nume.6.uol 4.& est magis communis opinio, ut dicit Anchara. Regiens.quæst.8.nume.10.& 11.in 3.par.car.

34 117. † & quando est cæterata, potest extendi,ut supra dictum ęst,Bar.& Doct.in l. Gallus.§.idem credēdum.ff.de libe.& posthu.& ibi Ias.& Soc.tradit,Alex.consi.163. sub nu.9.uol.7.& Dec.in c.concupiscentiã, nu.2.de constitu.Burs.consi.150.nume.89.

35 uol.2. † & clarum est ꝙ propter periuriũ in pœnam,promittens soluere canonem, statim cadit a iure suo,& potest expelli nõ expectato biennio,ut supra dixi,nu 11.12. & sic ex dispositione, & pœna legali d.l. si quis maior,C.de transactio,& non propter effectum iuramenti abbreuiãtis,& restringentis tempus biennij ad annum, uel ad terminum solutionis, ut dicebat excellens D.Georgius à Ripa aduocatus Rectoris cõtra illos de Parona,ex doctrina Antonij de Petrutia,in l.1.in 34.effectu,nu.256. uersi. quinimo,quod plus est,ff.de iureiuran.cui potuit addi dictum Rui.consilio 167. num. 18.uol.1.Quia licet sit subtilis inductio,tamen re uera apparet,ꝙ iuramentum de sui natura non operatur hunc effectum restrictionis tẽporis,& expulsionis, sed propter dispo-

dispositionem d.l.si quis maior. C. de transactio, hoc fuit inductum in odium, & in pœnam non seruantis iuramentum ad hoc ut promittentes facilius obseruarent iuramēta, nam ante d.l.si quis maior, hoc iure non cauebatur, quòd caderet a locatione ante biennium, & triennium in emphiteusi, Docto. in c.potuit, de loca, ergo d.l.si quis maior, dedit causam edicto, & expulsionis, ac priuationis iurium, ut tradit originaliter Bal.in c.quærelam, de iureiurando Rolan. consilio 6.numero 42.uolu. 1. tetigi supra, decisio.9.numero 12.13. 14. car.110. Nec obstat quòd dicta clausula, ita tamen, &c. sit posita in fine, & in uerbis executionis contractus quo casu uerba executiua non alterant, nec immutant priorem dispositionem, Menoch.consilio 61.numero 28. uol. 1.Purpura.consilio 367.numero 27.uol.1. Quia dicta uerba non prohibentur intelligi, prout sonant, & ampliant dispositionem, si aliquid addatur se compatiens cum principali dispositione, ut in casu nostro, quia reducit ad ius commune, & maxime in fauorabilibus, ut pœna euitetur, (secus in odiosis) & quando uerba dicerētur apposita frustratoriè, & etiam quando declarant, qualis fuerat intentio contrahentiū, ita hæc colliguntur ex adductis per Cur. iun.consilio 3.numero 3.4. uolum.1. Soc. iun.consilio 93.numero 25. & numero 30. uolu.3.Purpura. consi.367. numero 27. & numero 46.& seq.uolum.1.& Ripa in l.qui Romæ.§.duo fratres.ff.de uerb.oblig.nam dicta clausula limitat, & determinat præcedentia, Rim.sen. consilio 85. numero 14.
* uolum.1.car.122.& ita IVDICAVI.* hic Papiæ anno 1580. ad fauorem illorum
36 de Parona, † quæ remissio iuramenti uidetur facta a parte parti, non solum uerbis, sed etiam facto, si post tempus solutionis sit petita merces ficti, & canonis in totum uel in parte, uel facta solutio, secus si ante tempus, vel intra tempus, ut declarauit Bellamera in consilio 9.col.2. versi. circa secundum dubium, colu.6. uersi.2. dico. col.12. uersi. circa dubium secundum, & quintum, sentit Crau.consilio 106.numero 3.uol.1. Angusso. consi.7. lib.2. car.23. Mayner.in regula, cum principali, numero 102.de reg.iur.licet Corn.consi.40.colum. pen.lit.H.uolum.4.consilio 179. uolumine 2.& Dec.consilio 452. num.6.7. & seq. teneant contra & quamuis, ut supra dixi, non possit remitti periurium iam incursum, pœna caducitatis uero remitti potest & intelligitur, ut etiam sentit Crau.consi.971.nu. 5.& 6.uolum.5.car.398. Alexand. consilio 206.nu.1.& seq.uol.7. Laur.de Pinu, consilio 137.numero 18.car.170.Panciro.consilio 31.numero 5.car.49.& uide Ias.in d.l.
37 2.nu.124.C.de iu. emphi. Septimò † non procederet d. l. si quis maior. C. de transactio.in hærede non interueniente dictæ inuestituræ, & ignorante qualitates contractus, & iuramentum, quando aliquid per eū soluendū sit, Cagno.in d.l.si quis maior, nu.203.Alpha.in suis recollectis, num.454. colum.2.car.127.Crot.consi.56. nu.2.uol. primo, & Io.Guteri. in repeti.l. nemo potest, numero 394.& seq.ff.de leg.1.car.120. & maximè per restitutionem in integrum ex clausula (si qua mihi iusta causa) Rimin. iun.consilio 22.numero 20.uolum.1, Crau. consilio 767.numero 10.uolum.5.late Cur. iun.consilio 222. numero 10. & seq. uersi. præmissis tamen, uol.3.Ruin. consilio 167.
38 nu.27. uolu.1. † Effectus uerò iuramenti quo ad confirmandum, & corroborandum instrumentum, & solutionem fiendam bene transit ad heredes, & in hæredes, quia procedit ex pacto, & conuentione partium, ut latè declaraui supra, in d.decisio.9.numero 12.& seq.car.100.addo Hiero.Mago.in Rota Luca.decisio.21. numero 25. car.73. Bero.consilio 150. numero 9. uol.1. & ita est intelligendus Io. Guteri. Hispan.in d.l. nemo potest, numero 394 Pau.de Cast.in l. si grege.numero 4. & 5. ff. de leg.1. Bero. consilio 8.num.30.& 33.uol.3.alias malè loquerentur quoad reatum periurij, & destructionem, ac annullationem contractus, ut ibi dixi, numero 12.& seq.& ita bis IV-
* DICAVI * hic Papię de anno 1580. se-
39 cus † si defunctus non soluisset in uita, & cecidisset a canone per annum, uel biennium, quia tunc effectus illius iuramenti iam radicati ex pacto in personam defuncti, transiret in hæredes, & possent Rectores contra hęredes declarare caducitatem. Dec.consi.452.nu.24.uersi. unde ad casum, Rui.consi.167.nu.28.& 29. uol.1. & dixi supra d.decis.9.num.18.& 19.car.113.& facit quod dixi supra, n.11.14. & 15.& ita sentit

Crot.

Crot. in consilio quadragesimonono, numero undecimo, & duodecimo, uol. 1. car.
40 60. † Octauò nõ procederet d.l. si quis maior. Quando aliquid esset prius adimplendum per Rectorem; & sic iam ipse prius esset periurus, Rui. consilio 58. numero secondo & 3. uolum. 1. Roland. consilio 31. numero 4. & seq. uolum. 2. & Cagnol. in d.l. si quis maior, nnmero 193. car. 76. & dixi supra, in d. decisio. 9. numero 25. 34. & infra,
41 nu. 65. 67. † Nono non procederet d.l. si quis maior, quando creditor est forensis, & non est debitor obligatus ire ad domum creditoris ad soluẽdum, & creditor nõ probat fuisse in loco debitoris, uel ibi dimisisse procuratorem ostendentem instrumentum procuræ, Bar. in l. item illa, col. 2. uers. distingue latius, ff. de constit. pecun. & ita consuluit Alexand. in consilio 92. perspectis his, sub nu. 5. uersi. non obstat etiam si diceretur, & numero 11. uolum. 1. Roland. consilio 87. numero 13. & seq. uolumine 1. facit Ias. d.l. 2. nu. 92. 93. C. de iure emphi. & Plot. in l. si quando, nu. 182. C. unde ui; alias secus, ut late per Anchara. Regien. q. 51. nu. 18. & seq. uol. 3. tetigi supra, decisio. 21. num. 56. car. 306. & Hiero. Mago. in Rota Luca. decisio. 78. numero tertio, & seq. car. 434. uide Purpura. consilio 522. numero 11. uolum. 2. nisi solueretur pro canone,
42 & fictu non pecunia, † sed quid requirens onus, & expẽsas, ut frumentum, & uinum, nam Rector eiusdem fori debet probare misisse saccum, & bestiam, aut personam pro exportando frumentum si aliter non est conuentum, ita Plo. in d.l. si quando, numero 182. in 2. fallentia. C. unde ui. Pract. Pap. in for. libel. pro lega. rei singula. in glo. coram, nu. 204. Bal. consilio 224. in fi. & consilio 225. in fi. uolum. 3. uide Ias. in d.l. 2. nu
43 mero 97. C. de iure emphi. car. 172. † Decimò non procedit contra tertium emptorem, aut ignorantem canonem esse soluendum, Alexand. d. consilio 92. num. 6. & seq. uolum. 1. facit dictum Rotæ in decisio. 1. aliàs 759. nu. 1. de emptio. & uenditio. in antiq. car. 518. Franc. Marci. decisio. 588. numero 3. in 1. par. Crau. consilio 767. numer. 10. uolum. 5. Decian. consi. 57. numero 2. uolu. 3. Dec. in l. qui in alterius, n. 12. & ff. de reg. iur. Guliel. Rodoan. de reb. eccle. non alie.
44 nu. 33. car. 501. † Vndecimo non procedit, quando hæreditate iacente non soluitur, Alex. consi. 20. nu. 3. consi. 24. nu. 8. uolu. 7. Ias. d.l. 2. nu. 61. Quamuis bonum esset (sed non necessarium) ire ad Iudicem & offerre canonem, Rim. sen. consilio 381. numer. 10. uolum. 2. & Anchara. Regiens. quæstione 51. numero 16. seq. uolu. 3. aliæ etiam sunt limitationes ad d.l. si quis maior, quas referre potius laboriosum quàm utile esse existimaui, ideo recurras ad Cagnol. & Modernos in d.l. si quis maior, & omnino ad Guliel. de reb. eccle. non alienan. num. 5. & seq. car. 499. ubi ponit quam plures casus, quibus quis non cadit a iure suo ob canonem non solutum incontingentia facti, quia nimis digressus sum a semitis meis utilitate Rectorum, & conductorum.

Ad unum solum est aduertendum in hac
45 materia caducitatis, † quòd (sublato iuramento, uel re redacta ad biennium in cessatione solutionis canonis) debet attendi tempus inuestituræ, quo cępit esse emphiteuta, & conductor, & non tempus dilationis datæ ad soluendum positum conuentione partium in inuestitura, ut soluat tempore Sancti Martini, Michaelis, Paschatis, uel Augusti. Nam si inuestitura fuisset facta de mense Ianuarij, & solutio fienda in die Paschatis Resurrectionis, & Sancti Martini, si cessaret conductor soluere per duos Sanctos Martinos, & Rector declararet caducitatem de mense Decembris, non ualeret declaratio, nec diceretur cecidisse a canone, quia quò ad pœnam caducitatis requiritur integrum & continuum bienniũ, uel annum esse decursum, aliàs nimis properè festinaret se in declaratione, ita tradunt Docto. in d.l. 2. ubi Ias. numer. 52. quęstione 14. & numero 180. C. de iure emph. & dixi supra, numero 16. & in terminis pulchrè consuluit Grat. in consilio 79. punctus præsentis, colum. 2. numero 8. & seq. uersi. Et primò pro solutione canonis, uolumine primo, car. 103. nisi in inuestitura fuisset dictum, quòd conductio incipiat a tempore Sancti Martini præteriti, aut futuro, vt notat Alexand. in d. consilio 105. numero 17. volumine tertio, Ad quod pauci Rectores animaduertunt, vt fecit Præpositus Alexandrinus in quadam sua causa, qui super caducitate duas obtinuit sententias, & causa ad me commissa ex-

cellens

cellés realis, & doctus Dominus Antonius Maria de Canibus Papiensis, Aduocatus partis aduersæ, hanc mouit difficultatem, & datis motiuis, ac scripta SENTENTIA * in calculo ferendæ sententiæ composui partes. Et sic erat frustratorium quærere, an mora modica posset purgari. † Nā quando est facta declaratio, adest tempus certum ad soluendum & iuramentum. Magis uera, & communis est sententia, quod non potest mora purgari (licet multi alij tenuerint contrarium) quod procedit etiam de æquitate canonico, Imo. & Doct. in c. potuit, de loca. Ias. in d. l. 2. nume. 79. C. de iu. emphi. Ripa in l. si insulam, numero 38. & 39. 116. ff. de uerb. oblig. & ibi Alexand. nu. 43. Menoch. de arbitr. iudic casu 7. nume. 3. & Guliel. Rodoan. de reb. eccles. quæstione 20. num. 9. car. 444. Cephal. consi. 25. nu. 25. uol. 1. Ferrant. Gargia in suo Patroci. 100. nu. 17. car. 423. cum mille similibus, & maxime si rector haberet beneficium alicuius Ecclesiæ collegiatæ, quia sine consensu capituli non posset remitti, nec purgari mora, cui fuit ius quæsitum, ut dicit Bald. in auct. hoc ius porrectum, num. 3. C. de sacro sanct. Eccle. Ias. in d. l. 2. nu. 130. C. de iu. emphi. & Bero. consilio 120. nu. 19. uolum. 1. Crau. consi. 838. nu. 1. uol. 5. & intellige, ut per Burs. in consi. 143. nu. 41. & 42. uolu. 2.
47 consi. 26. nu. 23. uol. 1. & fructus † nō debentur, nisi a die factæ declarationis, Burs. consilio 26. nu. 8. car. 92. uolum. 1 Rota Bononi. decis. 37. num. 15. ubi ita fuit IVDICATVM, * licet Ias. in l. 2. nume. 17. C. de iu. emph. & Rol. consilio 57. numero 23. & 24. uol. 3. teneant contra quia ante declarationem mora nō committitur, nec incipit currere, Crau. consi. 231. nu. 8. consi. 212. num. 5. uol. 2. & Didac. uaria. resolu. lib. 1. c. 9. sub numero 5.

48 Et † quando post declarationem in instrumento adesset pactum, quòd si cessauerit per primam solutionem, cadat a commodo præsentis contractus, & possit sibi declarari caducitas ita uolente Rectore, quia statim ipso iure facta declaratione sine alia dilatione, & purgatione moræ cecidit, ad hoc ut pactum aliquid plus dilationis moræ operetur; adnotata per Rui. in d. consi. 167. nu. 18. uol. 1. & Ias. in d. l. 2. num. 109. & seq. Nam maius est pactum, quàm actio legalis ad declarandum, & ideo si actio legalis secundum aliquos datur ad declarandū post duos menses: pactum uero, cum sit maius, statim operatur, ut uidemus declarari per tex. in §. sed si uxori. Institut. delegat. & ibi Areti. nu. 1. in 2. notab. & in §. fuerat, colum. 4. numero 5. uersi. aduertendum tamen est Inst. de action. ubi maritus non tenetur restituere dotem consistente in pecunia, nisi post annum. Tamen si ipse legat uxori eius dotem, statim debetur non expectato anno, & sequitur Pract. Pap. in for. libel. pro lega. rei singula. in glo. Coram uobis, nu. 64. & 65. car. 373. additio ad Boer. in consilio 50. numer. 18. pro singulari tradit Franc. Cremen. singula. 5. numero 2. incip. si maritus.

50 † Et etiam uidemus quòd licet defunctus cessauerit in solutione per biennium, si Rector non declarauerit caducitatem in uita defuncti, non poterit ipse, nec eius hæres contra hæredem declarare ex facto defuncti, ut dixi supra, nu. 3. & tamen si promiserit defunctus soluere intra annum, uel biennium, & non soluerit, propter promissionem non adimpletam & pactum non seruatum poterit Rector, & eius successor contra hæredem defuncti uenire, & facere dictam declarationem, secundum receptiorem sententiam, ut dixi supra, nu. 3. 11. 14.
51 & 15. † sicut uidemus, quòd propter melioramenta non liquida, præstita fideiussione de illis soluendis, non retardatur restitutio bonorum, ut supra dixi, decisio. 28. nu. 5. & 6. car. 404. tamen si adest pactum, quòd non remoueatur nisi solutis melioramentis, non potest amoueri, nisi illis liquidatis, & solutis propter dictum pactum, ut per Pau. de Castro consilio 270. uiso puncto, nu. 3. uol. 2. Capici. decis. 17. & sentit Rota Bononiens. decis. 77. capta fuit.

Nec obstat subtilis indagatio facta per Excellentem Dom. Papinianum Giraldum Doctorem Papiensem, & uti fratrem honorādum in studio meo, dum hæc legebat: quòd licet pactum, & promissio hos effectus produceret ultra dispositionem lega-
52 lem, † tamen per hoc non erat sublata dispositio iuris communis, quod de æquitate canonica non posset modica illa mora purgari, & saltem producebat illud pactum actionem, & ideo recipiebat interpretatio-

nem

uem a iure communi, uidelicet, quòd statim caderet a commodo conductionis non seruans promissa sed tamen benignitate legis, & æquitate canonica poterat illa mora purgari intra duos menses, uel quatuor aut minus secundum qualitatem debitoris, cum eadem æquitas adhuc reperiatur, adnotata per Dec. in consi. 138. diligenter, num. 6. & 7. & Matte. Vesembeci. consilio 5. nu. 44. car. 258. quia Dec. loquitur, quando nõ est adhuc declarata caducitas, & quando pactum est de biennio, & sic secundum, quod iura disponunt. secus quando est facta declaratio, ut ipse Deci. dicit ibi, sub nume. 6. uersi. nam potest talem declarationem, & quando pactum esset contra ius commune ut esset si post sex menses, uel annum propropter pactum caderet a re conducta, adnota. per Alex. consi. 105. nu. 2. uolu. 3. car. 87. & Ias. in d. l. 2. nu. 180. C. de iure emphi.
53 † nam tunc non potest sumi interpretatio secundum ius commune in eo, in quo corrigit ius commune, sed solum in reliquo nõ contradicente, ut dixi in decisio. 1. numero 32. Dec. in l. 1. sub numero 15. & in 2. lectura, sub nu. 14. C. qui admitti. Soc. consi. 52. sub nu. 6. uol. 3. & consilio 89. sub numero 9. & 10. uol. 4. & prædicta intellige in contractu liuellario, & emphiteutico, secus in con
54 tractu censuali, & sic in censu, † quia tunc non erit locus caducitati, quia census nunquam cadit per solutionem non factam, cum ille, qui accipit rem ad censum, possit quotiescunque uoluerit rem restituere, & alter rem nunquam recuperare, & ideo si non soluit, non cadit, sed solum cogitur ad soluendum cum interesse quanti plurimi post moram, & poterit ob censum non solutum petere immitti in possessionẽ rei censualis, & aliorum bonorum censuarij fructusque capere quousque census sibi domino soluti non sint, & hoc speciale ẽrit fauore census, c. constitutis, de religio. domi. ita hęc multum strictè, & salubrè tradit Dom. Benedict. Bonus, de Cortona, in suo tract. de censibus, lib. 1. artic. 13. num. 30. 31. car. 43. & artic. 61. nu. 76. car. 130. Crau. consi. 117. Dec. consilio 138. Bursa. consi. 23. nu. 26. Rui. consi. 160. nu. 6 uol. 1. car. 135. Did. uariar. resolu. lib. 3 c. 7. uol. 2. sub numer. 1. uersi. ex hac uero differentia, car. 253. Purpura. consilio 357 numero 20. uolumine 1. Bero. quæstio. 14. numer. 1. & Guliel. Rodoan. de reb. eccl. non alien. §. sed quod emphiteuta. nume. 32. & §. sed quid in censua-
55 rio, nume. 1. 2. car. 501. † & an in dubio præsumatur contractus censuarius, uel emphiteuticarius, Doctores discrepant, ut per Ias. in l. 2. nume. 42. C. de iur. emphi. Guliel. Rodoan. de reb. eccle. non alien. nu. 3. car. 502. cum similibus. Nam quòd sit censuarius, consuluit Rui. consil. 42. nume. 7. consi. 160. nume. 5. & seq. uolum. 1. Bursat. consil. 143. nume. 78. & 79. uolum. 2. Crauet. consil. 681. num. 9. uolum. 4. & consi. 26. nume. 17. & numer. 24. uolum. 1. Didac. Variar. resolu. lib. 3. cap. 7. colum. 2. uersi. ex hac uero differentia, car. 253. ubi dicit Bero. fateri bis in praxi obtinuisse, & Mathe. Vesembeci. consil. 5. nume. 45. car. 258. Quòd uero sit contractus emphiteuticus, consuluit Bursa. consil. 56. nume. 7. & 8. uolum. 1. car. 177. Panciro. consil. 30. nume. 11. & sequen. car. 48. Bero. quæstio. 14. Ias. d. l. 2. num. 164. 165. Iul. Cla. §. emphiteusis, quæstio. 1. uersic. sed pone, ubi attestantur de communi, & maximè in re ecclesiastica fauore ecclesiæ, tamen considerandum est, an cõstet de inuestitura, & quo iure constat: & an dominium est translatum directum in soluentem canonem, & si apparet quòd sit dictum, qualiter soluit pro emphiteusi, & sit reseruatum directum dominium, & solum utile translatum, tunc contractus emphiteuticarius, & liuellarius dicetur, & non censualis, quia in claris non est opus coniecturis, ita Soci. sen. consil. 167. non inutilis, colum. 2. uersi. quinimo factus, uolum. 2. car. 26. Alexand. con. 79. nume. 13. uolum. 1. consil. 69. nu. 4. & 5. uol. 5. Lau. Sylua. consil. 57. col. 1. car. 269. & Panciro. consil. 30. nume. 14. car. 48. si uero constat solum de solutionibus, & non de inuestituris, & dicat pro quibusdam bonis, poterit censualis contractus iudicari, & nõ erit locus caducitati, secundum illam doctrinam Alberi. de Rosa. in d. l. 2. uersic. quid de quæstione a me quæsita. C. de iu. emphi.
56 † & idem si ita confessiones a multis annis retro apparerẽt, & postea soluens canonem fortasse timore pœnę caducitatis, uel quia erat mulier, minor, pauper, aut rusticus grossus fecisset instrumentum recognitionis & uti emphiteuta solueret, uel bona quàmplura sua non posuisset ad ęstimum,

aut

aut ea extraxiſſet uti liuellaria eccleſiæ, ut multi in fraudem uniuerſitatis ſolent facere: quia iſto caſu non caderet ob canonem non ſolutum, ut dixi in meo tract. de uſufru.mulie.reli.ſub numero 237.car.785. in prima par. Burſa. conſilio 26. numero 22. uol.primo, Ripa reſponſo 30.numero 8. & ſeq.de iure emphite.uolu.ſecundo, car.98. Rui.conſilio 160.numero 17.& ſeq. uol.1. Burſa.conſilio 92.numero 30. uol.primo, facit Iaſ.d.l.2.q.16.numero 177.C. de iure emphi.& ita IVDICATVM * fuit Piſtorij de anno 1571. & fuit confirmatum.

57 Et † quando locatio eſt facta ad tempus, & intra nouennium, dicitur ſimplex conductio, & poteſt fieri ſine ſolemnitatibus, quia conductor aliquod ius non habet in re locata, licèt detur retentio propter labores ad fructus & bona, §.qua ratione, Inſti. de rerum diuiſio. facit quod dixi in tracta. de uſufruct.numero 246. car.797. Octauia. Pedamon.deciſio.82.car.320.Non obſtant adducta per Ioſeph.Ludoui. in Rota Luca. deciſio.38. numero 23.& 24. in 1.par. car. 216.ut ſentit etiam Rimi.ſen.conſilio 633. numero 2.uol.4.car.27.Laur.de Pinu, conſilio 102.numero 3.car.136.ſecus ſi ad decennium, quia tunc habetur loco alienationis, ut declarat Pau.de Caſtro conſilio 4.uol.1. ubi dicit communem Legiſtarum, & Canoniſtarum, Ange.conſilio 245. quia omne datum, col.5.uerſi.quartò eſt uidendum, Alex.conſilio 6.uolu.4.& in l.ſi filio, §.fi.ff.ſolu.matr.Gozadin.conſi.24. Pariſi. conſilio 98.uol.4. & Ari. Pinel. in l. 1. in 3. par.numer.63.& numero 66.car.469.C. de bon.mater.Guliel. Rodoan. de Reb. eccle. non alienan.quæſt.6.car.345.& Soc. conſilio 32.colum.2.uolu.1.Fernand.Vaſq.lib.1. §.10.de teſta.poten.numero 78.uerſi. verũ quo ad primordialem, car.149.& adden.ad Capel.Toloſa.deciſio.320.locaui domum, & Didac.Variar.reſolu.lib.2.c.15.nume.2.

58 tetigi ſupra, num.1.& † quando eſt facta ad modicum tempus, tunc non requiritur biennium, ſi eſt præſens conductor, & non adeſt pactum de non expellendo ſed poſt annum poteſt expelli a conductione, ſecundum communiorem ſententiam, ut conſuluit Federic. Scot.Placenti.in conſi.35. lib. 4.uol.2.car.308.per tex.in l.ædem, C.loca. & ibi Bal.& Doct. in l.quæro. §.inter locatorem, ff.eo.& Iaſ.in d.l.2.numero 37.uerſicu.tertia eſt concluſio, C.de iure emphit. Abbas in c. propter ſterilitatem, numero 10.& ſeq.de loca.& Anto.Gomeſi. de contractib. c.3. de locato.numero 6. car.191.

59 † Et iſte annus, uel hoc biennium, aut triẽnium intelligitur ſecundum naturam fructuum percipiendorũ ex bonis conductis: nam ſi oliuetum eſſet datum in emphiteuſim, uel terra boſchiua, aut ſalicetum, aut terra mageſatica, & promiſiſſet ſoluere cõductor ſingulo ſemeſtri, uel anno canonẽ, fictum, & penſionem, & deficeret per biennium, uel annum, aut triennium, ſecũdum naturam contractus, non cecidiſſet conductor, & emphiteuta a iure ſuo, nec Rector poſſet ei declarare caducitatem, iurãmento non interpoſito, ſed circa oliuetum poſt quatuor annos, cum ſingulo biennio oliuetum fructus ſuos producat, & circa terram boſchiuam poſt ſex, nouem, uel decẽ annos, cum ſoleat tantum ſingulo triennio, uel quinquennio producere fructus ſuos, & ligna ſolent cædi, & circa terram mageſaticam, poſt triennium, cum ſingulo anno cum dimidio ſoleat producere frumentum & fructus ſuos, ut eſt Peruſij, Aretij, Cortonæ, Vulterræ, & multis alijs in locis, ubi terra ſingulo anno tota non ſeminatur, ſed medietas, & alia medietas alio anno, & ſic vna pars ſemper per annum acquieſcit, & idem de uuis, fęno, & roſis, quæ bis in anno producerent fructus, & ideo nõ poterit declarari caducitas, niſi eo modo, quo ſupra dixi. ita conſuluit Roland.conſil.87.numero 20.& ſeq.uol.1.Bar.in l.diuortio.§.quod in anno, numero 2.ff.ſolut. matr.& ibi glo.& Docto. Deci.in auth.quirem, nu.10.C.de ſacroſanct.eccl. Anto.Gomeſi.de contractib. c.3. numero 14. col.5. in fi.car.194.Tiraq. de retract.conuentio. §.5.glo.4.numero 31.car.326.& dixi in tracta.de uſufru.mulie.reli.numero 170. car. 639.& nu.245.car.795.in 1.par. & uide Rimi.iun.conſi.165.numero 16.& 57. uol.2.

60 quód eſt menti tenendum, † & etiam calculandum eſt tempus, quando laicus locaſſet in emphiteuſi, & cõductor ceſſaſſet per menſes decem, & octo, & poſtea laicus donaret, uenderet, uel transferret dicta bona in eccleſiam, & conductor ceſſaſſet per annum, quia tunc caderet a iure ſuo, cum

illi

Illi menses decem & octo laici habeantur pro anno, ita dicit Sali. in d.l.2. in fi. pen. q. C. de iure emphi. Guliel. Rodan. de reb. eccle. non alie. numero 5. car. 495. Lamberti. de iure patrona. libro primo, in prima par. art. 8. 1 q. princ. sub numero 3. car. 8. sentit Dec. in c. porro, nu. 12. de priuileg. car. 33. Ias. d.l.2. q. 12. nu. 51.

Ex quibus etiam colligitur, quòd licèt non possit conductor priuari emphiteusi & conductione, nisi post finitam cõductionem, si non cessauerit per integrum bien-
61 nium, aut triennium: † tamen si erit conductor in fine conductionis non poterit tenere dicta bona usque ad finem anni locationis, sed omnibus fructibus perceptis erit obligatus discedere ex re locata, & totam pensionem soluet, ratio erit, quia pro fructibus percipiendis soluitur principaliter pensio, & non pro detentione rei, ergo illis perceptis erit fienda relaxatio bonorum, ut consuluit Bero. consi. 157. nu. 11. & seq. & nu. 24. uol. 1. sentit Corn. consi. 347. lit. B. uolum. 1. & Hiero. Gabr. consilio 68. car. 142. Bal. in l. ædem. col. 2. C. locati, & Roland. consilio 87. numero 29. uol. 1. & in conductione bonum, ad culturam, finita
* cultura, ita IVDICAVI * in terra Sancti Secundi de anno 1575. & ita etiam fuit
* IVDICATVM * Bussetti de anno 1576. ad fauorem Magnifici Dom. Ioan. Pauli de Albricijs, secus si aliquos alios fructus percipere in anno illo posset conductor, ut sentit Rim. iun. d. consilio 165. num. 57. uolumine 2.

62 Et † hæc declaratio caducitatis potest fieri tacitè, & expresse: expresse uerbis extraiudicialiter, aut in iudicio, ut supra, nu. 13. tacite de facto expellendo conductorẽ, uel rem alteri locando absque consensu prioris conductoris. Soc. iun. consi. 111. numero 7. & seq. uol. 2. Dec. in consi. 146. nu. 4. Alex. consi. 106. nu. 5. in fi. uolu. 4. Pau. de Cast. cons. 2. uisis omnibus, col. fi. uersi. præterea posito, nu. 5. uol. 1. Cassador. decis. 3. num. 8. Ias. in d.l.2. sub nu. 90. & Alciat. de præsumptio. regu. 2. præsump. 17. nume. 7. car. 70. sentit Crot. consi. 49. nu. 8. & 9. uol. 1. & uide Mari. Angusso. consilio 108. numero quarto, & 5. consilio 140. num. 91. & se. uolum. 1. Capici. decisio. 119. numero 9. Laur. de Pinu consilio 74. numero 8. car. 103. Rip. in l. de pupillo §. meminisse, nume. 7. & 14. ff. de noui oper. nuncia. car. 188. ubi quis de facto non uidetur posse procedere, quando prius uiam iuris, & iudicis
63 accepisset sine protestationibus. † & practicam expellendi conductorem perbellè ponit Felyn. in consil. 25. in fi. & Alexan. consil. 131. nume. 4. uolum. 4. quam uidebis omnino, & Bursat. consil. 23. numero 31. uolum. 1.

Aduerte tamen in hac materia caducita-
64 tis, † ꝙ si ille, contra quem est facta caducitas, non possedisset, nec possideret dicta bona liuellaria, licèt haberet ius in illis bonis, tamen non potuisset fieri declaratio caducitatis contra eum per rectorem, quia non possidens non cadit a iure suo, cum nõ teneatur soluere pensionem & canonem, Paul. de Castro consil. 105. si non, in fi. uolum. 2. Purpura consil. 484. nume. 20. uolu. 2. car. 153. Socin. iunio. consil. 70. numero decimo, & sequen. uolum. 1. ubi dicit communiorem & ueriorem, & nouissimè Crauet. consil. 767. numer. 11. uolum. 5. car. 49. & facit dictum Nat. consil. 360. numer. 4. 5. & 6. uolum. 2. Octauia. Pedamonta. decisio. 51. numero 8. & sequen. car. 188. & Iul. Clar. §. emphiteusis, quæstio. 8. colum. 4. car. 20. ubi conductor non tenetur ad pensionem promissam, si res sibi non fuit effectualiter tradita, & illam non possideat. Ioseph Ludo. Rota Luca. decisio. 2. in 1. par. Ruin. consilio 44. colum. 4. uolum. 4. Gabri. conclusio. communi. conclusio. 4. nume. 12. car. 398. & uide Capici. decisio. 87. numer. 9. & sequen. & Rotam Perusi. decisio. 50.
65 numero 6. in 1. par. † Non posset etiam declarare caducitatem Rector, si ipse Rector prius aliquid adimplere deberet, & non adimpleuisset, quia ipse debet adimplere pro parte sua antequàm alium constituat in mora, Ias. in consil. 208. colum. 3. in fin. uolum. 2. & Roland. consil. 69. numero 1. & sequen. uolum. 4. car. 136. ubi loquitur in conductore contra locatorem,
66 † & dicit quòd qui differt facere ꝙ debet, non potest petere quod ei debetur; & quod qui non facit quod debet, non recipit quod oportet, sentit Deci. consil. 119. pro tenui, colum. 1. & Riminal. senio. cons. 760. numero 7. uolum. 4. car. 178. tetigi supra,
67 num. 40. † imo posset dici, quòd si locator post tem-

post tempus,& fidem ruptam adimpleuerit,quòd conductor non teneatur amplius seruare contractum , ut cadat in pœnam , Ancha.Reg.q.51.nu.27.28. uol.3. Roland. consi.69.uol.4.& maxime præcedente iuramento,ut pro singulari tradit Mathesila. singula.50. Nota magnum periculum , & ibi Addentes, Brun. consilio 46. colum.fi. Roland.consilio 31.numero 4.& seq. uolu. 1.& Fely.consilio 25.numero 20.& 21. Alexand.consi.49.inspectis,nu.3. & 4.uol.2. latè Rui.consilio 108.num.11.& seq.uolu. 1.car.172.Crot.consilio 114.numero 10.& seq.uolum.1.car.136. & Roderic. Soarez. Allega.19.numero 22.tetigi in tract.de tutore,sub numero 218.in fi.car.206. Purpura.consilio 484. numero 21.22. uolum.2. & latè per Anchara.Regiens.d.consilio 51. nu.7.8.9.10.14.25.28.& 31.uol.3.car.177.

68 † unde si emphiteuta est obligatus soluere simpliciter frumentum aut vinum , & non ad domum Rectoris, nō cadit a à iure suo , si Rector non iuit, nec misit pro frumento,cum solutio illa requirat onus , & sumptus,ad quod non est obligatus emphiteuta & conductor,Plot.in l.si quando,numero 182.uersi.aduerte tamen,in 2. fallentia,C unde ui.& idem si essent diuersi fori, quia tunc etiam pecuniam non tenetur soluere ad domum Rectoris , & debet Rector probare se die statuta fuisse in loco debitoris, ut dixi supra, numero 41.42. quod est notandum .

69 Et † ista declaratione caducitatis nō potest facere,nisi dominus,uel prætendens interesse.Alex.consi.173. uiso themate. col. fi.uol.2.Cephal.consilio 3.nu.122.uolum. 1.Roland.consilio 57.numero 10. consilio 22.numero 40.uolum.3.& consilio 63.nu. 14.uol.4.Riminal.iun.consilio 1.num.6.& consilio 16.nu.31.uolum.1. & Ias.in d.l.2. nu.19.uersi.3.iuxta,C.de iure emphi.

Nec modo habent obstare ea, quæ supra contra Rectorem circa merita causæ dicta

70 fuerunt. † Nā primum fundamentum sub nu.1.tollitur per Paulinam Extrauagantē, & per Bullā Sammi Pontificis Pauli IIII.

71 † Secundum fundamentum de Paulina tollitur per Doctores in cōtrarium allegatos qui uidentur maiores numero,& pondere, & magis dicere ueritatem,ꝙ præsumatur in uiridi obseruantia,cū sit præceptiua , & in corpo re iuris pósita,& etiam quia alias hic ita fuit OBSERVATVM * ut audiui ab Excellentissimo D. Doctore Gualla, & ita se OBTINVISSE * per ea,quæ dixi supra,decisio.11. nu.51. ac etiam quia si non ualet ut Paulina antiqua,ualuit ut Bulla noua Pōtificis Pij IIII.ut etiam arguit Hiero.de Monte,q 20.nu.3. & seq. & facit dictum Nattæ in consi.575.nu.33.uol.3.& inseruiunt ea , quæ dixi in meo tract. de tutore.numero 42.& seq car. 27.in 1.par.& supra decisio.11. numero 47. & seq. Mari. Angusso.consi.178.numero 9.& seq. uol.1. ubi stylus, consuetudo & usus contra ius, non ualet,& præcipuè in casu isto,ubi Bulla Pauli IIII.annullat quamlibet consuetudinem,& notat etiam Hiero. de Monte, d.quæstio.20.nu.3 & seq.& quando lex,aut statutum annullat,uel prohibet stilum,aut consuetudinem, tunc illa non pōt introduci,nec allegari.Petr.Duen.Reg.144.in uerbo,consuetudo.Roderic.Soarez alleg a.15. nu.4.car.163.Franc.Marc.decisi 889.in fi. in 1.par.car 867. tradit Petr. de Rauen. in tract.de consuetudi numero 45.uersi.consuetudo non derogat legi, sentit Villalob. commu.opinio.in uerbo , consuetudo, numero 175.car.81.Bello.consilio 8.numero 9 uersi ex his rationibus,Ruin.consilio 41. numero 50.uolum.1.consilio 32. numero 1.uolum.5.& consilio 13.numero 30. uol. 2.ubi declarat,quòd est notandum in ciuitate Montis Politiani, ubi statutum prohibet consuetudinem non approbatam a toto collegio,& ita OBTINVI * Florētiæ de anno 1566 Decembris, ubi Magnifici nouem Conseruatores ex consilio Sapientis Excellentissimi Domini Marci Afinij IVDICARVNT * contra Ser Anibalem de Berardeschis de Colle, militis socij,quia nolebat de rogitibus pacis,& treugæ dare suam medietatem iudici , prout disponebat statutum , & se fundabat in consuetudine, & obseruantia contraria statuto,& non approbata ab uniuersali Collegio,& fuit etiam condemnatus in expen

72 sis. † Tertiū non nocet fundamentū,quia loquitur quando nō adest pactū & conuentio,quæ transeunt in & contra hæredes , & quādo requiritur sententia iudicis , ut supra dixi, nu.11.12.13.& 14. & late consuluit Tiberi.Decian.consi.4.numero 20 sequen.

quen. uol. 1. & etiam, quando locatio non est renouata ante finem nouennij per su-
73 pradicta; † & in dubio pro ecclesia est iudicandum, Deci. consi 426. nu. 12. Bero. q. 14 nu. 2 & Ceph. consi. 11. nu. 20. uolu. 1. & sic ex prædictis ita ad fauorem Rectoris, & ecclesiæ IVDICAVI de anno 1578. & partes acquieuerunt in causa appellationis huic sententiæ, & si desideras, benigne Lector, plenam habere notitiam locationis ad longum tempus, & ad modicum tempus, fac ut uideas sequētem decisionē.

DE CONTRACTIBVS.

DECISIO XV.

ARG.

Successor in beneficio, & in re locata, an & quando teneatur stare locationi, hic diserte discutitur.

Conductor simplex ad modicum tem tempus, non dicitur habere ius in re, & tamen pro laboribus & custodia potest rem conductam retinere donec expensæ & melioramenta sibi soluantur.

Conductor simplex non tenetur ad expensas factas in re conducta, nec ad collectas, gabellas, & reparationes uiarum, & putei, & eas potest repetere.

Melioramenta, reparationes, & expensas necessarias, & utiles, quando possit repetere conductor ad nouennium, et ad longum tempus, hic perbellè tractatur.

Boues, animalia, & mobilia empta a clerico per laicum, an, & quando sint acquisita ex bonis ecclesiæ, & quando non, & sint restituenda successori, uel ecclesiæ, hic declaratur.

SVMMARIVM.

1 *Fructus beneficij post mortem, renuntiationem, & priuationem Rectoris, & beneficij efficiuntur noui Rectoris, etiam si sint percepti ante collationem, nu. 3.*
Declara, nu. 23. 24. 27. 28.

2 *Fructus pendentes, dicuntur pars fundi.*

3 *Bona ecclesiastica statim beneficio uacante pertinent ad prælatum successorem una cum fructibus, nu. 1. 35.*

4 *Fructus percepti, & in horreo non reconditi, et pensiones non exactæ transeunt ad successorē in beneficio, & non ad heredes Rectoris prædefuncti, nec ad Rectorem renunciantem.*
Declara, ut nu. 29.
Successor in beneficio per obitum, uel renunciationem, aut priuationem consequitur omnes fructus non exactos, & extantes maturatos in uita Rectoris antecessoris, uel post ante collationem, nu. 1. 3. 4.

5 *Prælatus seu clericus in beneficio dicitur in uita usufructuarius, & in morte usurarius.*
Vsusfructus finitur morte.

6 *Successor in beneficio, & clericus non repræsentat personam prælati defuncti, nec ab eo dependet, sed immediatè ab ecclesia sua, nu. 8.*

7 *Clericus, & successor in beneficio non tenetur stare locationi, etiam si soluisset anticipatas pensiones conductor locatori, & nu. 4. & 5.*
Declara, nu. 23. 24. 27. 30. 31. 32. 35. 40. 42.

8 *Emptor tenetur stare locationi, quando conductor soluit locatori pensiones anticipatas.*

9 *Conductor, qui soluit anticipatas pensiones, habet actionem ad repetendum eas contra locatorem, uel eius hæredem, non contra prælatū successorem in beneficio, si expellitur a conductione ante tempus.*

10 *Conductor debet soluere futuro successori pensiones, & affictum ad ratam fructuum percipiendorum tempore ipsius successoris, & non perceptorum ante eum.*

11 *Conductor soluens pensionem ei, qui locauit absque alterius prohibitione, & interdicto non potest ab alio molestari, licèt recipiens non posset exigere, nu. 15. 29.*
Solutio facta ei, qui contraxit absque alterius prohibitione, & interdicto liberat soluentem, etiam quòd recipiens non posset exigere, & nu me. 15. 29.

12 *Clericus beneficiatus inquisitus non perdit fructus beneficij lite durante, & conductor ei legitimè soluit, si non est sibi prohibitum a iudice. nu. 14.*

13 *Hæredi non currit tempus conficiendi inuentarium, donec duret tempus litigij super ualiditate*

tate, uel inualiditate testamenti, uel quæstione hæreditatis.

Tempus conficiendi inuentarium non currit hæredi, nec tutori, donec disputatur super inualiditate testamenti, uel quæstione hereditatis.

14 Episcopus, & prælatus sententialiter condemnatus, & depositus, appellatione pendente, potest eius iurisdictionem exercere, & ualet quicquid agit.

16 Fructus de proximo recolligendi, habentur pro recollectis.

17 *Cingendus de proximo, habetur pro cinto.*

18 Potentia propinqua actui, habetur pro actu.

19 *Reuenditor non tenetur pro rata temporis fructus restituere emptori, quando fructus sunt maturi tempore uenditionis.*

20 Maritus tempore diuortij, & soluti matrimonij non tenetur fructus maturos dare uxori, & hæredibus, nec fundum restituere, nisi fructibus recollectis.

21 *Feudatarius feudo aperto non tenetur fructus restituere post mensem Martij.*

22 *Argumentum de feudo ad emphiteusim regulariter ualet.*

23 *Conductor non tenetur restituere rem conductam successori in beneficio, nec emptori pro illo anno incepto, & laborato per eum, licèt teneatur cessare a conductione pro annis futuris 24. 27.28.29.32.35.40.*

Successor in beneficio non tenetur stare locationi, nisi pro illo anno, quo mortuus est prælatus, & conductor laborauit terras, & nume. 24. 27.28.29.32.35.40.

24 *Conductor eadem ratione, & causa potest recedere a conductione, qua locator poterat.*

25 *Aequalitas in omni re est seruanda.*

26 *Contractus, non debet claudicare.*

27 *Conductor, qui ex causa potest recedere a conductione, tenetur pro rata mercedem pensionis soluere, si perseuerat tenetur ad omnem mercedem, & non ad fructus. 28.*

28 *Laborator terrarum debet habere medietatem fructuum pro eius laborerio, & nume. 29.*

33 Locator nunquam facit restaurum, & remissionem mercedis conductori, nisi concurrente læsione ultra dimidium pensionis omnium bonorum in locatione contentorum.

34 *Aequitas derogat, & præfertur rigori, etiam quòd opinio rigorosa esset magis communis.*

35 *Obligatio naturalis de iure Canonico producit actionem.*

Pactum nudum de iure Canonico parit actionem.

36 *Aequitas specialis præfertur regulæ generali iuris communis.*

37 *Doctori distinguenti est credendum tanquam magis appropinquanti ueritati. 38.*

38 *Authoritati magis ex professo loquenti, semper adhærendum est.*

39 Decisiones in terminis sunt securiores, & illis magis adhærendum est, nec curandum est de argumentis, & alijs authoritatibus in genere.

41 Exemplis Rotæ, & magni iudicis iudicandum est, quando non est contra iura aperta.

42 Episcopus (*beneficio uacante*) *est administrator illius beneficij, uti tutor bonorum pupilli.*

43 *Tutor, & successor necessarius tenetur stare colono.*

44 *Conductor dicitur continuare possessionem in successorem scientem, & tacentem.*

Possessio transit in successorem per conductorem possidentem nomine hæredis, & successoris.

Instrumentum locationis probat possessionem inter contrahentes, & successores.

45 *Conductor usque ad nouennium dicitur simplex conductor, & non habet ius in re, & potest conducere absque solemnitatibus, & causa,*

46 *Conductor simplex usufructuarius, & laborator potest pro expensis, laborerio, & custodia, retinere rem conductam, & eam non relaxare, donec sit satisfactus. nume. 48.*

Camparius, & custos bonorum, & fructuum habet hipothecam, & retentionem bonorum, & fructuum cum prælatione.

47 Vendens herbam, & pasculum pastoribus, habet bestias obligatas, & eas potest retinere ratione alimentorum, & præfertur quibuscunque creditorib anterioribus.

Creditor hospes, & alimentarius, possunt retinere rem alimentatam, donec satisfiant, & præferuntur quibuscunq; creditoribus anterioribus.

48 *Conductor expensas necessarias & utiles, melioramenta, & reparationes potest repetere, & rem conductam pro eis retinere, donec fuerit satisfactus. numer. 46 49.*

Et quæ sint istæ expensæ, & melioramenta, & quãdo restituũtur, uide n. 57. & 59.62. & 63.

49 *Conductor non tenetur de suo cooperire tectum, facere scalas, fenestras, ostia, purgare puteũ, & uiam adaptare, nec collectas soluere, sed locator, & si soluerit, poterit repetere. nume. 54.* Fallit, ut nume. 55.56. Declara, nume. 57.

50 *Locator tenetur tradere domum conductori, & illam*

illam manutenere ita, & taliter quòd possit illa uti, & frui, aliàs non tenetur ad pẽsionem, & potest agere ad intereße.

51 Conductor, & commodatarius non tenetur de deterioratione, & consumptione rei traditæ, si consumitur, & deterioratur in illo usu concesso, & ad usum destinatum, aliàs secus. nu. 53.

Exceptio de iure tertij potest opponi, licèt non sit exclusiua ipso iure intentionis agentis, si potest bis soluere, & sic cogi ad iterum soluendum.

52 Pactum, quod pro re data ad utendum soluatur certa merces, & in fine æstimetur deterioratio, & soluatur in totum, uel in parte illa deterioratio, est licitum & usurarium.

Locator bouum ad collaticum pro certa mercede annua non potest æstimare boues, & in fine medietatẽ deteriorationis recipere, qa eẽt usura.

53 Conductor, & commodatarius utens re in alium usum, quam concessum, & destinatum, uel non restituens ad tempus, tenetur de omni damno, deterioratione, & interesse, & casu fortuito, & naturali.

54 Possidens pro suo, & habens utile dominium iure, tenetur ad collectas & onera, quæ imponuntur hominibus pro rebus: secus in illo, qui possidet nomine alieno, & non habet ius in re.

Vsufructuarius, hæres grauatus, emptor cum pacto de retrouendendo, & feudatarius tenentur soluere collectas pro rebus per eum poßessis, aptare uiam, & purgare puteum. & nume. 55. ubi colligitur ratio.

55 Conductor ad longum tempus, & emphiteuta, ac quilibet alius soluens mercedem, & pensionem correspondentem fructibus, non tenetur aliquas collectas, onera, expensas, & reparationes facere, & soluere de suo, & si soluit potest repetere. nume 48 49.

Fallit in conductore gratis recepto.

57 Melioramenta, expensæ neceßariæ, & utiles, quomodo restituuntur, & æstimentur hic traditur, & n. 62. 63. 65. & quæ sint, uide n. 59.

Expẽsæ magnæ, & paruę factæ in melioramẽtis, & expẽsis necessarijs, q̃ dicãtur, uide n. 57. 65.

58 Melioramenta, expensas neceßarias, & utiles debet probare repetens aliter quàm per confeßionem Rectoris.

Confeßio Rectoris non probat melioramenta, expensas neceßarias, & utiles in præiudicium tertij, & sic Ecclesiæ, & successoris.

60 Melioramenta, expensas utiles, & neceßarias potest repetere etiam malæfidei possessor, & compensat cum fructibus perceptis. numer. 61.

Malæfidei poßeßor repetit melioramenta, & expensas neceßarias, & utiles.

Et compensat cum fructibus perceptis. nume. 61.

61 Fructus computantur cum melioramentis, & expensis necessarijs factis in re aliena: secus si ille, qui ea fecit, erat dominus.

64 Conductor, & emphiteuta in dubio præsumitur tantum expendisse in melioramentis, & expensis necessarijs quantum res ualet tempore æstimationis; & qui aliter sentit, debet probare.

Res pręsumitur a principio facta cum tot expensis, quibus tempore restitutionis æstimatur.

66 Executio bonorum retardatur, quando est conuentum, uel sententiatum quòd restituantur prius melioramẽta, & expensæ necessariæ.

67 Idem si eadem instantia, uel per euidentiam facti, et inspectione oculorũ possent liquidari. 68.

Probatio, quæ fit per inspectionem oculorum, & euidentiam loci dicitur manifesta, & liquida probatio, & potest semper fieri usque ad sententiam & nume. 68.

Liquidum dicitur, quod potest eadem instantia liquidari, uel inspectionem oculorum, & euidentiam loci. & nume. 68.

69 Conductor, usufructuarius, & emphiteuta tenetur potius relaxare, & uendere melioramẽta, & reparationes domino rei, quã alteri; nec põt ea abradere, & euellere, & maximè si sunt radicata ĩ terra, ẽt domino nolẽte emere, & n. 70.

Locator, & dominus rei tenetur soluere melioramenta conductoris radicata in terrenis, nec possunt euelli, et abradi, secus in ædificijs. n. 70.

71 Expensæ, & reparationes, quando sunt excessiuæ, & Dominus pauper, non dicuntur necessariæ, & utiles.

72 Conductor simplex, qui non habet ius in re, non potest pro damno dato in re, & fructibus pendentibus accusare de damno dato, nec agere actione iniuriarum sine speciali mandato, licèt possit agere ratione eius intereße actione in factum, & officio iudicis. numer. 73.

Fallit, quando fructus sunt a solo separati. n. 74.

Conductor simplex non potest arbores fructiferas, nec grandes, nec alias non ceduas incidere, alias tenetur de damno dato, & interesse, & in dubio damnum ab eo præsumitur datum.

Damnum in dubio pręsumitur datum a conductore, in re conducta.

Arboris incisi ualor, & damnum quomodo debet æstimari.

Arbores siccæ, & vi ventorum, aut fluminis euulsæ non sunt conductoris simplicis, sed locatoris & domini secus in vsufructuario, & emphiteuta.

Vsufructuarius, emphiteuta, & maritus, an possint succidere arbores grandes non fructiferas ab eis plantatas.

Conductor, quo tempore debeat soluere pensionem, uide nu. 75.

Pensio quo tempore debeat solui, & quid in operarijs, & rusticis, uide nu 75.

76 *Locatio facta sine præfixione temporis censetur facta secundum consuetudinem loci, aut arbitrio dicti locatoris, si non adest consuetudo.*

77 *Locatio facta ad tempus finito tempore, an, & quando censeatur renouata, & per quantum tempus, uide nu. 78. 82. nu. 85. & seq. usque ad nu. 95.*

78 *Pacta, conuentiones, & obligationes, quæ consensu partium solùm fiunt, censentur repetita, & contenta in locatione tacitè renouata, præterquam iuramentum, & fideiussio.*

Iuramentum non censetur repetitum in tacita conductione renouata cursu temporis.

79 *Locatione ad longum tempus finita, censetur finitum ius in re, & vtile dominium, & solum vt simplex conductor perseuerare præsumitur per annum.*

Conductor ad longum tempus finito tempore censetur finitum ius, quod habebat in re, & tacitè perseuerans in conductione dicitur, ut simplex conductor perseuerare.

80 *Conductor, & emphiteuta soluens per annos triginta, & ultra pensionem & fictum, an censeatur præscripsisse ius coloniæ, & quando uide etiam nu. 81*

82 *Fideiussor datus in prima locatione, finito tempore non censetur renouatus, & repetitus in tacita conductione.*

83 *Locator non poterit exequi instrumentum primæ locationis contra conductorem finita conductione uirtute tacitæ nouæ reconductionis, etiam q statutum diceret quòd intelligatur de nouo facta tanquã ex publico instrumento.*

84 *Statutum, quòd locationes finitæ censeantur renouatæ pro tanto tempore, quo fuerint primæ, cum ijsdem pactis, nisi fuerit per duos menses intimatum conductori, quomodo intelligatur, vide etiam nu. 83.*

Et non habet locum in bonis ecclesiasticis, & pijs, nu. 84.

95 *Conductor ad nouennium cum pacto de retroemendo, & francando si refrancat intra quinque annos, non durat amplius conductio, & est extincta locatio. nu. 96.*

96 *Vendens cum pacto de francando intra quinque annos, & isto interim conducat, si expellitur a conductione ob pensionẽ non solutã, nõ cẽsetur exclusus a francatione, & reemptione.*

97 *Conductor, & fictuarius bonorum ecclesiasticorum tenetur soluere datium, & gabellam pro suis fructibus recollectis.*

Fallit, ut nu. 98. 99. & 100.

101 *Conductor finita locatione tenetur rem conductam liberè, & cum effectu relaxare, & tradere corporalem possessionem, etiam quòd non haberet facultatem illam restituendi propter alienationem, nec soluendo interesse liberatur.*

Venditor an teneatur (non obstante constituto) rem effectualiter dare emptori, & facti possessionem tradere, aut soluendo interesse liberetur, uide nu. 105.

102 *Obligatus dare, precisè cogitur ad tradendum, siue habeat facultatem tradendi, siue non.*

103 *Conductor non potest interuertere possessionem rei conductæ locatori, nec alterum recognoscere in dominum, in præiudicium primi locatoris, nec illi soluendo liberatur.*

104 *Conductor non potest transferre possessionem, etiam per constitutum in alium absque uoluntate primi locatoris.*

Fallit, ut nu. 105.

Ecclesia semper possidet, etiam mortuo, uel absente Rectore, & potest petere reintegrari. numero 105.

Possessio ciuilis, & naturalis residet apud conductorem, quando constituit se tenere precario nomine & nomine locatoris.

106 *Conductor tenetur finita locatione statim rem relaxare, & restituere locatori, nec potest excipere esse suam, uel habere hipothecam, aut ius in re, uel esse alterius, aliàs remedio possessorio cogetur ad relaxandum.*

107 *Conductor denegans soluere pensionem, & rem conductam restituere, dicitur locatorem spoliare, siue iudicialiter, siue extraiudicialiter hoc faciat.*

108 *Spoliatus ante omnia est restituendus.*

109 *Conductor non potest refricare quæstionem dominij, nec cumulare petitorium cũ possessorio.*

Amplia, ut nu. 112.

Limita, ut nu. 113.

Petito-

110 Petitorium cum possessorio non potest cumulari, quando agens possessorio reintegranda, protestatur nolle cumulare utrunque, sed solum super possessorio agere, & cognoscere, & debet protestari in quolibet actu instanter, & instantissime.

111 Capitula, & probationes respicientes etiam incidenter petitorium non possunt admitti in iudicio possessorio reintegranda, parte protestante, & instante.

113 Conductor uti procurator tertij potest refricare quæstionem dominij procuratorio nomine.

114 Quis potest uno & eodem tempore repræsentare diuersas personas diuersis respectibus.

115 Bona in dubio potius allodialia, quam feudalia, uel ecclesiastica præsumuntur.

116 Argumentum a solitis, & communiter contingentibus, ualet.

117 Bona propria prælati transeunt ad eius hæredes, & non ad ecclesiam.

118 Boues aratorij dicuntur instrumenta prędij rustici, non tamen connexa cum prædio ita & taliter, quin separationem recipiant.

119 Boues aratorij, animalia, & instrumenta fundi non comprehenduntur in uenditione, & legato fundi.

Legato fundo rustico, non censentur legata instrumenta prædij rusticalia.

Vendito fundo non censentur uenditi boues, & animalia, ac instrumenta rusticalia, quæ sunt in fundo.

Boues, & animalia, & instrumenta rusticalia reperta in bonis ecclesiæ, non censentur ecclesiastica, nec adiuncta sacris, ac spiritualitati. & nu. 127.

120 Prælatus, clericus, & religiosus, si habet bona propria, in dubio præsumitur acquisiuisse de bonis proprijs, & fructus ecclesiæ prius consumpsisse pro suis alimentis, nisi fructus superarēt alimenta, quia tunc pro rata bona præsumerentur acquisita etiam de bonis ecclesiæ, secus si bona aliqua propria non haberet.

121 Prælatus non præsumitur acquisiuisse bona in tertium translata de bonis, & fructibus ecclesiæ, etiam si nulla bona habeat tertio possidente, & opponente.

Bona nō præsumūtur acquisita per prælatū de fructibus ecclesiæ, quando tertius illa possidet, & negat.

122 Bona empta, & acquisita de pecunijs, & fructibus immediate Ecclesiæ & minoris, sunt Ecclesiæ & minoris, & non hæredū prælati, nec tutoris, aut emptoris. nu. 128. secus si de pecunijs habitis ex fructibus. nu. 129.

123 Prælatus, minor, & administrator pōt uendere, & alienare fructus, & bona mobilia, quæ seruando seruari non possunt, et usu consumuntur absque solemnitatibus, & sic locare.

124 Vēditio, & alienatio, quādo a principio est licita, emptor nō pōt molestari, licèt uenditor pretium non conuertat in usum destinatum.

125 Clericus, & prælatus est dominus fructuū, & redditus beneficij, & potest illos alienare, & obligare in eius præiudicium eius uita durante, & non ultra.

129 Bona acquisita nō de fructibus, & bonis immediate Ecclesiæ, pij loci, aut minoris, sed de pecunij mediatè habitis ex illis fructibus non sunt Ecclesiæ, pij loci, & minoris, nec gaudent priuilegio bonorū ecclesiasticorū, et minorū. n. 130

Bona acquisita ex pecunijs hæreditarijs non dicuntur hæreditaria.

130 Pretium redactum ex re pignorata non dicitur pignoratum, nec gaudet eodem priuilegio.

131 Dos data a patre, mortua filia cum filijs uiuo patre ad filios remanere debet, de consuetudine Martini, & non ad patrem redire.

132 Vxor relicta usufructuaria a marito omniū bonorū de cōsuetudine Bulgari habet solū alimēta, & de reliquo tenetur reddere rationem.

DECISIO XV.

Canonichinus Vulterranus de anno 1572. locauit possessiones beneficij sui curati del Cole Montanino pro tribus annis, uti Rector dicti beneficij, Do. Ludouico Incontrio Sororio meo, & de anno 1575. fuit inquisitus commisisse delictum, & sub die decimaoctaua Maij dicti anni fuit condemnatus, & priuatus omnibus suis beneficijs, de anno 1576. præsbiter de Bardinis obtinuit dictum beneficium, & mouit litem contra Dom. Ludouicum fictuarium, seu arendatarium, petendo omnes fructus perceptos a die condemnationis, & priuationis dicti beneficij citra, uti spectantes, & pertinentes ad eum, & etiā petijt massaritias, quæ erant in domo d. beneficii tpe d. sententiæ, & oēs boues aratorios, & bestiamina uti instrumenta d. prædii, & bona d. beneficii, & fuit replicatū p Dom. Ludouicum se tenuisse & possedisse dicta

se dicta bona ad affictum a uero Rectore, & fructus percepisse iusto titulo, & bona fide, & nemine contradicente, & dictos boues, bestiamina, & suppellectilia esse sua, & in parte empta a d. Canonichino tempore locationis, & ante dictum delictum, uti bona propria ipsius Canonichini, & casu quo ad aliquid teneretur, solum affictum, & pẽsionem illius anni pro fructibus perceptis a die priuationis citra soluere esset obligatus. Modò quærebatur, quid iuris, quo ad fructus perceptos & pendentes?

Pro parte Reuer. Bardini dicebatur, D. Ludouicum teneri ad restitutionem dictorum fructuum & relaxationem bonorum.
1 Primò, † quia fructus bonorum ecclesiasticorum statim per mortem, renunciationẽ, translationem, & consignationem, ac priuationem beneficij, & Rectoris fiunt noui Rectoris, etiam si fuerint percepti ante collationem, & consequutionem beneficij, dummodò beneficio uacãte percipiantur, tex. est in c. præsenti, de offi. ordina. in 6. & ibi Prob. in addi. ad Ioan. Monac. & c. quia sæpe, de electio. in sexto, Anchara. consil. 158. ex narratis, col. 1. ubi dicit furtum committere, qui scienter tales fructus percipit, & Plot. in l. si quando, num. 644. uers. & ex prędictis. C. unde ui, dicit posse iurari in litem, & consuluit Hiero. Gabr. in cõs. 190. numero 1. & consilio 192. Ias. consilio 75. uolu. 3. car. 89. & latè habetur per Gig. in tract. pensio. quęstione 88. Ratio est,
2 † quia fructus pendentes dicuntur pars fundi, propter unitatem. l. fructus pendentes, & ibi glo. & Doct. ff. de rei vendi. Ce-
3 phal. consi. 181. & consi. 182. uol. 2. † sed sicut fundus statim beneficio uacante pertinet ad prælatum successorem, d. c. præsenti, & c. quia sæpe, & c. fi. ne præla. uices suas ita & fructus spectare debent. Bar. in l. si filiofami. §. cum fundum, in fi. ff. de uerbo. obliga. & ita respondet Octauia. Pedamonta. decisio. 82. nu. 2. car. 319. & sentit Guliel. Rodoan. de reb. eccle. non alien. §. sed an contractus, numero 16. & seq. car. 336. & numero 6. car. 341. Franc. Marc. decisio. 196 num. 7 19. & seq. car. 290. & decis. 197. num. 3. in 2. par. Secundo, † quia fructus omnes percepti & pensiones pro fructibus perceptis non solutæ, & non reconditi in horreo Rectoris præmortui, sunt & esse debent noui Rectoris, & non Episcopi, nec alterius personę uirtute constitutionis Iulij III. Pontificis, de qua loquitur etiã Rota Perusi. decis. 33. nu. 3. 4. 16. in 1. par. & latè Marti. Nauarra in tract. de spolio clerico. §. 6. car. 36. & uidi eam obseruari pluribus in locis, & Papiæ. Et etiam uidetur esse de iure communi, cum fructus extant, & sint de bonis ecclesiæ, ut per Petr. a Gambara in tract. de of. lega. a latere, Rubri. de pensio. q. 24. & q. 25. car. 196. faciunt, quæ dixi infra, nu. 108. 114. Prob. in addi. Monac. c. præsenti, de offi. ordin. in 6. per illum tex. car. 163. & Ias. consi. 75 uol. 3. Rota decisione 31. num 2. 3. in antiq. car. 432. quæ constitutio Iulij III. licèt loquitur per obitum Clerici, tamen idem dicendum est, & extenditur per renuntiationem. & priuationem, per eandem rationem. Pau. de Cast. consilio 4. nu. 4. uolu. 1. Didac. variar. resolu. lib. 2. c. 15. sub numero 6. colu. 2 Plot. in l. si quando, numero 644. uersi. & ex prædictis infertur. C. unde ui, Franc. Marci. d. decisio. 196. & decisio. 197. in 2. par. Rebuf. in sua practi. benefi. in Regu. de publi. resigna. in glo. 13. car. 417. & Guliel. Rodoan. de reb. eccle. non alienan. car. 341. numero 6. Bou. de statu. præscrip. glo. 12. numero 47. & uide Mari. Angusso. consilio 20. numero 7. & seq. uolum. 1. an habeat locum in fructibus beneficiorum simplicium, & præbendarum, uide Abbas in c. 1. 2. & fi. de pecul. clerico. Rot. decisio. 41. num. 2. & 3. in antiq. car. 433. & Hiero. Gig. consilio 27 numero 10. car. 29. ubi uidentur distinguere inter prælatum habentem administrationem, & non habentem, quod est digito ligandum, si est uerum uide infra, numero 114. & Marti. Nauarra. in tract. de redditi. eccle. quæstio. 3. numero 5. in 3 corrolario, car. 213. & in d. tract. de spolio Clerico. §. 6. sub numero 4. car. 40. Tertio, quia Prælatus non tenetur stare locationi factæ a suo prædecessore nomine proprio, & ad modicum tempus, & sine solemnitatibus canonicis, ut puta ad triennium, quinquennium, uel nouenniũ sine licentia Episcopi, uel Pontificis, quia tunc talis locatio est personalis, & non realis, & intelligitur durare per dictũ tẽpus, rebus sic stãtibus, uidelicet ipso prelato uiuẽte, & maximè qñ locat possessiones bonorũ ecclesia-

clesiasticorum, quorum fructus spectant
5 principaliter ad ipsum prælatum, † quia dicitur in uita usufructuarius, & in morte usuarius, d. bonorum Ias. consi. 75. uolu. 3. Guliel. Rodoan, ubi supra, num. 1. & 2. car. 335. & car. 289. num. 3. in fi. & nume. 4. Docto. in c. cæterum, de dona. per illum text. Hostien in c. fi. de pecul. clerico. Abbas in c. cum esses, numero 23. de testam. & Rota decisio. 41. nume. 2. de proba. in antiq. car. 432. qui dicunt procedere in clerico habẽte administrationem, nisi consuetudo esset in contrarium. Prob. in addi. ad Io. Monac. c. præsenti, de offi. ord. in 6. & non potest in ultimo suæ uitæ spiritu locare dicta bona, nec præiudicare successori, quia cum morte finitur ususfructus, §. finitur, Institu. de
6 usufruc. † & non dependet iste successor a prælato prædefuncto, ut facit hæres, Crot. in consilio 19. numero 7. & seq. uolum. 1. Philip. Prob. in addi. ad Ioan. Monac. in c. nemo, numero 25. de electio. car. 83. Calcane. consi. 28. col. 6. sub numero 16. & uidetur tex. in c. cura, de iure patrona. latè Abbas in c quia, 5. numero 8. & seq. de iudic.
7 Et † ideo non tenetur stare colono, ut dicit glo. Innoc. & communiter Docto. in c. fi. ne præla. vices su. ubi Abbas dicit, quod quicquid perceptum est post mortem Rectoris etiam ante beneficium collatum, successor potest petere tam contra hæredes, quàm contra conductorem, Didac. uariar. resolu. c. 15. numero 6. uersicu. quintò principaliter ad hanc, latè per Guliel. Rodoan. in tract. de reb. eccles. non alienan. d. §. sed an contractui. car. 335. & §. sed si locatio. car. 338. & esse cõmunem opinionem, etiam refert Fran. Marci decisio. 196. num. 8. in 2. par. Alba. consilio 108. numero 5. & in usufructuario lòquitur disertè, Cephal. consi. 181. & consi. 182. uol. 2. & Bursa. consi. 71. numero 24. & 25. lib. 1. tetigi in tract. de usuf. nu. 177. car. 647. & Odofred. in l. arbores ui tempestatis, ff. de usufru. Nec ha-
8 bet obstare dicere, † ꝙ tenetur successor prælatus stare locationi ex eo, quia ipse cõductor soluit affictum, & pensionem illius anni ante fructus perceptos dicto Canonichino, primo Rectori, adnotata per Pract. Pap. in for. lib. quo agi ad fict. præsta. in glo. inuestiuit, num. 9. & in glo. soluere, numero 5. car. 316. & per Anto. Gabrie. commu. opinio. de locato. conclus. 3. numero 7. car. 397. & Ias. in l. qui in futurum, num. 1. ff. de pact. per illum tex. vbi habetur, ꝙ emptor tenetur stare colono, quando uenditor recepit pensionem: Quia respondetur bona ista ecclesiastica non fuisse, nec esse, obligata pro dicta mercede soluta, sicut erant illa uenditoris, qui erat proprietarius, & dominus dictorum bonorum uenditorum, & emptor habebat causam a recipiente pẽsionem, quod secus est hic, ut dicit Ange. in cõsilio 245. quia omne datum, in 5. dubio, uersi. sed ille, qui conduxit, & in 6. dubio, & Crot. d. consil. 19. numero 7. & seq. uolu. primo, dixi supra, numero 6. facit Hiero. Gigas d. q. 88. & Guliel. Rodoan. d. §. sed an contractui, & d. §. sed si locatio, & est etiam Concilium Tridentinum, sessione 25. c. 11. ubi etiam cum consensu Pontificis nõ possunt solui anticipati pensiones in præiudi-
9 cium futuri Rectoris, † & ideo solum contra recipientem, & eius hæredem habet actionem ad repetendum. Hiero. Gigas de pensio. d. q. 88. Marc. Mantua, sing. 596. inquilinus, uide Rui. consi. 60. nume. 1. uol. 1. consi. 90 uol. 5. & Laur. de Pinu, consi. 101. car. 135. sentit Guliel. Rodoan. de reb. eccl. non alie. car. 336. num. 15. & 16. & car. 339. nu. 13. & seq.

Pro parte uerò Dom. Ludouici, cognati mei, dicebatur eum non teneri fructus perceptos in ultimo anno suæ conductionis post dictam sententiam, & quasi matu-
10 ros restituere dicto nouo Rectori. † Et casu, quo ad aliquid teneretur, debere solum pensionẽ, & affictum soluere pro rata fructuum perceptorum a die priuationis beneficij citra, iuxta notata per Ang. d. consil. 245. in 6. dub. & per me in tract. de usufructu mulie. rel. nu. 243. car. 792. Maria. Angusso. cons. 20 Alba. consi. 79. nu. 15. & latè per Ripam respon. 16. nu. 4. & 5. uol. 2. car. 90. uide supra, nu. 4. Et primò, quia iste D. Ludouicus fuit bonæ fidei possessor ex eo, quia conduxit a uero domino, & Rectore
11 d. beneficij, † & soluit affictum ei, qui sibi dicta bona locauerat, & possedit d. bona, ac fructus percepit absq; eo quod ab aliquo fuerit sibi ꝓhibitũ, & interdictũ; quo casu fecit fructus suos, & solutio fuit legitimè facta, Bar. & Doct. in l. si urbana, & ibi Ias. nu. 4. ff. de condi. indebi. Rui. consilio 150. nume.

nume.7.uolum.1.Afflict.decisio. 147. quidam gerebat.Lapp.Allegatio.89. nume.13. in fi.Alexan.consil.104.nume. 6. uolum.4. & facit Bald.in l. emptorem. numero 8. C. loca.& in consil.66.ptoponitur, uolum.2.& Simon de Prætis, consil.152.numero 44.& sequen.lib.1.dixi infra,numero 15. Secundò, quia iste Canonichinus fuit inquisitus & condemnatus propè finem mensis Maij, 1575.& pendente termino sententiæ appellationis, & litigio conductor soluit affictũ, & fructus percepit, & soluit decimas, studium, & alias expensas ordinarius dicti beneficij nomine dicti Canonichini Rectoris, qui semper stetit in possessione, donec per Episcopum Lucensem fuerat spoliatus, &
12 priuatus, † quo fit quod fructus erant dicti Canonichini Rectoris, & non noui Rectoris, quia beneficium nondum erat vacans, & consequenter iuste, uel saltem bona fide dominus Ludouicus eos percepit, & soluit pensionem, ut dicit tex.in cap.fraternitatis, de cleri.excommuni. mini. & Petr. Rebuf.in practic.beneficio. Rub. de modis amit.benefi.nu.51. uersi. Ideo potest,& nu. 56.car.360. ubi dicit, ꝙ Rector potest ante sententiam resignare beneficium & in Regu.de subrogandis collitiga.glo.1.nume.5. car.265.& idem dicit Hiero.Gabri. in consil.196.num.11.& Bal.in d.l.emptorem,sub nume.8.uersic.sed pone, quidam tanquam prælatus, dicit pone quidam tanquam prælatus locauit mihi prædium ecclesiæ, postea mouetur ei quæstio de prelatura, an pendente illa questione preiudiciali tenear ei soluere? Respondeo sic, nisi sit sibi interdicta administratio, uel nisi sit mihi interdictum ne soluam, at in casu isto pendẽte hac quæstione conductor soluit, & fructus percepit, & non fuit sibi, nec rectori in-
13 terdictum, ergo non potest molestari, † & conferunt tradita per Crot.consil. 402.nume.1.uolum.3.Roland.tracta.de confectio. inuentar.§.quæritur,nu.5. car.52. & Phanu.in tracta.de inuentar.hæred.in 1.par.nume.13.car.14.& Mathe. Vesembeci.Oltramonta.consil.41.nume.55. & seq. & num. 125.& 126.colum.981.consil.44.nume.84. colum.1122.Neuizan.consi.9.num.14.ubi donec fuit litigatum super ualiditate testamenti, non currit tempus hæredi conficiendi, inuentarium, & Dom.Nicola.de Milis, in suo Repertorio, in uerbo, prælatus sen-
14 tentialiter, car. 343. † dicit quòd Episcopus, & Prælatus sententialiter depositus, si quid agit appellatione pendente, ualent gesta per eum, licèt postea appellatio deseratur, allegant gl.in c.sæpe.in uerbo, Rota.de Appella.idem Abbas in c.2.nume.6. ut lite penden.quæ doctrinæ multum conferũt casui nostro, & dato, ꝙ fructus non essent dicti Canonichini, tamen quia apparet ipsum Canonichinum semper stetisse in possessione fructibus pendentibus, & reconditis in horreo, & non fuisse sibi, nec Dom.Ludouico interdictum, & ipsum Do. Ludouicum soluisse decimas, studium, & alia onera or-
15 dinaria sine molestia, & interdicto, † non potest molestari a nouo Rectore, cum bona fide soluerit ei, qui locauerat, siue dominus, siue non fuerit, ut per Barto.in d.l.si vrbana.ff.de condi.indeb.& tetigi in tracta.de tutore, nume.272.car.255.& supra dixi, precedenti fundamento, nu.11.& maximè existente soluendo hærede dicti Canonichini, ut dicit Angel.d.consil.245.in sexto dubio, & per supradicta, nume. 11. & uide Hiero. Gig. consil.27.colum.1.& seq.car. 29. Marti.Nauarra in tracta.de redditi. eccle.quæstio.2.in primo Corrolario, numer.31. car. 198.& nume.33.

Tertiò, quia conductor, & colonus partianus, qui laborauit terras, & illas seminauit, ac segetes occauit, uites putauit, & fructus in esse reperijt, & quasi maturos de ꝓximo recolligere sperat, non potest ab emptore, neque a successore aliquo de æquitate, & in conscientia expelli, sed debet fru-
16 ctus in esse deductos percipere, † quia fructus de proximo recolligendi, habẽtur pro recollectis.gl.Bar.& docto.in l.diuortio. §. interdum, num.6.& ibi Alexan.nume. 6. ff.
17 solu.matri. † & quæ incontinenti fiunt, dicuntur inesse, sicut de proximo cingendus
18 habetur pro cinto.l.petens.C.de pact. † Nã potentia propinqua actui, habetur ꝓ actu. l.pen.& ibi Bald.ff.de testamen.milita.Hinc
19 est, † quòd reuenditor pro eodem ꝓpretio non tenetur etiam pro rata temporis restituere fructus emptori, si tempore retrouenditionis fructus sunt quasi maturi, & de proximo recolligendi. Tiraquel. de retract.conuentio.§.5. glos. 5. uide quod di-
20 xi in tracta.de usufru.numero 244. † quod idem

Idem reperitur iure cautum in marito tẽpore diuortii, qui non tenetur fructus maturos dare uxori, nec fundum restituere, nisi prius collectis fructibus, ut dicit glo. in d. §. interdum, in uerbo, reddat. uersicu. item quid si facto, & ibi Bar. Bal. Ang. & Ias. ubi dicunt esse notabile dictum, sentit Bald. in
21 l. si pater, numero 3. C. de usufruct. † & in feudatario post mensem Martii loquitur text. in c. 1. §. his consequenter, tit. hic finitur lex, Ange. de Gambilio. consi. 41. nume-
22 ro 37. 38. car. 174. † & de feudo ad ecclesiam, & sic emphiteusim ualet argumentũ regulariter, Iul. Clar. §. emphiteusis, q. 50. & §. feudum, q. 3. uersicu. sed nunquid, car.
23 100. † Et quod pro illo anno, quo moritur prælatus, uel beneficium uacat, uel res alienatur, & conductor, uel partiarius laborauit, & seminauit fundum, ac sumptus fecit, debeat fructus colligere conductor, & arrendamentum, & affictum non iustè solutum soluere nouo rectori, ita distinguendo tradidit Bald. in d. l. emptorem, sub numero 7. uersi. sed pone, colonus, & uersicu. sed nunquid partiario, C. loc. ubi dicit hęc formalia uerba aurea, & æquitate plena, (Sed pone, colonus fecit multas expensas, nunquid sub illo prætextu poterit retinere? Respondeo sic, de ui, & ui arma. l. colonus. & ex quo seminauit metet, uel saltem tanquam partiarius partietur fructus cũ emptore ex quadam societate incidenti. Sed nunquid partiario colono tenetur emptor stare? Videtur quòd sic, ff. pro socio, l. idem quod, dic non teneri, nisi pro illo anno, quo laborauit fundũ, & fecit sumptus, quia non tenetur inuitus fieri socius.) & sic Bal. distinguit, quòd pro illo anno solũ si laborauit, & seminauit, & sic expensas fecit ex quadam incidenti societate perseuerauit in locatione, pro aliis annis non: & reddit rationem, quia non tenetur inuitus fieri socius. Et hanc doctrinam vti æquam sequutus fuit decisiuè. Cepha. in d. consilio 181. in fi. uol. 2. postquàm ad utranque partem in usufructuario disputauerit conclusionem, & hanc distinctionem in contingẽtia facti SECVTVS * est contra ecclesiã, sacrum Consilium Delphinatus, ut refert doctus & magnus practicus, Dom. Francis. Marc. in decisio. 196. col. fi. in 2. par. ubi nume. 8. dicit habere æquitatem, & de æquitate, & conscientia ita fuisse uotatum, ut prouideatur indemnitati subditorum, posteaquàm dictus arrendator fecerat cultiuari terras, & cæteras expensas etiam soluerat pro primo anno arrendamenti, & iam erat incæptus secundus annus arrendamenti,
84 si nec tale statutum haberet locum, quando conductor non adimpleuisset prius pro parte sua, Bero.d.consi.153.nu.39.Alexan. consilio 76.uol.5.Fely.consi.25.nu.21. uersi.ulterius, & tertiò, car.32. Calcane.consi. 7.nu.16.&.infra, nu.87. nec in bonis ecclesiasticis, Fely. in repertorio suo, in uerbo, statutum, quod annullat testamentum, Soci.iun.d.consi.25.nu.4.uol.2. Abbas in c.ecclesia Sanctæ Mariæ, nu.25.de consti. Alex. consi.17.uol.4.& Neuizan.consi.39. Quæ conclusio, ꝙ intelligatur renouata locatio tacitè, si conductor perseuerauit in conductione, plures patitur limitationes; quarū aliquas hic ponam tanquam necessarias, & utiles, ac quotidianas
85 † Primò ergo limitatur non procedere in prælato, qui recepit pensionem locationis factæ per prædecessorem suum per annos quatuor, & sit mortuus prædecessor: secus ante finem locationis, quia tunc non intelligitur continuare, & ratificare, nisi pro tempore, quo pensionem recepit, ita dicit Nicola.de Milis in repertorio, in uers.prælatus licèt, quē refert, & sequitur Anto.Bard.de tempore utili.& conti.c.4.sub nu.10. uers. sed fallit in prælato, car.53.Rota d.decis.1.& seq.de loca.& condu.in nouis.car.312. Bursa.consi.23. numero 17.& numero 18.uolu.primo, Laur.de Pinu, consi.120.numero 4.& seq.car.153. Alex. cons.5.sub numero 7.uolu.5.& Guliel. Rodoan. de reb. eccles.non alienan.q.6.numero 9. car.347. & numero 16.& 17. car.339. quod est speciale in

præ-

prælato, nam in alio successore statim ꝙ recepit pensionem, censetur ratificare locationem sui authoris, Rota, d.decisio.233. de loca.in nouis. Dec.in l.semper, numero 9.ff.de regul.iur.Ioan.de Amic.consi.114. columna fi.uersicu.insuper facit, Alexand. latè in consilio 117.uolum.quinto, Maria. Angusso, consilio 216. numero 19. &
86 Pau.de Cast.consi.1.nu.3.uol.1. † Secundò limitatur non procedere, ubi requiritur aliud, quam simplex consensus contrahentium, ut decretum iudicis, consensus propinquorum, & actus extraneus, ut dixi supra, n.82.& per Thom.Parpale.in l.si quis, nec causam.§.res pignori.nu.2.ff.si cer.peta.Anchara.Regiens.q.42.numero quinto Franc.Marc.decisio 539.nu.4.& 5.in 1.par. Mari.Angusso.consi.71. nu.10. & seq. nisi lex ipsa disponeret & prouideret tacitè ordinando, ut in casu isto, & ideo uidetur dicendum procedere tacitam reconductionem etiam in re minoris ut dicit Odofred. in l.certi iuris, in fi. C. de loca. & condu. car.276.tetigi in tract.de Tutore, & curato. numero 158.car.157.in 1.par.Gherar.Mazzol.consilio 15.numero 23.24. ideo cogita, quando statutum aliam solemnitatem,
87 & actum extrinsecum requireret.† Tertiò limitatur, quando conductor non adimpleuisset ex parte sua non soluendo canonem & pensionem, aut pacta non adimplendo pro sua parte, Gozadi. consilio 94. num.53.Alcia.de præsumptio.regu.2.præsumptio.17.numero 7.car.70.Anchara.Regiens.quæstio.68.in 1.par. Fely. in consilio 25.Crau.consilio 87.numero 3.lib.1.Bero. consilio 154.numero 39.uolu.1. Menoch. d.consilio 121.numero 100. uolum.1.Calcane.consi.7.num.16.Alexand. consilio 76. num.3.uolum.5.Plot.in l. si quando num. 182.uersi.duodecimo.C.unde ui Rui.consilio 114.numero 4.& seq. uolu. 1. dixi supra, numero 84.quod procedit etiam si nō adimpleuisset hæredi.ate iacente, & uacante, iuxta tradita per Capici. decis.87. nu.9. 10.& 11.uide quod dixi supra, decisio.43.
88 nu. 44. † Quartò limitatur, quando emerentur fructus alicuius anni singulo anno: Alex.consi.76.nu.2.& 3.uol.5.consi.17.num. 12. uolu.4. & Bero. consi.153.numero 23.
89 uolum.1. † Quintò limitatur, quando in locatione fuisset promissum, dictam rem conductam relaxare liberam, uacuam, & expeditam in fine locationis renuntians omni legum auxilio, Iacob.Machel.patroci.6.num.10.& 11.car.39.& Gozad.in l.2. C.de pact.inter empto.& uendi. numero 167.& nu.205.consi.69.nu.19.& 20.& facit Bello.consi.22.num.12.Anto. Bard.de tempo.utili & contin.c.4.uersi. fallit etiā.
90 † Sextò limitatur, quando locator esset absens, uel non cōsensisset, aut non habuisset notitiam de perseueratione, uel alter eorum fuisset mortuus, quia tunc non censeretur renouata locatio, ut per Afflict.d. decisio.365.in fi.ex doctrina Bar. in d.l. itē quæritur.§.qui impleto, colum.1.ff. loca. cum requiratur domini, & coloni simul consensus, & non unius tantum, Salicet.in l.legem, C.loca.Anchara.Regiens.quæstione 42.numero 12.& 13.in 1.par.Anto.Bar. d.c.4.sub d.uersi.regula autem, Laur.de Pinu, consilio 120. numero 4.& 5. car. 153.
91 † Septimò limitatur non procedere in prædio urbano, & sic in domibus, & ædificijs, Docto.in d.l.item quæritur.§. qui impleto.Pract.Pap.ubi supra, d.glo.inuestiuit numero 8.car.314.Bar.in l.si pupilli.§. uideamus, sub numero 4.ff.de nego.gest.Pet. Anchara. Regiens.d.quæstione 42. numero 5.& seq.lib.1. & est ratio, quia in prædio urbano singulis diebus habitationis fructus recipiuntur uniformiter, in rustico uero non percipitur, nisi uno tempore, uidelicet tempore messium, & uindemiarū, & oliuarum, ut dicit glo.in d.§. qui impleto, & ibi Bar. & Doct. & habetur per alios supra allegatos, Affli.d.decisio.365.numero 11.Odofred.in l.certi iuris.C.de loca.&
92 condu.car.276. † Octauò limitatur in hærede coloni partiarij, ut dicit Bertachi. in
93 uerbo, coloni partiarij. † Nonò limitatur non procedere, quando actum esset de emendo rem conductam post finem locationis, Mari.Angusso.consi.71.numero 10.in fi. & numero 11.& seq.Decimò limitatur, non procedere in rebus mobilibus, & se mouentibus, ut tradunt Doctor.in d.l.item quæritur.§.qui impleto.ff.loca.Tiberi.Decian.consilio 8.numero 9. uolu.3. car.65. ubi loquitur in societate uaccarum, Bertachi.in reperto.in uerbo, conductor fundi. car.416. colum.4. & in uerbo, conductor
94 rei mobilis. † Vndecimò limitatur non

Aa 4 pro-

procedere in locatione cum pacto de francando, uel retroemendo, Rui. consi.114. numero 4.uolum.1. Bero.consilio 154.nu
95 mero 18.uolum.1. † unde si conductor ad nouennium refrancat, & retroemit intra quatuor annos, tota locatio erit extincta propter consolidationem usufructus cum proprietate, & locator non poterit cogere conductorem ad staudum in conductione per nouennium, quia tacitè in illa locatio ne inerat pactum, quod re refrancata conductio intelligatur finita, ita dicit Ruin. d. consilio 114.numero 6.uolum.1.Bero.con
96 silio 157. numero 4. & 5. uolum.1. † Sicut etiam dicimus, quòd re uendita cum pacto retroemendi, & frãcandi intra quinquennium, si uenditor isto interim eodem contractu conducit pro quinquennio rem uenditam cum pacto, quòd si non soluerit pensionem singulo anno, possit locator auferre rem locatam, & dare cui sibi placuerit, si non soluit pensionem, non erit priuatus facultate, & commoditate refrancandi ad tempus conuentum, uti capitulum, & instrumentum separatum a locatione, licèt priuetur commoditate rei conductæ, ut latè tradit Gozadi.in d. l. 2. quæstio.33. C.de pact. inter empto. & uend. quem refert, & sequitur Iacob.Machel.patroc.7.respondendo, num.12.& 13.uersi. minusque considerari debet, Bello.consi.27.nu.11.Tiraquel.de retract.conuentio. ad finem tituli.nu.89. uersi. Duodecimò quæro, & Alciat.regula.3.præsumptio.45.num.3.quod est menti tenendum.

97 Et † iste conductor, si est fictuarius, & soluit pecunias pro fructibus ecclesiasticis uidetur non gaudere priuilegio ecclesiæ, & clericorum, & gabellas, datia, & imbotaturas soluere tenetur de omnibus fructibus, nec deducitur pars dominica, & colonica, Petr.Duen.in regula.100. in uerbo, Clerici, Dec.in c.sanè n.7.& 8. de priuileg. Fel.in c.Ecclesia Sanctæ Mariæ, nu.99. de constitu.Rimin.sen.consi.698.num.11.car.87.consi.747.nu.4.uolu.4.Rolan. consilio 61.num.14. & 15. uolum.4.D. Probus in additio.ad Io.Monach.in c.si läicus, nu.25. de iure patrona. & ista est communissima opinio, ut eam etiam sequitur Bursa.consilio 42.numero 8.& seq.consilio 25.uolu.1.Decian.consilio 51. nu.4. uolu.3. Cassane. consuetudi. Dos Droit rubrica 4.§. Sexto.car.154.numero 6. & 8. Egidi. Toma.in tract.de collect.numero 40.car.77. Camil. Borrel. in tract. de compromis. in glo.3.numero 306.& seq.car.36. Ripa, Respon.22.numero 4.& seq.& numero 12.& seq.car.22.lib.2.late Laur. Sylua. consilio 9.car.71.consi.32.num.19.car.166. Egidi. Bossi.tit. de Principe. numero 121.& 174. car.355.Licet multi tenuerint contrarium relati a Bruno in tract.de statu exclud. fæmi.artic.8.quæstio.22.numero 107.& seq. car.60.qui tenet cum communi, & in imbotatura contrarium etiam tenet apostilla ad Abbas in c.quę in Ecclesiarum, num.2. de constitu. Tamen (ut dixi) receptior & communior opinio est in contrarium, & ita obseruatur, & fuit IUDICATUM*
* per Rotam Florentinam, de anno 1566. contra Magnificum Dominum Hieronymum de Pretis, ciuem Florentinum, & Fictuarium Hospitaletti de Volaterris, ut etiam latè dixi in meo Tract. de usufru.mulie.reli.sub num.163.uersi.Si autem priuilegium, car.627.in 1.par. & a fortiori cor-
* roboratur ex NOTABILI * doctrina Ancha. in c. quanquam, de censib. lib.6.
98 quæ est uidenda, † quæ conclusio limitatur primò non procedere, quando gabella, & collecta esset tam excessiua, q̃ magna cum difficultate ecclesia, & religiosi inuenirent fictabiles, & conductores, & essent coacti affictare minus, quàm alij sæculares & cum magno eorum damno, ut dicunt omnes supradicti Doctores, & pręcipuè d. Apostilla ad Abbas in d.c.quæ in Ecclesiarum, nu.2.Porci.consi.184. nu.9. car.379.
99 † Secundò non procedit, quando pro ficto solueret partem fructuum illorum, quia tunc uti fructus ecclesiæ, & clericorũ gauderent priuilegio, per ea quæ dixi in d.Tract.de usufru.num.163.& per Doctores supra allegatos, Rimin. sen. consilio 747.uolum.4.Io.de Amic.consilio 18.car.18.Roland.consilio 61.uolum.4.Fel. consi.
100 46.numero 17.& seq. † Tertiò non procedit, quando esset conuentum inter Rectorem, & conductorem, q̃ ecclesia, aut Rector tenerentur dare dictos fructus conductos ad domũ conductoris, uel eorum sumptibus facere exportare ad domum cõductoris, ita dicit Rol.consi.61.nu.20. uolu.4.

quod

quod est magnum dictum, si est uerum; & de facili fictabiles erunt exempti a datijs & gabellis, si non principaliter saltē secundario, & sic per indirectum. Quartò non procedit, quando onus & gabella esset respectu bonorum, & non fructuū, & super capita, & focagium personarum, & habitantium, quia tunc laboratores clericorū, & ecclesiarum, tanquam instrumēta rusticalia, non tenerentur ad talia onera, & collectas, sicut bona non tenentur, l. cum satis, in princip. C. de agrico. & censit. li. 11. & est communis opinio, ut latè consuluit nouissime Tiberi. Decian. in consi. 51. nu. 14 15. & 16. & 42. uol. 3. car. 344. & faciunt optime adducta per Egidi. Bossi. pract. crimi. tit. de remissio. merced. numer. 44. car. 420. ubi dicit, conductorem posse petere remissionem mercedis, quando laboratores omnes sunt mortui propter pestem, uel bellum, tanquam instrumenta fundi, sentit Anchara. Regiens. q. 79. lib. 3. & ideo si sæculares extorquerent talia onera & collectas, possent licitè excommunicari ab Episcopis. Docto. in c. solet, de senten. excommu. & incurrerent in Bullam in Cœna Domini. Nisi hæc onera, datia, gabellæ, & collectæ impositæ fuissent, uel imponerentur ex causis, quibus & clerici, & bona ecclesiastica tenerentur soluere, & contribuere, ut sunt onera, & expensæ pro refectione murorum ciuitatis, uiæ publicæ, putei communis, pontium, arginum, pro custodia, & purgatione ciuitatis, & fructuū ab impetu militum, & pestis, ac locustarū; pro salario medici, pro cauamentis fluminum, & fossarum ciuitatis; pro studio erigendo, & ubi tractatur de causa concernente communem utilitatem clericorum & laicorum, quod est notandum pro decreto, de aquis ducendis per bona aliena; qđ uidetur emanatum ad utilitatem clericorum & laicorum, c. non minus, & ibi Anch. numero 8. de immunita. eccle. c. 2. & c. aduersus, eodem tit. Egid. Thoma in tracta. de collect. §. non obstant, per totum, & numero secundo, & 24. car. 113. & §. subiiciunt, car. 186. latè Tiberi. Decia. consi. 14. per totum, & numero 19. uolu. primo, car. 257. Euerar. consilio 42. numero 20. & 30. Roland. consilio 2. numero primo, & seq. uol. 1. Laur. Syl. consilio 32. nume. 18. car. 165. Purpu. consi. 50. uol. 1. consilio 327. nu. 14. consi. 485. uol. 2. Hippo. Rimin. consi. 2. consi. 4. consi. 10. consi. 25. & consi. 35. uolu. 1. Petr. Duen. Regu. 100. in uerbo, clericus, nu. 16. Capra Regula, 96. per totum, & nu. 69. & seq. Nicol. Festasi. in tract. de collect. in 4. par. nu. 15. & seq. nu. 29. & seq. car. 57. Emanuel Soarez commu. opi. in uerbo, clericus, nu. 135. car. 32. Octauia. Pedamō. post decis. 68. car. 247. Bero. consi. 150. n. 37. & seq. uol. 3. quæ extenduntur ad onera, & collectas subrogatas locum supradictorū onerum, ut notat Pau. de Cast. consi. 423. ex puncto, uol. 2. car. 194. Festas. in d. tract. de collect. d. 4. par. nu. 48. & seq. car. 59. Rimin. sen. consi. 756. nu. 13. & 14. uol. 4. consi. 188. nu. 16. uol. 1. Verum est, quod amarè, & iudaicè, (ut sæpissime faciunt laici, qui odio prosequuntur clericos) non debent supradicta intelligi, sed solum clericos, bona ecclesiastica, & instrumenta prædiorū bonorum ecclesiasticorum teneri ad onera, datia, gabellas, & collectas supradictas in subsidium, hoc est, quando bursa Principis, & communis laicorum non esset sufficiens de per se, quia ad illud residuum tenerentur clerici pro eorum rata, & quādo causa esset urgens, & necessaria immediate & non mediatè. l. placet. C. de sacrosanct. Eccl. Innoc. in d. c. non minus, de immunit. Eccl. late consuluit Collegium Taurinum, inter consilia feudalia diuersorum Authorum, consi. 3. car. 204. & nouissimè per Tiber. Dec. consi. 51. nu. 31. uolu. 3. Festa. in d. trac. de collect. in 4. par. nu. 24. & seq. car. 56. col. 2. Et prædicta procedunt, quando cum Authoritate Papę, aut Episcopi hoc esset permissum, aliàs nō possunt laici grauare bona ecclesiastica, neq; personas religiosas, & instrumēta prædiorū bonorum ecclesiasticorū, ut dicit Tibe. Dec. consi. 14. nu. 54. uolu. 1. Festasi. de collect. in d. 4. par. nu. 61. car. 56. & per Octauia. Pedam. post d. decisio. 68. & alios supra allegatos, aliàs possent excommunicari. d. c. solet, & ibi Docto. de senten. excommunic. & supra dixi.

101 Et † iste conductor finita locatione, & cōductione ex causa legitima tenetur rem realiter, & cū effectu restituere, & sic tradere corporalē possessionem locatori, nō obstante aliquo constituto apposito in conductione, quia licèt constitutū transferat in alium

alium ueram, & naturalem possessionem, tamen non transfert corporalem appræhensionem possessionis illius petiæ terræ locatæ & alienatæ, a qua per constitutum qui non est liberatus, & sic a facti traditione, Ruin.consil.94.num. 1. uolum.1. & consil. 285.nume.161.& sequen.uolum.3. Vilalob. in suis communi.opini.in uerbo, uenditor. numer.12. Tiraquel. de iure constitu. in 1. par.numer.7.& sequen.car. 8. Addentes ad Mathesila. singula. 67. numer.2.ubi dicunt communem, & esse magis communem dicit Flor.in l.si quando.nume. 172. uersicu. Nec liberatur uenditor.C.unde ui, & num. 173.Cagnol.in l.contractus, sub nume.34. uersic.& uenditor, qui se constituit. ff. de reg.iur.Pater meus in responso.71. lib.1. & Respon.62.lib.2. & magis communem, & ueram dicit, & sequitur Octauia.Pedamõ. decisio.36.car.150.ubi dicit ita Senatũ IVDICASSE, * quia soluendo interesse non liberatur per supradicta,& maximè de iure Canonico propter peccatum, & etiam quando adesset iuramentum, quia siue habeat facultatem, siue non rem tradendi, tenetur adimplere, rem luere,& tradere emptori, & domino per supradicta,& pulchrè per Anto. de Burgos in Rubr. de empt. & vendit.numero 3.& sequen.car. 2. non obstantibus adductis in contrarium per Beto.in consil.41.nume.11.& sequen. uolu.3. & per alios allegatos a supradictis Doctoribus, & maximè prædicta procedunt in casu nostro, & sic in conductore, qui accepit rem,& possessionem a locatore, & tenetur
102 rẽ dare,& restituere finita locatione,† & in obligatione dandi quis præcisè cogitur dare,siue habeat facultatem rem restituendi,siue non;nam cogitur redimere,& dare, l.ubi autem.§.fina.ff.de uerbo.oblig. Anto.
103 Burgos,d.Rubr.num.3.car.2.† Quia conductor non potest interuertere possessionem rei conductæ, & cum alia persona cõtractum facere;nec alium in locatorem recognoscere in præiudicium primi locatoris,gl.in l.1.C.commun.de usucapio.Crot. consil. 49. numero 16.uolum.1.consil. 373. numero 21.& 22.uolu.3.Rota Bononi.decisio.93.Cumia,de Ritib.Siciliæ,cap. 38. numero 265.& sequẽ.car. 212. Ioseph Ludo. in Rota Luca.decisio.20.numero septimo, & sequen.Hiero.Mago. in Rota Luca. decisio.38.numer.17.& sequen. car. 139. & illi soluendo non liberatur.Ruin.consil.150.numero 2.uol.1.Neuiza.consil.37. nume.15. & sequen. sentit Rota Bononi. decisio. 93.
104 numero 3.& sequen.car.155.† Nec transferre potest possessionem etiam per constitutum absque uoluntate primi locatoris.l. quamuis.§.1. ff.de acquiren. possess. Bero. quæstio.47.consil.42.numero 22. & sequẽ. uolum.3.Rota Bononiens.d.decisio. 93. in quadam causa.Crot.d.consil.49.numer.16. Ioseph Ludo.Rota Luca.decisio.2 in 1.par. Dec.consil. 400. uiso eleganti, numero 9. Neuizan.consil.37.nume. 15.& seq.Angel. de Castro,consil.68. numero 13. uolum.1. consilio Crimina.diuersorum, car.138.Io. de Amic.consi.123.Roder.Soarez,in l. post rem,in 2.limit.sub nume.4.ff. de re iudica. car.590.& uide latè Iacob. de Sancto Georgio in trac.de feudis,in uerbo, Dictique numero 21. car. 280. ubi potest expelli a primo locatore, & uide Iacob.Machel.patroci.13.numero 14.& Affli.decisio.315. & latè tradit Tiraquel. de iure constitu. in 14.li
105 mita. † ubi limitat. primò non procedere, quando primus locator consentiret.Secundò, quando primus locator mortuus esset, & possessio nondum per heredem adepta fuisset, sed uacans reperiretur,& possessa a conductore, quod non procederet in locatione ecclesiastica, quia ecclesia semper possidet etiam mortuo prælato, & potest petere, reintegrari,ut per Nattam,consil.562.uolum.3.& Franc. Becci. consil. 77. car.138. quod est notandum in causa uertẽte inter Reuerendum D.Leonem, & D.Ludouicum Canonicos, occasione inuestiturarum factarum.Tertiò, quãdo conductor constitueret se tenere, & possidere nomine locatoris,præcario nomine, & non simpliciter: nam per tale præcarium, & ciuilis & naturalis possessio residet penes conductorẽ, & requiescit ciuilis in naturali,licèt ibi nonnullos cõtrarium tenentes allegat, sed tamen firmat ita omnes tenere in l. interdum.§.fina.ff.de acquiren.possess. & uide Ioseph Ludo in Rota Luca.d. decisi. 20. numero sexto, & sequen.in 1.par.car. 122. & Pile.glossato.quæstio.139. Odofred.in l. ad probationem, & in l. si quis conductionis.C.de loca. & cõdu.car.277. & Emanuel Soarez commu.opini.in uerbo, conductor

rei

rei propriæ, numer. 204. & sequen. car. 36.
106 Et † ideo si cōductor, commodatarius, & retinens rem alienam nomine alieno nollet rem restituere allegando suam esse, uel habere hipothecam, aut ius in re, uel esse alterius, non debet audiri in petitorio, sed in primis, & ante omnia tenetur dictam rem conductam restituere, si locator agit (ꝑut agere potest) condictione. l. si quis conductionis, C. loca. aut possessorio recuperandæ, & reintegrandæ, Boeri. consil. 13. nu. 13. Iacob. Machel. Patroci. 13. Menoch. de recuperan. possess. in xi. Remedio, per totum, & numer. 37. car. 105. ubi ponit etiam, qua pœna puniri possit, Purpura. consil. 344. num. 12. uolum. 1. Craue. consil. 107. uolum. 1. ubi de Odofred. in l. ad probationē, & l. si quis cōductionis, C. de loca. & cond. car. 277. sentit Vilalob. commu. opinio. in uerbo, conducens scienter, nu. 127. 128. & 129. car. 73. Emanuel Soarez, commu. opin. in uerbo, conductor rei propriæ, nu. 204 & seq. car. 36. Fely. in Reperto. suo, in uerbo, conductor nō pōt
107 excipere, col. 113. † Quia conductor non soluendo pensionem, uel rem non restituēdo, dicitur locatorem spoliare, siue iudicialiter, siue extraiudicialiter hoc faciat, l. colonus, ff. de ui, & ui arma. l. conductores. C. loca. Bald. in l. cum nemo, nume. 4. C. de acquir. possess. Alex. consil. 90. nu. 2. uol. 5. cōsi. 33. uiso. nu. 2. uol. 6. Craue. cōs. 107. lib. 1. Socin. iun. cōs. 25. nu. 14. & 15. uol. 2. Hiero. Gigas de pensio. q. 47. nu. 1. Plot. in l. si quādo, nu. 193 & nu. 504. uers. colonus colēs ad partem, C. unde vi, Rota Bononi. decis. 27 Rui. cons. 165. nu. 4. uol. 5. Ioan. de Amic. consil. 123. Decis. consil. 57. nu. 6. Iul. Clar. in §. emphiteusis. quæstio. 25. uers. quæro an emphi
108 teuta; † & spoliatus ante omnia est restituendus una cum fructibus & interesse, l. si quis ad se fundum. C ad leg. Iuli. de ui. Odofred. in l. cōductores. C. de loca. & cōdu. car. 278. Crau. cōs. 140. uol. 1. Rol. cōs. 6. uol. 2. Alex. ī l. naturaliter. §. nihil cōe. ff. de acqui. pos. Hippo. singula. xj. regula, & singula. 199.
109 ī iure expressum. † Nec pōt cōductor aut possidēs noīe alieno refricare qōnē dñij. l. si q̄s cōductionis, C. loca. & ibi Odof. & Doct. Fel. ī c. inter dilectos, de fi. instr. nu. 20. & in repertorio, ī uerbo cōductor pōt, Plot. ī d. l. si quādo, d. nu. 504. & numer. sequen. Ioan. de Amic. d. consil. 123. Iac. Machel. d. patroci. 13. ubi latè, & distinctè. Crot. consil. 212. numero 16. uol. primo, & Barto. sing. 168.
110 conductor, & ibi addentes. † maxime instāte dicto locatore super possessorio prius cognosci debere, & non cumulari petitorium cum possessorio, & ita semper in quolibet actu protestante instanter, & instantissimè, ut pro cautela ad regulam possessorii tradit Ang. Areti. in §. quadruplici. sub numero 3. uersi. nec tali agenti, Insti. de actio. sequitur Boeri. decisio. 238. Alexand. consilio 85. uolum. quinto, Riminald. iuni. consilio 69. numero 26. & sequen. uolu. 1. Simon de Prætis consilio 144. numero 44. Crauet. consilio 299. uolum. secundo, Dec. consilio 84. numero secundo, Paris. consil. 113. numero 4. & sequen. uolu. primo, consilio 53. numero 107. uol. 3. Roland. consilio primo, numero 26. uol. primo, Bero. cōsilio 64. numero 5. uol. 3. latè Anto. de Mathe. Roma. tit. de causa possess. recuperā. sub numero 18. uersic. secunda conclusio, ubi dicit communem Odofred. in dicta l. si quis conductionis. C. de loca. & condu. car. 278. & Cumia, in ritibus Siciliæ, cap. 40. numero 161. amplia. 16. numero 220. car. 265. sentit Menoch. de recuperā. posses. remed. 1. q. 15. nume. 161. & sequen. car. 25. Marian. Anguss. consilio 156. num.
111 8. uol. 1. † nam tali casu etiam probationes, & capitula respicientes etiam incidenter petitorium, admitti non possunt, nec debent, Afflict. decisio. 7. Actor agit, Rota Bononi. decisio. 53. incerta, & ita fuit OBSERVATVM * & practicatum per Bargenses Florentiæ de anno 1562. in iudicio possessorio uertente inter Dominos Lucēses, & Bargenses subditos Serenissimi Magni Ducis Etruriæ super monte Gragni, quem hodie possident Bargenses, & uide Boeri. decisio. 239. sub numero 4. uersi. tamen iudex debet, Crau. consilio 302. numero 5. libro secundo, & Bursat. consilio 129. numero 30. 31. & sequen. uolum. secundo,
112 ubi latè. † Et hoc procedit etiam, quòd conductor diceret se dictam rem locatam emisse a uero domino, ut per glos. in d. l. si quis fundum, §. fi. & ibi Bar. ff. loca. Iacob. Machel. d. patroci. 13. numero 14. uide Ias. consilio 158. uol. secundo, ratio colligitur per Craue. de indemnita. mulier. nu. 10. & seq. car. 240. aut diceret alium esse uerum

dominum, & non ipsum locatorem, Paul. de Castro in l.cum seruum,C.de ser.fugiti. Soc.in l.rem,quæ nobis,q.4.& q.9.col.pen. uersi.confirmatur,ff.de acq.pos. Iaco.Machel.d.patroci.13. numero 7. Rui.consilio 158.nu.23.uol.1.

113 Cautela tamen est, † qꝫ iste conductor faciat se constituere procuratorem ab aliquo asserto domino,& tanquam procurator,& nomine illius domini Tertij opponat rem restitui non debere locatori, sed sibi dicto nomine,seu dicto Tertio uti uero domino & patrono rei locatæ, quod dominium in continenti obtulit se paratum ostẽdere in pręsenti iudicio, ita Ant.de But. in c.sæpe.de restitu.spolia.Maranta,Specu. aureo, in quarta parte, distinct.6.numero 39.car.63. Menochi.de recupe.pos.remed. primo,q.32.numero 326. car.37.Misingeri.centur.2.obserua.1.Guido Pap.singula. 276.spoliatus,latè Ioseph. Ludouic. Rota Luca.decisio.26.uide Bar.consilio 61.in á cusis,uolu.primo,Iacob.Machel.d.patroc. 13.numero quinto, & sequen. & numero 13.Ias.consilio 158.columna secunda, uersi.præterea,& tertio, uol.secundo,faciunt quæ dixi in tracta. de usufru. numero 198. car.687.Octauian.Pedamontá. decisio.62.

114 numero 12. † Quod facere & excipere potest conductor dicto procuratorio nomine,cum possit repræsentare plures personas,ut per Ari.Pinel.in l.1.in 3.par.numero 73.& sequen.C.de bon.mater car.493. Menoch.de recuperan.possess.remed.11.numero 23.car.105. & uide Ioan. de Amic. d.consilio 123.& Plot.d.l.si quando,numero 193.504.& sequen.C. unde ui. quæ omnia tu iuuenis nota , & manda memoriæ, quia sunt utilia,& practicabilia , & facient tibi honorem .

Et ne mireris, benigne Lector, quod tã prolixè sim loquutus de istis conductoribus & liuellarijs in præcedenti decisione 43.& in ista præsenti decisione, quia materia est quotidiana & practicabilis & sæpissime in curiis ecclesiasticis contenditur inter fictabiles,liuellarios,conductores,& locatores,ac Rectores ecclesiarum,& ideo solum fragmenta collegi ad maiorem Doctorum , & Iudicum iuuenum declarationem,& præcipuè patriæ meæ Fiuizani,ubi sæpissimè ueniunt Iudices iuniores , qui sunt ut PVLCINI* in stuppa,quamuis in alijs meis scriptis in studio reconditis tractatum fecerim de locato , & conducto, suis loco,& tempore fortasse edendo.

Circa uerò boues aratorios, bestiamina,& supellectilia empta per Dominũ Ludouicum Arendatarium a dicto Rectore Canonichino,dicebatur omnino fuisse,& esse dicti Ludouici , & dictum nouum Rectorem non potuisse, nec posse eos , & ea

115 petere, ex pluribus, † & primò, quia in dubio bona potius præsumuntur allodialia,quàm ecclesiastica,& feudalia , Abb. & Docto. in c.nimis, de iureiuran. latè Deci. consilio 468.numero 6.consilio 588.num. 12. Paul.de Castro consilio 179. columna prima, uolum. primo, & Roland. consilio secundo,numero 11.& sequen. uolu.3. ubi dicit , contrarium dicenti incumbit onus probandi,& Ioan.Galli. in consilio secundo,numero 20.& sequen.car.68. libro primo feudalium diuersorum . Secundò,quia a communiter contingentibus, quando eriguntur loca pia,& beneficia, & dotãtur, solum de bonis immobilibus dotantur, & non de bobus,& animalibus,& massaritijs: sed præsbiteri quando obtinent beneficia, prouident de bobus,animalibus,& massa-

116 ritijs , ut omnibus notum est, † & ualet argumentum a solitis,& communiter,contingentibus,Syl.nuptia.libro primo,numero 210.& 231.in fi.& uidemus in morte omnium prælatorum,& Summi Pontificis nõ remanere dicto beneficio nisi bona immo

117 bilia,& quæ auferri non possunt. † ergo si eos ibi posuit de suo patrimonio sunt sui ipsius,& transeunt ad eius hæredes,& successores,Abbas in c.si quis,extra,de pecul. cleri.car.109. Roma.consilio 159. numero 4.& col.fi.in fi.Rota Perusi. decisio. 33. in

118 prima par. Tertiò, † quia licèt boues aratorij sint instrumenta prædij,ut dicit Bald. & Ang.in l.item si fundi,§.seminarios, ff. de fun.instru. Bald.in l.2. C. de uerborum signifi.& ibi Cepol.Anch.Regiens.q.79.libro 3.tamen non sequitur qꝫ sint eiusdem naturæ,cuius est fundus,& quòd non pos-

119 sint separari a fundo, † quia uidemus qꝫ uendito fundo, non dicuntur ueniditi boues aratorii,animalia,nec instrumenta fundi,ueluti distincta,& separata a fundo, ita dicit Practi.Papi.in for.lib.in causa uendi-

tio.

tio.in glo.fructibus, sub nume.3. uersic. & ex his patet. Fabia. de Monte in tracta.de emptio.& uenditio.nu.68.car.188.Rolan. consi.54.num.33.& seq.uolu.3. Ancha.Regiens.d.q.79.num.2. car.210. Nam nõ sunt adiuncti sacris, nec spiritualitati, Guliel. Rodoan.de reb.ecclesi.non alienan. sub.de fructi.ecclesiasti.alien.nu.1.& seq.& num. 15.car.56.& nu.4.car.237.

Quartò, quia quando prælatus habet bona patrimonialia, & alia bona ecclesiastica, seu feudalia, ultra illa, de quibus liti-
120 gatur, †tũ. bona petita per nouum Rectorem non præsumuntur acquisita à plato prædefuncto ex bonis illius beneficii, de quo agitur, sed de aliis bonis propriis, & aliunde quæsitis, adnotata latè per Alfon.Mendoza. in tracta. de incompatibili. benefi.c.19.num.42.& seq.car.54.in prima par.Guliel.Rodoan.de reb.eccle.non alie. car.332.numero 7.& seq.Bero.consi.7.nume.2.3.uolu.2.quia præsumitur prius fructus illius ecclesiæ consumpsisse pro alimẽtis condecentibus iuxta gradum & dignitatem eius personæ quàm proprios, ut dicit Durant.de arte testan.tit.de his, qui nõ hab.testam.factio. caute.3. sub numero 6. in fi.Bal.in consi.315.num.4.uolu.2.Tobi. Noni.consi.59.nu.4.5.car.118.Alex.consi. 116.uiso chirographo, nu.2.& nu.4. uol.7. Corne.consi.88.lit.Q.& R.uol.2. Alphon. d.c.19.numero 22.seq.Marti.Nauarra, de redditi. ecclesi. q.1. numero 92. car.123.nisi ultra alimenta fructus remanerent, quia pro rata præsumeretur acquisiuisse, Abb. c.3.nume.3. de pecul.clerico. Pulchrè Roma.consi. 159.super eo, numero 4.car.105. Bero.consi.7.nu.2.3.uol.2. car.37. Ancha. Regiens.q.10.lib.2.faciunt tradita per Sarmenta.in tract.de redditi.eccle.in 3.par. c. 5. sub nu.6. uersi. in bonis autem, car.169. Marti.Nauarra in eodem tract.q.1. in corolario 24.nu.78.79.car.98. ubi etiam declarant, quomodo ista alimenta debent cõsiderari. Secus si non haberet alia bona, quia tunc de bonis illius beneficii præsumeretur acquisiuisse, ut dicit Iul.Clar.§.testam.q.27.uer.sed quid dicendum, car.14. uide Abb.d.c.3.nu.3.car.109. Roma.d.consi.159. nu.4. 5. in casu autem nostro apparet, quòd iste presbiter Canonichinus habebat bona a principio patrimonialia. & quamplures pecunias fuisse sibi datas a fratre in diuisione & etiam habere alia beneficia, & canonicatum, & hoc beneficium non fuisse habile ad alimentandum Rectorem cum seruiente, ergo de istis bonis suis dicta supellectilia, & animalia aratoria emisse, omnino est dicendum, nisi contrarium probetur, Abb.in d.c.3.nu.3.Rom.d. consi. 159.nu.4.& 5.Bero.d.consi.7.num.3.
121 uol.2.†Et tãto magis in casu isto, ubi D. Ludouicus tertius possessor, & non ecclesia, reperitur in possessione istorum bonorum petitorum, quo fit quòd ecclesia, & nouus Rector debet probare bona ista puenisse ex fructibus d.beneficii, et ꝙ clericus uenditor non haberet alia bona, ita limitat hanc pulchram conclusionem Corne.concl.314.sub lit.G.uol.3.Rom.d.consi.159.num.4.Alex.d.consi.116 nu.4. uersi. accedunt notata, uol.7. Bertachi. in tracta. de Episcopo, in 4.par.4.libri, q.3.nume.6. uersic. sed onus probandi res esse ecclesię, car.90. ubi dicit notandum, & Roland. in consi.90.numero 10.& 11.uol.2.& in consil.54.nume.2.uol.3.& latè sequitur Tobi. Noni.consi.59.nume.2. & Crot.consi.363. numero 28.uolum.3. quam limitationem ignorauit, aut ignorare uoluit Rota Peru-
122 si. decisio.33. nu. 20. in prima par. †& dato quod fuissent a principio empta de pecuniis, & fructibus dicti beneficii, & deberent esse dictę ecclesię, glo.in c.hęc huius, 12.q.2.Ias.consi.75.columna 2.3.uolu. 3.& latè tradidit Rota Peerusi.d. decis.33. Abb.in c.inquirendum, & c.fi.de pecul.clerico.car.109.latè Francis.Sarmenta.de redditib.ecclesi.par.3.cap.2.car.116. & tetigi in meo tracta.de tutore, numer.252.car.239. in prima par.& Rota in decisio.41. numero 2.& seq.in antiq.car.432. quę declarat, & uide Marti.Nauar.in tract.de spolio cle-
123 rico.§.6.numero 2.car.37. †Tamen alienatione sequuta ecclesia non habet repetitionem ex duabus causis. Prima est, quia sunt animalia, quę seruando seruari non possunt, & durant usque ad annos decem ordinarie, Crauet.consilio 145.numero 8. Tiber.Decia. consilio 8.uolu.3.& sic licuit dicto Rectori ea animalia uendere, & alia subrogare ad eius beneplacitum ita quòd, & emptio & uenditio a principio fuit ualida, etiam sine aliqua Episcopi licentia, & de

creto,

creto, ut dicit Bertachi. tracta. de Episco. 4. par. q. 34. uersi. redeundo, glo. ult. in c. 1. de cleri. ægrot. in 6. gl. in l. ait prætor, in fi. ff. de iure delibe. ubi traditur pro regula, quòd minor, & clericus, ac administrator quilibet potest, & tenetur uendere, & alienare fructus, & bona, quæ seruando seruari nõ possunt, ut est uinum, frumentum, oleum, pecuniæ, uestes, animalia, & mobilia, quę tempore & casu corrumpuntur, l. fi. §. fi. C. de administra. tuto. l. lex, quę tutores, C. de administra. tut. gl. in c. Abbatibus, 12. q. 2. & habetur in c. 1. ne sede uacan. Alex. consil. 49. num. 6. uol. 1. consi. 37. nu. 3. uol. 4. & Rimi. iun. consi. 236. num. 6. uol. 3. & faciunt, quę dixi in meo tracta. de tuto. & cura. numero 125. & seq. car. 119. & de usufru. muli. reli. nume. 82. car. 425. & sub nu. 142. car. 590. Ferand. Vasq. lib. 1. de testam. poten. §. 10. num. 78. uers. uerum quo ad, car. 148. & uersi. nunc uidendum, Bero. consi. 135. nume. 9. & seq. uol. 1. Alex. consi. 49. nume. 6.

124 uol. 1. † & quando alienatio est permissa, emptor nõ potest molestari, licèt clericus uenditor non posuerit in utilitatem ecclesię pretium, quia emptor non habet hoc quęrere, adnotata pulchrè per Dec. consil. 330. conclusio. nu. 3. Crot. consi. 41. nume. 5. & 6. uol. 1. & dixi in meo tract. de tutore, num. 173. car. 176. Federic. de Senis consil. 119. Nulli. Hiero. Gabrie. consil. 71. Guliel. Rodoan. de reb. eccl. non alienan. car. 326. numero 9. & Beneuenu. Strac. in tracta. de adiecto, in 3. par. nume. 107. & seq. car. 224.

125 Secunda est, † quia clericus est dominus fructuum, & redditus beneficij, & potest illos alienare, uendere, & obligare ad eius libitum in eius præiudicium, eius uita durãte, & non ultra, Bertachi. in d. tracta. de episco. 4. par. lib. 4. nume. 3. seq. gl. in c. alienationis, 12. q. 2. in uerbo, prębenda, & Card. in clem. 1. de reb. eccle. non alienan. & in c. fi. de pecul. cleri. Abb. in c. cęterum, num. 4. de don. & Rota decis. 41. alias 856. in antiq. car. 432. ubi dicit maximè procedere in p̃lato non habente administrationem, sentit Hiero. Gigas consi. 27. nume. 10. car. 29. Ias. in consi. 75. col. 3. uol. 3. car. 89. uersi. nã de fructibus, & ita obseruatur de consue-

126 tudine, ut omnibus notum est, † & ideo attendi debet, ut per Fulg. consil. 53. quoniam, col. 2. & sentit Soci. iuni. consi. 25. nu. 12. 13. uol. 2. car. 27. Prob. in addi. ad Ioan. Monach. in c. pręsenti, de offi. ord. car. 163. licet Fran. Sarmenta. in tract. de redditib. eccle. in secunda par. c. 4. car. 90. & in tertia par. c. 1. 2. & 3. car. 114. teneat contra.

127 Et † quòd isti boues aratorij, animalia, & mobilia iam reperta in domo, & p̃dio ecclesiastico, & feudali nõ dicantur ecclesiastica, & feudalia, consuluit Bal. in consi. 222. casus talis, nume. 3. consi. 132. nu. 1. uol. 3. per tex. in l. fundi, ff. de uerborum signifi. & sequitur Roland. d. consi. 54. nume. 31. & seq. uol. 3. facit dictum Guliel. Rodo. de reb. eccle. non alienan. car. 56. nume. 1. & seq. & num. 15. & car. 237. nu. 4.

128 Si † uerò esset probatum fuisse empta ex fructibus beneficii, & sic Ecclesiæ, pii loci, aut minoris, bene dicerentur esse ecclesiæ, pii loci, & minoris, & possent uendicari contra quemcunque possessorem, ut dixi supra, numero 108. Rota Perusi. decisio. 33. num. 14. & seq. in 1. par. Guliel. Rodoã. de reb. ecclesi. non alienan. §. nunc autem, numero 15. car. 109. & §. quod autem, num. 8. & 9. car. 293. & Rota decisio. 41. nume. 3. 4. in antiq. car. 433. ubi dicit procedere in beneficio administrationem habente, secus in præbendato, & non habente administrationem alienam, sentit Hiero. Gigas consi. 27. numero 10. car. 29. Ias. consil. 75. colum. 2. uol. 3. car. 89. uersi. nec obstat fundamentum, per tex. & Docto. in c. requisisti, de testam. ubi dicit hanc distinctionem esse communem, & seruari in practica, & de consuetudine, licèt alia fortasse sit magis communis, & non attendenda, per ea, quæ dixi supra, num. 34. & per Syl. nuptia. lib. 6. limita. 1. nu. 64. car. 482. & uide Fran. Sarmenta. de redditib. ecclesi. in 2. par. c. 1. car. 75. & c. 4. car. 90. Martin. Nauarra in tracta. de spol. clerico. §. 1. car. 4. num. 2. & seq. & in tracta. de redditib. benefi. eccles. q. 1. sub num. 7. & 8. car. 12. numero 78. car. 98. & q. 3. numero 5. in 3. corrolario. car. 213.

129 † secus si non ex dictis fructibus, pensionibus, & fictis, sed ex pecuniis receptis ex dictis fructibus, quia non dicuntur immediate illæ pecuniæ prouenire ex bonis ecclesiæ, aut minoris, uel hæreditatis, & ideo non gaudent priuilegio clericorum, & minorum, ut dixi in tract. de tutore, car. 240. & nouissimè sequitur Fran. Mantica in tracta.

cta. de coniectu.ultima.uolunta. lib.7. tit. 8.num.19.car.155. Bar.in l.Titium, & Meuium, §.altero, ff.de administra.tuto.Petr. de Vbal.in tract.de duob.fratrib. in 5.par. sub nu.3.col.3.car.39.Rimi.sen.consi.356. nume.21.22.uol.2.& Hier.Gabr.consi.26. nume.10. & 11. car.38. ubi dicunt etiam, quod bona acquisita ex pecuniis hæreditariis, non dicuntur hæreditaria, & dixit Negusan.in tract.de pignorib.2.par.4.memb. in 2.limi.nume.149.uersi.intellige tamen,
130 car.150. † quod pretium redactum ex re pignorata non dicitur pignoratum, nec gaudet eodem priuilegio. facit Tiraquel. de retract.lignagier.§ 32. in glo.unica,nume.10.& seq. uer.sed & illud quæri potest, car.230. Alex.consi.6.ponderatis, numero 3. uol.4. car.6. Vnde re bene intellecta, & discussa, D. LVDOVICVS * reportauit Volaterris sententiam pro se, & iussu amicabilis compositoris dedit quo ad fructus certum quid dicto Reuerendo de Bardinis, de anno 1576. & de anno 1580. ita fuit CONCLVSVM * hic Papiæ in cā Præsbiteri Iulii Capellani Reuerendissimi Episcopi, domini mei, cōtra Magnificum & excellentem Doctorem, Dom. Desertinum, & in alia causa inter Reuerendum, & satis expertum & doctum, Dom. Vincentium Litardum Ianuensem, mei amantissimum, & eius fictabilem clericatus Mortariæ, & ita etiam IVDICARVNT * tot patres Rotæ Auditores, ut supra demōstraui, nume.27. quod ualde iniquum, inhumanum, & temerarium esset a tantorum patrum iudiciis deuiare, quæ iudicia in isto casu faciunt consuetudinem ualidam,
131 † etiam quòd esset contraria iuri communi propter æquitatem, quod fieri potest, ut uidemus in consuetudine Martini de dote remanenda filiis mortua matre patre existente absque aliqua distinctione, & formula uerborum, ut dicit Bald.consil.7. uol.4. Capici.decisio.176. nume.15. & seq. Soc.cons.9.prosequendo, col.1.uol.1.Cur. iun.consi.93.nu.6. uol.2. Purpura.consilio
132 306.num.28. uol.1. & † de consuetudine Bulgari circa alimenta solum danda uxori existentibus filiis, quando simpliciter est relicta usufructuaria omnium bonorum a marito, & de reliquo tenetur reddere rationem administrationis, de qua late dixi in meo tract.de usufru.mulie.reli. nu.17. & seq.car.333.in 1.par.& per Cassane. in consuetudi.Burgund. tit. de Droit. rub.4. §.6.nu.2.car.153.faciunt, quæ dixi in trac. de tutore, num.202.car.193.in 1.par.Neuizan.consi.3.nu.3.& seq.Bero. consilio 33. uolumine 2.

DE CONTRACTIBVS.

DECISIO XVI.

ARG.

Emphiteusis concessa sine solemnitatibus, & necessitate, aut euidenti utilitate, non ualet ipso iure, & redijt ad ecclesiam una cum fructibus a die occupationis non obstante præscriptione, & multa de materia.

Ecclesia si est læsa in contractu Emphiteutico habet beneficium restitutionis in integrum; & quadriennium non currit, nisi post mortem illius Rectoris, qui fecit contractum, & a die scientiæ.

Mandatum non præsumitur etiam spatio mille annorum, & maximè quando non interuenit solutio ex parte procuratoris, & quando contractus continet non uerosimilia.

SVMMARIVM.

1 *Contractus emphiteuticarius factus cum decreto iudicis, & cognitione causæ, ualet, licèt de causa necessitatis, uel de euidenti utilitate non constet.*

Declara, ut nu.51.

2 *Decretum iudicis in emphiteusi interpositum cum cognitione causæ facit præsumi interuenisse causam necessitatis, uel euidentis utilitatis, nu.78.*

Declara, ut nu. 52.

3 *Emphiteusis perpetua concessa pro iusto canone, ualet etiam quod in sexta parte esset læsio.*

Declara, ut nu.53.

4 *Emphiteusis concessa in bonis spinosis, sterilib. incul-*

incultis, & parum fructuosis sine necessitate, & solemnitatibus, valet & transit ad extraneos, nec potest rescindi, si fuit meliorata.
Declara, ut nume. 54. 55.
Beneficium cum administratione dicitur habere, qui habet beneficium curatum. num. 4. in fi.
5 *Possessio Ecclesiæ continuatur in successorem sine apprahensione, quia prælatus non possidet, sed ecclesia.*
Ecclesia dicitur possidere, & esse in possessione, & non Rector. nume. 5.
6 *Remedio reintegranda, actione nullitatis, & officio iudicis potest ecclesia, & Rector agere contra contractum in emphiteusim factum sine solemnitatibus, necessitate, aut euidenti utilitate.*
Et quæ debent probari ad obtinendum.
Agens remedio reintegranda, & posessorio recuperandæ, debet duo probare, se quandoque posedisse, et possessionem aduersarij de recenti.
Possessio iunior præsumitur clandestina, & debet relaxari.
7 *Remedium reintegranda non habet locum, quando quis cecidit a possessione suo facto, & culpa sua.*
Declara, ut numer. 8.
9 *Iudex priuans nulliter possessione sua aduersarium tenetur illum reintegrare.*
Possessor si priuatur per iudicem nulliter potest reintegrari, & agere contra possidentem de turbata possessione.
Statutum de turbata possessione habet locum etiã contra illum, qui facto iudicis nulliter priuauit posessorem sua posessione.
10 *Prælatus censetur approbare contractum in emphiteusim nulliter celebratum solum de anno in annum, & non transit in successorem.*
Mandatum non præsumitur interuenisse, quando in instrumento est dimissum spatium in albo.
11 *Mandatum non præsumitur, cum sit quid facti, etiam ex diuturnitate temporis, & potest opponi usque ad annos mille de defectu mandati, non obstante qualitate personarum, enuntiatione, & relatione Notarij in instrumento, & iudicis in sententia parte absente, aliàs secus, & maximè in præiudicium tertij, & numer. 12.*
Emens ab aliquo uti procuratore, semper præsumitur malæfidei posessor, & nunquam præscribit, & non lucratur fructus non docto de mandato, non obstante qualitate personarum numer. 11.
Sententia dicitur ualida, & transit in rem iudicatam, si facit mentionem de citatione, & processu, & non sit appellatum uel prosequuta appellatio, licèt in actis non appareat de citatione numer. 12.
Mandatum, citatio, & processus præsumitur, si in sententia de illis est facta mentio, aut in scriptura in actis producta parte presente, uel ei intimata in iudicio, & non fuerit appellatum, uel deserta appellatio, & sententia faciet transitum in rem iudicatam.
12 *Solemnitas extrinseca, & qualitas mandati ex diuturnitate temporis si præsumeretur, tamen mandatum ipsum non præsumitur, nisi mandatarius aliquid solueret nomine mandantis. & nume. 13.*
Procurator soluens aliquid nomine sui principalis, præsumuntur procurator ex diuturnitate temporis, licèt de mandato non constaret. numer. 12.
13 *Ratificatio non præsumitur in præiudicium tertij, nec quando ipse non est certificatus, & informatus de pactis, & qualitatibus in instrumento appositis, nec quando solemnitates extrinsecæ, & alterius personæ requiruntur. numer. 14.*
15 *Ratificatio requirit omnes solemnitates, quæ interuenire solent in actu ratificato, aliàs non ualet. nume. 24.*
16 *Procurator non debet excedere fines mandati, alias actus non ualet.*
Mandatum potest probari per testes, nisi sit ad exigendum.
Actus factus præter, & contra formam mandati, non ualet.
17 *Mandatum præsumitur in dubio factum quo ad uendendum, & alienandum, ut uendat res minus damnosas, & minus fructiferas, & pauciores sufficientes ad actum gerendum, & secundum naturam contractus, & non contra naturam. nume. 19. 21.*
18 *Locatio facta in fraudem noui Rectoris, & in damnum Ecclesiæ, non ualet. nume. 39. & 45.*
20 *Ecclesia interest, ut pauciores personæ comprehendantur in inuestitura, & sit facta ad modicum tempus. nume. 43.*
21 *Actus præsumitur celebratus secundum modum licitum, & permissum, ubicunque duplici modo interpretari potest.*

Inuestitura

22 Inuestitura facta per procuratorem non constito de mandato domino petente debet rescindi, & annullari cum restitutione fructuum, & expensarum.

23 Mandatum generale ad alienandum, & locandum bona ecclesiastica, non ualet, sed requiritur specifica nominatio bonorum.

25 Confessio debiti, & liuelli recepti facta per minorem etiam clericum sine decreto, non ualet, & præsumitur parentibus facta metu, & facilitate.

26 Confessio clerici non potest ecclesiæ præiudicare quo ad iura sua, sed solum confitenti.

27 Ecclesiastica bona non possunt alienari ultra triennium, secundum Paulinam, quæ præsumitur in uiridi obseruantia.

Ecclesiastica bona ad hoc ut possint alienari, & dari in emphiteusim requirunt plura, & primo requiritur tractatus de per se, secundò cognito causæ cum decreto iudicis, tertiò causa necessaria, aut euidens utilitas, quartò excussio bonorum alienando minus damnosa, & pauciora, numero 28.30.33.34.36.40.41.42.44.45.

29 Consuetudo alienandi bona ecclestica contra canones, non ualet.

30 Notarius asserens in instrumento locationis in emphiteusim, & alienationis interuenisse tractatum, cognitionem causæ, & alia requisita, non probat nu.32.

31 Notarius non facit fidem de eo, de quo tunc non est rogatus.

Fides Notarij, qualiter est rogatus de tali actu & instrumento, non ualet.

35 Instrumentum dicitur probatio probata, & facit rem manifestam inter contrahentes, & nō potest probari contrarium ad fauorem contrahentium nu.54.

Testes deponentes contra instrumentum, & confessionem partis non probant, & 54.

37 Clausula, cui uel quibus dederit, excludit consensum Rectoris, & facit bona quasi allodialia.

38 Alienans bona ecclesiæ, & ea recipiens ad liuellum sine causa & solemnitatibus, sunt excommunicati, donec ea bona non restituantur ecclesiæ, nu.58.

40 Vicarius episcopi non potest interponere decretum in inuestitura emphiteuticaria.

42 Contractus emphyteusis quando ualet in bonis ecclesiasticis, & minoris, uide supra numero 27. & nu.28.55. & 58.

43 Bona ecclesiastica locata in perpetuum, et cum clausula, cui, vel quibus dederit, dicuntur alienata in danuum ecclesiæ.

44 Ecclesia dicitur læsa per contractum liuellarium ex pluribus causis, &

Primo, si locantur bona in perpetuum, & cum clausula, cui, uel quibus dederit, nu.43.

Secundò, si apparet alias terras adesse minus damnosas, & fertiles, nu.44.49.

Tertiò, si maiorem partem bonorum locarunt, num.45.

Quartò, quando apparet bona esse fructifera, & arbores incisas. nu.46.

Quinto, si apparent bona esse maioris quantitatis, & mensuræ, nu.47.

Sextò, si apparet d bona eße tempore locationis, & āte maioris redditus, & ualoris.n.48.

Septimò, si locauit consanguineis, & non esset res solita locari eo modo. nu.49.

48 Valor, & æstimatio bonorum probatur per alia documenta & instrumenta facta de alijs locis vicinis æque bonis.

Instrumenta emptionum probant ualorem bonorum conuiciniorum.

49 Locatio ad liuellum facta consanguineis, præsumitur fraudulenta, si non sunt solita locari eo modo.

50 Restitutio in integrum intentata dicitur per clausulas salutares positas in petitione.

51 Rector, & successor non potest conualidare contractum liuelli nullum ex defectu solemnitatum, uel causæ, aut euidentis vtilitatis, conductore nolente.

Rector Ecclesiæ debet consensum Apostolicum procurare ad hoc, ut ualeat locatio hac conditione facta.

52 Decretum iudicis non transfert onus probandi in aduersariū dicentē solemnia, aut cām ex utilitatem non interuenisse. uide numero 78.

53 Tēpus contractus, & inuestituræ non attēditur in æstimatione bonorum quando est momētaneū, & non successiuū, ut est tēpus caristiæ, pestis, & belli, aliàs secus, nisi damnū emergens sentire locator, & creditor,

Læsio in æstimatione, & ualore bonorum non attenditur tempore belli, pestis, caristiæ, & quando est momentaneum, alias secus, si esset successiuum, uel uenditor, & locator damnum emergens sentiret.

spolij, & possessorij bonorum Ecclesiasticorum, aut clericorum, parte non opponente valet.
Clericus tacitè, nec expressè potest consentire in iudicem secularem. nu. 77.
78 *Papæ commissio & confirmatio delegatorum inducit uehemens præsumptio causæ utilitatis, & necessitatis; ac etiam solemnium omniũ adhibitorum, formæ quæ obseruatæ.*
Declara, ut num. 80. & seq.
Contractus emphiteusis bonorũ ecclesiasticorum ex commissione breuis Apostolici delegatis, & confirmatione sequuta per delegatos, præsumitur solemniter celebratus, & ex causa utilitatis, aut necessitatis. nu. 78.
Declara, ut nume. 80. & sequen.
79 *Iudex nullus inferior potest cognoscere de ualiditate contractus emphiteusis, si Papa illum confirmauit, uel mandauit confirmari, sed solus Papa, uel ab eo delegatus.*
Contractus emphiteuticus confirmatus a Papa, uel ab eo delegatus, non potest infirmari ab alio iudice, quàm a Papa, aut ab eo Delegato.
80 *Delegati a Papa super confirmatione alienationis bonorum ecclesiasticorum, quomodo debent se gerere ad hoc ut confirmatio ualeat uide & nume. 81. & seq.*
81 *Præsumptio non sufficit in conditionalibus, & formam habentibus.*
82 *Clausula, supplentes omnes defectus, &c. quid importat in commissione facta delegatis ad confirmandum alienationes bonorum ecclesiasticorum.*
83 *Rescriptum, quando dici posset subreptitium, aut obreptitium, uide hic remissiuè.*
84 *Pactum, quod emphiteuta non cadat a canone per solutionem non factum intra biennium nisi præcedente interpellatione, ualet, & tenet.*
Emphiteuta non cadit a iure suo si non soluit per biennium stante conuentione, quod non possit expelli si non solueris per biennium non facta prius interpellatione. 84.
85 *Iudex, & delegatus, qui confirmat inuestituram non confirmandam, tenetur ad damna & interesse parti.*
86 *Contractus locationis simplicis & non emphiteusis in dubio præsumitur, & quid si per triginta annos soluerit pensionem, & fictum, uide hic latè, & nume. 87. & 88. & seq.*
Soluens fictum, & pensionem per triginta annos, & ultra, an præsumatur ut simplex colonus, uel ut emphiteuta soluere uide n. 86. & seq.
Solemnitas extrinseca cum instrumento, an præsumatur præcessisse per solutionem canonis, aut fictus triginta annorum. uide nu. 86.
87 *Soluens per decem annos continuos fictum, & pensionem ecclesiæ, præsumitur fictuarius, & potest cogi ad soluendum pro futuro tempore, & numer. 88.*
Ecclesia dicitur esse in possessione exigendi fictus per duas solutiones.
89 *Laicus potest bona sua allodialia facere liuellaria, & feudalia, & ponere sub censu, & liuello perpetuo.*
91 *Censuarius si non soluit per biennium, aut triennium nunquam cadit a iure suo.*
Fictuarius perpetuus si non soluit per biennium, non cadit a iure suo nume. 91.
Fictus perpetuus, qui dicatur. uide hic nu. 91.
92 *Emphiteuta, an teneatur ostendere Rectori ecclesiæ titulum, inuestituram, & bona præcisa, quibus soluitur affictus, aut Rector emphiteutæ, uide hic, & nume. 93. & 94.*
Rector Ecclesiæ, an teneatur ostendere titulum, & inuestituram, aut bona præcisa emphiteutæ, quibus soluitur affictus, si emphiteuta neget esse obligatum soluere uide hic, & nu. 93. & 94.
94 *Libri canonicorum, Rectoris, Episcopatus, monasterij, Communitatis, & loci pij, ac personarum publicarum, an probent bona liuellaria, uide hic, & nu. 95.*
95 *Libri, & scriptura priuata reperta in archiuio publico non probat, nisi inter subditos plenè, sed facit aliqualem præsumptionem persuasiuam.*

DECISIO XVI.

Reuerendus Don Gaspar de Mazzolinis de S. Secundo, de anno 1533. erat Rector beneficij S. Secundi, & minor annis uiginti, & quidam Reuerẽdus D. Ioãnes de Allegris, ut procurator, locauit ad liuellum d. Antonio Mariæ, patri d. Don Gasparis pro se suisq; filijs masculis legitimis, & naturalibus in perpetuum, & cui, uel quibus dederit, bubulcas uigintiquinque & ultra bonorũ dicti beneficij, quæ summa ascẽdit ad tertiam partẽ bonorũ dicti beneficij, de quu mãdato nullibi apparet. Et apparet per instrumentũ, & testes, quòd dicta bona erant laboratiua, & arboratiua, & fructuo-

sa, nec

sa;nec de aliqua causa necessaria, ad faciẽdum dictum liuellum constabat, & quod aderant alia bona minus damnosa, & de anno 1575. decessit D. Reuer. Gaspar, & successit in beneficio Reuer. Lucendus Folianensis, qui uidens, & intelligens d. Antonium Mariam, & Reuer. Gasparem quamplures bubulcas terrarum, vt supra liuellarum alienasse, & uendidisse in graue damnum dicti beneficij, egit contra Dom. Hieronymum, & Antonium Mariam iuniorẽ de Mazzolinis possessores dictorum bonorum, & petijt illas bubulcas decem, seu undecim restitui ecclesiæ, & relaxari una cum fructibus a die occupationis tanquam tentas, & possessas nulliter. Et sine legitima causa omni meliori modo, &c.

Pro parte reorum conuentorum uidebatur dicendum ipsos reos conuentos forẽ absoluendos ab impetitione dicti Reuerendi Don Lucendi Rectoris Sancti Secundi ex causis infrascriptis.

1 Et primò, † quia apparet instrumentum liuelli fuisse factum seruatis de iure seruãdis, & sic cum decreto Reuerendi Vicarij, & cognitione causæ, & æstimatione bonorum, quo casu ualet instrumentum locationis, & liuelli etiam quod de causa necessaria, & euidenti utilitate non appareret, ut dicit glo. in c. sine exceptione, & in c. in summa, 12. q. 2. & communem dicit Soci. consilio 15. col. 7. uersi. tamen communis, uol. 1. Rebuf. in compend. alienan. rer. eccle. nu. 34. car. 99.

2 Secundò, † quia de causa necessaria, aut euidenti utilitate ecclesiæ, præsumitur apparere propter decretum interpositum ab Episcopo, seu ab eius Vicario cum cognitione causæ, ut dicit Alex. consilio 79. circa primum, numero 18. uersi. fortificatur, uolu. 1. Simon de Prætis consilio 109. numero 17. libro primo, car. 205. Octaui. Simonel. tract. de decreto in contract. minor. lib. 3. tit. 7. num. 44. uersi. resultat, car. 113. Gulie. Rodoan. de reb. eccles. nu. 72. seq. car. 126. quia nõ est uerosimile iudicem interposuisse suum decretum in damnum ecclesię, nisi uidisset utilitatem, uel causa necessariam, ut late, & pulchre consulendo tradit Imo. in consi. 98. Corne. consi. 181. uisis nonnullis actis, lit. E. uolu. 2. & maxime hoc asserente Rectore in instrumento, ut late per Menochi. consilio 114. numero 7. uolu. 2.

3 Tertio, † quia apparet hęc bona fuisse data ad liuellum pro iusto canone, cum solũ libras triginta pro bubulca ualerent tempore locationis, & ad rationem quinque pro centenario, prout communiter terrę solent producere, fuit promissa solutio canonis, auth. de non alienan. §. quia uero, Bar. & ibi late Ias. in l. 2. C. de iure emphit. Soc. consi. 103. col. pen. & fi. uol. 4. gl. in authen. perpetua. & ibi Pau. de Cast. C. de sacrosanct. eccles. & Cassane. consil. 11. nu. 4. Menoch. d. consi. 114. nu. . . . uol. 2. & etiam in minori summa. & sic in sexta parte, minus iusti redditus ob fictum perpetuum, & securum, adnotata per Anchara. consi. 122. Bursa. consi. 69. nu. 32. uol. 2. Anch. Regien. q. 52. num. 5. in 2. par. Corne. consilio 181. nu. . . . uol. 2.

4 Quarto, † quia hęc bona erãt spinosa, & sterilia, & paucos fructus producebant, & fuerunt ualde meliorata, & reducta ad culturam, quo fit quòd ualuit talis alienatio, & concessio ad emphiteusim, & nõ potuit, nec potest ullo tempore eis auferri, & trãsit ad extraneos, c. sine exceptione, c. terrulas. 12. q. 2. sentit Bero. consi. 83. uolum. 1. Francis. Becci. consi. 3. nu. 28. & seq. Hip. singu. 550. & 548. Corne. consi. 181. uisis, col. 4. lit. R. uol. 2. uide Rui. consi. 157. uol. 1. & addentes ad Roma. singula. 373. Fundus, & ideo dixit Fely. in consilio 42. Cantor ecclesię, numero 13. ex sententia Bar. in l. fi. C. de omni agro deser. lib. 11. quod utilitas ecclesię non semper est iusta causa reuocandi inuestituras factas eis, qui bona ecclesię meliorauerunt, facit Tiberi. Deci. consi. 14. num. 34. uol. 2. & dixit Soc. in consi. 15. col. 11. uersi. ex quibus omnibus, uol. 1. Quis enim non dignè, ac maxima cum ęquitate, discretione, & iustitia de huiusmodi, ac similibus uexationibus quas tales Religiosi facere non uerentur, uehemẽtissime admirari, atque indignari debeat quamobrem primum, quod a me semper in talibus emanat consilium, est quod a contractibus celebrandis cum predictis clericis quilibet non secus quàm a re pestifera, & pernitiosissima abstineat, & faciunt adducta per Neuizan. consilio 100. numero 12. & per Rotam Perusi. decisio. 34. num.

numero 11.& seq.in 1.par.Rui.consil.157. vol.1.Menoch.late d.consil.114.uol.2.

Ex parte verò Rectoris Ecclesiæ S.Secundi dicebatur bonis fundamentis istos reos conuentos,teneri, & esse obligatos ad dimittendum,& relaxandum bona petita, & possessionem illorum,& ecclesiam fore, & esse reintegrandam unà cum fructibus perceptis a die occupationis citra, pluribus de causis.

Et primò,quia contra istos reos, fuit dictum de nullitate, petita restitutio in integrum, actum remedio reintegranda.3.q.1. per dictum Reuerendum D.Lucendum nomine dictæ ecclesiæ,quod facere potuit, quia successit nomine dignitatis cum admi nistratione in d.beneficio, ut Rector beneficii Sancti Secundi curati,adnotata per Bello.in cons.3.numer.6.& seq. & tetigi supra

5 decisio.44.num.31.† & successio, quæ erat penes Rectorem, seu prælatum nomine ecclesiæ continuatur in eius successorem sine alia corporali apprehensione, quia est ecclesia quæ possidet,Innoc.cap.cum sup, de cau.possess.& proprie.col.2. & ibi Abb. nu-

6 mero 74. Natta,consil.562.uol.3.† & ideo dantur dicto Rectori nomine dictæ ecclesiæ, & minori, supradicta remedia, & c.reintegranda,ut dicit Innoc.& Abb.in d.cap. cum super,& glo.& Doct.in c.2.de rescript. & Bal.in l.fi.nume.3.ad finem.C.de edi.diui Adria.tol.Rota decis.18.mortuo, de restit.spolia.in antiq.Paul.de Cast.consi.391. uol.2.Neuizā.cons.85.nu.13. & seq. Gigas, Tract.de pensio.quæst.47.num.9. Tiraq. in tracta.le mort saysit. in præfatio. in quinta declaratione.dixi in tracta. de tutore & curatore.numero 150.car.146. in prima par. & nouissimè consuluit Francis.Becci.consi. 77.uidebatur primò,lib.1.car. 138. ubi dicit esse communem opinionem,Natta d.consil.562.Socin.consil.18.colum.11.uersi.tertium remedium est, uolum.1.& colum. 10. uersic.posset etiam concipi libellus. Guliel. Rodoan.de reb.eccle.non alien.in §.sed deinde,numero 8.9.car.466.Verg.Boccaci.in const.Egidia. nume. 310.car.199. Roland. consilio 41.numer.35.uolum.3.consil. 72. uolum.4.Ruin.consi.102.num.11.uol.5. & Ferran.Gargia Patroc.75.nume.2. car.350. Et fuerunt probata extrema, & necessaria, uidelicet ecclesiam,& Reuerendum Gasparem uti Rectorem d. beneficij possedisse bona petita, de anno 1530. & post usque ad eius mortem, & de præsenti D. Hieronimum occupare, & possidere, quę possessio iunior, præsumitur clandestina, & debet restitui, & relaxari antiquiori, Affli. decisio.327.Socin.in l.rem, quæ nobis.q.6. & 7. ff.de acq.pos.Dec.consil.56. & consil. 57. & consil.136.in fine,& consil.225.nu.1. & Menoch.de recuper.possess.remedio 15.quæst. 31.nume.383.car.159. Ferrant.Gargia Patroci.75.nume.1.car.350.& per Alex.consi. 71.numero 9.& consi.105.uol.7. etiā quod antiquus possessor possideret sine titulo, & iunior cum titulo.Lap.allega.58.nu.6.& 7. car.232. & allega.64.colum.1.alleg.65.car. 265.Plot.in l.si quando.num.100. uersi.ubi uero.C.unde ui.& num.736 Boeri.decisio. 239.numero 4.5.& 6. uersic. Tamen septimus.Roland.consil.9.nume.29.& 30.uol.3. & Simeon de Perusia, in consil.49.nume.4. & sequen.consi.Crimi.diuerso.auctor.car. 91.uolum.1.Rota Bononi.decisio.73.num. 7.S.Vincenti.Franc.decisio. Neap.158. car. 143.numero 9.ubi dicit primum estremum debere plene probari, & Paul. Granuti.in Teorema.22.car.121.

7 Nec † habet obstare,quod dictum remedium possessorium non habet locum, quando quis sua culpa,& defectu cecidit a possessione, ut puta alienando, permutando,& alteri concedendo, ut dicit Franc. Sarmenta. in tracta.de reditibus benefi.in 1.par.cap.4. sub nume.3.car.60.Menoch. de recuperan. poss.remedio 15.quæstio.14.nume.95. car. 143. ubi infinitos allegat. Sed in casu isto Reuerendus Gaspar Rector d. beneficij dedit in emphiteusim in perpetuum dicta bona patri dicti Hieronimi pro se, & suis filijs, & cui,uel quibus dederit,ut ex instrumento liuelli apparet, & per Ferrant.Gargia d.Patroc.65.nume.2.car.350. ergo &c.

8 Quia † respondetur,prædicta procedere, quando cōcessio ad liuellum fuit ualida, & iusta,& sic pro causis iustis cōcessa,ut innuit Menoch.ubi sup.d.q.14.num.95.sed in casu nostro instrumentum allegatum,& productum, est inualidum,& Ipso iure nullum,ut infra patebit, ergo dictum remedium intentatum competijt,& competit d.Reuerendo Lucendo pro eius ecclesia,& minori,ut per Alexand.consil.1.nume.21.22.uolu.4.consi.

 69.in

69.in causa,nu.9.uol.7. facit quod dixi in trac.de tutore.nu.150.car.146.in 1.par.Neuizan.consi.85.nu.13.& seq.Ferrant.Gargia d.Patroci.75.nu.2.Burs.consi.82.num. 8.& Roland.consilio 41.num.35.uol.3. & consilio 72.uolum.4.& in proposito. Soc. consi.18.col.11.uersi.Tertium remedium est,uol.1.Franc.Becci.consi.77.car.138. &
9 supra dixi, nu.6. † Hinc est, quòd spoliatus a Iudice per immissionem in possessionem ex primo, uel secundo decreto, aut per sententiam nulliter,& contra formam iuris & statutorum debet reintegrari modo quo supra,ut per Soc.in l.iustè possidet col.3.uers.2.conclus.ff.de acq.posses. Menoch.de recuperan.posses.in 8.remed.nu. 8.& seq.car.60.& per totum,ubi declarat. Hippol.in l.1.sub nu.83.& in l.eadem, nu. 21.& 25 ff.de sicar.Fel in c.dilectus,il 1.de rescrip.& in c.ecclesia Sanctæ Mariæ, nu. 25.de constit.Cra.consilio 124.nu.4.Boer. decis.238.sub numero 41.latè Rol. consi.6. per totum,nu.27.50.& seq.uol.2. & Anto. de Fano,de pignorib.in 3.par.2.memb.nu. 20.& seq.uersi.decimo dubitatur,car.204. & uide Petr.Duen.Regula 189. in uerbo, Decretum iudicis,car.96. una cum fructibus, damnis, & expensis. Afflict. decisio. 218.numero 4.& Paris.consilio 100.uolu. 1.nu.33.Fel.d.c.ecclesia S.Mariæ.nu.25. & uide Alex.in l.iuste possidet,col.2. sub nu. 8.uersi.sed si non deficiebat ius,ff. de acq. pos.Simon de Prætis consilio 206.numero 35.& seq.car.431.& Francis.Becc.consi.95. & potest agi etiam contra iudicem Feder. Schench conclusio 72 & 107.Abb.in c.conquerente,in ult.notab.de restit. spoliat. & potest puniri ille,qui ingreditur talem possessionem uirtute statuti punientis turbantem alienas possessiones, ut per Addentes ad Fely. in d. c. ecclesiæ S. M. numero 25. Franc.Viui.commu.opinio. in uerbo,statutum disponens,car.202. sentit Rota Bononi.decis.93. Hippolit. in l. in lege Cornelia.numero 5.uersi.Tu etiam adde,ff.de sica. Roland.d. consilio 6. uolum. 3. & uide Soc.consilio 158 nu. 19.& seq.uolu.2. Pau. de Cast.in l.fi.& ibi Dec.C de edi. diui Adria.tol.& Afflict.in constitu.Regni,in uerbo,circa uiolentiarum,in 4.notab. nu.4 & 5.car.81.Bal.in l ædem,nu.2.C. loca. Capel.Tolosa. decisio. 490. & ibi Apostilla, Crau.consi.124. nu.4.uol.1.

Quòd sit titulus iste locationis, & liuelli nullus,& inualidus ipso iure,primò apparet ex defectu potestatis concedentis, quia uti procurator Reuerendi Gasparis Rectoris d.beneficij præsbiter Ioannes de Allegris dat ad liuellum, & emphiteusim in perpetuum Anto.Mariæ patri d. Reuerendi Gasparis, & non apparet de aliquo mandato,immo apparet ex lectura dicti instrumenti, quòd non aderat mandatum, sed sperabatur fieri, postquam dicitur in instrumento, ut per instrumentum publicum rogatum per D.... & non facit mentionem de rogitu Notarij, neque de anno rogitus, quod non est credendum ignorasse Notarium,& annum,quo fuit constitutus procurator,attento ꝙ statim accepto beneficio fecit dictum instrumentum liuelli animo & intentione approbandi dictum instrumentum per d.Reuerendum Gasparem,quod minime factum fuit per d. Reuerendum Gasparem, quia fortasse nimis ample,& large fecit dictum liuellum non solum eius uita durante, sed etiam in perpetuum,& cum authoritate alienandi, & uendendi in graue damnum ecclesiæ, &
10 † ideo solum eius uita,& patris sui durante hoc tacitè de anno in annum approbare uoluit, & non ultra, & ita censetur, adnotata per Pau.de Castro in consilio 2. uolum.1.Alexand.consilio 28.in fi.uolum. 4.facit tex.in l.item quæritur. § 1.ff. loca. & ibi Bar.& Docto.Guliel.Rodoan.tracta. de reb.eccle.non alienan. quæstione 6.numero 9.car.347.Alexand.consilio 5.sub numero 7.uolum.5 Bursa.consilio 23.numero 17.18.uolum. primo, & Nicola.Mili. in uerbo,prælatus,& supra decisio 44.numero 85.& spaciū dimissum in albo, (ut hic) ostendit mandatum non adesse, & sic instrumentum non perfectum, ut per Ioan. Neuiza.consilio 25.numero 44.Et cum locatio, & emphiteusis dicatur facta per idoneum procuratorem, debet de legitimo
11 mandato constare, † quia cum sit, quod factum non præsumitur ad hoc, ut factum d.nomine ualeat & teneat, ita dicit Bar.in l.3.§. si causa cognita. ff. de bonor. posses.Petr.Gherar. sing.23. & hoc procedit ēt ex antiquitate tēporis per mille annos,ut not.Bal.in l.2. C. si ex falso instru.

tradit Alexand.in l.sciendum,colum.4.ff. de uerbo.obliga.Afflict.decisio.345.numero 7.Bal.l.1.sub numero 1.C.de reb. alien. non alien.Crot.consilio 15.num.19. uolu. 1.Cagnol.in l.uelle, numero 17. & seq. ff. de reg.iur.cur.sen. consilio 49. & ideo dixit Bar.in l.qui fundum,in fi. ff. de usucapio.pro empt.ꝙ qui emit ab aliquo tanquam a procuratore alterius,præsumitur semper malæfidei,nisi apparet de mandato illius,& hoc dicit etiam Cur.iun.consilio 312,num.48.in fi.& numero seq.uolu. 3.Anto.Gabri.lib.2.de procura.conclus.1. num.17.& 18.car.231.ubi limitat.& potest opponi usque ad annos mille de defectu dicti maudati,ut dicit Prosper Paset. consilio 200.num.1.car.183.latè Cagnol. in l. uelle, numero 17.& seq.ff.de reg. iur. car. 37.Cephal consilio 311.nu.11. & consilio 441.nu.72.73.uolum.3. ubi dicit hanc esse crebriorem opinionem, & magis communem dicit Menoch.d.consilio 1. nume.79. lib.1.(licet nulli alij contradixerint, ut est uidere per Viui.commu.opin.uerbo mandatum,car.148.Natta consilio 636. nume. 185.uolum.4.& Io.Stephan. Lambertin. tract.de contractib.eorum, qui sine cer.solemni.§.consensus,nume.63.67.& seq.car. 246.Gozadi.consilio 96.numer.11.& seq. car.138.Crot.consilio 49.num.6.uolum.1. Sebastia.Vanti.de nulli.tit.quib.mod.sent. nulla repara.pos.nu.91.& seq. car.262.& Franc.Niconi.in c.quoniam contra, num. 73.& seq.de probatio.car.89.)Et præcipue in præiuditium tertij,& illius, qui non tenetur seruare factum defuncti, adnotata per Crau.de antiq.tempo.in 2.par. sectio. ex premissis,numero 60.64. car.114. facit Curt.iun.consilio 312.numero 49. & seq. uolum.3.Alexand.consilio 6.numero 6. & 7.uol.4. Plot. consilio 13. numero 20. 22. uolum.1.Nec iuuat dicere habuisse bonam fidem illum,fuisse procuratorem propter qualitatem personarum,iuxta notata per Alex.consi.191.nu.6.uol.6.quia illa bona fides,& iusta credulitas non facit præsumi mandatum,quod non est, sed operatur secundum aliquos usucapionem, & præscriptionem fructuum, ut ibi dicit Alex d.nu. 6.7.Immo neque etiam bonam fidem, & consequutionem fructuum inducit secundum magis communem odinionem,ex doctrina Bar.in d.l.3.§.si causa cognita.ff. de bonor.posses.ita refert,& sequitur Gabri. Roma.commu.opin.lib.2.de procura. conclusio.1.nu.17.22.& Bar.in l.cum uir.ff.de usur.in l.fi. ff. de usucap. pro empto.Alex. cons.35.consideratis his, nu.4. & numero 9.uol.7.& Boer.decisio. 281. nu.12.16. &
12 seq. † & sic apparet quòd ex diuturnitate temporis etiam mille annorum non præsumitur mandatum,etiam quod in instrumento enuntiatiue esset relatum,& Notarius diceret,per me uisum,& lectum,uel a me rogatum sub tali die,Soc.consi.120.cũ in præsenti,colu.1. uolum.1. Dec.consilio 522.col.2.Rolan.cons.15.nu.21.uolum.1. latè Crot.cons.399.n.34.seq.uol.3. Purpura.consi.374.nu.33.uolum.1 Grat.consilio 122.numero 18 uolum.2. Prosper Paset. consilio 12.nu 2.etiam quod iudex hoc in iudicio enuntiaret parte non præsente, secus parte præsente, Alexand.consilio 147. uisis,num.5.& seq. uolum.6. & consilio 6. num.5.6.uol.1.sentit Afflict. decisio.273. numero 3 4.& 5 Alexand.consilio 213.numero 4.uolum.7.Cur.iun.consilio 312.nu. 49.& seq.uol.3.uide Gozadi. consi.96.numero 11. & seq. uel sciente per uiam intimationis,aut productionis in iudicio, & non appellante,nec reclamante,quia tunc transiret in rem iudicatam,& omnia enunciata præsumerentur,sicut præsumitur citatio, & processus enuntiatus in sententia inter litigantes adnotata per Crau. de antiqui.tempo.in 2.par.Sectio.ex præmissis, num.5.& seq.car.104. & pulchrè in consilio 108.nu.2.& seq.lib.1.Roland. consilio 83.nu.14.uol.1. Franc. Becci. consilio 70. numero 7.Alexan.consilio 22.uol.2.Natta consilio 524.num.4.14.& numero 22.uol. 3.& Ripa Responso.1. num.14. tit. de iu. patron.lib.2.Anto.Gab. lib.2. de procura. conclus.1.numero 23.car. 232.adeo quòd non potest probari contrarium, ut ibi dicunt, & Michael.Gras.commu. opin.lib.2. c.23.q.10.Natta consilio 348.uol.2.& Cephal.consi.241.nu.4.& 5.uolu.2. quod fuit consideratum per excel.D.Georgium Ripã Aduocatum in causa Reuerendi Rubini, & Ricalcij de Placentia hoc anno 1581.mẽse Iulij corã me,ubi sentẽtia faciebat mentioné de citatione,& in processu nõ apparebat, & iudicaui SENTENTIAM *

transiisse in iudicatum, & bene fuisse executum, & prædicta procedunt etiam maximè quando successoribus, & alijs hoc esset dãnum allaturum, quia contraria omnia, quod præsumitur mandatum ex diuturnitate temporis, enuntiatiuè, cum persona fide digna, & ratificatione tacita, procedunt inter ipsos contrahentes, non autem quo ad præiudicium tertij, Crot.consi.399. nu.34.uol.3.Cephal.cons.133.nu.126.seq. uol.1.Rota Luca.decis.52.num.32. & noui successoris ex noua inuestitura, ita dicit Menoch.d.cons.1.sub nu.79.in fi.& nume. 80.Cur.iun.cons.312.nu.49.seq. uolum.3. Alex.consilio 6.num.6.& 7.uolumine 4.& facit Alexand consilio 5.num.7.uolu.5.& Cephal. consilio 441. numero 72. & seq. uersi.9.si instrumentum, numero 98.uolu. 3.Plot.consilio 13.nu.20.22.uol.1.& sentit Crot.consilio 19.numero 7.seq. uolum. 1.late Octauia. Pedamonta. decisio. 171. numero 3.& per totum, car. 705. decisio. 173.nu.4.Afflict.d. decisio.173. numero 3. & licet qualitas, & solemnitas mandati extrinseca, secundum aliquos, ex diuturnitate temporis præsumatur, & sic post triginta annos, & non minus, ut dicit Gozad.consilio 73.car.109.Anto.Gab.lib.2.de procura.conclus.1.n.16.car.231.Dec. consi.297. col.2.Crot.consi.384.nu.2.uol.3.Dec.consilio 409.nu.1.& seq.uide Cur. iun. consi. 312.nu.49.uol.3.Bero. cons.32. uol.1.Cephal.cons.316.nu.37.uol.3.Gaspar Caballi.Milleloquio.61.Tamen mandatũ ipsum non præsumitur, quando nihil soluit pro domino in illo actu procurator, ut supra dixi, & tradit Alexand.d.consilio 191. numero 4.uol.6.Crot.d.consilio 384.num.1. & sub nu.2.Anto.Gabr.lib.2. conclusio.1. car.230.& hoc sentit Octauia. Pedamond. decisio. 171. numero 4.& decisio. 173. numero 4.ubi dicit ita fuisse iudicatum, & idem dicit Afflict.d. decisio.273. numero 3.5.Bero.d.consi.32.nu.8.uol.1.Alex.cons. 6.num.5.& seq.uolum.1.Purpura.consilio 374.numero 33. 34. uolum.1. alias secus, si mandatarius solueret, quia non præsumeretur uelle iactare suum, ut notãt Dec. in consilio 36. numero 8. Natta consilio 636.numero 185.uolum.3.Rota Perusi.decisio.110.in 2.par.Franc.Viui.commu.opi. in uerbo, Mandatum, colum. 2. car.148. & Plot.consilio 96.numero 10.uolum.1.Anto.Gabr.lib.2.de procur. conclus.1.num.6. car.231.uide Ceph.cons.441. nu.74.uol.3.

13 † & quamuis ratificatio præsumatur hoc tamen procedit inter ipsos contrahentes, non autem in præiudicium tertij per late tradita per Crot.d.cons.399.nu.34. & seq. uol.3.& supra dixi, nume.11.& per Anto. Gabr.lib.2.de procura.d.conclus.1.num.23. car.232.& etiam non procedit, quando iste, cuius nomine contractus est celebratus non est certus, & informatus de omnibus pactis, & qualitatibus in dicto instrumento appositis, quæ scientia, & informatio non præsumitur. ita dicit Cephal.d.consi. 441.nu.93.seq.uol.3.& consi.316.num.24. seq.ubi alias limitationes adducit, Crau. consi.197.nu.24.car.203.Natta cons.161. nu.3.Pau.de Cast.cons.465.nu.5. uolum.1. Hip.Rimi.consilio 194.numero 101. uolu. 2.& faciunt adducta per Octauia. Pedamonta.decisi.174.nu.3.4.car.711.& idem dicit Baptist.Martianesi.consilio 8.numero 10. uolum.1. Responsorum diuersorũ authorum, car.32.Plot. consi.13.num.22. uol.1.Paris.consilio 100.numero 71. uol. 1.& etiam non procedit, nec ualet dicta ratificatio, nisi eius uita durante, quia in illo instrumento requiruntur solemnitates extrinsecæ, uidelicet tractatus, cognitio causę, & cõsensus episcopi, c.fine exceptione.12.q.2.c.1.& 2.& de reb.eccle.non alie. lib.6.Soc.consilio 29.uolum.1. & consilio

14 54.uolum.4.cum similibus, † sed ubi requiruntur in acta principali solemnitates ratificatio tacita nunquam præsumitur, quia non dependet a solo consensu contrahentium, ut in simili loquitur Alexand. consilio 17.numero 12.uolum.4.Boer.decisio.284.num.14.15.& 16.Afflict.decisio. 365.& Sarmenta.de Redditi.eccle.c.3.par. 1.car.52.& Gallesi.in tract.de obliga.contract. in forma Came. numero 18. car. 197.& Anto.Gomes. de contracti. c.3. numer.17.car.195 sentit Octauia.Pedamon

15 ta.decis.171.nu.6.car.706. † Nec etiam expressa ratificatio ualet sine illismet solemnitatibus, quia eademmet solemnitas requiritur in ratificatione, quę in concessione, & alienatione bonorũ minorum, & ecclesiæ, ut dixi in meo trac.de Tutore, & curatore, nu.170.car.171.Calcan.cõs.57.numero

mero 6.uerſ.tertio, quia Rolan.conſil.90. numero 48.& 49. uol.primo, & conſil.60. numero 52.uol.4. Octaui.Peda.deciſ.165. numero 13.Menoch.conſilio 2. num.297. & conſilio 80.nume.66 libro primo, Plot. conſilio 38.numero 8.9.uol.primo, & Tobi.Noni.conſilio 89.numero 39. lib.1. car. 165.& ideo non potuit ualere, niſi pro tãto tempore, quo uoluit Reuerendus Gaſpar tunc Rector dicti beneficij, & non ultra, quæ eius uoluntas nõ extenditur poſt mortem ſuam, quia mors omnia ſoluit, ut dixit Nico.Mili.in ſuo Repertorio, in uerbo, prælatus.& Burſat.conſilio 23 numero 17.& numero 18.libro primo, ſtau.de Caſt. conſi.2.ſub nu.3.uerſ.aut iſta duo, uolu.1. Immo ex coniecturis clarè apparet mandatum, (dato quòd uere fuiſſet factum,) non potuiſſe, nec põſſe ſtare, ſecundum te-
16 norem inueſtituræ, † & ſic inſtrumentum locationis, & liuelli exceſſiſſe fines mandati, & conſequenter inſtrumentum nullũ, adnotata per tex.in l.his qui, Inſti.de manda.l.qui per colluſionem, ff.de actio.empt. Iaſ.in l.ſi procurator, numero 13.C.de procura.Vanti.de nullita.ex defe.inhabili. numero 74. & ſeq. uerſ. ſecundo principaliter, car.150.& Ceph.conſilio 338.numero 13.uolu.3.ſentit Alex.conſi.6.nu.3.& ſeq. uol.1.adeo quòd ſi mandatum fuiſſet probatum per teſtes, prout probari poteſt, niſi eſſet ad exigendum, & recipiendum, ut per Doct.in l.1. C.de procura. Gaſpar Caballi.Milleloquio.765.in 2.par.car.77.non præſumeretur conceſſum eo modo, quo in dicta inueſtitura apparet per infra dicenda, niſi teſtes expreſsè hoc deponerent.

Quòd autem mandatum non præſumatur factum ſecundum tenorem inſtrumenti locationis, & liuelli apparet. Primò, quia locauit uigintiquinque bubulcas terrarũ de bonis, & commodioribus dicti beneficii, quæ aſcendunt ad tertiam partem bo-
17 norum dicti beneficij, † & non eſt credendum in huiuſmodi mandato hanc licentiã dediſſe, ſed de locando terras minus damnoſas, & ſteriles, ac minus fructiferas, & pauciores.ita dicit Bar.in l.1.num.5.uerſi. ſed quæro, ff.de reb.cor. qui ſub tut. Alex. conſi.103.numero 8.uolu.3.Ripa reſponſo 24.numero 7.car.113.Alex. conſi.154. numero 6.uolu.2.nec eſt credendum uoluiſſe ita extenuare, & diminuere redditus dicti beneficij, ut ipſe non habeat honeſtè uiuere de fructibus dicti beneficij, ut euidenter apparet non habere, ſi dictus liuellus, uel
18 locatio haberet locum, † & ideo non ualet dicta locatio tanquam facta in fraudẽ noui Rectoris, & damnum eccleſiæ, ut egregie conſuluit Crot.in conſilio 414.ſub numero 9. uerſi.tertiò de enormi læſione conſtat, uolu.3.car.198.& infra dicam, nu-
19 mero 45.Secundò, † quia locauit in perpetuum, & cum clauſula, cui, uel quibus dederit, & quibuſcunque hæredibus, & ſit cũ authoritate alienandi, uendendi, & relinquendi d.bona eccleſiaſtica cuilibet perſonæ, etiam extraneæ contra naturam bonorum eccleſiaſticorum, ad inſtar bonorum allodialium ſine cõſenſu directi Domini, adnotata per Roland.de lucr.dot.q.54.numero 20.21.22. & ſeq. Iul.Clar. §.emphiteuſis, q.13.q.14.& q.28. Roland. conſilio 3.numero 61.& ſeq. uolu.1. & pulchrè per Ghylfred.conſilio 56.numero 13.libro 1. reſponſo.diuerſorum, car.123. ſentit Cepha.conſilio 345.numero 23.&24.uolum. 3.& infra numero 37. & non eſt credendum, Rectorem cõſtituiſſe procuratorem ad emphiteuſim faciendam modo prædicto in tam graue damnum eccleſiæ ſine ſpe reuerſionis dictorum bonorum ad eccleſiam, ſed ſolum pro ſe, filijs, & deſcendentibus ſimpliciter, & ſic uſque ad tertiã generationem, per ſupradicta, uel pro tribus annis tantum, ut notabiliter loquitur Guliel.Rodoan. de reb.eccleſ.non aliená. §.extrauagans, numero 3. 4. car.350. Alexand.conſilio 103. numero 8. uolum.ter-
20 tio. † Nam intereſt eccleſiæ, ut pauciores perſonæ comprænhendantur in inueſtitura, & ſit facta ad modicum tempus, ut citius reuertantur bona meliorata ad eccleſiam, Grat.conſilio 132.numero 20.uol.1. Simon de Prætis, conſilio 49. numero 21. conſilio 108.numero 5.car.203. Cephal.d. conſilio 345.numero 24.25.Maria.Anguſſo.conſi.79.nu.67.uol.1.& Rimin.iunio.d. conſilio 233.numero 57.uol.tertio, & in-
21 fra, numero 43. † & ideo actus præſumitur celebratus ſecundum modum licitum, & permiſſum, ubicũque duplici modo interpretari poteſt, ut ſiniſtra ſuſpitio euitetur, l.merito, ff.pro ſoc.Crot. cõſ.41.n.15. uol.1.

uolu.1.sentit Alex. d.consi.103.numero 8. uolum.3.

Et ad huiusmodi instrumenta dēt multum animaduertere bonus iudex, cū tendant ad destructionem bonorum,& introi
22 tus ecclesiæ,† & cum non appareat de mādatis,debet annullare, & rescindere d.instrumentum locationis,& remedium intētatum admittere cum restitutione fructuū & expensarum. adnotata pulchrè per Barba.in consi.40.uol.primo,per totum,& columna 7.& 8.Soc.consilio 29.in fi.& consi.18.col.11.uol.1.& Gramma.decisio.79. numero 4 & seq.& latè Mari.Angusso. consi.17.& consi.32.uolum.primo,sentit Rota Bononi.decisio.38.Quidam emerat,& Roland.consilio 60.numero 47.uol.4.& infra
23 dicam. Et etiam potest esse, † quod tale mandatum sit generale ad alienandum,& locandum quæcunque bona ecclesiastica, quod non ualeret,quia requiritur speciale mandatum ad liuellandum,meliorandum, & locandum talia, & talia bona, ut notat Guliel.Rodoan.de reb.eccles.non alienan. car.129.numero 112.& seq. uersi. & licentia alienandi. & sic apparet ex hoc capite, quòd per mortem dicti Reuerendi Gasparis aperta fuit emphiteusis, & locatio finita, & nouum Rectorem reintegrandum, non obstante, quòd Reuerendus Gaspar de anno 1535.confessus fuerit recepisse canonem pro duobus annis præteritis a dictis iugalibus parentibus uirtute bonorum liuellariorum, quia non dicit per quæ bona receperit canonem,nec aliquam facit mentionem de supradictis instrumentis, unde manifestè colligitur noluisse approbare liuellum,& locationem factam eo modo, quo in dictis instrumentis continetur,uidelicet in perpetuum, & tam pro fœminis, quàm masculis, & cum clausula, cui, uel quibus, sed solum ad eius beneplacitum,
24 † attento quòd eademmet solemnitas requirebatur in ratificatione,quæ requiritur in principali instrumento, & non constat de scientia,& lectura dictorum instrumen
25 torum,ut supra dixi,numero 15. † & cum ipse Reuerendus Gaspar esset minor annorum decem & octo,præsumitur circunuentus sua facilitate, & metu ad faciendū huiusmodi confessionem dictis parentibus & sine decreto non ualuit, ut in proposito loquitur Innocen.in c.2. num. 2. de transactio.per tex.in l.1.ff.de reb.eor.Pau.de Castro consi.452.uolu.1. & pulchrè Octauia.
26 Pedamonta.decisio.177.car.721. † & non potuit talis confessio ecclesiæ præiudicare,sed bene prodesse,& solum confitenti, & eius hæredibus, ut dicit Bald. in l. iubemus,in prin.circa fi.C.de sacrosan.eccles.& in l.1.sub numero 5.C.de fideicommis.Fely.in c.cum Bertoldus, sub num.28. de re iud.Pet. Anch. Regiens.q.52.numero 10. 11. in secunda par. tetigi supra decisio.44. nu.58.car.644.Purp.consi.28.num.4.uolu. primo,Roma.consi.127.Rui.consi.167.nume.23.uol.1.

Præterea dato quòd mandatum appareret cum dictis qualitatibus, tamen instrumentum dictæ perpetuæ locationis fuit,& est ipso iure nullum, & rescindendum ex pluribus capitibus. Et primò,quia fuit factum sine consensu Summi Pontificis,& sic sine signo euidenti, & breui Papale, cum excederet ista locatio summam scutorum quinque;nam pro pensione dictæ locationis soluuntur libræ triginta octo, quæ de anno 1533. faciebant summam scutorum sex, & ultra, & hodie etiam faciunt summam scutorum quinque cum dimidio, & quando liuellus excedit summam scutorū quinque, tunc Papa non dedit licentiam Parmensibus faciendi huiusmodi emphiteusim,liuellos,&locationes sine signo suo euidenti,ut est uidere in priuilegijs,& concessionibus factis Parmensibus, quia adest clausula,dummodò non excedant summā scutorum quinque,ergo excedendo debet fieri secundum constitutionem Pauli Veneti, & Pauli IIII. super rescisione bo-
27 norum ecclesiasticorum, † quam uulgares appellant Paulinam, alias non ualet locatio,& alienatio,ut dicit Alex.consilio 4. uol.3.col.3. uersic. quod autem, & Guliel. Rodoan.de reb.eccles.non alienan.q.22.numero 9.& numero 10.uersi. idem habetur in constitutione,car.459. quæ constitutiones sunt in usu per totam Italiam,& præcipuè illa Pauli IIII. edita de anno 1555. & præsumuntur semper fuisse in uiridi obseruantia,& contrarium dicenti incumbit onus probandi, ut perbellè loquitur Rota Bononi.decisio.13.numero 9.uersi.nec obstat.car.17.Pet.Anch.Regiens.q.52. numero 12.

ro 12.in 2.par.Hierony.de Monte,q.20.numero 3.& seq.car.79.dixi supra, decisi.43.numero 2.4.67.& 71.car.593.

28 Secundò † quia non fuit habitus tractatus inter Rectorem dicti beneficij,& Reuerendum Episcopum ante celebrationem istius instrumenti, ut requiritur, quando ecclesia non est collegiata,aut de per se locat,& recipit pensiones, ut per Gaspar Caballi.Milleloquio.135 in prima parte.car.49.Mandosi.ad Roma. consilio 56.uisa disputatione,& Didac.variar.resolu.libro 2.c.17.col.1.uide supra decisio.43.num.46.in prima par.Nec adhibita fuit cognitio causæ, an esset utile ecclesiæ facere hanc locationem,& cum dictis clausulis, & an aderat causa necessaria, aut euidens utilitas, & an expediebat tot bubulcas terrarum locare,uel pauciores,& an aderant aliæ minus damnosæ, & an Rector poterat honorificè uiuere de præsenti, & in futurum sine cultura dictarum terrarum, quæ omnia debent precedere contractum locationis, uel in instrumento locationis, & liuelli exprimi,& demonstrari, quòd prius fuerat habitus tractatus, & adhibita cognitio causæ, & quòd magis expedierat has terras, quàm alias locare, & sic reddere causam alienationis,& locationis,aliàs instrumentum nō ualuit,nec ualet ipso iure tanquā factum sine canonicis solemnitatibus,c.fine exceptione, 12.q.1. latè Octauia. Pedamonta.decisio.171.nume.8.9.10.car.706.& infra nume.44.45. Mandosi.ad Rom.cōsi. 36. uisa disceptatione, Ferrant. Gargia patroci.75.nume.7.& 8. Ferret.consi.248.uol 2.Didac.uaria.resol.lib.2.c.17. columna prima, Cassane. consuetudi. Burgund. tit.Des Mains Mortes,rub.9.§.9. num. 17. Beltrand.consi.172.col.2.uol.2. Guliel.Rodoan.de reb.eccles.non alienan.nume.9.& seq.car.150.& numero 32.& seq. car.157. Octauia. Simoncel. de decreto in contractib.minor.libro 3.tit.7.numero 47.& seq. car.114.Fely.in c.quoniam contra,columna 21.uersi.limita,seu declara,de proba.& Parisi.consi.12.numero 58.lib.2. Barba.cōsi.40.uol.1. & latè habetur per alios infrà allegandos in aliis nullitatibus, ubi apparebit hanc esse communissimam opinionem,licèt iudices aliquando secundum cōscientiam eorum capitis allegando pro ratione uoluntatem aliter sentiant, ut dicit Cassane.d.§.9.car.310.& ipsi cum contrahentibus remanent excommunicati, & sic in censuris ecclesiasticis, c.2. de reb.eccles. non alienan. in 6. & quando ecclesia non est collegiata, & est simplex Rector, tunc debet adhiberi plena cognitio causæ per Rectorem, & Episcopum, iuxta supradicta, loco tractatus, ut dicit Mandosi. ad Roma.consi.36. & Cassane. ubi supra,nu.17.& Didac.ubi supra,col.1.Neuizan.consilio 85.nu.4. In casu isto non apparet de illo tractatu,nec de cognitione supradictarum, sed solum de relatione æstimationis dictorum bonorum, ergo supradicta militant,etiam quòd consuetudo esset in con-
29 trarium, † quia non ualeret:tanquam cōtra ius canonicum resistens contractui, & quia posset esse præiudicialis Ecclesiæ, ut euenit sæpissimè,& experientia docet, Abbas in c.nulli,col. 2.de reb.eccle. non alienan. & communem refert Rolan. consilio 15.nu.11.& seq.uol.1. Bertran.d.cōs.172.nu.2.uol.2.Hug.Cels. consi.111. num.11.uol.1.& Cassane.d.§.9. nu.29. uers. uideo contra hic ante scripta.car. 311. ubi dicit communem,& idem dicit Ferret. in consi.248.num.29.& 30.uolum.2.per quæ male loquutus fuit Iul.Clar.in §. emphiteusis, q.28.col.12.versi.& si dicas, & colu.pen.in fi. car.92. & nunquam uidi seruari talem consuetudinem, sed secundum iura canonica iudicari saltem per triginta sentētias, & Romæ, & in alijs magnis Curijs in 20.
30 annis mei iudicatus. † Nec ex assertione Notarij facta in fine instrumenti, cum decreto,& cognitione causæ præsumitur supradicta cognitio causæ interuenta,nec dictę relationi est credendum secundum ueram,realem,rationabilem,ac communiorem opinionem, attento maxime q erat impossibile,hæc omnia in eodemmet tempore,& instrumento interuenire, & ideo rectè fuit statutum, quòd isti tractatus, & hæc cognitio causę debeant præcedere instrumentum liuelli, & locationis bonorū minorum,& ecclesiæ saltem per unam,uel binam diem.ita hęc omnia dicit Gramma. decisio.79.num.10. 11.17. Neuizan. consi.85.num.4. Rol.consi.15.nu.11.uol.1.consi.7. num.16.& seq.& nu.63.& seq. uolum.3. Crau.de antiquita.tempo. in 2.par. sect.ex

præ-

præmissis,car.104.num.5.& seq.facit optimum consilium Croti consilio 399.numero 34.& seq.uol.3.Fely.consi.42.Bald.con-
31 si.376.uol.1.& Imo.consi.48. † & relatio Notarii de eo, quod non est rogatus, non facit fidem,Rui.consi.147.numero 12.uolu.1.consi.134.num.3.uol.5.latè Crot.consi.399.numero 35.& seq.uolu.3.facit quod dixi supra decisio.21.numero 37. car.300. & Boeri. decisio. 37. numero 3. sed in isto instrumento retulit præcessisse cognitionē causæ,non autem tractatum, & de his non apparet,ergo non probat,authen.si quis in
32 aliquo,& ibi Docto.C.de eden. † & quòd seruiat de uento hæc relatio,& Notarij assertio,cum sumus in contractu prohibitiuo,& in solemnitatibus,quibus per partes non potest renuntiari,uidetur tex.in l.1.in fi.ff.de minori.l.minorem.C. de præd.minor.Pau.de Castro consilio 38.uol.2.Iaco. Menoc.de arbit.iudic.lib.2.casu 171.num. 24.25.in proposito loquitur Soc. d.consil. 29.col.5.uersi.quinimo etiam si facta, uol. 1.in consi.52.col.2.numero 4.& seq. uol.4. Bald.consi.376.uol.1.Barba. consi.40.col. 3.in fi.numero 18.& seq. uersicu.& si dicatur quod prioratus iste, uol.1. latè Bolog. consilio 33.col.2.uersi.sextò præsuppono, Rolan.consilio 15. numero 11.& seq.uol. 1.Cur.iun.consilio 130.numero 3. uolu.2. Fab.de Monte,tract.de emptio.& uendi. q. 5.prin.numero 113.& seq.car.231.& Octauia.Simon.de contracti.minorum,lib.1. titul.1.numero 103.car.46.& lib.3.tit.7.numero 47. uersi.declaratur modò, car.114. & numero 51. late Octauia. Pedamonta. decisio.171.car.206.Mari.Anguss.cons.79. in 1.q.numero 34.& seq.uol.1.Rimin.iun. consi.233.nu.116.uol.3.& seq.

Tertiò, quia fuit facta dicta locatio, & emphiteusis cum dictis clausulis sine causa necessaria,sed dolosè, & ad destructionē introitus ecclesiæ, quia statim quòd dictū beneficium fuit collocatum Dom. Reuerendo Gaspari minori decem & octo annorum,parentes sui posuerunt miram ad hunc sanguinem Christi, ut dicit Barba.d. consil.40.uol.1.& quia iste clericus minor erat filius,& facilis,finxerunt procuratorē, & liuellum,seu locationem perpetuam fecerunt de dictis bonis sine aliqua causa ne
33 cessaria. † Nam nō apparebat,dictum Rectorem fuisse oppressum ære alienō, nec ecclesiam habere necessitatem ædificandi, restaurandi,& alia necessaria faciendi, ut requiritur,qua causa necessaria cessante, omnis alienatio, & concessio ad longum tempus bonorum ecclesiasticorum est a iure prohibita, ut tradit Guliel.Rodoan. de reb.eccles.non alienan.car.112.& q.22.numero 4.numero 11.12.13.car.459. & And. Bonci.consi.53.numero primo,uolum.primo,responsorum diuersorum, car.118. & ideo de ista causa necessaria debebat clarè apparere,c.sicut,12.q.2.Gramma.decisio. 79.numero 13. Cur.iun. consilio 130. col. 2.numero tertio,uol.secundo,Grat.consilio 95.numero 21.22.uol.primo, Soci.consilio 29.columna prima,uolu.primo, Rota Perusi.decisio.93.in secunda par.pulchrè, Octauia.Pedamonta.d.decisio.171.numero 8.9.car.706.Ferrant.Gargia patroci.75. numero 7.& 8.& ex quibus iuribus, & authoritatibus habetur uera cognitio causarum necessariarum,sentit Mari. Angusso. d.consilio 79.numero 34.& sequen. uolu. primo,& pulchrè Rimin.iun. consilio 233. numero 39.& sequen. uol.3.car.5.

34 Quarto, † quia fuit facta ista locatio sine euidenti utilitate ecclesiæ (cessante causa necessaria.) Nam non apparet quòd ista bona sint sterilia,infructuosa,inūdata ab aquis,zerbiua,sodiua,& siluosa,& sic data ad meliorandum & disboscandum,& reducendum ad culturam, & quod sit maior expensa, quàm redditus, iuxta notata per tex.in c.sine exceptione,c.terrulas, 12.q.2. Grat.d.consilio 95.numero 21.Pau.de Castro consilio secundo, columna secunda, uolu.secundo,& latè per Pet. de super Villa in quadam sua allegatione posita post decisiones Guidonis Papæ,car.66. columna tertia,in fine,& columna quarta, And. Bonci. dicto consilio 53. numero tertio, car.118.& sentit Bero. consilio 83. uolum. primo,Guliel.Rodoan.ubi supra,car.112. numero tertio,& car.123.per totum illud capitulum, sub rubrica de causa utilitatis, Rimi.iun.consilio 233. numero 44. & seq. uolu.tertio. Immo ex lectura dicti instrumenti, & per testes apparet dicta bona petita fuisse laboratiua,fructifera,& arborata, & de bonis terris beneficij & esse commoda, & uicina habitationi dicti Recto-

ris, &

ris,& prędio d.beneficij,& habuisse, ac habere bonum fundum aptum ad producendum quàm plures fructus,& redditus,si diligenter custoditę, & laboratę fuissent, & alia adfuisse bona minus commoda,& minus damnosa,& supposita aquis,quę locari potuissent ad meliorandum pro utilita-
35 te ecclesię, † quod instrumentum inter cõtrahentes, & successores dicitur probatio probata,& facit rem manifestam, Dec.consilio 38.nu.2.consi.423.nu.11. & Alex.consi.62.uolu.7.& non potest probari contrarium ad fauorem contrahentium,ut infra,
36 nu.54. † quibus stantibus apparet non de euidenti utilitate ecclesię, sed de damno, & talis locatio, ac emphiteusis perpetua cum dictis clausulis fuit ipso iure nulla,& uenit rescindenda, & annullanda uti de facto, facta.d.c.sine exceptione.12.q.2. & ibi Rodulph.q.11.Crot.consi.414. numero 1. & seq.uol.3. Barbat.d.consi.40.lib.1.& est optima decisio. Capici.in decisio.105. in cã monasterij,ubi apparet illos patres iudicasse pro monasterio ex eo, quia apparebat ex loci inspectione,bona illa tempore celebrati instrumenti fuisse fructifera, & non sterilia, & non sufficit quòd instrumentũ sit utile ecclesię, sed debet esse euidenter utile, & debet de hac euidenti utilitate apparere,d.c.sine exceptione.ibi, non audeat uendere,nisi vt meliorem prospiciat,& qđ non sit dubium ecclesię profuturum,& ibi Docto.ubi Egidi.in prin.Pręposi.nume.3. & c.1. de reb. eccles. non alienan. in 6.ibi, prę sertim cum euidens necessitas,& utilitas,&c.& Bal.consilio 156.numero 1. uolu.1.& ideo cum bona in perpetuum alienantur,uel locantur, aut dantur in emphiteusim pro eodemmet pretio,quo ęstimata fuerunt,non dicitur apparere de euidenti utilitate, & remanet sub prohibitione alienationis, quia pro eodemmet pretio, quo ualent,non possunt alienari, & locari in perpetuum, nisi ex causa necessitatis seruatis seruandis,d.c.sine exceptione, & d.c.1.& ideo non ualet ipso iure, ut ibi dicunt illi tex. & ibi communiter Docto. & Imo. in c.ad aures,nu.1.de reb.eccl.non alienan. late Nico. Euerard.consil.74.nu.10.& seq. car.231.Deci.in auth.qui rem,nu.21.C.de sac.san.eccle.consi.142.nu.5. Iaco. Menoc. de arbit.iudi.lib.2. centu.2. casus 172. car. 233. & late per Roderic.Soarez. in allegatio 21.in causa ista. Didac.uaria.resolu.lib.2.c.17.Rolan.c.15.numero 16.uol.1. Soci. consi.29.uol.1.Ias.consi.116. mihi uolu.4. Hug.Cels.consi.111. numero 8. & pulchrè nouissime defendit Guliel.Rodoan.de reb. eccles.non alienan.d.rubr.de causa utilitatis, nu.79.& seq. uersi.si uerò considerantur iura antiqua, car.127. ubi ostendit, ꝙ omnes constitutiones,& prouisiones Pontificum antiquę,& modernę de hac euidenti utilitate disponunt, & mentionem faciunt,& Bal.consilio 156. numero primo, uolu.primo, Egid. in d.c. sine exceptione, in prin. uersi. quod non sit dubium, & ibi Præposit.numero 3. At in casu nostro non apparet utile hoc instrumentum, nec de euidenti aliqua utilitate cõstat, immo pars aduersa fatetur quòd non aderat euidens utilitas ecclesiæ alienare dicta bona, quia capitulat,& probare conatur, quod dicta bona ita alienata tempore contractus locationis ualebant solum tantum, quantũ æstimatæ fuerunt, & ab ipsis acceptatæ, quod non sufficit, quia debebant ualere minus, & ipsi ea accipere pro maiori pretio,& canone, uel aliquid donare ecclesiæ pro concessione huiusmodi contractus, ad hoc ut apparere posset de euidenti utilitate,quod totum contrarium factũ fuit, quia ualebant plus,ut testes rei, & actoris probant,& fuerunt acceptatæ pro minori pretio, & apposita clausula, in perpetuũ, & cui,uel quibus, & non fuit de hoc contenta, quod inuestiuit etiam matrem, & consequenter filias fœminas, & descendentes, & extraneos sine spe reuersionis ad ecclesiam pro eodemmet pensione ordinaria, quę ab alijs conductoribus ad modicum tempus soluta fuisset, quo casu de magna euidenti inutilitate apparet, quia hodie affictarentur pro duobus scutis la biolca singulo anno,& non pro solidis triginta, & essent liberè & non sub seruitute
37 constituta, † immo de bonis ecclesiasticis fecerunt eas allodiales patrimoniales, ꝓpter illa uerba, & cui uel quibus dederit, seu quibuscunque hæredibus, quę excludunt consensum rectoris etiam,ut pulchrè declarat Meno.cõs.87.n.90.uol.1. car.297. Rol.cõs.79.nu.20.seq.uol.2.cons.3. n.61.& de lucr.dot. d.q.54. numero 19. 20. 21. 22.

Phanuc

Phanuc.de luc.dot.glo.10.num.56.car. 466. Cur.iunio.consi.130.numer.7.lib. 2. & dixi supra, numero 9. & Hiero.Gabri.consil. 91. nume.5.& 13.Alex.consil.173. in fi. uol. 2. Paris.consil.23.numero 41.lib.1.Dec.consi. 680.colum.1.Cur.iunio.cons.108. num. 17. lib.2. & ideo magna est inutilitas ecclesiæ hæc concessio, & est intolerabilis, damnosa, & iniqua, attento maximè, quòd in d. instrumento non allegant aliquam causam
38 sic liuellandi, † & ideo semper steterunt excommunicati, & sunt, & semper erunt, donec dicta bona ad ecclesiam non reuertantur, d.c.sine exceptione, d. extrauagan. Pauli II. & d.c.1.de reb.eccle.non alien.&
39 † quòd supradicta sint uera, & bonus, ac conscientiatus iudex debeat pro ecclesia sentire in tam damno, & læsione infra demonstranda, legere dignetur Dec.in consi. 142.Cur.iun.consi.130.nu.3.in 2. par. Soc. cons.26.uol.1.Barba.cons.40.uol.1. & alijs in 7. fundamento infra allegandis, sub nu. 42.& Rimin.iun.cons.233.nu.35.& sequen. uol.3.car.4.

40 Quintò, † quia non interuenit authoritas, licentia, & consensus Episcopi, sed Vicarij, qui non habent hanc authoritatem, nisi specialiter sibi ab Episcopo fuerit demandata, de qua nullibi apparet, Bal.in cōs. 475.nu.2.uol.1.& est tex. in d. c. sine exceptione, & d. c.1.c. abbatibus.c. alienatione, 12.q.2.Soc.cons.52.col.2.nu.9.uol.4.Barb. d.cons.40.col.3.nu.3. uersi. secus si non esset exemptus, uol.1. Rim. iun.d. cons.233. quamuis de hoc fundamento uero, & reali & continente defectum iurisdictionis parum curo, quia non placet Vicarijs Episcopi, & ideo potius ad abundantiorem cautelam deduxi, quàm ad obtinendum uirtute istius solius fundamenti, cum tot alia supra deducta, & infra deducenda appareant iuridica, quæ quodlibet fortilitium expugnarent.

41 Sextò, † qa apparet dicta bona fuisse, & esse laboratiua, & fructuosa, & alia adfuisse minus damnosa, & minus commoda, quo casu nullo modo potuit fieri hęc locatio, & ita facta fuit ipso iure nulla, quia fuit facta propter ordinem sacrorum Canonum, ut patet per tex.in c. terrulas, 12. q.2.& auct.si quas ruinas.C.de sac.sanct. Eccle.& quod non ualuit, & sit reuocanda, in fortiori termino fuit uotatum per omnes illos Magnos Patres Magnæ Vicarię Neapolitanæ, ut dicit Capici.in d.decisio. 105.in causa monasterij, qui annullarunt illud instrumentum iam factum ultra annos quinquaginta, quia apparebat ex inspectione loci dicta bona in aliqua parte fuisse fructifera, & sequitur Grammat.decisio.79.ubi latè, & faciunt, quæ dicam in sequenti fundamento.

20 † & quicquid continetur inter confines annotatos præsumitur fuisse, & esse dicitur dictæ Abbatiæ, prout declaratur in ipso laudo etiam si intus esset magnum palatium, ut not. Bald. in Rubrica, C. de cont. empti. uersic. 22. quæro. Paul. de Castro in l. j. ff. de acquir. posses. & in consilio 66. in 2. par. Soci. iun. consilio. 139. uolum. 3. Dec. consilio 528. nume. 2. consilio 508. Brun. cõsilio 34. colum. 2. Bero. quęst. 48. Alexand. consilio 14. nume. 5. colum. fi. uol. 2. Menoch. consilio 13, num. 9. li. j. Hiero. de Monte, de finib. cap. 88. car. 149. & Cagnol. in l. 2. C. de rescind. uendit. quęst. 33. num. 183. & 184. car. 117. ubi dicit non procedere, quando adessent bona alienata a uenditore, aut contrahente non possessa, & supradicta sequitur Socin. in cons. 86. in 3. conclus. & in cõsilio 166. colum. 2. uol. 2. & in d. l. j. & in consil. 127. uolum. 1. Bursa. consilio 41. num. 1. & 5. uolum. 1. & sic per dictum laudum probatur, dicta loca fuisse & esse de bonis dictæ Abbatię Sãcti Bartholomei, etiam respectu Dominij, & possessionis, ut per Paul. de Castro consilio 110. uersic. tertiò ueniunt, in secundo uolum. Dec. consilio 56. colum. 4. uersic. & quod ex instrumento. Afflict. decisio. 324. num. 13. & 14. & latè tradit Abb. in consilio 64. in secundo præsupposito, lib. 1.

21 † & pro sententia, & laudo ipso præsumitur etiam petita reductione, ut habetur per Doct. in l. sciendum. ff. de uerb. oblig. & in c. quoniam contra, de proba. & per Feli. in c. sicut, de re iudi. per Dec. in cõs. 475. nu. 13. & ĩ cõs. 587. ĩ princ. Alciat. de p̃sumptio. regula. 3. p̃sump. 12. n. 20. Nec in casu isto p̃t dici nõ p̃sumi quo ad solemnitatem compromissi, quia de eo apparet,

paret, ac etiam de mandato procuratorum Communis Gropi Sancti Petri, & de eorũ electione in arbitros, & arbitratores, ꝑ ut in ipso instrumento, cum in instrumenro laudi apparet, & certum est, quod pro huiusmodi instrumentis præsumitur, l. cum
22 precibus, C. de probat. † & quę patent per instrumenta, dicuntur probatio probata, vt per Bald. in l. quoties, in fi. C. de iud. in l. intereſt. C. de subiectio, & manifesta dicitur, ut per Bart. & Iaſ. in l. j. ff. de op. no. nuntia. dixi in hac decisione supra nume. 35. & 54. & per Dec. in consil. 56. & in consil. 538. & in consil. 587. & late per Hippolit. in Rubrica de probat. & num. 5. & seq. & latissimè per Franc. Niconi. in d. c. quoniam contra, in uerbo, glos. 3. in uersic. duos uiros, sub nu. 80. vsque ad num. 88. si est in forma probante productum, & exhibitum & non uerbaliter & decreta copia parti petenti cum termino ad opponendum, alias secus. Neuizan. consil. 37. num. 28. Lancel. Conrad. de offi. prætor. Rubri. de instrum. nume. 2. & seq. dixi supra, decisio. 21. num. 40. car. 301. & num. 79. car. 313. ubi tempore dato transacto, non potest quicquam amplius dici, Calcane. consil. 16. nume. 5. Soc. consilio. 134. nume. 4. & seq. uol. 2. Octauia. Pedamonta. decisio. 1. num. 47. & seq. in j. par. car. 16. Bero. quæst. 8. num. 3. Natta consil. 140. colum. 1. uolum. j. & Gomesi. in regu. de Annali. possessio. quæstio. 4. lit. E. car. mihi. 241.

Secundò, quia concurrit ad uerificationem talis laudi, & instrumenti, antiquitas temporis, cũ fuerit factum, & celebratũ de
23 anno 1347. & sic sunt anni 221. † & tempus antiquum dicitur quotiescunque transcendit metã cẽtum annorum, ut per Dec. in l. cum aliquis, ubi Iaſ. C. de iure delib. & tradit Crauet. de antiqui. temp. in sectione. Videamus & plenè habetur per Bald. in authen. quas actiones. C. de Epiſ. & cleric. & in proposito Guido Papæ in decisio. 193. & etiam tradit in consil. 88. & Dec. consil. 638. num. 6. Alexand. conſ. 186. in 2. uolum. & in consil. 9. in 3. uolum. col. ultima. immo tempus immemorabile est minus centum annis hodie, attenta breui vita hominum, & eorum demeritis, nã uidemus pauci attingere annum sexagesimum, ideo tempus antiquum, & immemorabile, hodiernis temporibus diceretur tempus sexaginta & septuaginta annorum, & ita quilibet bonus iudex arbitrari deberet, ut tenuit Soci. cõſ. 89. nu. 7. uolum. 1. Federic. Scot. lib. j. Reſpõ ſo. 3. nu. 30. & 31. uolum. 2. car. 19. Crauet. consilio 108. num. 2. uolum. 1. Rui. consil. 92. nume. 10. uolum. 4. consil. 141. nume. 18. uolum. 5. Menoch. conſ. 2. nu. 309. lib. 1. & Crauet. de Antiqui. tempo. in 2. par. inci pi. Absolutus, nu. 2. & seq. & Ripa. Responſo. 1. num. 9. seq. de iure Patrona. uolum. 2. car. 110. ubi dicit isto casu sufficere tempus quadraginta annorum, Decian. consil. 21. nu. 26. & seq. uolum. j.

Tertiò, quia concurrunt plura instrumenta locationum factarum per Dominos Abbates eorum temporũ, de dictis bonis, nemoribus, & pasturis, ac possessionibus dictę Abbatiæ existentibus intra dictos confines ad formam confinium expressorum in dicto laudo, & talia instrumenta apparent etiam ipsa antiquissima, cum alterum factũ sit de anno 1438. per D. Gregorium tũc tẽporis Abbatem dicti monasterii, & alterũ de anno 1466. & aliud de anno. 1400. per Dominum Angelũ dalla Scala de Anchona, tunc temporis Abbatem dicti Monasterij, & sic excedunt dictam metam centum
24 annorum, † & instrumẽta locationum ita antiqua, etiam ad præiudicium tertij probant dominium, & possessionem plenè, licèt aliàs in præiudicium tertij possidentis (non concurrente antiquitate cum eis) plenam non facerent probationem, ita habetur per Bart. in l. ad probationem, C. loca. & in l. ab re, C. unde vi. & Natta consil. 636. num. 84. & 85. uolum. 3. Crauet. consil. 54. num. 11. Antoni. Gabr. commu. conclusio. lib. 3. de locato. cõclusio. 4. in fi. car. 199. Pariſ. consil. 104. sub num. 80. & seq. volum. 1. Decian. d. conſ. 21. nu. 32. uolum. j. Roderic. Soarez in l. post rem iudicatam, in 2. limita. num. 3. & 4. ff. de re. iudic. car. 588. ubi latè Boeri. decisio. 105. in fine. & decis. 239. nume. 5. Dec. consil. 303. nu. 9. & 10.

Quartò, quia confirmatur per alia in-
25 strumenta, uel scripturas priuatas, † ubi verificantur cõfines annotati, ut supra in dicto laudo, & instrumentis locationum, ut ꝑ Doct. in d. c. cum causam, de probat. & ꝑ Pet. de Vbal. in tract. de duob. fratrib. q. 28. & uult Bal. in consi. 420. in 1. uolu. & Brun.

in consil.34.Bursa. consil.75.num.7.uol. 1. & Decian. consilio 87. num. 4. & seq. uolum. 3. facit pulchrè Alexand. consi. 104. super eo dubio, uolum.7.consil.76.uolum. 2.& infra, num.56.

Quintò, quia aliàs propter occupationem factam per dictam communitatem, & eius homines de dictis bonis fuit mota lis contra dictam Communitatem, & hoĩes ꝑ D. Mathęum Abbatem tunc dictæ Abbatiæ, & causa commissa per sedẽ Apostolicã Domino Hieronimo Archipresbitero Ecclesiæ Sanctę Mariæ de Soleria, & per eum fuit lata sententia suꝑ tali occupatione absolutoria in fauorem dictæ Communitatis & hominum (nescio quo spiritu) à qua sententia fuit appellatum pro parte dicti Domini Matthei, & eius procuratoris, & causa appellationis fuit commissa Reuerendo Patri Domino Pasquino Sancti Fedriani de Luca, & per eum dicta sententia dicti Domini Hieronimi reuocata: Nam dictus Dominus Pasquinus Prior, & Iudex delegatus supradictus declarauit male, & iniustè fuisse IVDICATVM * & sententiatum ꝑ antedictũ D. Hieronimũ Archipresbiterum, & Iudicem delegatum prædictũ, & bene fuisse, & esse appellatum pro parte dicti Domini Matthęi & reformãdo in melius dictam sententiam, declarauit omnia, & singula dicta, & petita in libello dicti Domini Matthæi producto in prima causa coram pręfato Domino Hieronimo delegato prædicta uera fuisse, & esse, & ueritatem fulciri, & condemnauit dictam uniuersitatem, & homines castri Gropi Sancti Petri, & clericos, & laicos dictæ uniuersitatis, & procuratores ad dimittendum, restituendum, & relaxandum bona, & petias terrarum in dicto primo libello dicti Domini Mathæi Abbatis cõtentum cum omnibus, & singulis fructibus per ipsos perceptis, & qui percipi potuerunt ex dictis bonis, & petijs terrarum, & in omnibus, & singulis dãnis, & interesse, passis, & patiendis, victum victori in expensis condemnando, à qua sententia extitit appellatum pro parte dictæ uniuersitatis, & hominum Gropi Sancti Petri, sed ipsa appellatio non fuit prosecuta, adeo quòd remansit deserta, & dicta sententia Reuerendi Domini Pasquini Prioris Iudicis delegati prędicti transiuit in rem iudicatam. & licèt interuentu, & ꝑsuasione amicorum (vt dicitur) factum fuit compromissum in uenerabiles uiros pręsbiterũ Paulum olim Bart. de Spicianis Archipresbiterum Plebis Sancti Petri, & in ꝑsbiterum Lazarum Laurentij de Chrispiano, & ipsi tulerunt quoddam laudum productum pro parte dictæ uniuersitatis, & hominum Gropi Sancti Petri, tamen de aliquo compromisso non apparet, & tale laudum fuit nullum, iniquum, & iniustum, pro ut contra illud fuit oppositum, & uerificatum, ut infra deducam, & sic ex præmissis apparet, intentionem dicti Domini Horatij Abbatis, & comendatarij moderni dictę Abbatiæ fuisse, & esse fundatam, & plenè probatam, & successiuè dictam vniuersitatem & homines Gropi Sãcti Petri, & eorum sindicos, & procuratores condẽnari debere ad petita per d. Dominum Horatium d. noĩe, non obstãtibus exceptis, & quibuscunque deductis, & allegatis per dictam vniuersitatem, & dictos eius sindicos, & procuratores, quæ reuera non obstant in aliquo. & licèt ex prædictis appareat responsio in omnibus prædictis, exceptis deductis, & allegatis, tamen specialiter respondendo.

Primò, non obstat sententia lata per D. Hieronimum, quia illa fuit reuocata per dictum D. Pasquinum Iudicẽ delegatũ Apostolicum, ut supra deductum fuit, & ista attendi debet cum transiuerit in rem iudicatã & nõ appareat de aliquo alio in contrariũ, & maximè cum de tali sententia reuocatoria primę appareat per confessionem ipsorum hominum, & communitatis Gropi Sãcti Petri, in appellatione per eos interposita ab illa iniqua sententia, ut ibi narratur

26 de uerbo ad uerbum, † & producens appellationem, instrumentum, & actum, censetur fateri omnia & singula tam pro se, quam contra se in ipsa appellatione exꝑssa, & contenta, ut per Dec. in l. 2. C. de institu. & substitu. & Alba. consil. 59 nu. 11. Purpura. cõsi. 150. num. 13. 14. uolum. 1. Soc. consil. 91. colum. 2. uolum. 4. Ripa Responso. 8. nu. 2. lib. j. tradit Dec. in consilio 558. sub nume. 7. cum simil. ubi procedit etiam quòd non ualeret, & sibi producenti non prodesset, ut dixi in tracta. de tutore. num. 249. car. 237. Decian. consilio 70. nume. 18. vol.

18.uol.3.Crau.conſ.201.nu.5.& ſeq.uolu. 2.uide Afflict.deciſio.25.nu.5.6. Fel. in c. examinata.nu.3.de iudici. & Roderic.Soarez in allegatio.27.numero 4. Bal. in c. ex epiſtolæ,nu.22.de probatio. & in conſilio 150. uolum.3. Franc. Marc.deciſ.60. in 1. par.ubi quid ſi habet capitula plura ſeparata,& ſit facta proteſtatio.

Secundo,non obſtant,quæ apponuntur ex aduerſo contra producta per D. Horatium, uidelicet ꝙ dictum laudum latum de anno 1347.& inſtrumenta locationum ſint implaſtra Notarij falſarij Ser Baptiſtæ ſimilia fingentis,& fabricãtis falſa, aut de falſo ſuſpecta. Quia reſpondetur, imò uera eſſe inſtrumenta, & ita præſumi ex eorum natura,& qualitate, & non aſſerti Ser Baptiſtę,nec poſſe iſto caſu ſuſpicari, cũ fuerint in bello uſque de anno 1497.& 1502.ut ipſi ſindici,& procuratores,ex productione ipſorum inſtrumentorum productorum,pro eorum parte faſſi ſunt, & fa-
27 tentur, † quia producens inſtrumenta cenſetur fateri omnia,& ſingula in eis contenta,not.Abb.poſt Inno.& alios in c. cum uenerabilis,de excep. cũ ſimi. ut per Dec. ibi,in d.c.cum uenerabilis, & in conſ.558. ſub nu.7.& per Rui.conſi.104.nu.16.lib.3. & dixi ſupra,nu.26. Nam in laudo producto per dictos ſindicos, & procuratores, quod dicitur latum de anno 1506. rogatum(ut aſſeritur)per Ser Ioannem Stradellam,fit mentio de dicta ſententia & laudo 1347.& de dictis inſtrumentis locationum,dum dicitur, uiſis nonnullis inſtrumentis,& ſcripturis a dictis partibus pro-
28 ductis, † & pluralitas inſtrumentorũ non præſumitur.l.omnem, cum glo. in uerbo, comprobatur.C.de teſtam.& per Bal. in l. 2.C.de erro.aduo. cum ſimi. ut per Soc. in conſilio 129.numero 3.uolum.4.& expreſſe de tali laudo 1347 fit expreſſa mentio in ſententia Domini Hieronymi,ut dicitur lata de anno 1502. ſub die prima menſis Iunij,dum ibi dicitur, uiſis iuribus partium hinc inde productis, & maximè quodam antiquo inſtrumento tranſactionis,ſeu arbitramẽti,uidelicet de anno 1347. lato per ſindicos tunc dictæ uniuerſitatis Gropi Sãcti Petri,quæ ſententia dicti D.Hieronimi quantumcunque reuocata, ut ſupra dictũ eſt, probat contra Communitatem Gropi Sancti Petri, cum in præſenti iudicio pro eius parte producta fuerit, & appareat in actis & tali tempore dictus Ser Baptiſta nõ eſſet,ut dicitur in rerum natura,prout nũc dicitur eſſe,prout ſupra dixi,d.numero 26. Nec etiam obſtant, quod non fuerint a publico Notario confecta nec tranſumpta, quia ipſa originalia fuerunt producta, ut apparent in actis,ex quibus copię ſumptæ & traditæ fuerunt partibus, & ſunt adeo antiqua,quod excedunt metam nedũ centum annorum,ſed multo plus,ut ſupra di-
29 xi in prin. † Et propter talem antiquitatẽ temporis,talis ſolemnitas Notariatus præſumitur,per Alex.& Doct.in d.l.ſciendum, & in d.c.quoniam contra, & tradit Dec.in conſ. 42. in 1. quæſito.Crau.in d. tract.de antiq.temp.in dicta ſectione, uideamus.

Nec etiam habet obſtare,ꝙ dictum laudum ſeu arbitramentũ fuerit, & appareat latum per Reuerendum D. Abbatem Petrum tunc temporis dictę Abbatiæ, & Monaſterij Sancti Bartholomei de Linario electum per Monachos in procuratorem. & arbitrum,& arbitratorem pro parte dictæ Abbatię, & monaſterij, & per Ser Riccardum olim Blaſij de Gropulo Caſtellanum & Poteſtatem tunc temporis Gropi Sancti Petri,& Guglielmum q.Cechi de Perrota, electos in procuratores, arbitros & arbitratores, pro parte dictæ Communitatis
30 Gropi Sancti Petri, † qui Abbas,& procuratores non uiderentur potuiſſe eligi, & tale laudum & arbitramentum ferre,ut in cauſa propria uulgatis iuribus, & per ea, quæ dixi ſupra,deciſio.13.nu.22. & deciſi. 40.nu.1.8.& 10. Quia reſpondetur, quantum ad Abbatem hoc non eſſe uerum, cũ Abbas poſſit eſſe arbiter,& arbitrator pro
31 Eccleſia ſua, † ex quo non reperitur prohibitus.l.prætor.ff.de iudi.& id,quod dicitur, quem non poſſe eſſe iudicem in cauſa propria,non procedit in Abbate & prælato,qui poteſt eligi arbiter, & in eum fieri compromiſſum, ut tradit Speculator in tit.de arbit.§.1.uerſi.ſed nunquid. Abbas, & Io.Andr.in c.inſuper,de teſtib. & Abbas in c.cum olim,de præſcrip. & uolunt Hoſtien.& Io.de Butrio in c.cum inter, in 1. colum. de re iudi. ponit Fel. in d.c. cum olim, de præſcriptio.cum alijs adductis per Bertachinum in tract.de compromiſ.in 2. par.ſub

par.sub nu.53.Blanch.de compromiss.in 2. q.prin.nu.2.car.81.Et quia fuit factũ compromissum in eum etiam, ut arbitratorem & licèt quis non possit esse iudex, & arbiter in causa propria, tamen potest esse arbitrator, & amicabilis compositor, ut latè habetur per Soc.in consi.27.col.4. uers. 7.ad fi.Et quantum ad sindicos,& procuratores electos pro parte dictæ Communitatis,respondetur eodem modo, quòd ipsi
32 potuerunt eligi in tales arbitros, & arbitratores,per prædictas rationes, † & quia de uoluntate partium etiam procurator, & aduocatus potest eligi,& esse iudex causę,in qua fuit,uel sit aduocatus, uel procurator,ut per Pau.de Cast.in cons. 441. in 2. par.& habetur in l.solent.ff.de iurisd.omn.
33 iud.& ibi Dec. in l. prætor. ad fi. † Præterea tale laudum,& arbitramentum dicitur quędam transactio, ut habetur per Bar. & Doct.ubi Ias.sub num.8.in authen. si uero contigerit,de iudi.& per Bar. in l. fi. C. de appella.recipien.per Ias.in l. nemo potest, nu.57.in 1.lect.C.de leg.1.in l.cum te transegisse,nu.2.C.de transact. per Rip. in l. ex facto,§.si quis rogatus,il secondo, sub nu. 8.ff.ad Trebel.per Rui.in cons.131.sub nu. 4.in 5.uol.per Gozad.in consi.98.sub num. 19.in fi.per Soc. in consi.85. uersi.3.quia, uol. 1.& Bal.in cons.415.nu.2. in 1.par. & partes transigere,& contractum transactionis facere non prohibentur, toto tit. ff. & C.de transactio.

Tertiò,non obstat assertum laudum latum de anno 1506.& rogatum, ut dicitur p ser Ioãnem Stradellam, sub die 11.Maii, in quo Commune, & homines Gropi Sancti Petri fuerunt condemnati ad emendũ de bonis,& proprijs pecunijs eorum tanta bona immobilia pro dicta Abbatia de Linario,quæ ascendant ad summam,& quantitatem ducatorum 32. ad beneplacitum Domini Matthæi Abbatis,seu commendatarij, infra duos annos proximè futuros, quę debeant consignari dictæ Abbatiæ de Linario,seu Domino Mattheo Abbati, & commendatario suprascripto recipienti,& acceptanti,nomine,& uice dictæ Abbatiæ & quòd dictum Commune, & homines Gropi Sancti Petri in futurum,& semper, & omni tempore possint, & ualeãt in dicto territorio & iurisdictione de Linario facere exequi,gaudere,& usufructuare,locare, dislocare, & possidere,& fructus, & prouentus ex eo percipere, & in eorum commodum conuertere, prout hactenus fecerunt,& soliti sunt facere sine aliqua exceptione, & molestia,uel impedimento alicuius personæ de mundo, & maximè dicti Domini Matthæi Abbatis, & commendatarij, & quòd dictus Dominus Matthæus Abbas, seu commendatarius prædictus possit,& ei liceat semper & omni tempore, super dictis terrenis pascere, & ad pascendum tenere capras,& quascunque Bestias cuiuscunque conditionis sint, spectantes ad dictam Abbatiam,& quæ dictæ Abbatiæ essent & pro usu dictæ Abbatiæ tantũ,& prout in asserto laudo dicitur, & per dictum assertum laudum uideatur facta nouatio,& recessum a dictis transactione,laudo & arbitramento,& a dicta sententia reuocatoria primæ dicti Domini Pasquini iudicis delegati Sancti Fedriani de Luca, in qua declaratum fuit,sententiam Domini Hieronimi fuisse nullam,& malè & iniquè latam, & petita pro parte dictæ Abbatiæ, seu dicti Domini Matthæi commendatarij dictæ Abbatię de Linario uera fuisse,& esse,& condemnati fuerunt dicta Communitas,& eius homines,sindici,& procuratores ad dimittendum,restituendum, & relaxandum bona,& petias terrarum supradictas dicto Domino Matthæo. Quoniam respondetur, ꝙ contra assertum laudũ,quam plura fuerunt opposita.Primo quòd illud fuit,& est nullum,quia sine compromisso,
34 † & laudum sine compromisso latum est nullum,l.non distinguemus.§.de officio.ff. de arbitr. & producenti laudum incumbit onus probandi de compromisso.l.1.& l.ei,
35 qui.ff.de prob.† Nec respectu compromissi præsumitur pro laudo,licet in alijs præsumatur pro eo,ut per Soc.in auth. si quis in aliquo,col.6.uersi.quibus.C.de eden.& tradit Fran.Niconi.in c.quoniam contra, car.89.numero 78.car.155. numero 27.de proba.& habetur per Bal.in margarita super Innocentio,in uerbo, lite mota, in fi. & de compromisso talis laudi nullo modo extitit probatum, unde nullum remanet, & nihil habet operari.l.5.§. condemnatũ,
36 ff.de re iudi. Secundò, † quia fuit oppositum quòd non fuit a persona legitima factum,

ctum, seu rogatum publica, & matriculata, & de Notariatu dicti Ser Ioan. & de eius matricula dicti temporis probatum non extitit, prout probari requiritur, maximè cum sumus de recenti, & in instrumento non excedente metam centum annorum, sed nec quinquaginta quatuor, ut habetur per Doct. in l. sciendum. ff. de uerborum oblig. & per Dec. in dicto consilio 42. & per Crau. in dicto tract. de antiqui. tempo. in dicta sectione, uideamus, & nedum requirebat probari de Notariatu, ex quo non sumus in eo in antiquis, ut dixi supra, nu-
37 mero 29. † sed etiam requirebatur assertum instrumentum laudi probari, fuisse, & esse scriptum manu dicti Ser Ioannis, ut tradit Alexand. consilio 138. in 1. uolu. in consilio 101. in 4. uolum. in consilio 97. numero 3. & in consilio 198. sub numer. 1. & sequentibus, uolum. 7. & tradit Craue. ubi supra, & in consilio 72. numero 1. & in consilio 150. lib. 1. & quia non constat de protocollo, quod fuit petitum exhiberi, & non fuit exhibitum, nec ullo modo reperitur in prothocollis dicti Ser Ioannis, adnotata per Roman. consilio 174. numer. 7. & Vincenti. de Franc. in decisio. Neapo. 194. car. 172.

Tertiò fuit oppositum, quòd ubi constaret etiam de aliquo compromisso, tamen assertum laudum fuisset nullum & inualidum, quia dictus Dominus Matthæus Abbas non poterat compromittere, nec compromissum facere, de tali causa, & rebus, & bonis Ecclesiæ dictæ Abbatiæ, quia iam lis, & quæstio, quæ fuerat interdictum Dominum Matthæum, fuerat sopita, & finita per sententiam dicti Domini Pasquini, quę transiuit in rem iudicatam, quo casu super re iudicata compromissum fieri non pote-
38 rat, † cum res clara, & liquida pro Ecclesia & Abbatia facta esset, ut habetur in l. eleganter, & ibi Alexand. & Ias. ff. de condi. indebi. & per Bar. & Doct. in l. post rem, ff. de transactio. per Alexand. & Ias. in l. si causa cognita. C. de transactio. Roma. consi. 4 o. colum. 2. Grat. cons. 85. uol. 2. per Dec. in l. illam. C. de collat. & maximè stante re iudicata, Sebastia. Vanti. de Nulli. ex defe. process. ac solemni. num. 125. car. 233. & tradit Dec. in consilio 39. contra quem laudum latum non ualet, nisi specialiter, & expresse ei renuntiatum fuisset, ut ibi per Dec. & tradit Petr. Ancha. in consilio 121. ubi quod laudum secundum contra primum non ualet, & est decisio Franc. Marc. 466. in 1. par. & Rota Perusi. decisio. 72. numero 30. in 2. par. & uide quando ualeret, Alexand. cons. 33. numero 12. uol. 1. consilio 84. uolum. 5. Bursa. consilio 114. nu. 12. & seq. uolum. 1. Bero. consilio 147. uolum. 2. Camil. Borrel. de compromis. §. 2. glo. 1. nume. 144. & seq. car. 63. Et quia de rebus Ecclesiæ prælatus uel Abbas nõ potest cõpromittere, quia nõ
39 potest ea alienare, † & prohibitus alienare non potest compromittere, cum per cõpromissum posset sequi alienatio, ut habetur per Abbat. in c. cum tempore, per illum tex. de arbit. sequitur Dec. in consilio 43. & in consilio 29. colum. 2. & in consilio 282. colum. 1. & in consilio 445. & in proposito tradit Lap. allegat. 102. & Ioan. Andr. in d. c. cum tempore; & Cardi. in consi. 95. colum. fi. & consuluit Abbas in consil. 56. & in consilio 62. lib. 1. & Petr. de Anch. in consilio 135. ubi non sumus in antiquis, & Camil. Borrel. de compromis. §. 1. glo. 3. numero 212. & sequen. nec etiam potest transigere, ut per Doct. in locis allegatis, & circa desertum compromissum factum per Reuerendissimos Episcopos Papiæ, & Vigleuani in Reuerendissimum Episcopum Vercellensem, uide Camil. Borrel. in tract. de compromis. in §. 1. glo. 3. numero 214. car.
40 29. † Quòd autem Abbas, uel prælatus nõ possit alienare bona immobilia Ecclesiæ in præiudicium ipsius Ecclesiæ, habetur in l. nulli. ff. de transactio. & in c. 1. & fi. de rebus Eccles. non alien. & in authen. hoc ius porrectum. C. de sacro sanct. Eccles. & tradit latè Andr. Barbat. in consilio 40. in 1. uolum. & in consilio 161. in 3. uolu. & Soc. in consilio 29. colum. 2. & 3. in j. uolumine. Et alienatio facta de bonis Ecclesiæ in casu non permisso, est ipso iure nulla, ut declarat Soc. in d. consilio 29. ubi dicit, quòd etiam talis alienatio est ipso iure nulla, quando facta esset in casu permisso, si facta sit sine debitis solemnitatibus requisitis in tali alienatione, etiam quòd legitima causa adfuisset, ut ibi per eum, ubi dicit communem, & tradit Bertac. in tract. de Episcop. in 4. parte quatuor partis principal s, & apparet supra, hac decisione, nu. 52.

numero 45.51.& ſeq.& per totum,& in caſu noſtro non apparet de aliqua legitima cauſa, nec de aliquibus ſolẽnitatibus,imò in caſu non permiſſo,& prohibito tale laudum fuiſſe,& eſſe latum, cum per illud dicta loca cõceduntur Communitati, & eius hominibus pro modico pretio,ſeu rei modici pretij,& ita reſultat alienatio ipſorum bonorum contra rem iudicatam,& arbitramentum,ac tranſactionem factam ꝑ Abbatem Petrum,& ſindicos,& procuratores dictæ Communitatis,latum de anno 1347.in quibus declaratur ipſa bona fuiſſe, & eſſe dictæ Abbatiæ Sancti Bartholomæi de Linario, ut ſupra dictum fuit, & ita inferius deducetur.

Quartò,non obſtat compoſitio facta de anno 1538.per Ioan.Abbatem,in qua cõuenit cum dicta Communitate, & hominibus, quòd dictum laudum latum de anno 1506.per Præsbiterum Paulum Bartholomæi de Spiciano Archipræsbiterum Plebis Sanctæ Mariæ de Criſpiano,in quo dicta Communitas fuit condemnata ad emẽdum tot bona immobilia pro dicta Abbatia,quæ aſcendunt ad ualutam ducatorum 32.auri, & prout in eo confirmaretur, & pro tali confirmatione dicta Communitas teneretur emere dicta bona pro dictis ducatis 32.& ulterius pro ſumma & quantitate ſcutorum 18.aureorum, cum condẽnatione,lege,& pacto,quòd dicta Communitas,& homines tenerentur, & obligati eſſent per totum menſem Martij proximè tunc futuri eorum ſumptibus,& expenſis, per ſedem Apoſtolicam facere confirmari ſupradictum laudum, & ipſam compenſationem,& tranſactionem,& ut in inſtrumẽto dictæ compenſationis continetur. Quia contra talem compenſationem extitit oppoſitum non potuiſſe fieri, nec ualere, ex eo quia dictus præsbiter Ioannes non potuit ita componere,& tranſigere cauſis, & rationibus,quibus dictum fuit, Dominum Matthæum non potuiſſe compromittere & tranſigere in præiudicium, & damnum dictæ Abbatiæ, prout infra etiam demonſtrabitur. Item,quia dicta compoſitio fuit facta ſub ea conditione,lege,& pacto,ꝙ dicti ſindici,& dicta Communitas per totum menſem Martii tunc proximè futuri omnibus ſuis ſumptibus dictum laudum confirmari faceret per ſedem Apoſtolicam,& ſimiliter dictam compoſitionem,quod factum non fuit in dicto tempore. Nam apparet compoſitionem factam fuiſſe de anno 1538.die 34.menſis Ianuarij,& confirmatio prædicta fuit facta de anno 1539.

41 die 23.Ianuarij. † & ſic poſt lapſum temporis conuenti, & non facto implemento dicta compoſitio ipſo iure fuit reſoluta, & pro non facta ex defectum conditionis & uoluntatis partium a contrario, ut habetur in l.ſi cum patruo,& ibi gl.C.commu.utri.iud.facit Gab.Roma.conſi.186.numero 32.Roland.conſi.69.uol.4. & tetigi infra,deciſio.8.num.5.ſeq.in 2.par. Nec potuit d.Dom.Ioannes Abbas poſtea conſentire in præiudicium Eccleſiæ, & apparet ꝙ fuit in eius damnum, & enormiſſimam læ-

42 ſionem,ut infra demonſtrabitur, † & prælato aſſerenti in inſtrumento alienationẽ tendere in eius euidentem utilitatem,nõ creditur in præiudicium eccleſię,Roland.a Valle conſi.15.nume.19.uolu.1.facit quod dixi ſupra,in hac deciſio. num.30. & 31.

Quintò,non obſtat aſſerta confirmatio ut dicitur facta,ut ſupra de anno 1539.die 23.Ianuarij per Lazarum q. Laurentij de Criſpiano, Archipræsbiterum Sanctæ Mariæ de Criſpiano, & Baptiſtam quondam Baldaſſaris de monte Curto Archipræsbiterum Plebis Sanctæ Mariæ de Soleria aſſertos Commiſſarios ſpecialiter delegatos, ſuper lite,& cauſa & differentia in Romana Curia uertente,& uerſa inter Do.Ioannem Abbatem prædictum & homines, & Communitatem Gropi Sancti Petri, in qua confirmatione dicitur,quòd uiſo quodam laudo alias inter Dominum Matthęũ de Cumano commendatarium dictæ Abbatię,& dictam Communitatem Gropi Sãcti Petri,& homines eiuſdem ſuper litibus, & occaſione dictorum Paſcuorum lato & rogato manu ſer Ioannis Magiſtri Matthęi Medici de Fiuizano,& omnibus in dicto laudo contentis, & uiſo inſtrumento dictę compoſitionis dictum laudum confirmauerunt ſuper dictis litibus inter dictum Dom.Paulum,& Lazarum latum cedere ad utilitatem dictę Abbatię, & ita eum confirmauerunt, & approbauerunt, & ſimiliter inſtrumentum compoſitionis,& accordij, & prout in dicta aſſerta confirmatione dicitur.

dixit. Quia fuit contra eam appositum de aliqua cōmissione non apparere, & dictos Dom. assertos commissarios specialiter, ut dicitur delegatos, non potuisse talem confirmationem facere ex defectu potestatis,
43 & commissionis prędictę, † quę non pręsumitur, & debuit diligenter custodiri, ut posset ostendi, aliter gesta per gerentem se pro delegato, non ualent, cum non sumus in antiquis, ut latè habetur per Doct. & maximè Feli. in c. cum in iure, de officio & potestate iudic. delegati, Guido Papę in decisio. 322. Ange. consi. 188. & Roma. consi. 59. Ferret. consi. 148. nu. 18. & 19. & consi. 249. nume. 16. & seq. aliàs secus propter longinquitatem temporis quinquaginta, & sexaginta annorum, ut per Dec. consilio 152. num. 2 3. & 4. Ferret. d. consi. 249. num. 16. & seq. uolu. 2. Martin. Laud. in consi. 45. num. 3. & seq. Ioseph. Ludo. in Rota Luca. decisio. 52. nume. 22. & seq. in 1. par. dixi infra, decisio. 8. nume. 23. in secunda par. nisi conditionaliter esset inter partes conuentum, ut declaraui supra, hac decisio. numero 81. & infra d. decisio. 8. seu 54. Item quia etiam fuit oppositum, quòd illa fuit facta sub illa lege, conditione, & pactis, de quibus in dicto laudo, & compositione prędicta, & ita intelligitur facta, quia confirmās simpliciter actum, eum confirmari censetur cum omnibus eius conditionibus, & qualitatibus, & laudum fuerat latum cum conditione, quòd dicta Communitas, & eius homines emerent bona pro ducatis 32. & deberent ea consignare dictę Abbatię, & d. Dom. Matthęo, & quòd d. Dominus Matthęus posset semper, & omni tempore, super dictis terris bestias pascere, & quod partes haberent ratificare tale laudū, & ꝙ deberet confirmari per sedem Apostolicam, & nihil factum fuerat, & compositio facta fuit sub conditione, & pactis in ipso laudo contentis, cum ad eum se referat,
44 † & relatio censetur facta cum omnibus eius qualitatibus, ut no. Bar. in l. 1. §. fi. ff. si famil. furt. fecis. dicatur, cum simili. ut latè tradit Francis. Niconi. in repet. c. quoniam contra, car. 15. nume. 6. & seq. de proba. & tradit Dec. in consi. 47. sub nu. 1. sed prędictis, in consi. 11. num. 8. in consi. 437. nume. 3. in consi. 532. in consi. 587. sub nume. 3. & in consi. 647. nume. 2. & nihil de prędictus adimplendis, & obseruandis, fuit adimplē-
45 tum, obseruatum, & executum, † & sufficit in uno etiam minimo defecisse, ut per Andr. Tiraq. de retract. conuen. §. 4. glo. 6. numero 25. & seq. & per Petr. Ancha. in q. 13. sub num. 11. 12. in 1. par. nedum in omnibus (ut in casu isto) & non obseruans sententiam laudum, uel contractum, non potest se ex eo iuuare, nec eius cōmodo gaudere, cum pro non facto habeatur, ut supra dictum est, num. 41. 44. & tetigi supra, hac decisio. num. 30. & tradit Afflict. in consti. pęnam, in 2. not. in 2. q. & in decisio. 396. nume. 10. & tradit Sebastia. Vant. in tracta. de nullita. in rub. quomodo & quando. de nullit. agi possit, num. 19. & seq. & in rubr. qđ, & intra quod, num. 18. & 26. & faciunt dicta supra in hac decisio. numer. 80. & seq. & infra in decisio. 8. nu. 5. & seq. in 2. par. car. 144. ubi declaro. Et ulterius talis confirmatio fuit facta sine causa, & cognitione,
46 † nec Notario creditur enuntianti causę cognitionem interuenisse, nisi appareat, ut per Docto. in l. sciendum, ff. de uerborum oblig. & per Bar. in l. si fortè, in fi. ff. de cast. pecul. & in auth. si quis in aliquo. C. de eden. & tradit Soci. in d. consil. 29. & dixi supra, hac decisio. num. 30. & fuit oppositum de falsitate causę, quod cōtenta in tali laudo, & compositione cederent ad utilitatē
47 dictę Abbatię, † & semper potest de tali falsitate causę opponi, & doceri, & illa reddit sententiam, & quamlibet aliam depositionem nullam, ut per Barto. & Doct. in l. qui Romę. §. duo fratres, ff. de uerborū obl. & in proposito tradit Pauinus, in tracta. de potesta. capituli sede uacan. in 8. q. 2. par. col. 4. ubi dicit, ꝙ confirmatio talis est nulla, docto de falsitate causarum expressarū in ea, & concludit Dom. Anto. & Abb. in c. si causam. de proba. Ludo. Rom. & Alex. in l. si is, ad quem, ff. de acq. hęred. & sequitur Crot. in d. §. duo fratres, sub nu. 11. in uers. amplia etiam procedere in ecclesia, et faciunt supra allegata in hac decisio. numer. 78. & seq. & infra, in decisio. 46. in addi. & in casu nostro clarè apparet de falsitate talis causę, ꝙ dictum laudum cedat in utilitatē ecclesię, cum appareat etiam per trāsactionem factam super finibus de anno 1347. dicta bona fuisse Abbatię, & in eius dominio & possessione remansisse, & etiam apparet per

per sententiam dicti Do. Gasquini delegati
48 transactam in rem iudicatam, † quæ pro ueritate habetur, l. 1. ff. de re iud. & l. res iudicata. ff. de reg. iur. Et etiam ita probatum fuit, & probatur per æstimationem factam in præsenti causa per Magnificum, & Reuerendum Dominum iudicem delegatũ, qui declarauit tempore dicti laudi, & dictæ compositionis, & confirmationis dicta bona fuisse, & esse communis ualoris, & æstimationis scutorum 800. & tamen in dicto laudo dimittuntur dictæ Communitati, & hominibus pro pretio ducatorum 32. & in dicta compositione, & confirmatione pro pretio eodem, & fructus a tempore dicti laudi, usque ad tempus dictæ compositionis & confirmationis pro pretio scutorum 18. & apparet fructus dictorum locorum singulo anno fuisse communis pretij, & ualoris scutorum 25. prout in dicta æstimatione pronunciatum, & declaratum fuit, & talis alienatio fieri non potuit sine solẽnitatibus supradictis tractatus, solemnitatibus, & authoritatibus superioris, & ueritatis causæ, ut per Soc. in d. consi. 29. & aliis supra allegatis, & in decisio. 46. & ibi in additio. vnde Bar. in d. l. nulli. ff. de transactio.
49 dicit, † q͂ prælati ecclesiarum possunt trãsigere sine decreto, ut ipsi retineant possessionem bonorum, super quibus contenditur: vel si ipsi non possideant, ut aduersarius eos faciat possessores: sed si ipsi dimittant possessionem rerum penes aduersarium, tunc non possunt transigere aliquo recepto, nisi interueniente authoritate, & decreto superioris, & idem dicit Barto. esse in minore, ut possit transigere sine decreto, si retinet possessionem bonorum, non si dimittat penes alium, & istud dictũ Bart. tanquam notabile sequitur Abbas in c. cõtingit, de transact. & in dicto consi. 56. & in consi. 62. lib. 1. & sic apparet, q͂ sicut prælatus non potest alienare sine dictis solemnitatibus, & ueritate causæ, ita etiam non potest dimittere bona ecclesiæ sine dictis solemnitatibus, & ueritate causæ, per prædicta. Item dicta confirmatio etiam uidetur nulla, quia constat dictam Communitatẽ, & homines Gropi Sancti Petri fuisse, & esse inuasores, occupatores, & uiolentes possessores, & non constat quòd hoc fuerit expressum Sanctitati Papæ, quo casu etiam omnis commissio, & delegatio facta dictis Dominis Reuerẽdis Archipræsbiteris fuisset subreptitia, & sic nulla, & pariter ipsarum confirmatio, cum de iusta & legitima possessione intelligatur commissio, & confirmatio, uide Gozad. consi. 9. nu. 37. &
50 seq. † & uiolenta possessio nũquam debet manuteneri, quia non pertinet ad uigorẽ iuris, l. communi diuidundo, §. inter prædones, ff. commu. diuid. Bald. in consi. 111. in fi. in 1. lib. & etiam authoritate Principis talis possessio manuteneri non potest, l. authoritate. ubi Bar. & Docto. C. unde ui. glo. in l. 2. C. de fun. & salt. lib. 11. Afflict. decisio. 361. col. 12. uersi. nõ obstat 4. Feli. in c. postulasti, col. antepen. de rescrip. Alexan. consil. 123. col. 15. in 5. lib. & in consi. 1. col. 8. in fin. & consi. 3. col. 2. lib. 5. & in consil. 11. nume. 10. in 6. uol. & in l. fi. & ibi Dec. nume. 7. & in l. fi. C. de edi. Diui Adria. tollen. nu. 35. ubi dicit, quòd iniusta possessio a iudice concessa confirmari non potest, Rom. consi. 158. in 2. dub. & Ias. in l. clam possideri, §. qui ad nundinas in 4. no. ff. de acq. pos. Andr. Barba. in consi. 41. num. 5. in 1. uol. &
51 in consi. 13. uol. 3. † & impetrans possessionem, a superiore, nõ uocatis possessoribus, dicitur impetrare ius iniquum, & talis authoritas nõ excusat eum, sed accusat, Cur. iun. consi. 71. ad fi. dixi in additione decisio 13. nume. 17. car. 184. Bal. consi. 447. in puncto, uol. 3. facit Bello. consi. 18. sub nu. 24. & 25. de tali enim qualitate uiolentiæ debet fieri mentio in precibus, & ex eius defectu
52 impetratio redditur nulla, † cum de similibus qualitatibus reddentibus actum nullũ debeat fieri mentio, & aliter gratia non ualeat, per tradita in c. ex literis, de rescript. & per Gomesi. in reg. de posses. 9. 11. & per Neuiza. in consi. 99. & supra, nume. 49. in fi.
53 † & his casibus, quibus laudum, compositio, & confirmatio apparent nulla, non est opus de restitutione in integrum agi, ut per Soc. in d. cõsi. 29. uol. 1. per Pau. de Castro in consi. 429. in fi. uolu. 1. Et ubi aliqua dici potuissent, tamẽ attenta tam enormissima, & execrabili læsione, competit ecclesiæ restitutio in integrum, & restitui debet aduersus ea, ut est expressum in c. 1. de in integ. restitu. & tradunt Anto. & alij in c. ex literis, de in integ. restitu. & Soc. in d. cõsi. 29. & And. Barb. in consi. supra allegatis.

Nec

Nec habet obstare, ꝙ post quadrienniũ talis restitutio in integrum non uideatur
54 competere etiam Ecclesiæ, † quia respondetur aduertendum esse, tale quadrienniũ non currere nisi a die scientię, & uiuente prælato, qui contraxit, etiam non currit, nec eo mortuo, nisi de scientia successoris appareat, & multo magis si plures fuerint successores, ut in casu isto, cum post mortẽ dicti Domini Matthæi successit Abbas Dominus Petrus Angelus, & post eum successit dictus Dominus Ioannes, & nũc Dominus Horatius, ut latè tradit Fel. in c. 1. col. fi. de præscript. Bologni. conf. 33. colũ. pen. & fi. & Alex. in consi. 81. in fi. in uol. 5.
55 & supra in decisio. nu. 59. & seq. † & in casu isto de scientia alicuius doctum non fuit, & ignorantia præsumitur, nisi de scientia probetur, c. ignorantia, de reg. iur. in 6. Item respondetur, ꝙ non est uerum, ꝙ talis restitutio in integrum non competat Ecclesiæ data enormi, & enormissima læsione, de qua in præsenti casu agitur, & cõstat, ut habetur per Fel. in d. c. 1. per Ias. in cons. 54. in 1. lib. per Soc. in conf. 226. in 2. lib. & per Fran. in c. 1. de restitu. in integ. cũ simi. & dixi supra, hac decis. nu. 44. & seq. nu. 61. & seq. late tradit Didac. in c. 3. lib. 1.
56 uariarum resol. † ubi dicit esse communem opinionem, a qua in consulendo, & iudicando recedi non potest, ut habetur per Bar. in l. 1. C. de pęn. iudic. qui malè iudic. & per Doct. in c. 1. de constitu. & late per Silu Nup. in 5. lib.

Et ita remotis supradictis pro parte dictæ Communitatis, & hominum Gropi Sancti Petri apparet in petitorio, & possessorio dictum D. Horatium d. nomine obtinere debere, ut per Alexand. cons. 76. in 2. uol. & cons. 103. super eo dubio, uolu. 7. ubi ex multis coniecturis, & imperfectis fit unum perfectum, & probatur dominium, & possessio.

Nec dicta Cõmunitas, & homines Gropi Sancti Petri possunt se tueri aliqua pręscriptione, tum quia in dicto laudo, & transactione apparet laudatum, & conuentũ, ꝙ numquã dicta prædia perscribi possint temporum longitudine, & pacto aut statuto potest perscriptio tolli, Cassan. in consi. 11. nu. 47. Petr. de Rauẽ. in tract. de consuetud. numero 45. uersi. consuetudo non derogat legi, Villalob. commu. opinio, in uerbo, consuetudo, nu. 175. car. 81. Bello. cons. 8. nu. 9. Petr. Duena, reg. 144. in uerbo, consuetudo. Rui. consilio 41. num. 50. uolum. 1. cons. 13. nu. 30. uol. 2, ubi declarat. consilio 32. numero 1. uolum. 5. Fran. Marc. decisio. 889. in fi. in 1. par. car. 867. & Roderic. Soarez. consilio 15. nu. 4. car. 163. tum etiam, quia post dictum laudum, & transactionẽ Ecclesia semper dicitur continuasse eius,
57 possessionem, in qua remansit, † & mortuo prælato, seu Abbate non amittit eam, sed illa sine noua apprehensione transit in successorem, ut per Innoc. in c. cum super, & ibi Abbas, colum. 1. de cau. posses. & propriet. & uoluit Spec. de petit. & posses. in uersi. sed numquid uacante Ecclesia, & Rota in decis. 9. aliàs 467. Nota quòd possessor, car. 407. in antiquis, & in decisione 14. alias 4. in nou. & ibi addentes, car. 161. ubi uolunt ꝙ successor in Ecclesia possit agere ad recuperandam possessionem mortuo prælato sine noua alia apprehensione possessionis, quia est in anima uiuentis, & nũquam moritur, & uacat possessio prælatu rę, non autem possessio bonorum Ecclesiæ & late tradit Natta in consilio 562. maxime sub numero 14. uolum. 3. car. 175. Bal. l. 2. nu. 60. & seq. C. de serui. & aqua. Fran. Becci. consilio 77. car. 138. Ferrant. Gargia patroci. 75. nu. 2. & seq. car. 350. dixi supra, decis. 44. nu. 105. car. 659. & hac decisio. 45. nu. 5. & 6. car. 677. & sic Ecclesia eius possessionem semper censetur continuasse usque quo fuit inuasa, & occupata per dictam Communitatem, & eius homines, cuius uigore orta fuit quæstio inter Abbatem Matthæum, & dictam Communitatem, & homines Gropi Sancti Petri, & latę fuerunt dictæ sententiæ dicti Domini Hieronimi, & dicti Domini Pasquini, de anno 1502. & 1506. & posteà latum dictum laudum de dicto anno, in quo, & quibus fit mentio de dicta sententia, & transactione facta de dicto anno, 1347. ex quibus depræhenditur, ꝙ dicta Communitas habuit scientiam, ꝙ dicta loca, & bona, de quibus agitur, fuerãt & erant dictæ Abbatiæ Sãcti Bartholomei,
58 † & talis scientia indicat malam fidem, & malæ fidei possessor ullo tempore non præscribit, c. possessor, de reg. iu. in 6. quod procedit ẽt de iure ciuili, l. oẽs, & l. sicut, C. de

præscrip.

prescrip.30.anno.ut habetur latè per addẽtes ad Dinum in d.c.possessor.& ostendunt esse communem opinionem, & quam etiã communem dicit Feli.in c.fi.de prescr.& Dec.in consi.303.& dixi supra, decisio.27. nume.23.& seq.& num.33.& 34.car.372. & dicit Soc.in consi.187.colum.fi.in 2.par.
59 † quòd donec uiuit aliquis de uniuersitate,qui habet scientiam rei, uniuersitas nõ potest incipere prescribere,& sequitur Rube.in consi.23.sub num.15.& 16.et Capici. decisio.4.numer.15.& 16. Francis.Balb.in tract.de prescr.in 2.par.3.par.prin. q.27.et latè Crauet.in tract.de antiq.tempo. in 4. par.sect.transeo,nume.18.uersi.secus in cõsuetudine, car.134. ubi dicit esse communé.et tanto magis cum appareat,quòd dicta lis orta de anno 1502. cuius occasione ceperũt litigare super dictis bonis, et locis (*la Galberta & mezo dì*) fuit ob inuasionem, & occupationem dictorum bonorum factã per dictam Communitatem,& eius homines,& uiolentias in eis factas per dictos homines, colonis, & laboratoribus dictę Abbatię, quorum colonorum & laboratorũ unum, dicti homines Gropi Sancti Petri occiderunt in expulsione,& uiolentia commissa in expellendo dictos colonos,& labo
60 ratores, † & uiolẽtus possessor numquam prescribit,ut per Crauet.in consi.146. lib. 1.& per Ang.Aret.in §.furtiuę,in prin.Insti.de usucap.& tradit Menoch.de recuper. poss.in 15.remed.sub numero 415.& seq.& est tex.in c.fi.de prescr.&de huiusmodi uiolentiis satis plenè apparet probatum per testes in causa examinatos pro parte dicti Dom.Horatij,& etiam per aliquos examinatos pro parte dictę Communitatis, &
61 hominum dicti Gropi Sancti Petri,†et ẽt stante antiquiori possessione, talis uiolentia,et possessio uiolẽta dictorum Communitatis et hominum presumitur respectu prioris possessionis,cap.licet causam.et ibi Docto.de proba.Alex.consi.71.sub num.9. et consi.105.uol.7.et tradit Aret.in §.quadrupli.Insti.de actio.et Deci.in cons.57. et Andr.Barba.in consi.24.in 4.uol.et Afflic. in decisio.24.num.2.et decisio.363.num.3.
62 †et etiam non fuerunt deducta,nec probata requisita ad probationem prescriptionis,de quibus per Doct.in c.1.et in c. uigilanti,de prescrip.et per Bar.et Franc.Balb. in l.Celsus, ff. de usucap.et quę deduci, et probari debet cum suis qualitatibus, ut per Balb.ibi,in d.tracta.in ult.par. 3.par.

Et ubi posset dici aliqua prescripto decursa(quod nullo modo dici potest)stante dicta enormissima lesione,competeret, et dari deberet restitutio in integrum, prout in tali casu petitum fuit in libello, sed illa non est necessaria stantibus nullitatibus supradictis,et stante mala fide, et aliis supra deductis. Nec propterea quòd dicta bona sint in territorio Cõis Gropi Sancti Petri
63 quicquã facit,†quia iurisdictio,et territoriũ nihil hẽt cõmune cum proprietate, ut per Pau. de Cast. consi.56. in 2. uolum.& Alex.cons.76.col.2.in 2. uol. post Oldrad. consi.176.factum tale est,Bal.in l.a procuratore,C. manda. latè Cur. iun. cons.312. nu.39.& seq.uol.3. & latè per Hippol. Rimi.consi.19.num.44. & seq. & per totum, uol.1.& Bursa.cons.41.nu.1.& 5. uol.1.

Et ita ex his non obstantibus adductis pro parte dictæ communitatis, & hominũ dicti Gropi Sancti Petri, apparet intentionem dicti Domini Horatij pro sua Abbatia firmam remanere,& petita per eum fieri debere in omnibus cum condemnatione expensarum,& sic patet bona Ecclesiastica publica uoce,& fama, instrumentis antiquis,& sententiis,laudis, ac arbitramentis uerificari posse,ac aliis coniecturis.

Et ita finaliter omnibus discussis fuit * IVDICATVM * die 14. mensis Iunij 1569.ex relatione Magnifici ac Excellentis. Domini Scipionis de Benedictis Senarum Ciuitatis, uidelicet ad restitutionem bonorum,de quibus in libello,& fructuum omnium perceptorum, & qui percipi possunt,& in expensis,& postea CONFIR* MATVM * per Nuncium sedis Apostolicæ Florentinum ex relatione Magnifici D.Francisci de Lencionibus, Aduocati Florentini, omni uirtute præditi, meique amantissimi,& iterum CONFIRMA* TVM * per ultimum Iudicem, & hodie Reuerend. Horatius Abbas reperitur in possessione, & sic de anno 1574. & iterum per Dominos Iudices Florentiæ de anno * 1575.die 7.Ianuarii IVDICATVM* nullam competere actionis nullitatem,nec restitutionem in integrum dictæ uniuersitati aduersus has tres sententias conformes,

64 mes, † cum istæ exceptiones fuerint oppositæ in causis principalibus, & reiectis, quo casu hic non poterant amplius reuangari, l. 1. C. si ex fals. instrum. Nec per oppositionem illarum retardari executio. Crau. consi. 202. nume. 39. uersi. secundus casus est, libro 2. Pau. de Cast. consi. 116. uiso compromisso. col. pen. uolu. 1. consil. 30. consi. 112. consi. 257. col. 2. in fi. & consi. 311. colum. fi. uolu. 2. Afflict. decisio. 13. nume. 28. & uide Anch. Regiens. quæst. 29 in 2. par. Ant. Gabri. commu. concl. lib. 2. conclus. 1. car. 158. Abb. consi. 14 nume. 6. Barba. consil. 4. in fi. uol. 3. Rom. consi. 410. ut clarior. num. 3. & 4. Bald. in auth. si qua mulier, nume. 2. C. ad
65 Senatuscon. Velleia. † & idem uidetur dicendum si eadem exceptio non esset opposita in principali causa, sed potuisset opponi, quia non retardat executionem opposita in executione, Iaco. Machel. patroci. 40. num. 6. Bar. in l. 1. C. de iur. & fact. ignorã. & ibi Ias. & Doct. sentit Gramm. decisio. 68. num. 9. Pau. de Cast. consil. 166. nume. 3. in 2. par. Rui. consi. 52. num. 15. consi. 257. uol. 2. Petr. Duena regu. 262. Boeri. decisio. 43.
66 † & etiam, quia requiruntur probationes luce meridiana clariores, & non persuasiuæ & præsumptæ, nec iuramentum in supplementum, quando agitur de retractando sententiam alterius iudicis, Bald. in l. fin. in prin. C. si min. se maior. dixer. Ias. in l. admonendi. num. 282. de iureiuran. & num. 289. in 14. fallen. Soci. in consi. 194. col. pen. uo-
* lu. 2. & ita RELATVM * etiam fuit Florentiæ de anno 1550. ad fauorem Aloisij de Rubeis contra D. Monardum.

Vnum est notatu dignum in relaxatione possessionis bonorum ecclesiasticorum
67 finita locatione per mortẽ prælati, † quando successor non habens administrationẽ, & curam animarũ, nõ uult stare locationi, licet plures acceperit pensiones, & solutiones, & fecerit suas confessiones, ut non tenetur, nec cogi potest, ut dixi supra, in decisio. 44. numero septimo, & numero 85.
292 grauis & ardua, † quia testes omni exceptione maiores requiruntur, Bar. d. l. 1. in 6. oppos. sequitur Feli. ubi supra, per Bald. c. ad nostram, eodem tit. c. insuper, colum-
293 na 3. in 4. fallen. eodem tit. † nam causę ciuiles ardue, & crimina æquiparantur, c. 1.

de

de resti.spolia.lib.6.l.propter litem,§.1.ff. de excusa.tuto.& per Spec.de testib. §.1.co lum.9. uersi.item excipitur, quod est fur. Nell.de testib.c.3.Aufr.de reproba.test. in
294 uer.fur. † & in istis causis grauibus, ubi aliquis defectus in testibus subest, qui eos non omnino integros facit,duo saltem lo co unius requiruntur, Natta consi. 166.nu mero 11. Secundò Io.Angelus de Bassanis fol.133.Zaninus de Canalibus fol.175. Io. Bonzolla fol.220.sunt pauperes, & habēt in bonis ualorem scutorum centum,& Si mō Patella fol 225.Io.Fran.de Bissachinis, f.294.Guliel.Masonus,f.410.Matthęus For lanus,f.411.Io.Pornarolus,f.414. Io.della Costa, f.415. Io.Tralamassa Molinarius,f. 427.Ioan dell'Occa,fol.473. habent in bonis libras ducentum Imperialium, Io.Iacobus de Gallis,fol.508.Genarius de Facinis,fol.542. & alij habent in bonis ualorē
295 librarum centum uel circa, † ideo non sunt omnino integri in causa graui, d.l.3.
296 in prin.ibi,an locuples,uel egens,† & ibi gl.assignat rationem,quia facilius corrum puntur;gl.&Ang.§.si uerò absunt,auth.de
297 hæred.& falc.† ubi non est testis omni ex ceptione maior,qui in bonis tantum non habet quantum sit ualor causę, & aliis cō probat Fel.post Abb.c.si qui testium,de te
298 stib.& † quantum ad fidem adhibendam, nocet paupertas, præsertim tam maxima, & in plebeio ac rustico,Bar.l.illicitas,§.fin.
299 ff.de offic.præsid.† quia diuites & nobilio res honestiores præferuntur egenis & rusticis,d.l.3.cum glo.l.si.ff. de fide instrum. & dicit Bal.c.testium,col.pen uers.secun-
300 dò,dico,† ꝙ magis creditur paucis nobilibus, quàm multis rusticis, & fortius hoc procedit,quando aliquis sua culpa in pau-
301 pertatem incidisset, † quia si in se uitiosus est,magis in alios defectuosus erit,Nat
302 ta cons.394.nu.27. † & quod dictis testibus summa paupertate laborantibus in ma gna causa,ubi agitur de grauissima, quod
303 suspicione corruptionis laborent, † nec ei omnino credatur, Natta per alios consi. 315.nu.7.Tertiò ultra defectum pauperta tis,Io.de Madiis,fol.288. est imperfectus,
304 † ideo non probat,quia nihil actum dici tur, dū superest aliquid agendū, ut in l.cū Syllania.C.de his quib. ut indign. Ioan. de Closijs, fol. 366. Gunifortus de Sachis fol.403.& Dominus M.Antonius Landulfus, fol.477.nihil probant,respectu bonorum Sancti Martiani,Ioan. Stephanus de
305 Agazariis,fol.408. † loquitur de auditu,& in facto nihil concludit,nec in iure so lus auditus in facto,præsertim recenti, & arduo,c.licet ex quadam, ubi Abb.& Do. de testib.Soc.cons.47. colu.3. lib.3. Natta consi.245.nu.1.170.colum.1.cum seq. ubi declarat,quòd nec præsumptionem facit, quæ onus probandi in contrarium transfe rat,& latè Crau.de antiquit.tempo.sect.ui
306 so de fama,num.6.cum seq. † ubi duode cim requiruntur, ut testimonium probet in casu,quo alias admitteretur,quę hic de sunt.Nec pariter aliquid concludunt, Gulielm.Mussonus, fol.410. imò hic in aliquibus est fauorabilis, & Dominus Ioseph Cocilia,folio 472.Tertiò testes aduersario rum deponunt non uerisimilia, quia incre dibile,quod tam modicè ad computum solidorum duorum,& postea solidorum qua tuor in illis annis perciperetur,&bona pro maiori parte essent inculta.Nam aliqui ex testibus affirmant, quòd Domini Puteo Bonelli tenebant institorem, & aliqui famulum cum ancilla,qui pro cibarijs & salario omnia uerisimiliter consumpsisset,
307 † & in probationibus non attenditur ꝙ non est uerisimile, quia imaginem falsitatis habent,c.quia non uerisimile, de præsumpt.Crau.consi.115.num.12.Ideo eis nō creditur,etiam quòd de falso non conuin
308 cantur,Alba.consi.70.numero 3. † & testes Ecclesię debent præferri,quando depo nunt uerisimiliora, Natta cons.166.num. 13.Dec.consi.596.nu.8.& 684.nu.5.Burs. consi.70.nu.28. & ex quibus colligatur ēt uerisimilitudo,Bal.d.l.testium, cum alleg. per Alex.cons.180.nu.14.lib.2.Accedit,ꝙ aliqui ex eis dicunt bona tunc laborari per quatuor iuga bouum, ex qua cultura opus est quod communi iuditio de pluri perciperetur, prout etiam testes Ecclesiæ de maiori perceptione deponunt, & quia communiter cultiuantur perticæ ducentū pro singulo anno uno pari bouum,& solēt culturæ pro dimidio seminari, & recto cal culo omnia erant culta demptis perticis 400.prati, uel circa, in quibus semina non mandantur. Hęc confirmati possunt ex mensura & inuestitura, ex quibus etiam

apparet

apparet quòd bona non erant inculta, & illis est standum contra proprias eorum cō fessiones, etiam si parte absente processissent in causis ecclesiasticis, ut est magis recepta opinio, Feli.c.si cautio; col.5.in 2.fallen.de fide instr. Quartò testes reorum supponunt ꝙ ex bonis esset perceptum in anno 1532.ad computū solidorū quatuor, sed interrogati, quāti, & quales fructus ꝑcepti
309 fuissent, nihil sciunt, † vnde eorum dicta non subsistunt, quia ut Corn.cons.301.nu.
310 11.col.fin.lib.3.inquit, † opus est ꝙ testis deponens de perceptione quantitatis fructuum etiam non interrogatus causam assi
311 gnet. † Ideo debet per sensum corporis exprimere, qūo id intelligat, quod iudicio
312 magis intellectus q̃ sensu dixit: † non.n. testis probat, ubi substantiam eius nō intelligat, de quo deponit, Bar.l.1.col 4.ff.si certum pet.cum alleg.a Nat. consi.473. n.19.
313 † sic ēt testes, qui qualitatem bonorum ignorāt, an illa sint uineata, uel qualitates alias rei, & redditus, non probant, Alex.cō
314 si.54.nu.5.lib.6. † & testis dicens contenta in articulo esse uera, interrogatus non deponens de cā scientiæ, dicitur deponere ut
315 pecus, non ut homo, † & si non est cōcludens ratio, dictum infringit, ut ex Baldo & alijs respondit Alex.consi.150.nu.18 lib 6. & 166.nu.13.eod. Quintò testes reorū ꝑ multa testibus ecclesiæ debent cedere, quę sigillatim recensebo paulopost, diluēdo exceptiones, quæ contra testes ecclesiæ fiunt. Item aliqui ex testibus reorum talis ætatis erant tp̄e alienationis, quod uerum rerum pretium uerisimiliter scire non potuerunt, aut redditus perceptionē, in quibus est opus testibus expertis ac peritis, & in similibus uersatis, ut tradunt omnes l.2.C.de rescin.uend.Bero.consi.212.nu.11.lib.3.Bursa.consi.70.col.2.& consi.99.Cag.d.l.2.numero 241.

Nō obstat quod undecimo loco dicitur, adhuc redditum fuisse minorem duobus, & quatuor solidis ꝑ melioramenta conuentorum ab eis, & eorum datoribus facta, quorum redditus adhuc extenuare debent generalem duorum & quatuor assium perceptionem. Nam qualitates huiusmodi meliores augent, sicut malè minuunt ualorē, & perceptionem, ut per omnes l.1.§.si hæres.ff.ad Treb.ubi Rip.nu.25. Respondeo, ꝙ istud est incredibile, quia pēsio erat in libris 380.anno 1533.cōstituta, & semper effectum habuit & conductores, ut experiētia docet, pluris non conducunt, q̃ soluere uelint, sed eo amplius labores, & alios, sem
316 per gratis impendere, † & experimentū uerorum sermonū est ut rebus sensatis cōcordet, Bal.d.l.testium, col.pen. uers.quar
317 to dixi. † Ideo magis creditur obstetricibus dicentibus, uirginem cognitam, quę in lecto cum iuuene dormiuit, q̃ alijs uirginē esse affirmantibus, quoniam hoc sine ueritate non consueuit esse, secundum Baldū,
318 † & testes ecclesiæ præferuntur, quibus lex ueritatis assistit, l.ob carmen, in fi. ff.de testib.& non probat hoc esse, quod sæpe cōtingit adesse, Bal.l.neque natales, C.de proba.& quod dicta locatio, quæ habuit effectum contra testes reorum, urgeat, satis apparet, quoniam & ex trium annorum perceptione præsumitur quātus possit esse redditus, ut in praxi obseruatum uidisse, Pinel. l.2.nu.30.C.de rescin.uend.testatur, ubi Afflic.citat §.sed & res, num.40.per quos fi.inuest.& quæ dicuntur per text. l.quicunque.
319 C.de apo.public.lib.10. † & pensio & fructus a pari procedunt, l.Titia.ff.de solu.ibi, redditus exegit, l.cum antiquitas, in uersi. quid enim, C.de usufru.l.prædiorum, ff.de usur.l.si nauis, in princip.ff.de rei uendica.
320 † Imò solent esse maiores fructus, q̃ pēsio, ideo conductor etiam petit, quod interest, si frui prohibitus sit, l. ex conducto, in princ.l.si fundus, in fine.ibi, in quo lucrum eius continebitur, ff locati.

Non obstat ultima consideratio, quod hodie bona aquis irrigantur, arbores sint plantatæ, & bona ualde meliorata, & non percipitur nisi ad computum solidorū 20. pro singula pertica. Respondetur, ꝙ eadē bona cum iure aquarum sunt alienata, ut in inuestitura & supplicatione, breui inserta potest uideri. Secundò, testes conuentorum non ita loquuntur, sed demptis melioramentis non posse locari ad rationem solidorum uiginti. Tertiò, testes ecclesiæ probant de perceptione librarum trium imperialiū ꝑ singula pertica, & cū testes ecclesię magis influant in affirmatiuam, q̃ in negatiuam reorum, debent quoque præferri, Bal.l.2.nu.29.C.de rescin.uend.quia efficacius imprimitur sensui, Bal.d.l.testium, col. pen.

pen.uersi.3.dico & quia sunt magis qualificati,ut infra ostendam.

Non obstant aduersus instrumenta Ecclesiæ opposita,primò ꝙ non sunt in tanto numero,prout sunt instruméta conuentorum,ideo nõ sunt tanta fide digna, l. 3. §. eiusdem,ibi,numeris testiũ, ff. de testib. & idé in instrumentis,quod in testibus dicen-
321 dũ est l.in exercendis.C.de fi.instru. † Respondetur instrumentorum qualitatem & fidem numero anteponendam,& quæ sunt aptiora ad ostẽdendum ueritatem, d.l.3.in prin.l.ob carmen.ad fi.eo.tit.sed instrumẽta Ecclesiæ sunt de bonis uicinis & cohærentibus his,de quibus agitur,ergo debent præferri,& ita glo.d.l.2.circa fi.Bar.nu.19. C.de rescin.uend.loquuntur cum allegatis supra,& instrumenta reorum de bonis remotioribus.Secundò instrumenta ita qualificata,in quibus splendet ueritas, sunt longe plura numero,q̃ sint a conuentis producta,& ita qualitate & numero præualent. Tertiò instrumenta aduersariorum sunt de bonis in territorio Papiensi consistentibus, quod tunc tẽpis remanserat desertum ppr bella & tot calamitates, quæ ager Placenti-
321 nus,nõ erat passus, † imò multi Papiẽses in agrũ Placentinum & ad locũ Castri S.Ioannis se transferebant causa fugiendi maiores tribulationes & afflictiones, quia in agro Placentino tunc summi Pontificis ditione existente non erant bella,propterea ex diuersis non infertur,l.fi.ff. de calum.cũ vulgar.& prouinciæ uicinę sunt testes quãtis languoribus ager Papiensis afficeretur, quibus ager Placentinus non fuit affectus, iuxta c.quosdam,de præsumptio.

Non obstat quoque quod instrumenta Ecclesiæ loquantur de quibusdam prædiolis,quæ sunt commodiora & fertiliora respectu unius magnæ possessionis,quæ pluribus prædiis diuersarum qualitatũ constat.
322 † Respõdeo,ꝙ istud posset procedere in prędiolo unius rustici,quod attenta qualitate personę solet melius laborari & impinguari,qñ unicum,uel propria prædia agri-
323 colæ habent,Neuiz. cons.67. ad fi. † ubi inquit,ꝙ illa melius solent laborare q̃ prædia domini,in quibus partem solam capiũt sed hoc cessante,non potest differentia cõ-
324 stitui,& † uerum est ꝙ prædia, quæ sunt commodiora,solent esse in maiori fructu, & ualore pęnes habitantes loci,sed non respectu exteriorum,Neuiz.d.cons.67.nu.3. 5.& 14.uersi.pen.Secundò si instrumenta, uideantur ex eis multa sunt, quæ magnam quantitatem prædiorum continent, quanquam arbitrio iudicis etiam relinquatur,
325 & numerum instrumentorum, † & quantitas & qualitas bonorum cõsideranda, an ex eis cõis ualor probetur, arg.d.l.3. uersi. tamen magis,Cag.l.2.nu.233.ad fi.C.de rescin.uẽ. Tertiò respectu qualitatum subest etiam identitas & proportio,quæ etiam potest per rerum inspectionem uideri, ut supra ostendi.

Non obstat tertio,ꝙ instrumenta ecclesiæ carent præsumptionibus, attestationibus,uerisimilitudinibus,quibus instrumenta reorum confirmantur,unde uidentur ꝑponenda instrumentis ecclesiæ,facit d.l.3. §.eiusdem,cum gl.1.l.ob carmẽ.in fi. ff.eo.
326 Respondetur,ꝙ instrumenta ecclesię pluribus uerisimilitudinibus ac fortioribus & testium depositionibus in maiori numero dignioribus & magis cõuenientia deponentibus,adiuuantur, de quibus supra fuit dictum,& contrarium in facto uerius est,nec
327 † opus est super istis generalibus insistere,cum exceptiones aduersus instrumenta & testes sint in specie proponẽda,Io. Cro. de testib.nu.135.Alex.cons.154.col.2.lib.5. Ias.l.Titiæ textores,n.10.& 12.cũ seq.ff.de leg.1.Rober.Mar.in spec.13. actu 2.partis, nu.3.c.præsentium,§.testes,de testib.lib.6.

Non obstant exceptiones propositæ aduersus testes Ecclesiæ,& primò ꝙ recipiendæ sunt probationes super articulis reprobatorijs,alioquin fides testibus ecclesię nõ
328 est danda.† Dico ꝙ facultas reprobandi testes non durat publicatis testibus,& pręsertim quãdo nulla protestatio & reseruatio præcessit,c.pręsentium,de testib.cum alleg.per Rober.Maran.in Spec. eo. actu 13. n.2.quia uidetur consentire & approbare. Secundò datus fuit terminus ad opponendum & probandum contra personas & di-
329 cta testiũ,& nihil fuit probatum. † Ideo post terminum non potest reprobari, quoniam repulsa est odiosa & restringenda,
330 † ideo debet semper dari dilatio breuis, & cum magna cognitione,Abb.c.licet dilectus,in fi.de testi. Maran.in Spec.in 2.actu, ad fi.& 13.actu, nu.6. eadem parte.

Non

Non obstat, q testes ecclesiæ cedunt testibus reorum numero, ac etiã & alijs qualitatibus, & testimonia unius alteri præferuntur, iuxta l.2.l.3. in prin. & §.1.l. ob carmen, §. si testes, ff. de testib. l. fi. ff. de fi. instr. Bero. consf. 89. lib. 1. & per Feli. c. in nostra, de testib. Respondetur hoc prorsus erroneum, & ab omni ueritate alienum. Primo
331 † quia testes ratione fidei proferuntur, cuius gratia omnia considerantur, l. in testibus, cum gl. ff. eo. Dico, q testes ecclesiæ habent sinceram fidem & testimonia, quibus potius lex ueritatis assistit, d. §. si testes.
332 † nam melioribus rationibus & causis mouẽtur, propter quas solet credi, & omissis alijs in materia nostra, Pinel. l. 2. in 3. parte, n. 14. C. de rescin. uend. ubi alios citat, ẽt q cã non esset necessaria, Bal. in l. præsbiteri, C. de epis. & cler. Nat. cons. 362. nu. 13. & quia dicta eorum supra retuli, ulterius nõ insisto. Secundò si consideremus quod naturæ negotijs conuenit, aut gratiæ & inimicitiæ suspitione caret, absque dubio uerisimilius est, q ecclesia fuit læsa, ut nostri testes præsupponunt: nam prælatus, qui alienauit in eodem genere mali, non semel, sed pluries se, & alios interuoluit, ideo nõ est mirum, si & hic dilapidasse per testes conuincitur, reg. semel malus, lib. 6. & ex persona Illustr. Cardinalis agentis nulla est suspitio, imò dicuntur meliores ex persona producentis qualificata, Bursa. consi. 99. nu. 12. Fel. post Hostien. in princ. c. in nostra, eo. & si qua est suspitio, potius ex parte reorum est, qui in patrimonio rerum Christi sata-
333 gunt, † & nullus ferè est, qui emphyteusim ab ecclesia accipiat, qui illius utilitatẽ magis quærat q̃ propriam, ut experientia docet, rerum magistra, c. quam sit, de elect. lib. 6. tradit Rodo. de reb. eccl. non alien. de cã utilitatis, nu. 209. cui addo Crau. d. trac.
334 in 2. par. in prin. nu. 18. † qui ait, q in huiusmodi decretis, quæ interponuntur inter partes petentes & cõsentientes nihil aliud
335 quęritur, q̃ ut partes sint in cõcordia: † & raro uides decreti interpositionẽ denegari metu amissionis emolumenti, & solũ ualẽt ad commodum bursale, & nouit Deus si aliud commissarijs, præter uectigal quærãt
336 ut a cõiter accidentibus fieri solet. † Tertio, si dignitatem & nobilitatem conside-
337 ramus, † quæ facit ut paucioribus nobilibus, & dignioribus magis credamus, quã pluribus numero ignobilibus, ex alleg. Nat. cons. 533. col. fi. Fel. d. c. in nostra, col. 3. uersi. & prę ferantur pauci nobiles, Rol. a Val. cons. 81. n. 13. cons. 24. nu. 53. Cur. de testib. concl. 16. & in materia nostra. Bursa. consi. 70. col. 2. utique testes pro ecclesia sunt no-
338 biliores, † & inter eos multi sacerdotes, quorum testimonium laycorum testimonio præualet, & duo sacerdotes tribus & quatuor, sex laycis non sunt minoris fidei, Fel. d. c. in nostra, in prin. per gl. c. clerici, 81. dist. Dec. cons. 109. nu. 5. 448. n. 36. Alex. cõ si. 43. nu. 5. lib. 7. Rol. a Val. cons. 24. nu. 54. & 71. lib. 1. Quarto sunt seniores, iudiciores, ut ex dictis super generalibus patet:
339 † Vnde iunioribus & tam pauperibus rusticis pro conuentis deponentibus sunt p̃ferendi, d. l. fi. d. l. 2. d. §. si testes, Feli. d. c. in nostra, & in senioribus tradunt Docto. l. cũ quid. ff. si cer. pet. Rol. a Val. d. cons. 24. nu. 51. & 47. nu. 71. & in ualore Bursa. d. consi. 70. col. 1. nu. 5. cons. 99. n. 4. & in ditioribus. Craue. cons. 6. nu. 29 Rol. d. cons. 24. nu. 51. Bursa. eod. cons. 70. Quinto deponunt de qualitatibus rerum, quia sunt bonæ, nec sunt arenosæ, aut ulterius malæ qualitatis, ex quibus modicus fructus percipiatur, & quæ ualorem augent, ut per Rip. post alios l. 1. §. si hæres, ff. si cer. pet. scriben. l. 2. C. de rescind. uend. & naturæ dicta congruunt,
340 † ut quanto prædia sunt bene qualificata, tanto uberioris redditus ac maioris
341 ualoris sint, Burs. d. consi. 70. † quia prędium non tam ex latitudine, quàm ex bonitate etiam ęstimatur, Afflic. decis. 54. nu. 6.
342 ex Bar. & Bal. Pinel. d. l. 2 n. 28. † Sextò, eorum testimonium est pro Ecclesia, pro qua in dubio est iudicandum, l. sunt personę, in fi. ff. de relig. tum quia minori æquiparatur,
343 † & de patrimonio Christi bona dicuntur, c. cum ex eo, de elect. lib. 6. ibi ditati de patrimonio Christi retrocedunt, Fel. c. constitutus, col. 9. in uersi. dominium de rescrip. c. cum secundum, ibi, de patrimo-
344 nio Iesu Christi, de prębend. † Item agit de damno euitando, cui etiam in dubio fauemus, l. fi. §. si uerò. C. de iu. deliberan. & ut eius bona ad statum antiquum rediganur, q est fauorabile, Ias. l. si unus, §. ante omnia, ff. de pact. & super his omnibus Neuiz. in Syl. nup. lib. 7. in quæst. in dubio, quo

modo

modo iudicandum,& agitur de dote Eccle
345 siæ antiqua, † cuius conditio non solum ex rescripto si in euidentem, sed de iure nõ debet fieri deterior, l. Attilicinus, ff. de pac. dotal. & cũ sit causa eius fauorabilis, præua
346 let ẽt fauori reorum, † quia pro reo in dubio iudicatur, l. Arianus, ff. de act. & obl.
347 reg. fauorabiliores, † nisi causa agẽtis sit fauorabilis, ut dotalis, Ecclesiæ, & de singulis, quibus iura specialius fauent, c. fi. de re
348 iudic. † unde testes reorum non debent præualere, qui aliàs data paritate testibus actoris preualerent. Roland. a Val. d. consi. 24. nu. 56. & 49. ratio est manifesta, quoniã sicut prædictis in prolatione sententiæ fauemus, ita ẽt præferantur testes, qui depo nunt ad fauorem causæ, Fel. & alij, d. c. in nostra, colu. 2. uersicu. præferuntur etiam in
349 omni causa. † Septimo, testes Ecclesię prę feruntur, ut magis instructi, quia sunt uicini, uel magis in loco conuersati, & qui meliorem no titiam bonorum, & qualitatnm illorum, ut regionis incolę habent, Fel. d. c. in nostra, col. fi. Cagnol. d. l. 2. nu. 236. Burs. cons. 99. nu. 4. uers. 2. uerè præterea deponunt de maiori ualore, ꝙ dictum magis in
350 affirmatiua cadit quàm in negatiua, † unde magis est attendendum, quamuis aliàs ita affirmantibus, ut negantibus credatur, Alex. cons. 54. nu. 6. lib. 6. cons. 64. nu. 1. lib. 2. Burs. cons. 70. n. 8. & dixi supra, Berous cõs. 102. ad finem, lib. 3. Vltimo considero ꝙ testes aduersariorum potius coadiuuant intentionem Ecclesiæ, quam destruunt, quoniam & ipsi ostendunt illius læsionem, & si non tantam, saltem de quanto notabili, ꝙ bona redditus librarum 400. uel circa pro libris quinque millibus quinquecentum tum sunt alienata. Accedit ultra redditum bonorum, ius decimandi, de quo testes reorum nullam rationem habent. Accedit, ꝙ bona erant in spe proxima augendi redditus, prout quotidie ualor & redditus cresce bant, & regio melior quotidie fieret, quæ antea propter calamitates erat passa, & antiquos redditus ex causa temporali remissus erat restituendus, ideo testibus Ecclesiæ inhærendũ est, qui læsionem Ecclesiæ enor
351 missimam ad unguem deponunt, † uidemus in simili, ꝙ quando testes coadiuuantur ex instrumentis, uel scriptura aduersari, illis potius est standum, Berous cons. 102. nu. 34. lib. 3. Bursa. consi. 99. numero 4. uers. quinimo.

Non obstat ultimum, quia instrumenta reorũ testes & pręsumptiones sigillatim & simul considerata debẽt omnino instrumẽtis, testibus & alijs argumentis pro Ecclesia resultantibus cedere, ut uerisimilioribus & efficacioribus ex allegatis, quibus lex ueritatis assistit, d. l. ob carmen. in fi. & sicut multas exceptiones sigillatim discusse patiantur & nostris sunt inferiora, pari ẽt mo
352 do congesta reos non releuant, † quoniã antecedenti & fundamentis destructis, non potest consequens subsistere, quod ex præcedentibus infertur Euerad. in centuria, loco ab antecedenti, nec super ędificari, c. cum Paulus, 3. q. 1.

Tertio principaliter proponitur, quòd ultra causam utilitatis adfuit causa necessitatis narrata, nam conductor uolebat suas meliorationes repetere, nec amplius perseuerare, nec prælatus aliunde
353 habebat unde solueret, † & hæc est sufficiens causa, ut ad alienationem deueniatur. quando æs alienum subest, Abb. c. nulli, nu. 5. de reb. eccles. non alien. Rodoan. de causis, propter quas fi. alien. in 1. rub. & per Rebuf. in compend. alienat. rerum eccles. & probatur, c. 1. eo. lib. 6. clement. 1. eo. tit. c. sicut, 12. q. 2. Alex. cons. 17. nu. 6. lib. 4. Respondetur primo, ꝙ hoc intelligitur, ubi summa, & instans sit necessitas, Rodo. ubi supra, nu. 58. post Soc. & alios, & in eodem casu, Natta cons. 631. Hippol. Rim. cõs. 5. Rol. a Val. cons. 7. lib. 3. Cephal. consi. 207. & ubi de fructibus nõ potuisset satisfieri, nec aliũde foret succursum necessitati, sed habebat hic prẹlatus satis pingues redditus usq; ad quantitatem librarũ septem mille quinquecentũ, ex quibus si illos pro parte conuertisset in usus Ecclesiæ, prout debebat, eidem facile fuisset Ecclesiã liberare, nã prælati non debent omnia manducare, neque abuti, sed uti, Abb. c. fi. de pec. cleric. c. cum secundum ubi omnes, de præbend. & Mod. Hispan. de reddit. ecclesiæ Rodoan. d. trac. in casu aliẽnationis fructuum & quod declaratio sit uera, ubi de fructibus non possit satisfieri, Abb. d. c. nulli, nu. 5. Rodoan. d. rubrica, nu. 12. Accedit ꝙ hic erat Perceptor seu Commendatarius Monasterij, & ita depositarius, ac qui ędificijs & alijs oneribus

prius

prius debebat prouidere, & illis prouisis de alijs licitè disponere, ut apud Rebuf. de
354 commenda. in praxi. † Secundò nō procedit, quando liquidè & clarè non constat de debito certo, Bellam. c. non liceat, 12. q. 2. quem sequitur Rodoā. in loco allegato,
355 nu. 13 † quia debitum obscurum, dubiū, aut incertum non est vrgens, cum ad illud debitor non possit urgeri. Cum ergo commissarijs non constiterit de melioramētis,
356 nō potuit ad alienationē deueniri, † quoniam euidens debet esse necessitas, d. c. 1. eo. lib. 6. & opus erat quod intelligerent, an mellioramenta attrita uel talia essent ad q̄ ecc esia obligaretur, & ad quantam quantitatem expediret illa soluere, Dec. consilio 142. col. 3. uers. non obstat, quod dicitur de remissione melioramentorum, Rui. consi-
357 lio 157. nu. 7. cum seq. lib 1. † ubi ēt ait, q̄ de melioramentis non statur confessioni
* PRAELATI * faciunt dicta Rebuf. in cōpend. nu 75. Tertiò non potest dici in euidentem necessitatem, quoniam non præcessit aliquo inquisitio, uel discussio super alienatione, an sint mobilia non sacra, deinde an sacra, quæ expediat alienare, ut superflua; deinde an immobilia, quæ minorem utilitatem afferant ecclesiæ, ut fictus, seu liuelli perpetui super rebus non tam magnę quantitatis bonorum ac nomina debitorū,
358 † quæ prius ēt debent uendi q̄ immobilia, ut probatur auth. hoc ius porrectū, ubi Bar. nu. 20. C. de sacrosf. eccl Et quia si aliter fieret, nō esset meliora prospicere, qui res utiliores ecclesię alienaret, c. sine exceptione, 12. q. 2. & ibi Rebuf. i uerbo, prospiciat, nu. 34. per Gemi. conf. 48. col. 3. & prædicta ēt uoluit Io. de Turre cremata, in summa, ead. q. & post Diuum Thomam Ricard. de Mediauilla, & alios sequitur Rodo. ubi supra, nu. 21. cum seq. idem uidemus in pupillorum rebus fieri, quæ pro necessitate sola
359 alienantur, & † prætor quærere debet, an pecuniam pupillus habeat, uel in numerato, uel in nominibus, uel in fructibus, uel ēt in redditum, aut obuentum spe, & an aliæ res sint præter prædia, item an uendere potius q̄ obligare expediat, & ne p̄p modicū æs magna possessio distrahatur, si minor, uel minus utilior possit distrahi. ita probat l. magis puto. §. ne passim. cum seq. ff. de re
360 bus eorum, † & ad mediocria magis q̄ ad meliora debet deueniri. d. auth. hoc ius. Capra, conf. 3. col. 1. Quæ omnia. glo. d. c. 1. in uerbo, defensore, ad ecclesię alienationis extendit, eo. lib. 6. & adeo uera sunt prædicta, quòd si æs alienum urgeret & uenderetur res magni momenti, cum alia minoris posset uendi usque ad concurrentem necessitatem, uenditio esset nulla, Bald. conf. 75. quidam tutor, lib. 1. Deci. consi. 403. col. 4. Nat. conf. 162. col 2. cum seq. Hip. Rimi. d.
361 conf. 5. nu. 40. † & prædicta, quæ in minore dicuntur, ad ecclesiam quoq; Barb. cōs. 40. lib. 1. Soc. consi. 29. col. 4. 235. lib. 2. & Rebuf. d. c. fine, nu. 84. in fi. extendunt. Quartò cessat ista cā, qm̄ nulla inquisitio diligens fuit super ea, neq; confirmatio fuit sequuta ex ea, ubi esset uera, imò penitus & in totum omissa, sed ex cā expressa, attento q̄ p diligentem informationem ipsum & ipsa, cessisse ac cedere in euidentem utilitatem reperierunt. & cum ista cā sit ēt falsa, erronea, & nulla, ēt q̄ ex altera posset sustineri alienatio & confirmatio, non ualet, & lo-
362 cum habet regula, † quod potui nolui, quod uolui adimplere nequiui, l. multum, C. si quis alteri, uel sibi, Crau. conf. 26. in fi. 188. nu. 9 & notum est in iure, decretū ex falsa cā interpositum non ualere, d. l. magis puto, §. si æs alienum, l. cum uerò, §. subuē-
363 tum. ff. de fid. lib. Nat. d. consi. 441. † Quintò uerius est, quod dolus, & collusio inter conductorem & prælatum fuit, ut is nollet perseuerare, quia si anno 1533. conduxerat pro libris 380. & ex testibus utriusq; partis apparet, quòd bona erant duplo fertiliora in anno 1542. Quid aliud est hoc figmentum, q̄ dolus in ecclesiam confictus a prælato, q solitus fuit lapidare, Craue. cōs. 142. nu. 18. & faciendo ad incommodū ecclesię, cuius erat administrator, Crau. d. conf. 142. nu. 15. & cui bona erant commendata, d. c. fine exceptione, & fine cā alienando, Crau. conf. 192. nu. 2. & quia fingitur, quod alij cōiter nō faciunt, nec facere consueuerāt, & per eundem conf. 6. nu. 78. & ex actu insolito, consi. 231. n. 3. & tacuit, quod si expressum fuisset, uerisimiliter ita contrahi non debuisset, ut per eundem consi. 192. nu. 4.
364 † & cum damnum ecclesiæ concurrat, & lucrum emphyteutæ etiā dolus arguitur, qui non cōmittitur sine animo lucrandi, Crau. conf. 172. nu. 5. conf. 8. nu. 13. & idem

arguitur in commissariis, quia non fecerũt quod eorum officio incumbebat, & quod idonei & diligentes faciunt, l. etiam. l. generaliter, ff. de administrat. tutor. Crauet. cõs. 132. num. 4. Sextò apparet, quòd necessitas non suberat: nã si ex pacto in inuestitura facta anno 1486. cum Gãbarellis erat in electione prelati soluere melioramenta vel illis non solutis renouare locationem de nouennio in nouennium, donec illa essent soluta, & utrumque erat in obligatione sub alternatiua, iuxta l. plerumque, in fi. ff. de iu. dot. cum allegatis per Felin. & Rip. c. inter cæteras, de rescript. Tiraq. de retract. cosangu. §. 3. glos. 3. nu. 16. ergo prelatus nõ poterat cogi præcisè. & cum reorum antecessores essent subrogati, prelatum cogere non poterant ad soluendum, cum cessiona-
365 rius iure cedẽtis vtatur † & exceptio, que obstat cedenti, obstat & cessionario. Din. in reg. si quis in ius, lib. 6. Bar. & scrib. l. doli, ff. de nouatio. Ang. de Are. in rub. de except. nu. 16. cũ seq. & licèt aliter in inuestitura cõuenisset anno 1533. quo omnia iam erãt in pace, & quiescebant, id tamen ecclesiæ
366 non nocebat, † quia prælatus non potuit ius ecclesiæ remittere, quòd erat clarum, & liquidum, Dec. post alios, l. pactum curatoris, nu. 2. C. de pact. Ideo aut per errorem id fecit, quia in prioribus locationibus aliter continebatur, & de damno euitãdo agebatur, & exceptione poterat se tueri, Bar. l.
367 nõ fatetur, nu. 10. ff. de confess. † aut ignorãter fecit, quia in loco alterius successisset, & probabiliter ignoraret, reg. qui in alterius, l. fin. pro suo. & ad idem allegari poterat l. sed & si me putem. ubi Bar. & alij. ff. de condic. indebi. & in similibus casibus tradũt Dec. cons. 468. nu. 27. Roland. à Val. consil. 67. nu. 6. li. 1. consil. 50. nu. 62. lib. 3. & alios citat Bursat. cons. 46. nu. 20. consil. 122. nu. 14. Hippol. Rimin. cons. 45. nu. 23. cum seq. aut etiam dici poterat in aliquo pactum nocuisse, & restitutione in integrum se iuuare poterat, cum Ecclesia non debuisset strã-
368 gulari à creditore meliorationũ, † & in damnis, & in lucris et amissis minoris per restitutionẽ in integrũ succuratur, l. minoribus, l. ait prætor, §. fin. cum seq. ff. de minorib. Natta in alleg. consil. 631. nu. 23. & 517. num. 3. Doctor. c. fin. ne prelat. vic. suas. dicendum itaque est ex huiusmodi obreptionibus confirmationem ac decretum commissariorum nullum, ex multis allegatis p Hippol. Rimin. d. cons. 5. nu. 209. cũ seq. Anchara. Regiens. d. quæst. 52. & seq. in 2. par. Natta d. consil. 631. nu. 31. & in confirmatione Pontificia, Hippolyt. Rimin. consi. 44 nume. 40.

Quartò uidendum est, an in hac alienatione interuenerit causę cognitio, quę erat adhibenda, & quæ circa duo uersatur, circa iustam causam, & an posset Ecclesiæ succuri absque alienatione. Secundò circa rem alienandam, an ecclesiæ expediat hanc magis quàm aliam alienare, quam indaginẽ, & discussionem ubi nõ sit datus cõmissarius, solet per tractatum cum capitulo haberi, & hoc est quod propriè ĩ tractatũ uenit, Abb. c. tua, nume. 6. de his, quæ fiunt à prela. ubi uerò sunt dati cõmissarii, ipsi sunt qui per diligentem informationem conquirunt ac excutiunt, Abb. in sæpe allegato consil. 41. Capic. decis. 16. cum allegatis supra. Idem probat. l. magis puto. §. ne passim uers. quære ergo, cum seq. §. pen. ff. de reb. eorum.
369 † & ratio est, quia solent prelati & administratores bonorum Ecclesiæ, & minorum numquam lucri sua causa uel gratia, uel alia irrationabili causa quærere rerum Ec-
370 clesiæ uel minorum distractionẽ, † ideo neq; lex eis nimium credit, neque eius minister debet eis multum credere, d. l. magis puto, §. in primis d. c. fine exceptione. ibi, ut meliora prospiciant. & ibi, eligat quod nõ sit dubium profuturum ecclesię, 12. q. 2. per
371 quem tex. Rodoan. dicit, † ꝙ capitulum uel commissarius de hoc tractantes debent intelligere & discutere, qđ utilius credunt, & fine dubio est Ecclesiæ profuturum, nu.
372 96. & nu. 72. distinguit, † aut agitur de alienatione propter necessitatẽ, & tunc sufficit, ꝙ ecclesia nõ patiatur damnum, Rodoan. de cau. utilitat. nu. 35. post Arch. & Io. de Fãtuc. & tũc fit discussio seruatis his, q̃ docet d. l. magis puto. §. ne passim, cũ seq. & supra in precedenti dubio retuli: aut ex causa utilitatis, & tunc opus est ꝙ ecclesia habeat utilitatem, alioquin non esset utilitas, nec res melior, dicto. c. fine exceptione. c. ut super, in fine, ibi, pro utilioribus. c. ad aures, ibi, ad maiorem ecclesiæ utilitatem. de reb. ecclesiæ non alien. capit. tua, de his,
373 quæ fiunt à prælat. † Et quòd cogni-

tio non solum circa causam, sed circa rem alienandam debeat adhiberi, Rebuff. in cõpend. nu. 11. & dicto c. fine, nu. 74. post Federic. de Sen. consil. 142. cui Io. de Regio subscripsit per Innocen. & Archid. quos citant glos. in c. j. in uerb. defensore, eod. tit. li. 6. Soc. consil. 26. col. 5. uers. tertiò principaliter, lib. 1. Rol. à Val. cons. 7. nu. 64. li. 3. Natta cons. 651. nu. 32. Rodo. de cau. cognit. nu. 4. cum seq. & nu. 33. & de causa necessitatis, nu. 91. post Io. de Turre crema. Gemini. Rebuff. & alios, & de causa utilitatis, nume.
374 19. † neque creditur eorum assertioni, q́ sit adhibita cognitio, uel qđ repererint omnia uera, nisi cum effectu ita sit, Dec. consilio 528. col. 2. uersic. secundò ad textum.
375 Rodoan. de cau. cognit. nu. 72. † ubi non debet perfunctoriè, sed specificè constare conditionis implementum, & per veras ꝓbationes & prædicta confirmat Ias. l. ne quicquam. §. ubi decretũ, nu. 70. cũ seq. ff. de off. procons. latè Rim. iun. cons. 355. num. 24. seq. uolum. 4.

Nec me mouent in contrarium adducta,
376 † q́ cognitio præsumatur interuenisse ex temporis diuturnitate, & obseruãtia, & q. a. pro confirmatione seu declaratione ipsorum cõmissariorũ pręsumitur, ex allegatis supra: hæc enim omnia cessant, cum huiuscemodi supra abundè fuerit responsum.
377 † Nec propter partium præsentiam causę cognitionẽ põt dici interuenisse, quia Anchar. cõs. 198. nu. 2. allegatus loquitur, quãdo iurisdictio est contentiosa, per l. in cau-
378 sę. §. causa autẽ cognita, ff. de minor. † sed nos loquimur de causę cognitione, quæ inter uolentes per modum solemnitatis, & ad iustitiam causæ alienandi interponitur,
379 † quo casu non sufficit partium præsentia uel cõsensus in his, quę eorum uoluntati uel dispositioni non relinquuntur, & nisi declaratio seu decretũ sit ritè, & rectè interpositum nihil agitur, ut ex multis fuit ostensum: Pręterea Anchar. vult, q́ declaratio sit nulla, nbi de cõtrario appareat: sicut si errore iuris non ualeret, ut in casu nostro, in quo ex actis cõstat formã rescripti non fuisse seruatum. cui addo Fel. in c. inter cæteras, in 6. declaratione primæ concl. & seq. de re iudic. latè Rim. iun. d. consil. 355. nume. 24. seq.

Non obstat, qđ siue loquamur de cognitione cãę necessitatis, siue utilitatis illã interuenit, qđ ex dictis supra negatur: nec pariter uerũ est, q́ cognitio posset omitti, an magis unã, quã alia rẽ expediret alienare, quicquid dicatur ꝑ Ab. in c. nulli, nu. 6. in fine, de reb. eccles. non alien. ubi mouetur ex cons. 249. qđ est inter cõsilia Feder. de Sen. hoc. n. cõsiliũ nõ est Federici de Senis, sed cuiusdã Michaelis Florẽtini, aduersus quẽ Federicus de Sen. dicto cõs. 146. & alii Doctor. magis cõmuniter tenẽt: quia est cõtra d. l. magis puto, §. idẽ Prætor, cũ aliis iuribus, quæ ad Ecclesiã trahũtur, ut ꝑ glos. c.
380 1. in uer. defensore, eo. tit. j. lib. 6. † & etiã quia cognitio cõmissariorũ nil aliud est, q̃ tractatus, in quo hoc venit, & decretum, est confirmatio, quæ non interponitur nisi causa cognita, vt supra fuit dictum.
381 Vltimum est dubiũ, † q́ rescriptũ, & confirmationẽ cõcernit, quę ex multis uidetur non valere, quia dicit rescriptũ, Discretioni uestrę cõiũctim cõmittimus, quatenus: si ꝑ diligentẽ informationem ꝑ uos super pręmissis seruatis seruãdis habẽdã, ultimò dictas locationẽ, & cõcessionẽ in euidentem dicti monasterij utilitatẽ siue necessitatem cessisse, & cedere repereritis, sup̃ quibus uestrã cõsciẽtiã oneramus illas, & oĩa ac singula in dictis instrumentis cõtenta, inde sequuta quęcunque, licita tamẽ & honesta, canonib. nõ cõtraria, Apostolica authoritate approbetis, & confirmetis eisq; ꝑpetuæ firmitatis robur adijcietis. Primò cõsiderãdũ est, q́ cognitio euidentis utilitatis siue
382 necessitatis in cõditione est posita, † vt dictio, quatenus, adiecta uerbo futuri tẽpori ostẽdit, Bar. l. j. nu. 20. ff. de cõdit. & demonstr. l. Stichũ qui meus erit, vbi Ias. nu. 6. de legat. j. & cõditio dẽt in forma specifica, & ad vnguẽ impleri, l. qui hæredi, l. Męuius, ubi Bar. ff. de cõdit. & demõstr. & cõmissarij cẽsentur habuisse potestatẽ limitatã, & restrictã, Berous cõs. 140. lib. 2. Debetq́ue de omnibus p̃claras ꝓbationes apparere, nõ perfunctoriè: tũ quia dr̃ in mãdato, per diligentẽ inuestigationem: tũ quia omnia sunt in cõditione posita, Ruin. cõsil. 68. lib. 1. Rodoan. de cau. cognit. nu. 72. Dec. in rubr. de probat. qui ẽt supra fuit citatus. Debebãtq; cõmissarij ꝑ se oĩa tractare, discutere, & co-
383 gnoscere, † & hoc nõ fuit factũ, qa examẽ testiũ fuit cõmisũ Notario actuario, q́ fie-

384 ri nõ potuit: † quia quãdo delegatio eſt facta cũ dictis uerbis, ꝑ vos, vel ꝑ te, tũc alteri nõ põt ſubdelegari, cũ induſtria perſonę ſit electa, Abb. Felin. & Doctor c. fin. §. 1. de offi. deleg. & in terminis caſus noſtri Specu. de iudice deleg. §. iam nunc dicendũ, verſic.
385 penult. itẽ quid ſi acceptio. ubi vult, † ꝙ ſi Papa deleget examen teſtiũ pluribus cũ clauſula, ꝙ p ſe examinẽt, alteri nõ poſſint ſubdelegare, ſequitur Iaſ. l. à iudice, col. pe-
386 nult. limit. 6. C. de iudic. † cõfirmatur ex alia clauſula, ſuper quibus conſcientiam ueſtram oneramus, quę facit delegationẽ pſonalẽ, Iaſ. d. l. à iudice, in 5. limitatione, poſt Alexand. & alios, & hoc teneri põt, quando hæc clauſula eſt cũ pcedentibus uerbis per vos coniuncta, quoniã mens delegantis eſt clara. informationes ergo nõ per Notariũ erãt aſſumendæ groſſo modo, ſed per delegatos, q̃a aliter teſtes ĩterrogaſſẽt & examinaſſent, uel ſaltẽ erat forma clara, & in om-
387 nibus diſtincta Notario danda, † ſuꝑ qua teſtes examinarentur, ita ꝙ Notarius ſuper facto eſſet nudus exequutor, ſeu interrogator, ut ſupra contra horum teſtium dicta fuit oppoſitũ. Accedit, ꝙ hęc cã grauis & ardua reputatur & pro tali à cõuentis fuit
388 habita, quãuis hoc iudicis arbitrio aliàs relinquatur, propterea hac etiã de cã non erat ſoli notario cõmittenda, vt per Deciũ. c. ſi ꝓ debilitate, nu. 4. cũ ſeq. de offic. deleg.

Secundò ex forma reſcripti, quæ eſt diligenter attendenda, c. cũ dilecta, de reſcript.
389 † informatio debebat eſſe diligens, & in caſu noſtro nõ poteſt eſſe talis, quia de omnibus non fuit tractatum, inueſtigatum, & cognitum, ac circa omnia & ſingula poſſibilia animaduerſum, Laurent. de Rodulf. d. c. ſine exceptione, quæſt. 9. cum ſeq. Rodoan. de cau. cognit. nume. 57. de ualore enim rerum, fructuumq; perceptione nulla fuit inueſtigatio facta, an pecunię numerãdæ correſponderent, ęſtimari faciẽdo bona & alia ædificia, prout fieri debebat, ut Natta, conſ. 332. nu. 4. docet.

Tertiò non fuerunt conſiderata alia, ꝙ cũ immunitate & aliis iuribus aquarũ alienaretur, q̃ qualitates & alię ſolẽt ualorẽ p̃diorũ augere, Doctor. & pſertĩ Rip. l. j. §. ſi hrs, ff. ad Trebel. & iura aquarũ: clarè. n. sũt ſpecificãda, nihilq; de iure decimãdi fuit cognitũ, neq; ſpecificatũ, ſuꝑ q̃bus bonis exerceretur, & uſq; ad quãtã quantitatem aſcẽderet, Lauren. de Rodul. d. c. ſine exceptione, q. 19. cum allegatis per Dec. conſi. 142. nu. 7. in fi. cum ſeq.

Quartò non conſiderarunt, quòd ad rationem quinq; pro centum alienabatur, ut in ſuppoſitione fuit expoſitum, & nihilominus ſunt ſolutæ libræ 5500. tm̃, & pẽſio annua librarum 50. tantũ conſtituta, & ſupra nouem annos bona erant locata pp bella occurſa ad computum libr. 380. & in duplo creuerant ꝙ ad perceptionem & culturam ſub tpe alienationis, ut ex teſtibus reorum colligitur. propterea, cum ſit erronea hæc alienatio, in qua decretum interponitur, & pro pluri debito facta, in totũ
390 eſt nulla, † quoniam hoc decretum, ſeu confirmatio, qua declaratur alienationem fore iuſtã, quod indiuiduũ eſt, nec illa ualet, ẽt ꝙ in aliquo minimo ſubſit debitũ, Iaſ. l. ſi non ſortem, §. ſi centum, nu. 1. ff. de cond. indeb. Rom. conſ. 454. nu. 2. Cur. iun. conſ. ult. n. 4. Rui. conſ. 12. nu. 4. lib. 4. Pariſ. conſ. 81. nu. 36. lib. 2. Nat. conſ. 731. nu. 37. Rol. a Val. conſ. 7. num. 86. lib. 3. Hip. Rimi. conſ. 5. nu. 210.

Quintò non fuerunt uiſitata bona, nec aliqui periti miſſi, ut ea uiderent, æſtimarent, & referrent, uel qui de facultatibus eccleſiæ ſe informarent, nec curarunt per ſe, uel alios inſtrui per conuenientes modos, prout docet d. l. magis puto. §. in primis, cũ ſeq. Neuiz. conſ. ult. n. 4. Nat. d. conſ. n. 32.
391 † & ubi negotium meretur diligentem conſiderationem eſtq; implicitum & intricatum iudices debent oculis bona ſubijcere, & cum peritis conſilium habere, Feli. c. quia iudicante, col. 1. uerſic. & ſi opus eſt, de præſcrip.

Sextò mandatum ſe extendebat ad uendendum bona aliàs locata, prout ex narratis colligitur, & tamen ultra alia ædificia reperitur contractus & alienatio de eccleſia ẽt facta, quo caſu neſcio cur de re ſpirituali & ſacra uoluerint contrahere & in præcedentibus inueſtituris non compræhẽſa,
392 † & ita eſt nulla alienatio, tum quia ſuꝑ alijs rebus fuit confirmatio, quæ in mandato Papæ non uenerunt, nec uериſimiliter, nec ita de facili conceſſiſſet, & contractus corruit in totũ, Nat. d. conſ. 631. nu. 37. tũ quia eccleſia eſt quid extra commertiũ &

sacrum: tum quia non uendebatur cũ uniuersitate, nec capitulum consensit, & mandatum loquitur de licitis & honestis, & nõ aduersantibus sacris canonibus, & hoc non erat neque licitum, nec honestum.

Septimò mandatum dicit, si super pmissis, & ita super omnibus expositis, & narratis tam super euidenti necessitate, q̃ utilita
393 te debebant cognoscere, † ut dictio præmissis, relatiua ostendit, Rip. l. filiusfamilias, §. diui. nu. 3. ff. de leg. 1. Crau. consi. 98. nu. 8. Dec. cons. 377. nu. 5. cum alijs, & nihil circa prædicta fuit probatũ, quod releuet, ideo oĩa sunt nulla, Roł. a Val. d. cõs. 7. nu. 64. Dec. d. cons. 142. n. 6. & in uers. similiter, dum dicitur, q̧ nisi subdit probandũ fuisse quod graue præiudiciũ monasterio resultabat, nec quod aliunde prouideri posset, nisi ad alienationem deueniretur, & quod illa in euidentem necessitatem & utilitatẽ cederet, prout ẽt fuerat narratũ, nec unũ ab altero separari poterat p̱p̱ copulã, l. hæredi plures. ff. de cond. insti. & licèt in commissione dicatur, in euidentem d. monasterij utilitatem, siue necessitatem, hæc tamẽ uerba per supplicata declarantur, l. 1. & ibi Ias. nu. 7. C. de diuers. rescrip. Dec. d. consil. 142. in fi. & de euidenti utilitate intelligi debet, quam monasterium potest cõsequi ex imminenti necessitate per expressas cãs narratas, Rui. cons. 63. nu. 14. lib. 1. Hip. Rimi. cons. 5. nu. 90. uers. nec obstat doctrina Speculatoris, nec ulla utilitas fuit ecclesię, quia plus dedit q̃ accepit; & ei maximo dãno fuit, Dec. d. cons. 142. nu. 5. ibi hoc ẽt patet, ubi non sufficit æquiualentia, Rodo. de cau. util. nu. 44. 83. 126. & 172. Ergo est nulla confirmatio ultra tot defectus in causæ cognitione & solemnitate commissos, Hip. Rim. d. cons. nu. 163. cum seq.

Octauò non potuit contractus omnino nullus ratione causæ efficientis cõfirmari, atq; in defectũ clausulæ supplentis, & aliæ non se extendunt, ut infra dicam, nam capituli consensus non interuenit, cũ de rebus ẽt capitulo cõibus, & ad illud pertinẽtibus ageretur, ut ex aliis locationibus põt uideri; dictumq; fuit supra, q̧ persona prælati non erat idonea, quia aliqua bona monasterij commendati, ut propria, & in cõsulto Romano Pontifice, & sine solemnitati-
394 bus iam alienauerat, † quo casu pœnas extrauag. ambitiose, incurrit, quod ipse cõmendatarius cõmenda priuatus remanebat, & illa uacare dicebatur, de quibus nihil fuit dictũ in precibus, & tradit Rebuf. in comp. nu. 111. Rimi. iun. d. cons. 355. nu. 24. seq. & si conditiones rescrip. non fuerũt adimpletæ, nulla ẽt iurisdictio, & potestas cõpetebat cõmissarijs, ut supra fuit dictũ, Rui. d. cons. 68. nu. 18. lib. 1.

Nonò debebant inuestigare, an obligatio soluendi melioramenta esset contracta ex cã necessaria; nã si reperissent, prout in ueritate erat contracta ex cã uoluntaria, qm̃ commendatarius per prius alternatiue obligatus sine cã posuerat eccleſiã in necessitate soluendi, utiq; non erat alienatio p̱mittenda, cum decretum in tali casu nõ deberet interponi, nec alienationem confirmare debebant, Hip. Rim. in d. cons. 5. n. 90. ad fi. & d. consi. 355. n. 24. & seq. l. magis puto, §. si æs alienũ, ff. de reb. eorum, & quia delegans aliter in hoc etiam sensisset, uel non ita de leui concessisset, ideo cadit subreptio, c. postulasti, de rescrip.

Decimò non fuit inuestigatum, nec discussum, an melioramenta uerè subessent, & quæ impensa, & in quantum fuisset melioratum, iuxta no. per Abb. c. 1. nu. 4. de resti. in integ. Negus. de pig. in 4. mẽb. 5. par. nu. 11. concl. 4. Fel. c. cũ cã, col. pen. in uers.
395 sumptus, de re iud. † Neq; cõmissarij debebant assertioni partium credere, quia ecclesiæ non possunt præiudicare, Bar. l. si fortè, de castr. pecul. cũ alleg. supra. & dẽbant uidere, an ecclesia p̃dictis impensis multũ grauaretur, iuxta no. per Bar. & alios l. in fundo, ff. de rei uend. l. si seruos, de pig. act. & tradit Dec. cõs. 142. col. 4 uers. præterea. quia debebant esse necessariæ, nõ inutiles, & ecclesia dẽbat minus grauari, q̃ fieri posset, Dec. d. cõs. 142. col. pen. uers. similiter. ubi & ipse subdit, quòd de prædictis non statur assertioni partium.

Vndecimò nõ fuit ĩuestigatũ, nec discussum, an in fructibus uel alijs rebus posset, uel magis expediret melioramẽta soluere. & magnã possessionẽ retinere, gl. in d. c. 1. in uer. defensore, de reb. eccl. nõ alie. lib. 6. cum alleg. supra d. l. magis puto. §. ne passim. ibi, ne propter æs modicum alienũ possessio magna distrahatur. & quæ sequũtur.

Duodecimò, pactum fuit, q̧ si rebus aqui-

aquirẽdis ecclesia priuaretur, uel illa infertiliora, aut inutilia redderentur, aut aliud simile accideret, nulla actio, uel ius, aut regressus ecclesiæ daretur contra emphiteutas aquirentes, & nihilominus de iure debebant curare, ut pecunia in utilitatem ecclesiæ conuerteretur tali modo & utilitas
396 esset perpetua ac euidẽs, † idest ꝙ semel factum duraret, c. euidentia, de accus. cum alleg. per Rodo. de cau. util. n. 50. cũ seq. 41. & 46. & 82. quod propterea cum sit iuri cõtrarium & illicitum, confirmare non debebant, ut in rescripto dicitur, Io. Anch. d. q. 52. nu. 17.

Decimotertiò non fuit iustum decretũ, nec seruata forma rescripti tradere illas libras 2500. fratri Commendatarij personæ
397 potenti, † quia uerè non erat persona idonea facilitate conueniendi, & prout requirebatur ex rescripto, gl. c. potuit, in uer. prohibentur, de loca. Ex quibus omnibus clarè dignoscitur, q̃ incircunspectè, & ex abrupto, & cum modica cognitione oĩa ꝓcesserint, ut considerat latè Rim. iun. d. cõs. 355. nu. 24. seq. uol. 4.

Nec obstant in contrarium allegata, &
398 primò, † quod auctoritates summi Pontificis sufficit ad substinendam alienationem, quę per eius Commissarios fuit interposita, eandem confirmando, Dec. consilio 174. col. 2. Abb. d. cons. 41. Neuiz. cons. ult. numer. 10. Iac. Ber. cons. 92. Respondetur,
399 † quod confirmatio Papæ ex certa sciẽtia & absolutè facta aliquas difficultates non patitur, Dec. c. 1. n. 6. de confir. util. uel inuti. sed in casu nostro loquimur de mandato ad confirmandum dato sub conditione, quatenus per diligentem informationem, & cum multis uitijs confirmatio inde secuta laboret, ex supra deductis nullũ ius
400 tribuit, † tum quia delegati potestatem confirmandi non poterãt assumere, nisi ꝓbatis conditionibus, & de eisdem constaret, quæ erant fundamentũ potestatis, Bar. l. multum. ff. de cond. & dem. & latè declarat Rui. d. consi. 68. nu. 5. & 16. cum seq. lib. 1. Dec. cons. 142. col. pen. uers. modò respõdendo, ubi uult, prædicta non procedere, quando confirmatio est conditionalis, uel subrepta, ut in casu nostro, in qua pluribus uitijs laborat, Dec. d. c. 1. col. pen. in gl. fi. limita. 1. Rim. iun. d. cons. 355. nu. 24. & seq.

Non obstat clausula, nos igitur singulorum bonorum situationes, confines, & reliqua quæ sequuntur pro sufficienter exp̄ssis habentes, quæ operatur, ut obstãtia aliqua officere non possint, ex adductis in responsione ad motiua, quia perinde est, ac si oẽs defectus in specie fuissent expressi, Dec. cõs. 341. col. 1. Soc. iun. cõs. 93. n. 7. lib. 2. Rodo. de aucto. plãti, sect. unde uidẽtur, nu. 11. Respondetur, ꝙ hæc clausula est limitata ad ea, quæ sunt expressa in scriptu-
401 ris narratis; † sed nos loquimur de defectibus postea sequutis contra mentem Papæ ob formam rescripti non seruatam, ꝓpterea non debet ad alios effectus extẽdi, nec ad ea, quæ rescribẽs ignorabat, & quorũ cognitionẽ alijs cõmisit, Dec. d. cõs. 142. col. pen. n. 7. 541. n. 23. in fi. ꝑut ẽt nõ trahitur ad defectus substãtiales, nec ad alia uerisimiliter nõ cogitata. Par. cõs. 3. n. 65. li. 4.

Non obstat clausula, supplentes oẽs defectus solẽnitatis, q̃ pariter tollit p̄dictos defectus, Dec. d. cõs. 341. cũ alijs. Respõde-
402 tur, † ꝙ hæc clausula non tollit defectũ causæ efficientis, nec ignorata, nec substantialia, nec expressè posita in conditione, si euidentem ecclesiæ utilitatem, & quæ ex mente delegantis erant seruanda, Dec. d. c. 1. nu. 7. Paris. d. cons. 3. nu. 64. Rui. consi. 71. nu. 3. lib. 3.

403 Nec obstat, † quòd cõfirmatio sit facta ex certa scientia, ideo aliquid nõ possit opponi, quoniam non est confirmatio in forma cõi. Immo si actus fuit nullus, illũ confirmat, Dec. d. c. 1. nu. 6. Alex. cons. 38. col. 3. lib. 4. Bar. l. priuilegia, C. de sacros. ecclesię, Dec. cons. 516. nu. 12. & multa Paris. d. cõs. 3. nu. 70. cum seq. Rodo. in d. sect. Vnde uidentur, nu. 6. & dicitur ex certa sciẽtia pluribus modis, ut Dec. post Abb. & alios declarat, d. c. 1. & c. porrecta, nu. 5. de confir-
404 matione utili, uel inutili. nam † qui hẽt uerbum superioris, non indiget facto inferioris, Bosi. de Principe, nu. 355. Roland. a Val. cons. 61. col. fi. lib. 3. & de certa scientia apparet, qm̃ apposita est clausula, non obstantibus, in ampla forma, Dec. d. c. porrecta, cõs. 341. col. 3. cũ seq. Ad hoc respõde-
405 tur. † Primò non procedere in his, de quibus superior p̄sumitur non hẽre notitiã,
406 neq; purgat falsitatẽ narratã. † Secundò non trahitur ad futura, ita duplici modo

declarat Dec.d.c.1.col.pen. vers.deinde ex alijs, & ea quę in casu nostro opponũtur, huiusmodi sunt, quia post emanatũ rescri-
ptum & contra uerisimilem mentẽ rescri-
407 bentis sunt commissa. † Tertiò dictę clausulæ oẽs, ut accessoriæ, non operantur plus q̃ principalis dispositio, clem.1.de præben. Ias.l.ius aũt, col.2.de iust.& iure. Crau.cõsi.25.nu.3. Dec.cons.305.nu.6. Sed principalis dispositio stat, ꝙ confirmatio fiat, si in euidentem necessitatem, siue utilitatem ecclesiæ cedat per diligentem informationem, quæ omnia hic deficiunt, ideo nihil operantur, Dec.ad finem d.consil.142. Idẽ firmat Rimi.iun.consi.5.nu.228. cons.355.
408 num.24.& seq.uol.4. † Quartò prædicta non procedunt, quãdo Papa ostendit se nõ habere certam scientiam, ꝑp quod mãdat exequutoribus ut super præmissis, diligenter se informent, & conditionaliter rescribit, si ita est, ad supplicata se referendo.
409 † tunc ẽt ꝙ expressa fuisset clausula, ex certa scientia, nisi conditio purificetur, nihil agitur, ut supra fuit dictum, & ita respõdet Dec.d.cons.142.col.pen.uers.modò respondendo, ubi subdit, ꝙ confirmatio hoc casu dicitur in forma cõi, quę nullum ius tribuit, cum de lęsione ecclesię & cognitione obrepta semper queri possit, ut supra fuit dictum ẽt coram inferiore: secus si oĩa ritè, & rectè essent gesta. Dec.e.c.1.nu.7.in
410 gl.fi † Quintò sicut dictę clausulę nõ operantur in pręiudicium tertij, etiã si adesset clausula, motu proprio, & de plenitudine potestatis, quando illud Papa ignorabat, ut hic, Rui.d.consi.97.nu.7 Hip.Rimi: d.consi.5.nu.232. ergo nec ecclesię, cuius pręiudicium asserit se ignorare, & hoc ꝑp defectũ intentionis, Paris.cons.74. nu.55. lib.4.

Decimoquarto debebãt commissarij iudicialiter procedere parte ẽt citata, prout uerbũ repereritis, importat, clem.1. de concess.pręben. vbi gl.in uerbo, inquisitionẽ, q̃ se remittit adnotata ĩ clem in uer.reperint de offic.deleg.ex qua colliguntur duę conclusiones prima, quòd antequam per diligentem informationem constet, Commis-
411 sarius nihil potest, † cum ei sit data iurisdictio & potestas sub conditione. donec ergo purificetur conditio, non committitur potestas confirmandi, d. clement.1. & istud est de mente gl. Bonifacij de Vitalinis Cardinalis & aliorum, in d.clemẽ.vnica, Oldra. consi.41.& 175 ubi iura loquentia in præsenti materia allegat: ideo si ante conditionem purificatam aliquid decernatur, nihil agitur, Rui.dicto consilio 68. nume.16. lib.
412 primo. † Secunda est conclusio, quòd si de tertij præiudicio agatur, is debeat citari: at ecclesia seu monasterium est tertius,
413 ergo citari debuit, † & præsertim in negotio magni ponderis, & nõ modici ualoris, Rota decis.685.nota si ponatur, ĩ antiquis. ubi dicit, quòd ita seruat Cancellaria & Rota Auditorum, facit decisio Guid.Papæ 70.& ita in materia nostra cõcludit Rodo. de cau.cognit.num.63.cum alijs allegatis per Vanti. de nulli.senten.ex defe.iurisdict. deleg.num.91. Propterea cum non possint Commendatarius & emphyteuta ignorare quin monasterium capitulum haberet, cuius intererat, illud in specie erat uocandum, Soc.de citat.art.7.casu 27.& num.67. casu 22. Idem sentit Ias.l. ne quicquam.§. ubi decretum.nume.44.limita.15.ff. de of-
414 fi.procon. † ubi distinguit, an uerba solã monitionem, uel conditionem importent, neque citatio generalis, seu edictalis fuit sufficiens, ubi certæ & speciales sunt personæ, quarum interest, l.1.§.pen.ff. de ventre inspic.Bar. extrauag. ad reprimendum, in
415 in uer.per edictum, ad finem. † Comprobatur hoc idem per clausulam, seruatis seruandis, quæ æquipollet clausulæ, uocatis uocandis, ut ex Felino, & alijs concludit Rodoan.d.rub.numero 64. Abb. c.exhibita, in ult.notab.de iudic.Cardin. cons.63.& 92.Dec.consi.173.col.2.& 275.uol.1.Alex. consi.217.lib.2.tanto maximè, cum in casu nostro secundum hanc declarationem Cõmissarij assumpserint partes iudiciales, uo-
416 cando per generale proclama. † & in clausula, uocatis uocãdis, est clarum, quòd citatio requiritur, & iudicialis ordo, Bero. consi.14.nu.13.lib.1. Cels.Vgo tract.claus. numero 65.

417 Non obstat, † quòd Commissarijs non fuit, ut iudicibus, sed ut bonis uiris confirmatio commissa, nec inter partes litigantes, sed uolentes decretum fuit interpositum, ideo extra iudicium poterant procedere, neque testes citare, publicare, & similia facere cogebantur, & quod Papa poterat facere, Abb.d.consi.41.in prima parte,

Rodoan.

Rodoan.d.rubri.de cau.cognit.num.73.per totum,col.vlt.Respondeo, ꝙ hæc non procedunt in dictis duobus casibus.Primò,quādo apparet de contraria mente rescribētis. Secundò,quando fiebat tertio præiudiciū, ut Ecclesiæ,cuius intererat,& capitulo,qđ
418 non fuit uocatum.† Nam quando etiam ualet iudicium aliquibus non uocatis, quorum principaliter interest,illud tamen non habet effectum quo ad præiudicium tertij, Socin.d.artic.7.amdl.35. num.39. Nec potest nocere dicta commissariorum pronunciatio monasterio, quia non interuenerūt nouem requisita,quæ per Alexan. enumerantur l.sæpe,nu.76.& 82.ff.de re iudic.
419 Non† obstat clausula, super quibus uestram conscientiam oneramus,ex qua uidetur iudicialis cognitio & citatio remissa, Lap.allegat.61.nu.3.Bald. l.certum, col. 2. C. unde legit. & multa super hac clausula Ias.§.sed istę,num.100.vsque ad num. 147. Instit.de actio.Tiraq.de retract.consang.§. 4.glos.j.nu.11.in quibus locis dicitur,quòd appellationi non est locus. Respondeo,
420 † quòd hoc potest esse uerum, ubi alia persona non esset,de cuius prȩiudicio ageretur, uel commissio monitionem solam importaret,nec conditionem, Ias. plenè in d.§.ubi decretum, limit. 14. ubi dicta Bald. in d.l.certum, ita declarat, nec Lapus aliud sentit, & ideo de conscientia à iure informata debent uerba intelligi,c.ne innitaris, ubi Doctor de constitut. Ias.d. §. sed istæ,
421 num.146 †Secundò isti Commissarij tenebant iurare, si ex consciētia prȩtendebāt se posse declarare,ut post Castr.Ang.& Alexand. Iason d.§.sed istæ, nume. 130. dicit.
422 † Tertiò contra ea, quæ committuntur alicuius conscientiȩ potest contrariū probari, Tiraquel.d.glos.1.nume.11.& illa per superiorem corriguntur,etiam ꝙ appellatio remoueatur,glos.clement.j. in uer.onc
423 ramus,de iure patronat.† Quarto,aliud est committere negotium alicuius conscientiæ,aliud est eius conscientiam grauare super diligenti informatione habenda, quoniam illa non possunt omitti quæ ad omnem diligentiam pertinent,& magis strictum est mandatum, Ias.l. à iudice, in fine quintȩ limitationis, C. de iudic. & sensus est, ꝙ Commissarii aduertant, ne vllo modo contra conscientiam faciant super iniūctis, non quòd possint omittere,quæ ad inuestigatione & monasterii seu Ecclesiȩ prȩiudiciū euitandum pertinent,late Rim.iun. d.cons.355.nu.24.& se.

Non obstat, quòd citatio generalis per edictum fuit ad instantiam Commendatarii & emphyteutarum facta,& illa uidetur
424 sufficere,† tum quia citatio generalis,vel etiam nulla arctat citatum, si illam sciuit, Hippolyt.singul. 259. Tiraquel. de retrac. consanguin.§.j.glos.2.nume. 16. tum quia ambæ partes omnibus actis prȩsentes fuerunt simul instarunt, & omnia fecerunt, glos.Alexand.& Ias.l.j.ff.de feri. Tiraquel.
425 eadem glos.nume.10.Respondetur,† ꝙ Ecclesia in præsenti negotio est tertius,cuī ex uerbis rescripti,& de iure nō potuit præiudicari,Ruin.consilio 60. nume.4 & 5.& magis clare,consilio 86.nume.5.lib.1. Propterea si Commissarii uolebāt seruare seruanda,nec Ecclesiȩ seu monasterio præiudicare, debebant uocare monasterium, ꝙ non fuit citatum,nec certioratum, & inter partes prȩdictas simul comparentes, & simul requirentes fuit collusum ad Ecclesiȩ, & monasterij perniciem.
426 Non obstat, † quòd clausula, si per diligentem inuestigationem repereritis: & clausula,seruatis seruandis, debeant ex subiecta materia & rescripti natura intelligi, quia inter uolentes & non contendentes rescriptum emanauit,& talis cognitio,ut bono uiro, non ut iudici dicitur commissa, nec iudicialiter debebat procedi, ubi iudicium esse nō poterat, c.forus,de uerb. signific. Abb.d.conf.41. cum Iac.Berrer. d.consilio 92. Respondetur, quòd siue clausula sonet in monitionem, siue in conditionem executor,ubi negotium sibi committatur, quòd nō est plenè discussum,quia superior de ea prius non cognouit,ut in casu nostro, ubi dicitur,si per diligentem inuestigationem seruatis seruandis habendam repereritis,tunc si vult assumere partes iudiciales,absque dubio potest non ex eo,quòd negotium sit contentiosum seu inter partes contendentes sit deputatus,sed quia accessione habet iurisdictionem,ut si aliter non possit exequi etiam citare,& iudicialiter procedere,& iurisdictionem exercere contentiosam possit,quam delegans suo commissario,etiam uidetur dedisse,argum.c. ex literis,

teris, de offic. deleg. c. accepimus, cum notatis, de ætã. & qualit. l. & si non cognitio, C. si contra ius, uel util. publ. c. & si non cognitio, 25. q. 2. & istud omnes tenent, Abb. c. fin. colum. antepen. in princip. uersic. extra prædictos casus, cum præcedenti, de præsumpt. & in hoc omnes Innocent. sequuntur, ideo non est merus executor, sed mixtus, quia negotium declaratum non exequitur, nec nudum ministerium præstat, sed per diligentem inuestigationem habendam cognoscit, & declarat Abb. consil. 1. nume. 4. lib. 2. & in casu nostro citare tenebantur capitulum, quia concurrunt plura. Primò, clausula, quę sapit conditionem, qua non adimpleta potestatem non habet, ut supra fuit dictum. Secundò, quia inseritur per uerba, quæ cognitionem iudicialẽ sapiunt, si per diligentem inuestigationem seruatis seruandis habendam repereritis. Tertiò, quòd alteri præiudicium inferebatur, hoc est, Ecclesiæ & capitulo, quòd non fuit in specie, nec iudicialiter, nec extraiudicialiter uocatum, propterea non sufficit edictum, quod pro incertis fit, & monasterium erat certum, de cuius etiam pręiudicio agebatur, Abb. c. exhibita, nume. 6. de iudic. ubi Felin. in principio ait, quòd hoc maximè procedit, quando agitur de irreparabili præiudicio, etiam quòd secundariò aliquem tangeret. Quartò Cõmendatarius non tantum possidebat, sed ipsa Ecclesia & eius nomine prælatus, & capitulũ, Abb. c. cum super, colum. penult. nume. 18. cum seq. de cau. poss. Felin. c. constitutus, in uer. Dominium, de rescript. & hac etiã de causa requirebatur citatio, l. meminerint, C. unde vi, Abb. post In. d. c. fin. nu. 13. uersic. in tertia opinione.

Neque possunt euitari colludia inter emphyteutas & prælatum, qui simul consentientes testibus procuratis & quasi per eundem sermonem tunc deponentibus in perniciem Ecclesiæ satis læse, & sub uelamentis dolosis supra ad plenam relatis egerunt.

427 Decimoquintò, ut supra dicebatur, † declaratio fuit pręcipitanter & in tam breui tempore facta, ut æquo iudicis arbitrio nõ habuerint, nec potuerint habere cognitionem de omnibus, vnde non est habenda dictæ confirmationis Commissariorum ratio, cum per diligentem informationem deberet constare, nec modici momenti esset causa, & multa essent consideranda & ponderanda, ac decem instrumenta exhibita & dicta testium per utrumque commissarium uidenda, quæ eo modico tempore non potuerunt considerari, & per utrumque, commissarium vix legi. & ultra superius dicta illud non est omittendum, quod die 27. Martij fit productio instrumentorum, & iurant testes in manibus Commissariorum, qui examen eorum committunt, & respondent quòd omnia ubi omnia erunt expedita illa uidebunt, & incumbentia sibi facient postea die penultima Martij in uesperis fit exhibitio, dictorum testium examinatorum dictis Commissariis, qui iterum respondent se velle illa diligenter considerare, & die sequenti in uesperis declarant propterea ex dicta breuitate temporis non fuit adhibita debita causæ cognitio, & omnia sunt nulla ex supra allegatis, Blanc. de compromiss. quæst. 9. quæstionis 5. principalis, numero 29. ubi multa adducit Paris. consilio 125. nume. 27. consilio 95. nume. 33. & consilio seq. nume. 6. lib. 1. consilio 12. nume. 62. lib. 2. & dicti Commissarij ad aliud non uidentur respexisse, quàm ad sportulas, & dictorum Prælati, & emphyteutarum concordiam, seu magis colludium ad Ecclesiæ perniciem, ut dicit Crauet. de antiq. temp. secunda parte, numero 18. nouit Deus, inquit ipse, si præter uectigal uiderunt aliquid aliud, aut discusserunt.

428 Non obstat, † quòd prædicta non procedant, quando parte præsente pronunciatur, nec quando inter illud tempus potuit adhiberi cognitio, nec quando pars non probat, quòd si illa breuitas temporis non interuenisset, aliud ipsa pars fecisset, ut per Anton. Gabr. de senten. conclusio 6. nume. 15. Respondetur, quòd ista cognitio non potuit tacitè, nec expresse remitti, cum fauore Ecclesiæ sit inductum, ut ritè, & rectè alienatio fiat,

429 † ita quòd Papa etiam sine causa non potest bona patrimonij Christi alienare, ubi Ecclesia læditur, cap. non liceat, 12. q. secunda & per Modern. Hispanien. tracta. de reddit. ecclesia. & delegati, quibus

erat

erat data forma exequendi, non potuerũt conditionibus non impletis confirmare, c. cum dilecta, de rescrip. Ruin. in consilio 68. sæpe allegato, lib. 1. Ideo præsentia earum nihil prodest, reg. qui potest inuitis. Secundò, ex actis apparet, ꝙ partes nec de ualore rerum, & ædificiorum tunc præsentaneo, nec de alijs curarunt informare commissarios, sed testibus procuratis crediderunt se posse utilitatem confingere, quæ cum sint omissa, & debuissent, & potuissent Cõmissarii se melius informare, si uoluissent, res est clara, ꝙ præcipitanter fecerunt, ut supra plenè fuit dictum, nec recti & graues iudices solent testibus oblatis, nec scripturis ad unumquemque eorum delegatis, & omnibus bene consideratis declarare, & confirmare, ut prędicti uenerabiles uiri fecerunt.

Decimosextò uidebatur requiri iuramẽtum, quando fuit declaratum, Cast. l. de pupillo, §. qui opus, ff. de oper. noui nuntiat. Hippolyt. singul. 402. Ias. l. fi. numero 13. C. unde legit. & in d. §. sed istæ, num. 130. cum
430 alijs. Nec dicatur, † quòd pro declaratione præsumitur, etiam quòd aliqua non reperiantur scripta, Anchara. consi. 136. Alexand. consi. 79 lib. 1. Tiraq. de præscrip. glo. 4. uersi. 39 quia supra fuit responsum pluribus modis, & in dubio uidetur quoque actum, ut uidetur quando quis dicto alicuius promittit stare, Ias. l. iusiurandum, quod ex conuentione nu. 7. ff. de iure iur.
431 Non obstat, † ꝙ conclusio non procedat, ubi fides declarantis ab utraque parte est approbata, Bar. l. Theopompus, ff. de dote præleg. in l. Lucius, ff. de fideius. in fi. Fel. c. quia iudicante, nu. 1. de præscr. Bertr. cõs. 165. uers. pro præmissis, lib. 1. & hic erat casus noster, quia inter partes non contendebatur, & fides Commissariorũ per eas fuit approbata, Respondeo, ꝙ contrarium dicit Math. singu. 214. ad ualiditatem, quando aliquis assumptus a partibus declarat. Secundò non est assumptus ex uoluntate partiũ, & pro earum libito, sed ex superiori officio uterque datus propter Ecclesiæ præiudicium, & dominij bonorum Iesu Cristi, c. cum ex eo, de elect. quæ sine iusta causa non possunt alienari, d. c. non liceat. unde prædictis non est locus, quia rescribens nõ uoluit alienationem confirmari ex uoluntate, & beneplacito executorum, sed per diligentem inquisitionem seruatis seruandis & prout eis dixit. unde doctrina Bartoli d. l. Theopompus, numero 7. retorquetur. Tertiò rescribens conscientiam exequutorum onerauit, ideo debebant iurare, ut Fel. c. significasti, de homic. Mars. & Ias. d. §. sed istæ, & alij supra citati, dicunt, & finaliter tam respectu commissionis, quàm eorum officio isti delegati nulliter processerunt, & ut priuati; & ideo in eorum confirmatione nullum est fiendum, fundamentum, & alienatio inde sequuta est omnino annullãda, & uti de facto facta rescĩdẽda, ut late hæc omnia nouissimè tradit Rim. iun. d. consilio 355. numero 24. & seq. uolum. 4. ubi solum de defectu delegationis, & officij delegatorum latè loquitur, qui est uidendus, non obstante consilio Iac. Berret. 92. & Menoch. 115.

SECVNDA RESPONSIO.

POst allegationes priori loco absolutas, iterum per alterum magnificum Aduocatum conuentorum proponitur, quòd
432 † super defectu formæ a iure communi requisita non potest fieri fundamentum, quia in alienationibus auctoritate Apostolica factis, non requiruntur solemnitates, Abbas consilio 41. numero 3. lib. 1. Berret. d. consilio 92. & nos uidemus in claris uersari propter clausulã, supplentes defectus, &c. Menoch. consilio 115. numero 35. Sed respondetur uerum esse, quòd uerba rescripti sunt magis attendenda, quàm forma iuris communis, Abbas d. consilio 41. quia Papa in huiusmodi habet plenissimã potestatem respectu defectus iuris positiui, quibus Papa non ligatur sicut inferiores, quicquid sit respectu citationis, uel alterius defectus naturalis, ubi appareat, quòd potestate sua uoluerit uti, & causa cognita informatus faciat, Rodo. d. trac. de rebus eccles. non alien. rub. de auctor. Præl. fol. 218. uers. unde quæritur, nu. 2. cũ seq. Soc. consi. 120. nu. 5. uers. quinimo, lib. 3. Ias. cons. 86. nu. 14. lib. 3. Dec. cons. 341. nu. 5. in fi. cũ seq. 410. n. 23. & 516. n. 13. & cõs. 541. in fi. n. 24. & 21. ubi ait, ꝙ clausula, supplentes, nõ operatur expressa falsitate, per Abb. c. inter dilectos, col. 4. de fi. instrum. & solum operatur in expressis, & specificatis defectibus; Alexand. consilio 52. in fi. libro septimo Rui. consi.

cons.97.nu.8.lib.3.& solum operatur, ubi causa cognita fuit processum, secus ubi causæ cognitio non interuenit. Rot.decis.230. Papa confirmando, Soc.cons.162.uisa bulla,col.3.uers.sed ad ista.lib.1.nec dicta clausula ad ea refertur quæ specialiter commis-
433 sio continet, † tum quia in rescribente contrarietas est euitāda, tum quia clausula generalis ad specialiter prouisa non trahitur, l.coheredi §.qui patrem, ubi Alex.in prin.& §.qui discretas,nu.8.ubi Ias.& alij, ff.de uulg.& pup.nec tollit defectus personæ,uel ignorata, Dec.c.1.nu.7.de confir. uti uel inuti.Rui.cons.71.n.34.lib.3. Paris. cons.3.nu.64.lib.4 nec defectum præiudicii Ecclesiæ aut tertij, Rui.d.cōs.97.n.8.lib.3. Quoniā uerba rescripti sunt pariter clara propter clausulam, si in euidentem utilitatem ecclesiæ cedant ex quibus primo in-
434 fertur, † quòd rescribens non sustulit defectum uocationis, seu citationis Abbatis, & Monachorum, ut Ias.& Dec. consilijs allegatis tradunt, siue dicamus, causam inuestituræ efficientem in eis consistere, seu de eorum etiam præiudicio agi, non solius Commendatarij alienantis, ut in antecedentibus allegationibus fuit di-
435 ctum. † Secundò non uoluit supplere diligentem causæ cognitionem propter illa uerba, si per diligentē informationem superinde seruatis seruandis habendam, quæ causæ cognitio loco tractatus est, Abbas d. cons.41.nu.2.in fi.& dicit Rodoan.in rubr. de tract.nu.65.in fi.cum seq.q materia tractatus est eadem cum materia de cognitione causæ, quoniam debet tractari & cognosci circa causam alienationis & utilitatem & necessitatem alienandi, in quibus dicitur diligens tractatus propriè consistere, q de iure requiritur, Rebuf.in compend.d.c. sine exceptione, num.74.in uer.prospiciat. Tertiò non sustulit solemnitatem auctoritatis, quæ Delegatis sub conditione tātum competebat, quæ cum non fuerit adimpleta, nec specificè, & clarè de ijs fuerit probatū, sed magis præcipitanter fuerit per Cōmissarios processum, ideo sine potestate dicuntur confirmasse, Rui.cons.68.n.5.& seq. lib.1.& dolus in eis præsumitur propter latam culpam, Rodoan.in rub.de cau.cogni. nu.65.cum sequē. Quartò non sustulit alia falsò & fraudulenter in precibus exposita, & præsertim q per Ecclesiā aliunde nō posset satisfieri, & ad alienandum strangularetur, nec uoluit supplere obrepta Cōmissarijs tā circa expræssionē quātitatis decimarum, & ualorē, & qualitates bonorum, q̄ circa illicita aut inhonesta, aut cōtra ius, Papa non intendebat confirmare, ut in prioribus allegationibus fuit dictum, ita q forma rescripti rectè considerando parum, uel in modico alterauit ius commune. Quintò in casu nostro agitur de mandato Pontificis ad confimandū conditionali, propterea nō est simplex & absoluta confirmatio, quæ inde secuta multis uitijs laborat, & nihil operatur, ut dictum fuit, & per Rim.iu.d. cons. 355.nu.24.seq.uol.4.quia non seruatis seruandis nec conditione adimpleta commissarij confirmarunt, Ruin.d.consi.68.Dec. cons.142.col.pen.uers.modò respondendo ubi uult, q confirmatio conditionalis & obrepta nihil operetur: idē si aliquo uitio laboret, ut per eundem c.1.col.pen.in glo. fi.1.limitat.de confirm.utili uel inut. Rimi. iun.d.cons.355.nu.24.seq.

Et licèt præmissis attentis, cum multis iā allegatis, nec forma iuris cōmunis, nec rescripti dicatur seruata, ideo omnia sint nulla, c.cum dilecta, de rescrip.ubi Fel. hodie tamen subijcitur, q ēt fuit priore loco a conuentis propositum, ut delegatio sit super articulo læsionis, non super defectu so-
436 lemnitatū, seu articulo nullitatis, † ideo non debet fieri extensio de uno ad alterum, ex allegatis per Vantium de nullit. ex defe. iurisd.deleg.nu.93. Respondetur, q multū reuerendi Delegati habent potestatem illicitè alienata ēt auctoritate Apostolica cōfirmata, rescindendi, & ad ius, & proprietatē monasterij illa reducere, & restituere;
437 † sed quæ sine solemnitate, & non seruata forma iuris communis uel rescripti, sunt alienata, dicuntur illicitè alienata, siue sine solemnitate, siue sine causa sint alienata, c. non liceat, cum glo.1.de reb.eccles.nō alie. c.non liceat, 12.q.2.cum simi.& dicta clausula, ad ius & proprietatem monasterij, importat, q siue quoad dominiū, siue ad possessionem reperiant illicitè alienata ita, q illa a libera potestate Ecclesiæ recesserint, ea oīa rescindāt, & ad ius ecclesiæ reducāt, Abb.c.1.n.6.de resti.in integ.c.Epi, n.2.ubi Inno.& alij, de reb.eccl.nō alie. Archid.c.& si illi,

si illi, 12.q.2.Bal. l.iubemus, in fi.princi.C.
438 de sacrosf.eccl ubi ait, † φ contractus illicitus nunquam obstat ecclesiæ, quin possit sibi fieri reintegratio possessionis, propterea non cadit dubitatio, quin multum reuerendi delegati possint iurisdictionẽ exercere, siue alienatio teneat, siue non teneat, & possessio tantum sit alienata, nec domi-
439 nium in aduersarios translatum. † Ex cõtractu enim nullo, uel inutili, potuit ẽt possessio transferri, l. 1.§.si uir uxori.ff.de acq. pos.& Abb.in d.c.Episcopi, respondet ad regulam, φ uerba rescripti delegatorij sint
440 strictè intelligenda, † nec obstat uerbum, rescindere, quia ad affectum facti debet referri, sicut in uerbo, infirmare, dicit Ias.in d.§.si uir.nu. 1.ad idem Rom.consi 243.ex proposito, nu. 18.cum seq.ubi sequendo p̃dicta, uult φ uerba dicti rescripti sint latè accipienda, & φ commissa reintegratione super rebus illicitè alienatis, oĩa censentur commissa, quæ ex ea possunt insurgere, & quòd prædicta clausula, ad ius ecclesiæ reducant, adaptetur ad contractum nullum, probatur c.2. ibi, ad eius ecclesiæ reuocetur, de precar.cum gl.2.ubi Abb.n.4. & alij post gl. intelligunt textum, quando contractus est nullus: fuit quoque in primis allegationibus aliter responsum, & ibi dicta non repeto.

441 Non obstat, † φ cõuenti habeant intentionem fundatam ex instrumento inuestituræ per delegatos confirmatę, Abb. in d. consi.41.nu.1. ad fi.cum seq.respondetur, φ ex motiuis, & alijs iam adductis, dictum
442 fuit id non procedere, † quando sine debita cognitione decretum fuit interpositũ, Nat.consi.631.nu.27.Rol.a Val.cons.7.nu. 63.uol.3.& non adimpleta conditione, unde nullam habebant potestatem, sed ut priuati fecerunt, Rui.d.cons.68. Secundò non præsumitur pro dicta confirmatione, p̃pter breuitatem t̃pis, & quia negotio non bene discusso delegati processerunt, Alcia.reg.3. præsump.10.nu.8.Ias.d.l.sciendum.nu.14. cum alleg.per Ant.Gabr.de sen.nu.34.li.2.
443 † Tertiò non procedit, quando ex actis contrarium ostenditur, Alc.d. præsump.limi.4.Abb.d.consi.41.nu.2 Rui.consi.107. & 63.nu.10.lib.1, Dec.consi.403. nu.20. & per Hip.Rimi.consi.5.nu.162. usq; ad 222. ubi plenius satisfacit.

444 Non obstat distinctio, † quæ proponitur, ut enunciationi solemnitatum, uel iustæ causæ a partibus factæ non stetur, quia sumus in prohibitis, Bar.l.si fortè, ff.de castr.pecul.cum alijs.secus si agatur de enunciatione iudicis, quia respondetur, nos esse
445 in casu, † in quo forma, & conditio rescripti fuit omissa, & sine quibus delegati non habebant potestatem, nec licebat sine euidenti utilitate, & diligenti inuestigatione alienare, & ita in prohibitis, unde eorũ assertioni nõ statur, per allegata in motiuis, & ex aduerso admittitur iste casus, & idem uoluit Dec.l.si donatione, nu.30.in 5. limi. C.de colla.Abb.c.quæ in ecclesiarum, n.10. limi.2.Dec.nu.16.ad fi.Feli.3.limit.primæ
446 conclus.de consti. † & ubi agitur de iis, q̃ non potuerunt interuenire t̃pe cõtractus, non statur assertioni iudicis, & Notarij, ex uera & cõi sententia, quam attestatur Cur. iun.consi.29.nu.16.nec aliter potuerunt iudices potestatem delegatam assumere, nisi prius constaret de his, quæ erant suæ potestatis fundamentum, facit Bar. l.multũ, ad fi.ff.de cond & dem.Rui.d.cons.68. nu.16. & ultra prædicta. Deci.d.c.quæ in ecclesiarum, nu.28.uers.nec obstat, φ præsumatur, Fel.c.Ecclesia Sãctæ Mariæ, col.8. uers.11. pro hac parte.de consti.ubi allegat Castrẽsem, consi.38. super eo, φ quæritur, lib.2. Dec.cons.366.col.pen.Ang. consi.107. Iacobe.l.ad fi.Bal.l.omnem, C.ad Tertul. Ias. consi.149.col.3.lib.2.Hipp.sing.399. multi sunt, Rebuf.in concor.de conclus.Lateran. Concil.uers.tertiò infertur, Dec.consi.556. col.1.in fi. Ias.l.nequicquam, §.ubi decretum.nu.70.uers.nota, & secundò diligen-
447 ter, & nu.79. † Propterea de causæ cognitione, & alijs requisitis non statur assertioni iudicum, nisi aliter appareat, quia fraus posset fieri, & illusio rescripti, ad idem Fel. c.sicut, in prima limitat, ad fi.uers. per quã, ad reg. φ solemnitas extrinseca non præsumitur, de re iud.& quando sumus in prohibitis, nec rescribens confidit de iudicibus, nisi uerè appareat, non potest probabilis ratio diuersitatis inter assertionem partiũ, & iudicis assignari. Præterea alias responsiones, φ ex actis hic probatur contrariũ, & supra datæ militant, & infra dicetur, φ non sufficit præsumptiua probatio, sed uera, & apparens extrinsecus requiritur.

Non

448 Non obstat, † q quatuor testes olim recepti per Commissarios faciant rem clarã: & respondetur, q nihil concludunt, quia nec de ualore, aut redditu, nec de qualitatibus bonorum, ut penitus ignari loquuntur, nec de causa utilitatis, uel necessitatis alienandi, nec de alijs erant edocti, nec fuit cognitum, an aliunde ex fructibus, uel aliis minus damnosis posset cõsuli ecclesiæ, put poterat, & an æs alienum uerè subesset, & meliora menta essent utilia ecclesiæ, & solũ deponunt, q si aqua pro bonis Papiaghi, ex libris tribus mille ematur, illa fient meliora, q & si in hoc particulari utilitas subsit, non tamen infertur, q alienatio bonorum, de quibus agitur, ob id ecclesiæ esset absolutè utilis. Rodoan. d. tract. rub. de cau. util. nu. 133. & ita non sufficit, q sit utilis secundum quid, sed utilitas simpliciter esse debet, alioquin ab surdissimum esset, q foret utile ecclesiæ alienare rem ualoris ultra coronatos duos mille pro quinquecentum, quia ex istis quinquecentum, aqua p alijs bonis ecclesię posset emi, quę meliorabantur, & ex multis iam deductis hęc alienatio uerius fuit magis damnosa ecclesię quàm utilis.

449 Nõ obstat, † q inuestigatio nõ debebat fieri parte citata, tum quia conscientia delegatorum fuit super his onerata, tũ quia extraiudicialis potuit esse indagatio, Abb. d. consi. 41. nu. 1. uers. ex quibus, cum alijs allegatis. Respondetur quòd citatio specialis monachorum, & Abbatis omnino requirebatur, quia de eorum, & Ecclesiæ præiudicio agebatur, ut in prioribus meis allegationibus fuit dictum, & idem si de præiuditio tertij alterius actum fuisset, quamquã & Ecclesia hoc loco sit ut tertius, Rui. consi. 86. nu. 5. lib. 1. Et ita in contrarium adducta limitat Alex. consi. 218. lib. 2. ubi istud procedit, siue dicatur, si uobis constiterit, uel repereritis, quicquid Lapus aliter uoluerit, ut per eum, nu. 1. & in apostilla, & si adsit clausula, super quibus conscientiam uestrã oneramus, ut per eum, nu. 3. cum seq. Ias. d. l. nequicquam, §. ubi decretum, nu. 41. cum
450 seq. limit. 14. qui omnes dicunt, prædicta contraria non procedere, quando agitur de præiudicio alicuius, & clausula non monitionẽ solã, sed conditionem importat, ut in casu nostro sæpe fuit dictum.

Non obstat, q licèt clausula, uocatis uocãdis, importet, ut citatio requiratur, Abb & alij c. exhibita, de iudi. sed aliud est in clausula, seruatis seruãdis, quia sunt diuersa Repondetur q Rodoã. rub. de cau. cogni.
451 nu. 64. inquit, † q dicta clausula, seruatis seruandis, ęquipollet clausulę uocatis uocãdis, & licèt hæc sit magis clara & præcisa: tamen data paritate terminorum, clausula, seruatis seruandis, quæ latius patet, non aliud significat, ut patet ad sensum, & paritas terminorum consideratur, quando in utroque casu agitur de tertij præiudicio, ideo non dicuntur seruare seruanda, si non uocetur Abbas, & monasterium, cuius interat ex allegatis, & præsertim fit ubi de irreparabili præiudicio Ecclesiæ, & conuentus agebatur, quibus ex fructibus ĩ casu necessitatis per commendationem erat succurrendum, ut supra dixi.

Non obstant responsiones aduersus o-
452 missam causę cognitionẽ, † quę propter tpis breuitatem non potuit haberi, ideo uitiat confirmationem, ex allegatis per Alex. d. consi. 218. & ad primam, quòd cõclusio non pręcedat, quando extraiudicialiter possunt esse informati, Imo. consi. 99. nu. 6. in 6. dub. Rui. cons. 90. nu. 12. lib. 5. Respondetur, quòd in casu istorum aderant propinqui, a quibus poterat iudex se informare, & hoc sufficit, l. magis puto. §. in primis, uers. requirat, ff. de reb. eorum. sed hic non est missus aliquis ad se instruendum, & qui Commissarijs referret, nec Abbas, & sindicus monasterij, uel alij, qui possent instruere, uocati fuerunt, sed tantum illi testes attestata a partibus producti, quibus nõ erat
453 nimium credendum, † quia nec lex, nec Papa partibus credit, d. §. in primis, nec ipsi testes ignari de bonis, & eorum qualitatibus, & ualore, & fructibus, potuerunt diligentem informationem subministrare, ut eorum dicta ostendunt, per quæ & alia potest contrarium ostendi, ut Imola d. consi.
454 99. & Abb. cõs. 41. nu. 2. dicunt. † ideo hęc prima responsio ex inspectione actorum tollitur, quę est probatio probata, & rẽ notoriam faciunt, nec secunda responsio militat, ut conclusio non procedat, quãdo inter partes pręsentes; & consentientes interponitur decretum, Lapus alleg. 27. cum alijs respondetur, quòd in casu nostro non

solum

solum partes, sed nec iudex potuit debitā
cognitionem omittere propter formam
rescripti, ut supra dictum est. Secus in his,
455 quæ ab eorum potestate pendent, † ideo
de libello ad sententiam non potest fieri
saltus, ubi ordo cognitionis de iure requi-
456 ritur etiam de consensu partium: † sed
non ita in sententia arbitratoris, quæ de cō
sensu partium statim potest ferri, uel rati-
ficari, Bal. post Iaco. Butrig. in d. l. prolatū,
col. fi. uersi. quærit hic Butr. cum seq. Rol. a
Val. consi. 76. nu. 23. lib. 1. nec tertia respon
457 sio locum habet, † ut conclusio non pro-
cedat, quando cum aliquali cognitione es-
set lata sententia, & in breuiori tempore,
quàm materia requirat, Fel. d. c. ecclesia Sā
ctæ Mariæ, nu. 19. limita. 2. quia in casu no-
stro decretum fuit interpositum super ec-
clesia etiam alienanda, & non constito, ꝙ
aliunde non posset satisfieri, & alijs illici-
tis, & iniustis contra uoluntatem rescriben
tis, ideo est ipso iure nullum, Rol. d. consil.
458 76. num. 26. † ubi idem dicit, si contra te-
statoris disposita per arbitrum iudicetur,
& per Hippo. Rimi. in sæpe allegato consi.
5. cum quo, ut alias dictum fuit, Natta Ce
pha. & Roland. a Val. consuluerunt, qui &
459 ipsi uolunt, † decretum contra a testa-
tore prohibita non ualere: præterea ex mē
460 te Doctorum distingui potest, † aut bre-
uitas temporis est talis, intra quam nulla
uel a iure, aut ex rescripto cognitio requi
sita non præsumitur interposita, ut quia
non potuit similiter interponi, sed præci-
pitari, uel strangulari, & tunc omnino ui-
tiat, & sententia & decretum sunt nulla:
Vnde non sufficit, quòd iudex post litem
contestatam intra modicos dies pronun-
ciauerit, Bar. d. l. prolatam, num. 10. Ratio
est clara, quoniam forma iuris, uel rescri-
pti ad unguem est seruanda, d. l. prolatam,
d. c. cum dilecta, cum aliis, aut potuit cogni
tio causæ interuenire, sed quia modicum,
& breue tempus erat, contra ius partis nō
contra formam iuris, uel rescripti magis
præsumitur fecisse, quia non fuit diligens
discussio, & inuestigatio, & tunc mero iu-
re tenet, sed potest appellari, & retractari,
c. cum ex literis, de resti. in integ. Cum er-
go in casu nostro uerè non interuenerit
aliqua cognitio, quod ex euidenti utilita-
te uel necessitate, quia aliunde non posset
prouideri, prout a Papa fuerat dictū, quo-
niam acta non concludunt, nec aliunde q̄
a partibus, & testibus affectatè loquētibus
ex partium suggestione, & non concluden
tibus, fuerint commissarij informati, qui ex
hibitis testibus & scripturis de sero, in die
sequenti confirmarunt, maxima est præ-
sumptio non solum iniustitiæ, sed formæ
non seruatę, quodque cōditionem a rescri-
pto requisitam non adimpleuerint, & non
solum est præsumptio, sed euidens in con-
trarium probatio.

Non obstant proposita circa nullitatem
ratione defectus causæ vtilitatis, uel neces-
461 sitatis, & primo, † quod hac sola confir-
matione præsumatur cōtractus utiliter ge
stus, Bal. c. 1. nu. 7. & Ias. nu. 8. qui feud. da.
pos. cum alijs. Respondetur, quod ista præ
sumptio cessat ex dictis supra ad aliud con
trarium, quod solemnitas præsumatur pro
pter confirmationem, cum per easdem ra-
tiones, & auctoritates hic Magnificus Ad-
uocatus moueatur, sed adhuc dico, quòd
maior est ratio, ut iusta causa non præsu-
matur, & de ea magis debeat apparere,
quoniam sub conditione, & efficacibus, præ
gnantibusque uerbis rescribens, si per dili-
gentem inuestigationem, seruatis seruan-
dis adhibendam repererint in euidentem
vtilitatem ecclesiæ vel necessitatem cede-
re, uoluit delegatos potestatem confirman
di habere, supplendo defectus solemnita-
tum, sed non iustæ causæ, & cognitionis re-
quisitæ loco tractatus, ut supra fuit di-
462 ctum: † ideo non sufficit præsumptiua
probatio respectu causæ iustæ, & cognitio
nis, sed uera requiritur, Dec. in rub. de pro-
bat. numero 13. in 3. conclus. Ruin. in cons.
68. nu. 16. lib. 1. sæpe allegato, & negari nō
potest quin maior præsumptio indiscretio
nis contra commissarios uigeat, quam co-
gnitionis.

Non obstat, ꝙ euidēs utilitas clarè osten
datur ex transitu locationis temporalis ad
perpetuā emphyteusim, habita ēt conside-
ratione sextæ partis, iuxta auth. perpetua,
C. de sacros. eccles. Ad hanc enim d. auth.
fuit abunde responsum in primis allegatio
nibus, quare iam dicta non repeto.

463 Non obstat, † ꝙ liceat alienare Ecclesiæ
uel ꝑmutare ut meliora accipiat, ueluti uti
liora, magis qualificata, & uiciniora, di-
cto c.

cto e sine exceptione, 12.q.2.c.ut super, §. 1.in fi.de reb.eccl.non alie.cum alijs, quod in casu nostro uidetur actum, quia ex parte pretij librarum trium mille, duæ unciæ aquæ sunt emptæ bonis Papiaghi satis utiles. Respondetur, quòd & si utilitas ecclesiæ fuerit aquam emere, ut bona redderentur fertiliora, ut testes iam citati deposuerunt: non tamen infertur, quòd ex hac pecunia & aliis acceptis fuerit utile alienare perticas duas mille cum decimis, ædificiis, & alijs, quę erant ualoris librarum duodecim mille, ut supra monui, & redditus ul
464 tra centum aureos, † quia opus est, quòd accepta omnia sint utiliora, quàm res alienatæ, ut sentit d.c.ut super, & clarius.c.ad nostram, eo.tit. Accedit, quòd aliunde potuisset cum minori damno, uel ex fructibus, uel alijs liuellis, uel rebus particularibus ecclesiæ minus utilibus aqua emi, & debitum melioramentorum commodè liberari. Vnde non debebat deueniri ad alienationem possessionis tam magnę, ut monet Iurisconsultus d.l. magis puto. §. non passim, uers. idem prætor.

465 Non obstat, † quòd constitutio Concilij Triden. sess. 25. c. 11. loquens de locatione ad longum tempus 29. & bis 29. annorum locum non habeat in emphyteusi perpetua, quia deferunt hæc inter se, ex allegatis. Respondetur, quòd est maior ratio, & fauor ecclesiæ in perpetua emphyteusi, quàm in locatione ad longum tempus rei non alienandæ, ideo potest fieri extensio, etiam quòd sit pœnalis, uel correctoria fauore ecclesiæ, Ias.l.cum quidam, nu. 25. limi. 2.ff.de lib. & posth. cum alijs, quæ pos-
466 sent adduci. Accedit, † quòd & hic agitur de peccato euitando, & fauore animarum alienantium, & acquirentium in damnum ecclesiæ, & pauperum, quorum usibus bo-
467 na sunt deputata & illicite distractā, † unde multo fortius debet extensio fieri, & in materia prohibitæ alienationis a sacris canonibus æquiparantur. Dec.cons. 142. nu. 3. cum multis, & omisso nomine emphyteusi, quia præsupponitur in facto, quòd magis locationi longissimæ, ac perpetuo æquiparantur, propter perceptionem, & ualorem bonorum & pensionum, quæ soluuntur: quę omnia sunt correspondentia fructibus, & ualori possessionis alienatæ, ut in consilijs allegatis, quòd & si a ueritate sit alienum: tamen dico, eo præsupposito, quod multo magis Concilium habet locum, quando damnum ecclesiæ subest, prout uerba Concilij loquuntur. Et per hęc arbitror in iam conclusis fore persistendum. Immortali Deo honor, & gloria, & semper gratiarum actio.

FINIS.

VENETIIS,

Apud Dominicum de Farris M. D. LXXXV.

13

Borgnino
Caualcano
Decisiones
Feuizanen
To I.

2o

43


colorchecker CLASSIC
calibrite
mm